
R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
ROMA
8
8 E
10


ROMA

soli deo honor et gloria.

FRATRIS DOMINICI SOTO SEGOVIENSIS, THEOLOGI, ORDINIS PRÆDICATORUM, & Cæsareæ Maiestati à sacris confessionibus, ad sanctum Concilium Tridentinum De natura & gratia libri. III. cum Apologia contra reuerendum Episcopum Catharinum.

Ex postrema recognitione Authoris.

Accesserunt ad hæc eiusdem authoris liber de tegendo & detegendo secreto. Et in causa pauperum deliberatio. Cum Indice copiosissimo, atque locupletissimo.



SALMANTICÆ
Excudebat Ioannes Maria à Terranoua.
M. D. LXVI.


DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valēcia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Duque de Milan, Conde de Flandes, y Tirol. &c. Por quanto por parte de vos fray Pedro Serrano procurador general de la orden de Sancto Domingo nos fue hecha relacion: q̄ por nos se auia dado licēcia para que se imprimiessen dos libros: el vno de natura & gratia, y el otro de De ratione tegendi, & detegendi secretum, que auia hecho y compuesto el Maestro fray Domingo de Soto frayle de la dicha orden: y porque la dicha impression se auia acabado, y agora se auian de tornar à imprimir los dichos libros no se podia hazer sin licēcia nuestra nos supplico diessemos licencia y facultad para que los dichos libros se pudiessen imprimir segunda vez, y vēderlos segun y como hasta agora se auia hecho, ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo se hizieron las diligencias que la pragmatica por nos nueuamēte hecha dispone: y fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razō: y nos tuuimos lo por bien. Y por la presente damos licencia y facultad à qualquier impressor destos nuestros Reynos, para que pueda imprimir los dichos libros, sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna. Y mandamos que despues de impresso no se pueda vender ni venda sin que primero se trayga al nuestro consejo juntamēte con los originales que en el nuestro consejo se vieron, y van rubricados y firmados de Domingo de Çaualla nuestro escriuano de camara de los q̄ residen en el nuestro consejo, y se tasse el precio en que se ouiere de vender cada volumen so las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros Reynos. Dada en Toledo, à veynte y nueue dias del mes de Março, de mil y quinientos y sesenta y vn años.

El Marques. El Licenciado Vaca de Castro. Doctor Añaya. Licenciado Virbiesca. El Licenciado Morillas. El Licenciado Aggreda.

E yo Pedro del Marmol escriuano de camara de su Catholica Majestad la fize escreuir por su mandado, cō acuerdo de los de su consejo.

INDEX LOCVPLETISSIMVS sententiarum, & eorum, quæ in hoc opere continentur, ordine alphabetico digestus.

Augu-

D.



G

Hone-

L



Locus

Meriti

Scientiæ

FINIS INDICIS.

ERRORES LVTHERA ni. XXXV. Qui in hoc opere reprobantur.



FRATRIS DOminici Soto Segouienſis, ordinis Prædicatorum

De natura & gratia, Liber primus.

Ad ſanctos patres Tridentinæ Synodi nuncupatoria Præfatio.



Vtinam hoc ab aquilone excitatū incēdium ſacroſancta oecumenica, & vſq; quaq; legitima Tridentina Synodus, nō violentiùs ac periculoſiùs eccleſiā Dei peruaſiſſet, q̄ cui facilè iam ſit occurſum iri. Non eñ tunc adeò me temerè in mediū protipuiſſem, quoad meā mecū reputaſſem inopiā, tenuitatem cōſuluiſſem, quid deniq; ferre valerent humeri, habuiſſem exploratū. At cùm tot iam ex partibus cōflagrare Chriſtianorū orbem attoniti cōſpiciamus, tamq; inde multas diſsiluiſſe ſcintillas, vt vix ſiat reliquus angulus vllus, qui nō iamiam flāmam accepturus effumet, nihil ſanè aliud q̄ operæpretium duxerim, ſi citra delectum pro ſua quiſq; virili, & quo fuerit diuinitus talento donatus, vel tumultuariò obuiā properātes, opem feramus omnes, vt ſi qua parte hominū iam medullas exedit, ac cinefecit corda, illud reſtinguere nō ſufficimus, ſaltē ne latiùs emicare, ſcintillareq; pergat, demus operā, hi vel maximè, qui de hac re cōſcripti huc ſum⁹. In hoc enim meā etiam exiguitatē ad vos Patres ſanctiſsimi deſtinauit Cæſar, ſi quod vobis fortè qualecūq; obſequiū poſſem impēdere. Quòd ſi, vt ſummo iure Chriſtiani tenentur, ita huius ſacri ordinis dictò audiētes omnes eſſent, ſatis nimirū haberēt conſulta veſtra ſanctiſsima audiſſe, quibus obedienter parērent. Nam quid eſt, quod oecumenico cōcilio, legitimè tum indicto, tum cōgregato obiectari queat? Vbi ſecundū ſpiritum ſanctum tres ex primoribus ſacri ſenatus reuerendiſsimi legati præſident, digni equidē, qui vices vicarij Chriſti fungantur. Quibus duo quoq; alij euſdē ordinis Cardinales, & clariſsimi, & iidem ſapiētiſsimi aſsidēt. Quò Chriſtianorū principes, cū ſanctis antiſtitibus, oratores etiam ſuos delegarunt. Quo denique terrarum vndique cuiuſque gradus ac dignitatis eccleſiaſticę iuſtiſsimus ac cōſultiſsimus coactus eſt numerus. At verò eſt inter Patriarchę illius Lutheri errores hic vnus, omnium cauſa & fomentum, vniuerſorumq; adeò peſtilentiſsimus, vt nullum definiendis terminandisque fidei controuerſijs publicum iudicem admittat, cuius ſit authoritati & iudicio ab omnibus Chriſtianis auſcultandum. Iſque Lutheranis eousque inſedit animis, vt poſt triginta annos inducijs, conuentibus & colloquijs cum eis inſumptos, animos iam modò, antequam in cōcilio comparērent, deſponderint, infandaq; arma ſumpſerint, contra parentem patriæ ſacram maieſtatem, contra eccleſiam Dei, contra veritatem euangelij. Videte proh dolor, ſpectatiſsimi patres, quò vnius hominis obſtinata cæcitas tandem euaſerit. Et quod maius eſt, magiſque indolendum miraculum, nunquam errores vlli, tam tenue, exileſq; ſeu vitæ ſanctimoniam, ſeu doctrinā ſpectetis, progenitores & patronos habuēre. Quoniam neque ouina ſaltem pelle obtecti, neque ita multum arte inſtructi. Et tamen vt nulli vnquam in perniciem magis Chriſtianæ reipublicæ extiterunt, nulli minori negotio tam latè diffuſi ſunt, tamque animos non modò indoctæ plebis, verùm procerum & principum occuparunt Germanorum: teuera gentis, cùm rebus clarè geſtis toto orbe celebratiſsimæ, tum etiam, ſi non hanc plagam accepiſſent, religionis ſanctimonia Chriſtianiſsimæ. Niſi miraculum non eſt, vbi tam eſt in promptu naturalis cauſa? Docent licere, quod lubet. At fratres admonere inſtitui, non irritare: nā charitas non agit perperam. Quos eodem mecum ſanguine regenuit Chriſtus, eadem omnes charitate amplector. Veritatem euangelicam alijs congratulor, quòd agnoſcant: alijs, vt nō diutiùs ignorent, opto, à Deoq; immortali imprecor. Eò præſertim, quòd vtinam noſtri non fuiſſent perditi mores, legumque diſsipationes, vnde occaſionem iſti nacti ſunt tantæ diſceſsionis. Etenim quæ res nauigium Petri in has adegit cautes, noſtrorum eſt malorum procella. Et niſi hanc priùs ſedatam curemus, ne quicquam patres ampliſsimi rerū, quam patimur perturbationem, componere, & quibus iactamur, hæreſum fluctus compeſcere nitimini. Tametſi potuiſſent aduerſarij, perſonarum errata, citra iniuriam publicæ fidei, taxare. Qualeſcunq; enim fuerint priuatorum hominum mores, legumq; abuſus, tamen veritas fidei, omni proculdubio vera eſt. Nam diuina firmaq; adeo & ſancta eſt, & cui vllo ex odio vel prætextu contraire, nefandum impietatis ſcelus eſt. Quò ergo ad initium, vnde digreſſus ſum, redeam, quanquam non quinq; ego talenta, nec reuera duo acceperim, quæ

Lutheranorum incendiū latè patet.

Lutheri error.

Lutheranorum arma.

Lutherani nō adeò potentes.

Hæreſum cauſæ.

amplis vsuris (iuxta euangeliū) duplicare valeam: at tanta mihi vsa est horū tēporum necessitas, vt meticulosus me hōnihil commouere coeperit, ne fortè aliud eum, quod secundum meam tenuē virtutem acceperim, in terrā iam nūc defodiā, quod nequitiæ mihi deducāt in iudicio

Nota [illegible] tis.

domini. Hanc ob rem post tam multos, cōsiliq; præclaros viros, qui à nobis hos annos aliquot cum istis feliciter cōflixere, nonnullum ego hoc de natura & gratia adornabam meditatus si quid forte mea valeret opera in hanc publicā causam cōferre. Porò autē haud prorsus similis argumenti eundem titulum inscripsi, quē aduersus Pelagianos fecit August.

Argumentū

Ille enim in libro de natura & grā. imbecillitatem damnatæ, inopiamq; intenderat demōstrare læsi, vulneratiq; liberi arbitrii: cui proinde necessaria omnino esset gratia Christi. Ego verò Reuerendissimi antistites, quò quintæ sextæq; cōsultissimis sessionibus vestris, quæ sunt de originali peccato, & de iustificatione, ceu quandam apologiā circumscriberem, altius rē statui repetere, & proferre latius. Ita enim controuersias, quæ nobis cū Lutheranis sunt, explicatius differere iudicaui, si nō eas præcisè, verùm & materias vniuersas, quæ quoquo pacto huic negotio inseruire possunt, ex ordine tractarē. Nempè si in vniuersum disquirerem, quid in officijs humanis natura nostra cū generali influentia Dei efficere valeat: quidque deinde sit, quod absq; speciali fauore & auxilio gratiæ nequeat. Idcirco naturā nostram in quattuor status & habitus distinguendā duxi. Sane vt hominē in puris naturalibus mēte ex cogitatū, in originali iustitia reuera cōditum, in culpā inde collapsum, ac deniq; in gratiam postea restitutum depingerem. Sed tamen in

Distributio.

tres affines libellos distributio est operis. Quorum primo, qui est de trāsgressione hominis, tres priores status expediuimus. In altero, qui est de iustificatione, causas vniuersas, ac deniq; modos recōciliationis humanæ elucidauimus. In tertio deniq; de facultate iustificati hominis & certitudine gratiæ postremas disputationes adiecimus. Vt primus sit veluti quintæ sessionis commentarius: reliqui verò, sextæ. His nāq; deliberatis, pleniter intelligere possimus, & vnde fuerit homo suo libero arbitrio deiectus, & quò fuerit deinceps diuina gratia reuocatus.

Styl' scholasticus nō est aspernādus.

¶ Cæterùm stylo & ratione procedendi ac disserendi nō admodum sumus scholasticam formam aspernati. Tametsi haud nescii, quàm sit scholasticorū nomē Lutheranis inuisum & infame.

Lutheranorū vafricies.

Nam quid nō inde isti ab initio designarunt, ex quo bellum hoc Ecclesiæ inferre cœperunt? Porrò vt quosq; hominum ordines plurimum metuebant, ita eosdē, quo eorum aduersus se authoritatem defringerent, ipsi & suis cœperunt insectari odijs, cōuitijs proscindere, & maledictis acerrimè incessere: atq; ideo quasi suspectos hostes è suis colloquijs congressibusq; abigere. Hac de causa scholasticos theologos, velut publicam perniciem exibilant.

Scholastica Theologia immeritò abijcitur.

Quoniā, vt in fabula est Demosthenis, non possunt pecuarij canes, quòd gregis sint propugnatores, nō esse lupis inuisi. Atqui si superis placet, acsi essent ipsi, qui iura deberent ponere orbi, ita sunt inter catholicos multi, qui eos audientes, quæstionarios post habent, philosophiam abijciunt, & solis volunt linguarum ferculis conuiuium instrui: vt pote quarū cognitione & subsidio arbitrātur absq; Theseo per se posse, cùm sanctorum Patrum, tum etiam sacræ paginæ adire volumina. Cui profectò malo (id quod coram vestra sanctitate in publica synodo declamaui) nisi obuiam publicitus occurratis, & vniuersitates melius sibi & bono publico cōsultū properēt, totum breui Christianum orbē errores ebullire dolebimus. Quid ni? Vt quisq; impensissimè studet trilinguis euadere, tanquàm tabulo so illo fonte proluisset labra, ita maxima authoritate inter sacrorum mystas Trimegistus prodit. Nihil sanè est, quod huic meæ infacundiæ prætexere velim. Nāq; & ingenuè fateor alia me ratione studia instruisse, q̄ vt linguas accuratissimè excolerem: & si alterū optandū foret, mallem in præsentiarum spiritum Christiano propinquū, q̄ eloquentiā Ciceronianæ proximam mihi dari.

Linguarum peritia necessaria.

Neq; verò diffiteor linguarum peritiam & cultum, cui nostro æuo diligentius incumbitur, sacris intelligendis biblijs magno vsui esse: id cuius nos. 2. de doctr. Christ. admonet August.

Schol. theolog. repurgāda.

Verùm hoc tamen vicissim persuasum contendo; quòd vti oculus ophthalmia laborans non protinus cerebro eruitur, sed collyrijs propter eius optimā vsuram curatur; ita sit res scholastica amputāda, nempè & à sophismatum quidē nugis, & à metaphysicorū vanis portentis repurganda, quibus est sordibus apud nonnullos authores indignè fœdata: detur tamē summa opera, ne penitus depereat, sed instauretur potius, nisi plurimos volumus habere nomen rarissimos tamen, re esse theologos.

Patres philosophiam docti fuere.

Non adeò expressa extat in S. Patribus ratio hæc per quæstiones disputandi: at cùm fuerint summi philosophi, planum est peripateticam hāc formam nouisse. Quæ sanè quanuis nō erat inter enarranda eloquia sacra necessaria, nihilominus apud

apud Augu. & alios crebrò se exerit. Et quando post illam ætatem fuisset in scholas theologorum recepta, ecquid eius negotium est, si via, ratione, & modo instituatur, nisi vt fides per hanc artem saluberrima (quod ait. 14. de trinit. August.) gignatur, nutriatur, defendatur, & roboretur? Nam quæ potest perspicacior esse, cōmodiorq́; ratio interpretandi, cùm sanctorum dicta, tum maximè sacrorum eloquia, quàm dum locus vnus in quæstionē mittitur: vnde materia subiecta ex suis causis explicata, verus depromitur sensus? Veluti est apud Sanct. Thom. S. Bonauen. & reliquos perspicere.

August. 14. de trinit.

Homini ingenita est ratiocinatio.

Est enim homo rationale animal, qui nulla idcirco vi magis, viaque pollet, ad eruendam vndecunq; veritatem, atque ex suis caussis deducendam, quàm ratiocinatione & discursu. Atque adeò, vt rerum causas naturasq́ue disquirat, consequentia iudicet, conciliet contraria, incognitum denique quiduis ex penitissimis latebris in lucē prodat, nulla re magis adiuuatur, quàm congressibus, si ordine fiant, cæterisque scholasticis exercitijs.

Fides naturæ perfectio

Adde quòd naturam fides, non (vt isti autumant) auersatur: sed certè perficit. Quapropter vicaria se luce mutuò perfundunt: Nempe vt plurima nos fides erudiuit naturæ secreta philosophis antè inaccessa, sic vicissim & intelligendis explicandisq́ue mysterijs fidei plurimum cognitio rerum naturalium antillatur. Eò potissimùm, quòd præter illa diuinorum arcana cætera omnia, nempe quæ ad leges, quę ad virtutes & vitia, quæ ad officia humana, contractus, necessitudinesq́; hominum attinēt (quæ sunt cuncta in republica Christiana cognitu maximè necessaria) soli sunt scholastici, à quibus discutiuntur & pertractantur. Quorum rationes magna ex parte philosophia subministrat.

Philosophia quādoq; nocet, sed rursus prodest.

Sed aiunt philosophorum semper scholas hæresum fuisse officinas. Haud equidē diffiteor, dum fides in cunabulis infantiam agebat. Tunc enim quæ res erant supra, easdem scioli contra naturam iudicabāt. Hinc Arrius, Sabellius, & id genus monstra prodiere. Hac de causa apud priscos orthodoxos malè audit philosophia. Attamen nisi fuissent inter eos, qui philosophos ex ipsa etiam philosophia euincerent, vix belluas illas sacris testimonijs, quæ in sinistrum sensum ab illis detorquebatur, superassent. Philosophos enim fuisse necesse erat, qui explicarent, vt non esset demonstratio, quam Arrius inuictissimam censebat. Nempe quòd si in diuidua essentia est pater, eademq́; filius, pater sit persona filij. A philosophia falsus fuit Berengarius, qui negabat accidentia sacramenti esse sine subiecto, quia repugnare hallucinabatur ipsi eorum naturæ: quo nunc etiam Germanorum permulti tenentur errore. Sed vera philosophia est, quæ edocet minimè id repugnare. Si fieri posset, vt nulli essent pseudophilosophi, qui hæreses progignerent; nulla fortè in hunc vsum necessaria esset philosophia, quæ hæreticorum ausum retunderet. Verum quàm est (authore Paulo) necesse hæreses esse, tam necessarium existimauerim, philosophiam inter theologos confouendam esse, qua sint iuxta verbum Petri, paratiores ad satisfactionem omni poscenti rationē de ea quæ in nobis est spe.

1. Cor. 11.

1. Petri. 3.

Philosophiæ munus.

Est enim naturalis philosophiæ munus, supernaturalia fidei mysteria, non quidem demōstrare (quippe quæ ex solis sint diuinis testimonijs recepta) sed tamē explicare, & cōtra philosophos asserere: dum eorum eneruat defringitque argumenta: ostendens, nihil aduersus nos euincere. Vnde & Paulus episcopum admonet, vt fidelem habeat sermonem, quò potens sit exhortari doctrina sana, & eos, qui contradicūt, arguere.

Tit. 1.

Et sanè August. quantò sua dialectica & philosophia maius exhibuit ecclesiæ negotium, dum erat Manichæus, tantò fuit ei posteà aduersus hæreticos vtilior.

Philosophia theriacæ cō paratur.

Theriacam philosophiam censete circumspectissimi senatus, quę earundem medetur viperarum morsibus, ex quarum conficitur carnibus. Et quò semel finiam, quinam linguas, q̄ Germani excultiùs poliuere? Qui Augustino & id genus Patribus legendis plus temporis insumpserūt? Qui pluries sacram paginam reuoluerunt? Quid ergo restet illis causę tam plurium errorum, q̄ quod theologiam scholasticā neglexerint? Ex cuius ignorantia omnes dimanasse, facile erit rē perpendenti cōijcere.

Quæ fuerit causa Lutheranis errādi.

Profectò simul, apud eosdē que cœpere, & linguarum cultura, & scholasticæ rationis cōtemptus, & hæresum turba. Nescio viri Patres, quò me longiùs, q̄ putarā, surripuerit dicendi calor. Boni tamen prò vestra clementia consulite: quoniā pauciotibus effari nequiui, scholasticis tractationibus de medio sublatis, q̄ rei timeā theologicæ. Ne vos tamen viri sacri hac mea inepta proloquēdi prolixitate diutius obtundā, hoc qualecunq; munusculum accipite, perspicite, castigate, & pro summa authoritate vestra reformate. Nam cui alij q̄ vobis ecclesiæ lumina, vestrorum apologiā decretorum nuncuparem? Agite vt cœpistis. Obsequimini spiritui sancto. Honori apostolicæ sedis, vbi sanctissimum ecclesiæ caput residet, consulite. Familiæ vestræ, Christiano inquam orbi, sanguine Christi seruato, pro-

spictet, qui intenta in vos ora tenet, expansasque manus: vt hanc, quæ reliqua est, fidei scintillam excitetis, Christianos principes audite hoc à vobis obnixè flagitātes, qui de hac causa sedetis iudices, zelus, officiumq; inuictissimi Cæsaris haud per vos sanctissimo suo fine defraudetur. Qui nō modò in hanc eandem causam, fortunas omnes, exercitus, regna vtique exposuit, sed quò fidem suam, quam Christo obstrinxerat, liberaret, vitam in castris, prodigiosis armis, iaculis vtiq; sulphureis obiecit: fama ad gloriā diuini nominis, sempiterna. Nam quod si hoc loco Christianam Rempublicam relinquitis, cùm neq; fides in tanto periculo durare diu, neq; mundus ea extincta possit esse superstes, in timorem nos certum cōijcitis, ne hęc tam latè patens discessio ea sit ipsa, de qua scriptum nobis curauit Apostolus, prænunciā fore appropinquantis rerum finis.

Zelus Cæsaris.

2. Thess 2. cap. A.

De nominibus, natura, & gratia.

Cap. 2.

Sanè verò de natura, & gratia disputationē instituentibus operæpretium primū est, res horum nominum exponere. Naturæ enī voce in præsentiarū facultatē designamus naturalē liberi arbitrij ad bene agendum, atq; nomine gratiæ, auxiliū, donaq; nobis diuinitus suffecta ad ea officia, quibus ineundis & perficiendis natura nō sufficit. Vbi hoc animaduertendum est, quod influxus, cōcursusq; Dei generalis quamuis sit diuinæ maiestatis spōtaneus, ac voluntarius, ad vniuersalē pertinens prouidentiam, tamē quia in ipsa statim rerū cōditione, ita cū rerum natura cōcurrere pepigit, vt res sinceret (quod ait. 3. de trin. Aug.) suis motibus naturalibus agere, inter causas naturales annumeratur: quasi sit naturæ debitus. Vt enim Dei fuerit misericordia, naturas rerū ex nihilo condere, verùm tamē suę singulis virtutes & qualitates debētur, cælis nimirū lux: homini, ratio & sensus: alijsq; alia. Et pari fermè ratione, cōcursus ille generalis debitus est, quādiu durauerit, vniuerso. Quocirca vbi aiunt, & philosophi, & theologi, solē à natura illuminare, cælos naturaliter circūferri, ignē suapte natura exurere, atq; his similia, nomine naturæ efficientiā Dei generalē cōplectūtur: sanè qui nō solùm dat vnicuiq; formam essendi, agendiq; virtutem: sed vniuersa tum sustinet, vt sint: tum mouet, vt agant. Quæ autē homo illo adiutus modo nequit, illa aut naturæ repugnat suæ, aut supernaturali auxilio obtinet. Atq; hoc nūcupatur auxilium gratiæ: quasi nō naturæ debitū, sed gratuitò collatum. Quia nimirū phrasi vtitur Apostolus, vbi ait: Et qui operatur, merces nō imputatur secūdū gratiā, sed secundū debitū. Quasi opera quæ ita sunt in nostro arbitrio posita, vt solo influxu generali Dei valeamus perficere, nostra ipsorum sint, de quibus proinde nobis, ceu de proprijs meritis, debetur merces. Itaq; si misericordiam dei spectes, hāc rerum machinam, cùm ex nihilo effingentis, tum continenter sustentantis; naturalia cuncta agnosces, opera esse gratiæ. At verò vbicūque gratiā in sacra pagina, in Paulo præsertim legimus, tali nomine donū venit, naturæ ipsi præter suum debitum, superlatum cælitus ad agendum opus supernaturale. Nanque naturalia munera, licet non sint debita personæ quasi ipsa meruerit, sunt tamen modo quodā debita naturæ: supernaturalia verò, nec personæ, nec naturæ: & ideo simpliciter dicuntur gratiæ. Huius deniq; discriminis indicium accipe. Naturale & miraculosum è regione opponuntur: vbi autem Deus naturalibus causis influentiam illam subtrahit vniuersalem (vti olim fecit & soli gradum sistenti, & Babylonico igni nihil lædenti pueros) miraculum censetur: est ergo influentia, illa naturalis causa. De auxilio verò speciali aliter loquimur. Nā quòd aliorū Deus misereatur, alios verò induret, nō miraculum reputamus, sed incomprehensibile iudicium eius. Hoc ipsum August. agnouit, vti pleraq; omnia, quæ in argumentum huius operis excogitari possunt. Quem propterea nil mirum, si fermè vnicum coryphæum identidem huc simus, præ cæteris Patribus accersituri. Sicuti & ex scholasticis crebriorem fumus consulturi diuum Thomam, qui reliquis copiosiùs de hisce rebus, limatiusque disseruit. Ille super Psalm. 144. Quędam, inquit, est Dei gratia, qua Deus fecit, seu creauit nos. Altera, qua refecit, seu redemit nos. Et paulò pòst. Pelagius Deo quidem tribuit, quia est: & in hoc rectè sentit: sibi verò, quòd iustus est: & in hoc sua sentētia ipsum fallit. Hæc August. Eo enim præcise intellectu fatebatur Pelagius gratia Dei nos iustificari, quod vires naturales aiebat esse gratuitò nobis ingenitas: non tamen quod præter illas indigeremus nouo auxilio gratiæ. Id quod acrius reprehendit idem Augustinus, in epistola quinque episcoporum ad Innocentium, quæ est. 95. his verbis. Etsi quadam non improbanda ratione, dicitur gratia Dei, qua creati sumus vt nonnihil essemus, nec ita essemus aliquid, vt cadauer, quod non viuit, & arbor, quæ non sentit, aut pecus, quod non intelligit, sed homi-

Natura.

Concursus Dei generalis.

Augustin.

Auxilium gratiæ.

Paul. Ro. 4.

D. Tho. 1. 2. q. 5. art. 1 ad 2.

Miraculum.

Iosue. 10.

Daniel. 3.

Augu. coryphæus in argu. de natu. & grat.

Pelagius gratia Dei nobis collata naturalia fatetur.

Quid sit Pelagio gratia Dei nos iustificari.

Aug in epistola quinq; episcopo. ad Innocentiū.

homines, qui & essemus, & viueremus, & sentiremus, & intelligeremus: & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere debemus: vnde meritò & ista gratia dici potest, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est. Alia est tamen, qua prædestinati vocamur, iustificamur, glorificamur. Et de hac, inquit, quæstio erat cum Pelagio, quando compellebatur, ne diceret, gratiam secundùm opera nostra & merita dari. Et in episto. ad Sixtum a. quæ est ordine. 105. Cùm ab istis, inquit (scilicet Pelagianis) quæritur, quam gratiam cogitaret Pelagius, quando anathematizabat eos, qui dicunt, gratiam Dei secundùm merita nostra dari: respõdent, cogitasse ipsam humanam naturam, in qua conditi sumus. Neque enim antequàm essemus, mereri aliquid poteramus vt essemus. Sed abijciatur (ait) à Christianorum cordibus ista fallacia: nam omnino non istam gratiam commendat Apostolus, qua creati sumus, vt homines essemus, sed qua iustificati sumus, vt homines iusti essemus. Ista est enim gratia per Iesum Christum dominum nostrum. Etenim Christus non pro nullis, vt homines conderentur, sed pro impijs mortuus est, vt iustificarentur. Hactenus August. Colligamus ergo, quòd quamuis naturalia beneficia, gratiæ etiam nomenclaturam habeant, vbicunque tamen simpliciter de gratia habetur sermo (nisi contextus aliorsum peculiariter diuertit) beneficium Iesu Christi seruatoris nostri subauditur, in nostram nobis salutem impensum. De qua ait Paul. Gratis estis saluati per fidem & hoc non ex vobis: Dei enim donum est. Vnde etsi aliqua speciatim ab effectu sortiatur nomẽ, vt nuncupetur gratia gratificans, seu gratum faciens: omnis tamen gratia à priuatione præcedentis causæ tale sortitur nomen: nempè quòd non ex debito, sed gratis donetur. Quo & Paulus alludit, vbi è regione opposuit. Non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum. Et iterum, Si gratia, non ex operibus: alioqui gratia iam non est gratia. Et talis est oppositio naturæ & gratiæ, de quibus hanc adorimur tractationem. Quæ verò res sit gratia, libr. 2. commodiùs examinauimus, cap. 3. ¶ Quo autem in litem nos insinuemus, quam Lutherani nobis intendũt, duo semper ecclesiæ Dei extiterunt de nostra iustificatione cõtraria pericula. Porrò alterum ab ijs, qui in gratiam Dei, diuinumque honorem iniurij, libero arbitrio nostrisq; operibus plus iusto concesserunt. Quos Paulus Apostolus sæpè & sæpiùs pudendi euincit erroris, & veluti qui sint in Deum impudenter contumeliosi, ita de illis vbique pronunciat. Hunc errorem post annos quadringentos famosus ille Pelagius resuscitauit. Alterum verò ab ijs intentum est ecclesiæ periculum, qui gratiæ Dei in tantũ deferebant, vt liberum ferè arbitrium tollerent: dicentes, Deum in nobis iustitiam sine nobis operari. Ideoque sola nobis opus esse fide, qua misericordiam Dei apprehendamus. Cætera verò opera haud esse necessaria: dicente Paulo, Arbitramur hominẽ iustificari per fidem, & non ex operibus, & hoc genus quàm plurima. Contra quos (vt ait August. de fide & operib.) Petrus & reliqui apostoli scripsere, eosdemque proinde appellat Petrus deprauatores epistolarum Pauli, vt lib. 2. cap. vlt explicatiùs enarrabimus. Inter hos autem scopulos sacrosancta mater ecclesia, aura spiritus sancti aspirata, ita liberum arbitrium adstruit, vt ei tamen infirmo & egeno necessariam iudicet gratiam Dei. At verò ita vicissim gratiam extollit, vt liberum arbitrium sublatum nolit, sed cooperatione nostra opus esse velit in iustificatione, & operibus deinceps nostris, quibus iusti iustificemur adhuc. Igitur Martinus Lutherus inter errores alios, quos multorum generũ disseminauit, nõ modò in hanc secundam partem, à Pelagio, diuersam, inclinauit, sed accessionem prægrandem fecit. Eò enim vsque per peccatum primi parentis prosternatam vult naturam nostram, & viribus exhaustam, vt nulla nobis inde fuerit reliqua libertas ad bonum. Vnde innumera confingit mõstra, de peccato originali, de libero arbitrio, de que iustificatione, & operibus nostris. Vt hæc autem ex suis causis dilucidè expenderentur, materias omnes de natura & gratia pertractare cõnstituimus: vt vbi quisq; incideret locus aduersus Lutheranos, illic eundem luculẽtiùs discuteremus. At verò cũ extrema præuotione medij plurimùm innotescant, tam supernaturalis felicissimusq; status gratiæ, quàm culpæ etiam miserrimus habitus ex naturali nostra cõditione q̃ maximè dinoscitur, & ideo non aliud q̃ idoneum me inde dicendi initium inuenisse arbitratus sum, si quatuor hominis, quos paulò antè dicebam, statibus, & qualitatibus differẽtes, ob oculos primum omnium posuissem. In quibus toto opere patefacerem quousq; natura nostra proprijs viribus in morum cultura progrediatur, & vbi nisi auxilio gratiæ peculiarius suffulta, deficiat. Erit autẽ fermè operis scopus & thema, duorum saltem librorum, dilucidatio huius verbi, quod sym-

Margin notes: Augu. in Epist. ad Sixtum. — Collectio de nomine gratiæ. — Ephes. 2. Gratiæ nomen. — Paul. Rom. 4. & 11. — Duo de iustifi extremi errores. — Pelagius. — Aug. de fide & ope. capi. 14. — Ecclesiæ catholicæ sententia. — Martinus Lutherus. — Quatuor hominũ status.

bolū, insigneq; est Chriani FIDES, QVÆ PER CHARITATEM OPERATVR. Nā etsi de hac voce inter nos cōueniat & aduersarios, nimirum fide iustificationem fieri, quæ per charitatē operatur, re differt nihilominus plurimū ¶ Sed hoc præterea in vestibulo statim disputationis nostræ cēsuimus admonendū: nempè quòd in omnibus cōtrouersijs distinguenda eá sunt, de quibus citra iniuriam fidei, variè diuersèq; sentire cuiq; liberum est: vtpote quæ in opinionibus versari permittit ecclesia cahtolica, ab his de quibus disceptatur, an sint scripturis canonicis dissona, nec ne. Id profectò à quo (vt pace vtrorumque dixerim) aduersarijs fortè minus, sed neque nostris satis cautum est. Nam Lutherani quancunq; doctrinā in aliquo fortè doctorū nostrorū offendant, ac si tota schola apud nos theologorū eam pro fide sustineret, ita acriter impetunt & oppugnant, sulsq; populis persuadere student, eam esse fidem nostram: cùm tamen complures earū nullius probabilitatis apud graues doctores inter nos habeantur. Contra nōnulli ex nostris opinionē quālibet suæ familiæ adeò mordicus propugnant, ac si ex illa conuicta periculum immineret orthodoxæ fidei. Non ergo vbi de fide agitur, plebem opinionibus & placitis hu⁹ aliusve scholæ vexemus. De quibus satis fuerit intra gymnasia disputare. Verùm quæ ad Christi fidem attinent, ea penitus sint, quæ cum modestia & charitate discutiam⁹: quoad misericordia Dei vnius sit nobis cōfessio fidei, eidēq; pareamus ecclesię. Vbi qui priùs esse haud quaquàm potest, futurus est discordiarū finis. Quòd si cuiusp:am sententiā doctoris (quod sępissi nè est necessariū) probare magis vsu venerit, admonitos faciamus lectores, suasionē esse humanam non diuinam persuasionem.

Distinguendū est inter ea quæ sunt fidei, & ea quæ sunt in opinione.

De homine in puris naturalibus mente concepto. Cap. 3.



IGitur licèt nunquàm fuerit, nec ex lege posita esse possit extra culpam & gratiam in mera sua natura creatus, & relictus homo, concipere illum tamen animo & effingere nihil vetat, clarioris disputationis gratia. Faciamus itaque imaginando, vt homo hunc in modū naturalis à Deo sit creatus: vtpote rationale animal, absq; culpa & gratia, & quouis supernaturali dono. De homine huiusmodi, qualem penitus philosophi agnouerunt, tria meditari possumus. Primum quòd suapte natura inter angelos & inferiores creaturas medius sit, atque adeò ex anima rationali & corpore constans, duabus polleret partibus & virtutibus, sensu scilicet & ratione. Nomie sensus, philosophorum more, partem totā sensilem nuncupamus: id est, cognoscitiuā & appetitiuā: sicuti & rationis vocabulo, partem rationalem: vt intellectum cum voluntate. Ita enim Aristot. 2. Ethico. dissecat in homine partes binas, eam videlicet, quæ est rationis compos, atq; sensilem alteram, brutam vtiq;, atq; rationis expertem, quæ (vt. 1. Polit. docuit) rationi obeditnō quidē seruitio despotico, vti seru⁹ domino, qui cùm nō sit sui iuris, nō habet renitendi facultatem (hoc enim pacto sola corporeā membra inseruiunt animo) sed obsequio politico & regali: vti ciuis paret principi, vtpote in cuius est arbitrio, non illi obtēperare. Ex his cōsequens palàm fit, luctā illam, cuius meminit Apostol. ad Galat. vt caro cōpupiscat aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem, esse homini à natura ingenitā: sanè quæ ex his diuersarijs partibus innascitur. Igitur quid nomen concupiscentiæ (quod in subsequentibus crebrò recurret) significet, ex naturali hominis potētia (nisi rectiùs dixerim impotentia) venandum est. Vt hic adnotare incipiat sapiens lector, quā sit philosophia naturalis, sacris literis, ac rebus fidei intelligēdis adminiculo. Etenim cum pars sensitiua, vim vtramq; cōprehendat, porrò cognoscitiuam & appetitiuā, appetitus tamē solus est, qui inter theologos nomen habet sensualitatis. Sumitur enim hoc nomen à sensuali motu, vt. 12. de trinit. ait August. eò quòd sensualitas hominē extra rationis metas ad sensibilia, quæ ad corpus pertinēt, tum pelliceat, tum etiam concitet. Sicuti à suo actu denominatur potētia, vt à visione visus. Mouere autē nō tam propriè competit cognoscitiuę potentiæ, quā appetitiuæ. Cuius rationem perq̄ doctè subijcit S. Tho. q. 81. in. 1. p. Idcirco quòd cùm operatio apprehensiuę perficiatur in receptione obiecti, appetitiuæ verò in eo quòd inclinatur & fertur in obiectum, illa, quieti, hæc verò assimilatur motui. Atqui etsi appetitus huiusmodi in duas à philosophis dissectus sit partes: primā quidē concupiscibilē, qua in ea propendimus, quę cōueniunt, eaq; renuimus, quę nobis aduersantur, alteram verò irascibilem, qua resistimus obsistentibus, & his quæ deterrent, ne conuenientia prosequamur, totus nihilominus animalis appetitus, nomen habet concupiscentiæ. Ex eo quantum conijcio, quòd pars cōcupiscibilis, fundamentum est & finis irascibilis. Nunquàm enim aggredimur tristia & ardua, nisi propter ea quę nos amica delectant.

Homo in puris naturalibus.

Prima cōsyderatio de homine in puris naturalibus.

Arist. 2. Ethicor.

1. Polit. c. 2.

Cócupiscentia carnis aduersus spiritum homini naturalis.

Sensualitas.

D. Tho. 1. p. q. 81. ar. 2.

S. Tho. in. 1. p. q. 81.

Cócupiscentia.

lectant. Vt nũquam quis hostem aggreditur ira, nisi quia in eo nocet, quod cupit in pace possidere. Est ergo cõcupiscẽtia, seclusa etiam Adæ, & iustitia, & culpa, nobis natiuus morbus, genuinumq; malum, vt c. 13. infrà latiùs executi sumus. An verò ex peccato aucta fuerit, nihil modò definimus. ¶ Secundum quod de homine illo consyderare licet, est, quòd cũ esset animal rationale, polleret vtique ratione ac libero arbitrio: secundum illud Eccl. 15. Fecit Deus ab initio hominẽ, & reliquit eum in manu consilij sui. Est nanq; homo suapte natura ea ratione ad imaginem Dei factus, quòd intellectu pollet, atq; memoria & voluntate. Trinam enim S. Patres speculantur in homine diuinam imaginẽ: nempè creationis per naturam, recreationis per gratiam, & glorificationis per beatricem illam visionẽ patriæ. Vnde Damasc. Quod secundũ imaginem (inquit) est, intellectuale significat, & arbitrio liberum quod est per se potestatiuũ. Hæc ille. Est etenim illud ad alius imaginẽ expressum, quod nõ solũ cætera mẽbra, verùm faciem eius exhibet, & repræsentat: facies autem & vultus Dei mens eius est, & voluntatis libertas. Od idque cùm reliquum creaturarũ vulgus, quippe quę esse tantùm habeant, aut sine mente vitam, vestigium Dei sit penitus (vt in pressio pulueris quæ pedem, non faciem refert) homo post angelum, est, qui suapte natura faciem Dei, vteũ quę repræsentat: iuxta illud Psalm. Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine. Id quod Gen. 1. explicatè significatur, vbi ait Deus, Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostram, & præsit piscibus maris, & volatilib⁹ cæli. Ac si dixisset, Hominẽ faciamus, qui iudicio, vti nos, præstet, & arbitrij vsu valeat: atq; adeo cùm sui, suarumq; actionum dominium habeat, pecoribus, cæterisq; rebus ratione carentibus perinde dominetur. Vnde S. Tho. 1. p. q. 96. omnia, inqt, animalia sunt homini naturaliter subiecta. Primò quia inferiora sunt propter superiora. Secundò quia superiora sunt à quib⁹ debẽt inferiora gubernari. Et tertio propter vniuersalem omnino prudentiã, quæ viget in homine. Hæc ille. Haud tamen subinde cogitatio quempiam subeat, eã fuisse Deo causam condendi hominis ex animo & corpore, vt mundi colonus esset, cæterisq; animalibus, & rebus inanimis præficeretur, quoniam non propter mundum homo, sed mundus propter hominem, quàm latè patet fabricatus est. Id quod Aristo. & principes philosophi, natura magistra, prædocti sunt: & nos inter enarrandum locum illum Pauli, quòd inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, conspiciuntur, fusiùs elucidauimus. Cùm enim, authore in de diui. no. Dionysio, bonum suapte natura sui sit ipsius diffusiuum, duas Deus substantias sui capaces statuit effingere, cum quibus diuinam suam felicitatem cõmunicaret: sanè vt eas sui ipsius amore & conspectũ bearet, quibus est ipse beatus. At propter incorporeum angelum, nullo opus fuerat corporeo mundo, sed solùm propter hominem, cuius proinde seruitium est, quantacunque est cælorum, astrorum & elementorum moles, ex hisque mixtorum numerosissima suppellex. ¶ Tertia ergo fuerit de nostro isto physico homine cõsyderatio. Nempè duos esse hominis fines: alterum qui suæ cõmensuratus est naturali virtuti, & facultati, siue qua parte ad intellectum spectat, siue qua pertinet ad voluntatem: alterum verò qui eius virtutem excedit. Intellectus naturale obiectum in hac vita est ens, vel quòd sensibus obiectum est, vel quatenus per abstractionem à sensibilibus conspicitur. Ratio quam in promptu ipsa suggerit natura, est, quòd cum anima nostra sit actus corporis, ne cesse est nostram cognitionem à sensu inchoari, & intellectu perfici. Vnde est axioma illud Aristo. Nihil est in intellectu, quin priùs fuerit in sensu. Quocirca cùm intellectus potẽtia sit immaterialis, potens est ex præsentatis effectibus ad supernas, spiritualesque causas contemplãdas mentis oculos erigere. Hoc autem & perparum ad præsentẽ rem pertinet, & erit fortè legẽtibus insuaue, aliarum rerum auidis. At quatenus ad humanam voluntatem, liberumq; attinet arbitrium (id cuius frequens futura nobis est mentio) animaduertendum est, quòd cũ homo sit rationale animal, finis eius naturalissimus est operari semper secundùm rationem, id est, omnia agere propter honestum, quãdo, & vbi oportet, secundùm prudẽtiæ regulas, à ratione præscriptas. Suorum autem finis officiorum in hac vita, est, pax, tranquillusq; status Reipublicæ. Est enim homo politicum animal, natum in societate viuere, ob idque suapte natura in hoc propensum, vt ea se ratione gerat. primùm respectu sui, mox respectu familiæ, ac demum respectu ciuium, qua ratione pax in Republica, charitas, & beneuolentia perpetuo constet. Hunc penitus finem philosophi naturales speculati sunt. In hunc positæ sunt ciuiles leges, ordinesque & magistratus in Republica constituti. Nec solùm astruimus, agere secundùm rationem natiuum esse homini: veluti auibus, volare: natare, piscib usterrestribusque animalibus, gra-

Marginalia (left): Secunda cõsyderatio. — Eccle. 15. — D. Thom. 1. p. q. 93. art. 4. — Triplex imago Dei in homine. — Damasc. lib. 2. ca. 12. — Rõ natura- lis. — Facies Dei. — Psal. 4. — Genes. 1. — S. Th. 1. p. q. 96. art. 1. — Non hõ propter mundũ sed mundus propter hominem. — Angelus, & homo. — 2. phys. c. 2. tex. 24.

Marginalia (right): Tertia cõsyderatio. — Duplex finis hominis. — Obiectum intellectus. — Axioma illud Aristot. 3. de Ani. tex. 39. — Naturale est hõi operari secundũ rationem. — Homo aïal politicum. 1. polit. c. 2. — Ciuilium legũ constitutio.

di. Hæc enim non ſunt fines, ſed opera media, quibus cõſequuntur finem, puta victum, vt viuant. Sed dicimus, finem eſſe & ſcopum in quem nos natura produxit. Sicuti naturæ rei grauis eſt, moueri ad centrum: leuis, ſurſum ferri: ſolis, illuminare: ignis, exurere. Nec iſta eſt propoſitio, quæ perſuaderi opus habeat, ſed poſtulatio, quã dicunt dialectici, quæ ex ipſa definitione hominis ſtatim liquet.

Hoc enĩ ipſum pollet animal rationale, quod animal in hoc natum, vt ratione viuat. Verũtamen ita eſt munus hoc nobis innatum à natura, vt tamen ſenſualitas nobis ſit impedimẽto, ne ſemper id præſtare poſsimus, ad quod nati ſumus. Nam, vt in prima conſyderatione dicebamus, appetitus qui ſuopte ingenio præter rationis iuſſum impetu fertur in ſua obiecta, aut rationem poſt ſe præcipitat, aut negotium, moleſtiamq; illi faceſsit renitenti. ¶ Sed

Dubitatio.

hic quiſpiam meritò percontetur. Si natura ſenſualitatis eſt contra rationem agere, & ſenſualitas ipſa in natura ineſt penitus hominis, cur non dicamus perinde naturale eſſe homini, agere contra rationem, atque agere ſecundum rationem? Ratio conſpicua eſt, & manifeſta. Nanq; cùm operari ſecũdum rationem competat homini ratione formæ, à ſupremoque eius gradu, vnde ſortitur ſpeciem: agere autẽ contra rationem, obtingat ratione materię, nempè ab infimo gradu, cõmuni ſibi cum brutis (quod eſt ſenſitiuum) meritò illud iudicatur eſſe ei ſimpliciter naturale, hoc verò naturale ſecundùm quid, id eſt, ſecundum ſenſualitatem, ſimpliciter autem contra naturam. Tametſi, eſſe corporeum, mortalem, ſenſitiuũ, & talia, licet prædicentur ratione materiæ, quia tamẽ nihil præ ſe ferunt cõtra rationem, ſimpliciter enunciantur de homine. Atqui &

Roma 7.

in Paulo reperitur etiam genus hoc loquendi: vbi ait, Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Id enim mali, quod ſuccumbente ratione volentes facimus, dicimur ſimpliciter nos facere, ea autem illecebra, quæ renuente voluntate, eſt in concupiſcentia, haud noſtra eſt propria, ſed ipſius ſenſualitatis. Quam propterea ſupra non appellauimus bonum naturæ, ſed malum eius, & vitium, & morbum: vt infra cap. 3. explicatiùs liquebit. Qua etiam de re, virtutes omnes, etiam ſecundùm philoſophos, vt author eſt Auguſt. 14. de ciuita. Dei, & S. Tho. 1. 2. q. 71. ſunt ſecundùm naturã hominis: vitia verò vniuerſa, cõtra naturam. Vnde. 4. c. de diui. no. Dionyſius. Bonum, inquit, hominis eſt, ſecundum rationem eſſe, malum

Augu. 14. de ciuit. Dei.

Dionyſ.

autem, præter rationem. Et hæc de illo fine hominis, qui viribus naturæ noſtræ cõmenſuratur. Eſt veruntamẽ finis nobis alter, virtutem, vireſq; naturæ noſtræ lõgiùs exuperans, q̃ vt à nobis poſsit vel cognitione, ne dum re ipſa pertingi. Id cõſiſtit in Dei ſummè amati per facialem viſionẽ comprehenſione. Hæc enim (inquit veritas ipſa) vita æterna, vt cognoſcant te Deum verũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Quod eſt, vt te in hac vita fide cognoſcentes, ſpe appetant, charitate excolant, quibus te tandem officijs deamatũ videndo cõprehendant. Eſt nanq; viſio, præmium fidei: iuxta illud, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: eademq; ſimul eſt, quæ ſpem terminat, cõprehenſio. Nã ſic currite, inquit, vt cõprehendatis. Quare vt iuſtus hic ex fide viuit, ſanè dum ſpe eorum quę viſurus eſt, iuſta operatur, ita & beatus viſione illic viuet, dum cõſpectu ſperati amatiq; Dei ſatiabitur. Atq; adeò, vt vita hic æterna à cognitione dei exordium ſumit, ita & illic cognitione perficitur. Sed non eſt hic locus concertandi, vtro in actu beatitudo cõſiſtat. Eſt veruntamen vterque intellectus, ſcilicet, & voluntatis, neceſſarius: quod ſatis in præſentia nobis eſt.

Finis naturę noſtræ excellens.

Viſio beata.

Iuſtus ex fide viuit.

*Quænam officia homo in puris natura*libus præſtare poſſit. Cap. 4.

PER hæc cõmunita nobis via eſt, ad inueſtigandum, quid homo ille naturaliter poſſet, quidq; minimè, ſi auxilio eſſet gratiæ deſtitutus. Hoc enim propoſitum nobis eſt de ſingulo hominis ſtatu diſſerere. Quod per tres hic concluſiones, ex præfatis tribus conſyderationibus appendentes, conſtabit facilè. Prima. Poſſet tunc ille homo ſolo generali auxilio Dei ſuffultus, & vnam primam rerum conditricem cauſam noſſe, & ea quæ naturale ius de officijs, virtutibusque humanis docet, tum pernoſcere, tum etiam quandoq; vſu & more præſtare. Neq; verò eſt, vt velimus in præſentia concluſionem hanc ex omnibus ſuis cauſis demonſtrare. Nam cùm de hoc homine quem fingimus, nihil, vel in ſacra pagina, vel apud S. Patres ſcriptum ſit, commodiùs elucidabitur cap. 20. vbi de homine in originali culpa, eadem altiùs repetenda eſt nobis quæſtio. Modò interim ſatis fuerit, rationem naturalem ſubijcere. Quæ quantum ad cognitionem, talis eſt. Natura eſt effectarum rerum, vt ſuas quæque cauſas repræſentent, ingenitumq; eſt homini (vt paulò antè dicebamus) ex præ-

1. Cõcluſio.

ex præsensis effectis causas rimari: qua ratione sunt causæ. Cùm ergo Deus prima sit rerum omnium, quas sentimus, causa, & supremus finis, poterit homo ad eius notitiam per hæc visibilia promoueri. Attamen consyderandum est, quòd cùm Deus nihil agat in rebus, quatenus trinus, sed quatenus vnus (quoniam vt dictum est à theologis, opera trinitatis indiuisa sunt extra) non cognoscitur ex rebus inquantum trinus, sed inquantum vna summa causa, & finis, vnde omnia dimanant, & quo omnia, suo quodque modo & ordine, appetitu tendunt. Et hoc est quod ait Apostolus inter obiurgandum philosophos. Quia quod notum est Dei, id est, acumine naturali de Deo est cognoscibile, manifestum est illis. Deus enim illis manifestauit. Et quòd loquatur de manifestatione per lumen naturæ, planè liquet ex eo, quod sequitur. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Hæc enim sunt, quæ Deo per creaturas patefacit naturæ radius: nempe, vt sit vnus, sempiternæ virtutis, sapiens, bonus, & cætera quæ hæc mundi machina mole sua, ordine, & pulchritudine, confitetur de illo & prædicat. Cæli enim enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. In quibus proinde philosophi naturales Deum opt. maximum speculati sunt. Neque id tantùm de Deo agnouere, sed cuncta propter hominem esse, & moueri: hominem verò propter primam causam, quæ est summus omnium finis. Et ideo causæ illi supernæ obedientiam, & rebus bene gestis cultum ab homine deberi. Atque eadem luce naturali discernere homo ille potuit inter bonum, & malum: honestum, & turpe: illaque prima vitæ humanæ elementa notissima cernere. Id facias alijs, quod tibi vis fieri: idque ne facias, quæ neque velis tibi. Poteratque demum nosse hominem esse animal politicum, officiaq; subinde alios alijs debere, quibus pax, tranquillaque Respublica in eos consisteret. Ex hoc priori membro conclusionis de cognitione, consequens, & alterum fit. Sanè quòd valeret homo ille in puris naturalibus, quamuis originali, seu iustitia, seu culpa semota, solo nutu generali Dei opus aliquod honestum quandoque efficere, & quod esset (vt aiunt) moraliter bonum. Enimuerò cognitio rerum agibilium non est à natura sua, nisi propter opus, vt. 2. Ethicor. author est Aristoteles, ergo si potens erat homo vi intellectus iudicare bonum honestum: poterat etiam & illud per voluntatem nonnunquàm amore prosequi, & amore præstare: saltem quatenus ordinatur in finem à natura præscriptum. Item homo (vt paulò ante dicebamus) natura sua est animal rationale, id est, aptum natum secundùm rationem viuere: ergo potest id quandoque vi, & viribus naturæ suæ consequi. Est enim persuasu impossibile, vires inesse sensualitati expugnandi rationem, nullam tamen suppetere virtutem à natura homini, vt ratione vicissim superet sensualitatem, cùm hoc maximè (vt dicebamus) naturale sit homini, illud autem contra suam naturam. Hanc præmeditationem substernimus aduersus illos, quorum caput fuit Gregorius Arimi. qui inficiantur, posse hominem absque auxilio speciali Dei, vel cognoscere sufficienter, vel efficere bonum opus morale: propterea quòd necessarium sit, vt referatur in Deum, quod fieri nequit naturaliter. Hoc est enim hominum haud oculatè distinguentium inter finem naturalem, & finem supernaturalem hominis. Idem enim auribus exhibet, opus moraliter bonum, quod opus bonum commensuratum naturali fini, id est, quod fit tantùm propter honestum. Nam honestum ipsum, nisi mala circunstantia vestiatur, suapte natura, virtute refertur in Deum. Præsertim quia potest naturaliter actu etiam in ipsum referri, quatenus ex creaturis potest naturaliter cognosci esse vltimus finis naturalis: quod operi moraliter bono satis est. Miraculum enim esset, quòd facultas adesset naturalis rebus cæteris tam inanimis, quàm animantibus obtinendi suos ipsarum fines, & tamen dignissimo animalium homini non suppeterent à natura sua vires, vt certo in moribus præscripto fine quandoque potiretur. Sanè verò Paulus eo facit philosophos inexcusabiles, quòd cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt: igitur propterea fuerunt inexcusabiles: quòd si opera moraliter bona (vt ius naturæ ostendebat, eiusdemq; erat facultas) fecissent, Deus tunc specialiori fauore & auxilio illis succurrisset, quos illos sibi reconciliaret. Sed sunt nobis hæc latiùs cap. 20. differenda, & ideo supersedendum est hic, vbi tantum iacimus fundamenta naturalia. ¶ Supponimus huic tamen conclusionem secundam. Non quiuerat homo ex puris naturalibus, totum naturæ bonum perficere, id est, vbicunque opus esset, bene moraliter agere. Atqui huius se ratio protinus profert. Nam cùm homo (vt dictum est) etiam in puris naturali-

Marginal notes: Deus agit inquantum vnus. — Toletan. 6. can. 1. — Rom. 1. Act. 14. c. & c. 17. F — Psal. 18. — Notitia philosophorum de Deo. — Secūdū membrum coclusionis. — 1 ratio. Aristot. 2. Ethic. c. 2. — 2. ratio. — Greg. Arimi. — Opus moraliter bonū. Conclu. 2.

turalibus in continuo esset duello sensualitatis aduersus rationem, necesse esset rationem, non quidem semper, sed tamen sæpè succumbere hosti, nisi diuinitus suppetias haberet. Nec solùm propter sensualitatis pugnam, verùm & propter imbecillitatem corporis, quod licèt obediat obsequio despotico, tamen fatigatur, & lassum non potest ad nutem parêre rationi. Quocirca posset homo vnum aut alterum præceptum naturæ seruare, non quidem vt amicitiam Dei commereretur (de qua re statim dicturi sumus) sed quantum ad substantiam operis, vt per bonum opus morale peccatum euitaret. Sed neq; id posset frequenter, vt capit. 2 2. fumus latiùs expressuri. Atqui experimentum huius latissimè patet in ijs, qui sunt extra gratiam Dei, & potissimùm in infidelibus, qui à numine deserti, per vniuersa vitiorum præcipitia corruunt. ¶ Tertia denique conclusio & assertio de nostro isto homine est hæc. Neutiquam poterat, etiã si nulla præcessisset culpa, vel naturali acumine intellectus apprehendere, vel suis viribus assequi summum illum, felicissimumq; finem, ad quẽ creatus est. Assertio hæc facilis est, quæ ratione naturali demonstretur. Finis enim ille extra, supraq; omnem lineã est, & ordinem naturæ conditæ: eò quòd Deus infinitus sit, omnis autem creatura, limitata, ab illaq; adeò per sectionis abysso infinitum distãs. Vnde (quod ad cognitionem attinet) sicuti sensus ad vniuersalium cognitionem & spiritualium non protenditur, eo quòd sit potentia materialis, & idcirco inferioris ordinis, ita nullus creatus intellectus, vtpote qui finitus sit, immensam illam substantiam potest per se, qualis ipsa est, cognoscere. Et (vt angelum interim mittamus) de homine perspicacior ratio est. Nam cùm non possit nisi per sensibilia ad diuinam cognitionem conscendere: & sensibilia hæc, non nisi quatenus vnus est, Deum ipsum nobis ostendant, nõ potest homo naturaliter trinitatem, & quæ sunt personarum propria (in quibus cognoscendis summa illa felicitas posita est) mentis intuitu cernere. Quinimo neque anima corpus exuta, neq; incorporea intelligentia: eò quòd sint limitatæ virtutis. Veritatis huius firmum testimoniũ est in Esaia, A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te. Cùm enim humana omnis notitia rerũ, aut disciplina per auditum, aut inuentione per visum acquiratur, & comparetur, significantissimè explicuit propheta, quàm non sit humanæ facultatis, diuinæ illius substantiæ conspectus. Sed nequis comminisceretur, posse hominem vel animo illam contemplari, adiecit diuinus Apostolus, Neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Dominus ijs, qui diligunt illum. Quod ille dixerat, expectantibus, expresit hic per, diligẽtibus. Dilectio enim proximum est, iustumq; æternę fœlicitatis meritũ, si modò gratia Dei, præuenitur. Subdit verò, Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum sanctum. Sanè vt admoneret, id, quo per naturã subuehi non valemus, numine nobis obuenire. Porrò hæc causa philosophis fuit, vt cùm summa ingeniorum culmina longissimo vsu & arte percoluerint, summamque hominis felicitatem fuerint tam improbè perscrutati, tamen id tantùm assecuti sunt, quòd practica quidem beatitudo in vsu virtutum, speculatiua verò in substantiarum contemplatione separatarum collocaretur. At qualisnam esset contemplatio illa futura, neque sunt vsquam suspicati. Vnde Apostolus de Christo, Rex, inquit, regum est, & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre potest: scilicet naturaliter. Propterea enim appellat illam lucem inaccessibilem, quia soli immortali Deo est peruia, & illis, quos ipse immortalitate donauerit. Quòd si cognitio illius inaccessæ lucis, vbi finis noster actionumque nostrarum scopus abditus est, nequaquam nobis est naturaliter possibilis, & homo, nisi scopum nouerit, nullum illuc intendere, referreque potest officium: ratione naturali colligitur, non esse in hominis facultate positum, vt ineffabile illud præmium vllis posit officijs, aut rebus gestis promereri. Quantacunq; ergo homo ageret naturaliter bona opera, nullum tamẽ esset quoquo pacto meritũ, vel amicitiæ vel gloriæ Dei. ¶ At verò obuiam hic forsan nobis quispiã veniat, quòd felicitas illa suprema, finis sit potiùs noster dicendus naturalis, quàm supernaturalis. Finis enim naturalis cuiusq; rei est, in quem appetitus naturalis propensus tẽdit: appetitus autem naturalis noster inclinatur & fertur in illam inæstimabilem felicitatem: quia illucusque quiescere non potest: ergo est finis noster naturalis. Sunt in schola etiam S. Thomæ, qui super. q. 12. primę partis distinguunt, quo modo finem illum appetat homo naturaliter. Nam si homo, aiunt, consyderetur in suis naturalibus ante lumen fidei, falsum est: quoniam neq; potest naturaliter cognosci, neque appetitus ferri in incognitum. Si tamen consy-

Marginal notes: Cõclusio. 3. — Ex Arist. 2. de an. & li. de sens. — Esa. 64. — 1. Cor. 2. — Philosophi nõ cognouerunt veram felicitatem. — 1. Tim. 2. — An felicitas cœlestis sit nobis naturalis. — Caietanus.

conſyderetur perfuſus lumine fidei, ſcopum illum indicantis, tunc verum eſt, humanum appetitum continuò illuc naturaliter intendere. Iſti veruntamen huc fermè declinant, quòd ſit finis ille ſupernaturalis. Etenim ſi non poteſt ab homine concupiſci ex ſuis naturalibus, niſi præhabita cognitione ſupernaturali, potius cenſetur ſupernaturalis finis, quàm naturalis. Et tamen non eneruant efficaciam argumenti. Nam quanuis (vt terminis ſcholaſticorum vtamur) nequeat homo actu elicito cupere illum finem, niſi præuia cognitione fidei ipſum reuelantis, ſi tamē appetitio accipiatur pro inclinatione ipſa, & pondere naturali (quemadmodum graue, dum quieſcit, appetit centrum mundi) profectò appetitus naturalis omnium hominum, etiam illorum, quibus lux fidei nondum illuxit, ſuapte natura illuc fertur. Cuius firmum teſtimonium eſt, quod quantocunque potiatur homo optato bono in rebus conditis, nullibi tamen quietus eſt, eſſe ve poteſt, quoad æterna illa viſione fruatur. Vnde confeſsio illa Auguſtino in mētem venit, Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec perueniat ad te. Profectò ita cenſeo, quòd finis ille ſimpliciter ſit nobis naturalis. Neque definierim finem naturalem eſſe illum, quem poſsimus naturaliter aſſequi, ſed illum, quem appetimus naturaliter. Et quanuis non valeamus naturaliter pernoſcere, illud eſſe ſummum bonum, quo beandi, ſatiandique ſumus, inquietudo tamen ipſa humani animi, nullibi citra illum ſtatum requieſcentis, fidem abundè facit, illum eſſe finem noſtrum naturalem. Aliàs nullus eſſet vltimus finis appetitus humani: quod eſſet dictu abſurdum. Ineſt ergo nobis à natura appetitus in genere ad bonum, veluti eſt in materia appetitus ad formam. Attamen differt, quòd materia ſub nulla quieſcit forma, quin aliam appetat: animus verò noſter nullo contentus eſt bono, citra illud ſummum: in quo tandem requieſcit. Huius videtur eſſe opinionis Scot. in. 4. d. 49. q. 10. vbi ait, quòd appetitus naturalis ſemper & perpetuo & ſummè fertur in ſummam beatitudinem in particulari: licèt actu elicito id non poſsit extra ſupernaturalem cognitionem. Et eadem eſt (ni fallor) ſententia Sanct. Thom. eadem quæſt. 12. citata, articulo. 1. vbi ait, quòd ineſt homini naturale deſiderium cognoſcendi cauſam, cùm intuetur effectum: & ex hoc admiratio in hominibus conſurgit. His enim verbis edocet, perſpectis effectibus, naturale deſiderium noſtrum excitari intuendæ in ſe cauſæ. De illa enim cognitione per eſſentiam erat illic ſermo. Et. 3. contra gent. capit. 50. multis confirmat, inane eſſe deſiderium naturale, niſi Deū homo videre poſſet. Quin adiecerim ego deſiderium illud naturæ noſtræ, quod in prologo metaphyſicæ agnouit Ariſtot. vbi ait, Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat, illic omnino expletum iri (vt eſt in Propheta) vbi apparuerit gloria Dei. Vt ergo rem concludamus, haud negandum eſt, finem illum eſſe nobis naturalem reſpectu appetitus, ſed eſt nihilominus, ſi aſſecutionem eius ſpectes, ſupra vires naturæ noſtræ. At verò eſt aduerſus hanc ſententiam argumentum minimè debile. Nemini vnquam natura ad finem aliquem appetitum ingenerauit, cui non ſimul ſuffecerit organa & potiundi facultatem, vt oculatè cernere eſt in animalibus, vbi ſua ſunt cuique fini & operi deſtinata membra. Vnde Ariſtot. in. 2. cæli, Si haberent, inquit, cœleſtes orbes vim progreſsiuam, natura dediſſet eis organa opportuna. Cùm ergo homo à natura non habeat virtutem, & poteſtatem promerendæ, adipiſcendæque illius beatitudinis, conſequens fit, vt neque habet naturalem appetitum. Aliàs hominem feciſſet præ inferioribus creaturis truncum & mancum, atq; adeò peius cum eo egiſſet, quàm cùm cæteris. Ad hoc autem facilè reſpondetur, magis exinde effulgere celſitudinem humanæ naturæ: quòd cùm nulla poſsit eſſe natura creata, quæ vlla ſit proportione ad aſſequendam felicitatem illam, quæ exuperat omnem ſenſum: nihilo ſecius angelica & humana ad imaginem Dei conditæ, illum haberent pro fine vltimo: & vbi natura noſtra deficiebat, illic præſtò eſſet nobis Deus, paratiſsimus ſubuenire, niſi nos ipſi renuerimus. Porrò ſi verum eſt dictum Ariſtot. 3. Ethicor. quòd ea quæ per amicos poſſumus, per nos quodam modo poſſumus, non eſt cur non dicamus, nos etiam poſſe & amicitiam cum Deo inire, & eius perfrui conſpectu: ſiquidem tam nobis Deus promptus eſt, per Chriſtum ſeruatorem noſtrum ſuppetias ire. Neque illud Ariſtot. in lib. de cœlo, contra nos facit: tum quia nō dicit, quòd ſi orbes cœleſtes haberēt inclinationem ambulandi, haberent organa. Sed ſi haberent vim: in nobis autem non eſt abundè vis ad beatitudinem illam, ſed inclinatio tum etiam, quia ipſe nihil de myſteriis fidei ſupernaturalibus nouit. Igitur vt dictorum epilogū faciamus, qui cauſam originalis iuſtitiæ inſpicere optat, qui hominis lapſi orbitatem & impotentiam, qui gratiæ denique neceſsitatem in ſua radice perpende-

Homo pondere naturæ fertur in fœlicitatem ſupremam.

Aug.

Sententia authoris.

Finis naturalis qs ſit.

Scot.

S. Tho. 1. p. q. 12.

Ariſt. 1. metaph.

Pſal. 16.

Argumentum.

Ariſt. 2. cœli.

Reſponſio.

Ariſt. 3. Ethic.

Epilogus.

pendere, hæc tria asserta de homine in puris naturalibus ante oculos constituat. Nempè quòd nudæ naturæ hominis potestas est, qua uis semota culpa & gratia, per generale auxilium bonum aliquod in genere morum naturale facere: quoniam animal est rationale: non tamē valet diu in eiusmodi bono durare, quin sæpè cadat, propter pugnam sensualitatis, & corporis imbecillitatem. Nihil tamen prorsus potest, vel facere, vel velle, vel cogitare, quod sit meritum amicitiæ aut gloriæ Dei, propter infinitam eius excellentiam. Quin verò tertiū hoc fundamentum, quāquam ratione hac naturali supra nixi simus fulcire, minoris tamen est certitudinis, quàm ratio vsa naturalis. Ob idq; cuiuscunq; sit ratio ponderis, hoc tamen fixum est christianis & firmum, tanquam fides catholica. Puta quòd in diuinum consortium nemò, nisi gratuita eius bonitate, admittitur: iuxta illud, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et, Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est. Et id genus plurima, quæ cap. vlt. 2. lib. copiosiùs congesta dilucidauimus.

Christiano-rū confessio.

De statu hominis in iustitia originali. Cap. 5.



EX his facilis gradus est ad illum felicem statum intelligēdum, in quo fuit conditus primus homo. De quo primum omnium concors est, tam priscorū patrum, q̄ posterorum theologorum sentētia, creatū fuisse in iustitia originali: an verò fuerit creat⁹ in gratia, & amicitia Dei, non ita conuenit inter omnes. Vnde consequens fit vt neque de ratione ipsa & diffinitione originalis iustitiæ consentiant vniuersi. Sunt enim inter Theologos, qui negant angelos fuisse creatos in gratia, & pari coniectura, primum hominem. Hæc sententia placuit Guilielmo Altisiodorensi, & Hugoni de Sanct. Victore libr. 1. de sacra. p. 6. Eandem secutus est Alexander de Ales. 2. par. quæst. 96. & Bonauentur. & Scot. d. 29. libr. 2. & Marsil. eo. libr. quæstio. 17. & alij. Sunt verò contrà, quibus pars affirmatiua magis probatur. Quorum fuit antiquus Præpositiuus, & Sanct. Thom. 1. part. q. 95. Durand. libro. 2. d. 20. & alij minimè pauci. Et planè existimo fuisse opinionem Augustin. Scot. ergo & reliqui suæ classis aiunt Adam in sola originali iustitia fuisse creatum, absq; gratia gratum facien-

Duæ opiniones de primo statu hominis.

te. Sed Sanct. Thom. & reliqui in ea sunt sententia, vt credant in gratia & iustitia fuisse conditum. Quinimò iustitiam illam ita à gratia pendere, vt fuerint vel inseparabiles, vel forsan (vt postea explicabimus) rem vnam eandemque. Primùm autem qui rationem originalis iustitiæ dilucidè nosse cupit, respiciat oportet ad duos illos defectus, quos proximo capitulo, in nuda natura hominis exponebamus. Primus enim erat, quòd in ordine ad finem, qui commensuratus est naturæ nostræ, scilicet operari secundùm rationem, pateretur homo ille permagnam difficultatem: tum propter concupiscentiam ad malum decliuem, tum propter infirmum, & imbecille corpus. Secundus defectus erat, quòd per nullum opus naturale, quantuncunque & qualecunque genere suo esset, commereri posset amicitiam Dei. Authores ergo prioris opinionis, separanter iustitiam à gratia, constituunt iustitiam originalem tantùm esse sanitatem naturæ, aduersus priorem defectum, gratiam verò debuisse aiunt recipi in illo statu, sicuti in nostro per auxilium Dei, homine cooperante. Sed Sanct. Thom. ait, vtrunque beneficium hominem suscepisse in sua conditione: & ad operandum secundùm rationem, & ad vitam æternam promerendam. Igitur nomine iustitiæ originalis, secundùm vtranque opinionem, non venit specialis virtus, quæ inter cardinales adscribitur, vnicuique ius suum tribuens: neque verò talis iustitia, quali nunc iustificamur, quæ est gratia remissionis peccatorum. Sed iustitia originalis, est rectitudo quædam totius hominis: nempe corporis ad animam, & appetitus sensitiui ad rationem. Quæ verbo illo Ecclesiast. 7. designatur: vbi scriptum est, Fecit Deus hominem rectum. Nempe vt sensualitas nullam rationi molestiam inferret, neque corporea membra defatigarentur, vbi vellet illis homo vti: atque adeò ratio nunquam interturbata, continenter esset Deo intenta. Et quoniam per originem iustitia illa, tum recepta fuit Adæ, tum etiam transfundenda erat in posteros, originalis dicitur. Qua modo ratione contraria culpa, originalis quoque appellatur. Differt tamen inter præfatas opiniones, quòd secundùm Scotum & suos, iustitia non faceret rationem esse ita Deo intentam, quasi esset homo per illam ad amicitiam Dei subleuatus: hoc enim munus est propriū gratiæ: verùm eatenus intenta, quatenus in Deum naturaliter fertur natura nostra. Vnde Scot. donum, inquit, illud iustitiæ non opor-

Ratio orig. iustitiæ

Eccles. 7.

Vnde dicitur origi.

Discrimen opinionum.

Scot.

oportet fuisse principium meritiu sed erat comparatione ad gratiam excederis, & excessum. Excedens quidem, quia per illud firmiùs voluntas coniungebatur Deo, quàm per gratiam: siquidem nullam patiebatur molestiam à sensualitate, nec grauedinem à corpore: Gratia verò simpliciter est excellentior, eò quòd ipsa coniungit fini; vt bono supernaturali, & vt supernaturaliter per meritum attingendo: non sic donum iustitiæ: quod tantùm coniungebat illi bono; vt conuenienti, & delectabili. Hæc Scot. At Sanct. Thom. in illo verbo Ecclesiastes. 7. Fecit Deus hominem rectum, agnoscit integram rectitudinem, sanè qua Deo homo subiectus esset per gratiam, ideoque vires inferiores rationi, & animo corpus. Hæc sunt in præsentia paulò fusius, tum sacrorum elogijs, tum rationum probabilitate perpendenda. Atque illud quidem prius, quod commune est Patribus omnibus & theologis: nimirum de iustitia originali. Nullus enim in diuinis eloquijs apertus videtur esse locus, non solùm quò possit cõstitui iustitia illa originalis, verũ, quò mentio fiat illius aliqua. Cùm ergo quæ super naturam sunt, ex sola sacra scriptura sint stabilienda, videtur iustitia illa absque vllo firmamento conficta. De hominis namque creatione, id penitus legimus, quòd effecerit eum Deus, ad imaginem & similitudinem suam, quòd posuerit eum in paradiso voluptatis, imago autem & similitudo, ex vi sensus literalis, id tantùm adfert intelligentiæ, quòd fuerit ratione, & libero arbitrio insignitus: paradisus autem voluptatis, ad vitam prorsus corpoream pertinebat. Igitur cùm natura brutæ sensualitatis sit, præter rationem; præterque modum vllum; impetu ferri in sua obiecta, naturaque sit voluptatis, condelectari sensibilibus voluptatibus: vnde colligitur, quòd ita fuerit vel sensualitas refrænata; vel voluntas ab eius incursione libera, vt in illo statu; summa illa tranquillitate frueretur homo? Et eodem ferme modo hæsitabit quispiam de peculiari opinione Sanct. Thom. & aliorum astruentium fuisse etiam creatum in gratia. Ad hæc nihilominus respondetur, quòd quanuis in sacra pagina non tàm extet expressa fides de iustitia originali Adæ, quàm de originali culpa nostra (hanc enim Paulus patenter enuntiat, vt postea patescet) non tamen caret fundamento scripturæ diuinæ: iuxta Sanct. Patrum expositionem. Atque eadem testimonia, quibus statuitur iustitia originalis, simul

S. Thom.

Vix apertus est locus de iustitia originali.

Ge. 1. & 2.

Constabilitur iustitia de iusti. orig.

& illi sententiæ suffragantur, quòd iustitia, vel fuerit ipsa gratia, vel fuerit eiusdem indiuiduus comes: quamobrem vtrunque vnà corroboramus. Locus ipse imprimis ex Genes. modò citatus, quanuis non id fortè rigore sermonis, bono tamen intellectu, non modò significat hominem, cum ratione & voluntate fuisse creatum, sed cum ipsis etiam eisdem potentijs inclinatis ad bonum, & ad Deum ipsum. Etenim cùm Deus vniuersis quæ plasmauit, indiderit suipsius affectum & inclinationem: atque adeò omnia fecerit sibi, pro cuiusq; gradu, & modo amica, hominem quem ad sui imaginem & similitudinem, suique consortij capacem efformabat, vero simillimum est; vt produxerit, non solùm cum omni propensione ad se, & absque vlla declinatione ad malum (quo secundùm authores primæ opinionis completur ratio iustitiæ originalis) verùm & sibi fecerit amicum, quod ad gratiam attinet, quam Sanct. Thom. & alij rationi eiusdem iustitiæ adiungunt. Vnde Ecclesi. 17. Deus, inquit, creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum; & secundum se vestiuit illum virtute, id est, gratia & charitate sui. Et Paul. ad Col. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem illius, qui creauit eum. Vbi renouationem per gratiam, appellat renouationem imaginis, in qua creatus est homo. Atqui ex altero loco paradisi voluptatis, sumitur etiam argumentum. Cùm enim locus sit indicium locati, paradisus voluptatis, præ se fert, in summa felicitate positum fuisse hominem, quæ extra cõspectum Dei sub cælo esse potest. Talis autem felicitas esse nequiuerat, vbi caro insultaret contra rationem, sanè ex cuius conflictu, non poterat non extare homini, tum periculum, tum etiam grauis molestia. Tertius locus, atque adeò in hac causa vsurpatissimus, est ille Ecclesiastes. 7. Fecit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis immiscuit quæstionibus. Vbi quæstionum voce designantur perplexitates omnes, & anfractus huius vitæ, quæ nobis ab ægritudine corporis accidunt. Ex quo colligitur, in ea rectitudine rationis fuisse creatum, vbi nulla esset à sensualitate perturbatio. Quod intelligunt doctores nomine iustitiæ originalis. At verò in expositione huius loci incipiunt dissentire supradictæ opiniones: Alij enim dicunt fuisse creatum rectitudine duntaxat, relata ad finem naturalem, quæ est operari secundùm rationem, & ad Deum

(vt ait

Testimonium primũ iust. orig.

Ecclesi. 17.

Col. 3.

Testimoniũ secundum

Testimoniũ tertium.

Dissidiũ doctorum.

(vt ait Scotus) tanquam ad bonũ conueniens, & delectabile. At S. Thom. & cæteri interpræ-tantur de perfecta rectitudine, quæ complecti-tur amicitiam Dei. Operæpretium ergo fuerit verba S. Th. subijcere. 1. p. q. 95. quæ sunt hæc:

S. Tho. 1. p. q. 95. ar. 1. Quidam dicunt, quòd primus homo non fuit creatus in gratia: sed tamen postmodùm gratia fuit sibi collata, antequam peccasset. Plurimæ autem sanctorum authoritates attestãtur hominem in statu innocentiæ gratiã habuisse. Sed quòd fuerit conditus in gratia, vt alij di-cũt, videtur requirere rectitudo ipsa primi sta tus, in qua Deus hominem fecit: secundùm il-

Eccles. 7. lud Ecclesiast. 7. Deus fecit hominem rectum. Erat enim rectitudo secundùm hoc, quòd ratio subdebatur Deo: rationi verò inferiores vires, & animę corpus. Prima autem subiectio erat causa & secundæ & tertiæ. Quãdiu enim ratio manebat Deo subiecta, inferiora ei subdebantur, vt August. dicit. Manifestum est au tem, quòd illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis. Alioqui post peccatum mansisset: cùm etiam in dæmonibus data naturalia post peccatum permanserint: vt Dionys. dicit. 4. ca. de di. no. Vnde manifestũ est, quod & illa prima subiectio, qua ratio Deo subdebatur, non erat solùm secundùm naturam, sed secundùm supernaturale donum gratię. Nõ enim potest esse, quòd effectus sit potior, quàm causa: vnde Aug. dicit. 13. de ciuit. Dei, ꝙ postea quam præcepti facta transgresio est, confestim gratia deserente diuina, dẽ corporum suorum nu ditate confusi sunt. Senserunt enim motum in obedientis carnis suæ tanquam reciprocam pœnam inobedientię suæ. Ex quo datur intel ligi, si deserente gratia, soluta est obedientia carnis ad animam, quòd per gratiam in anima existentem, inferiora ei subdebantur. Hæc S. Thom. Vbi in verbo illo, Fecit Deus hominem rectum, agnoscit gratiam & amicitiam, qua homo cum Deo copulabatur, ex qua reliquæ deriuabantur rectitudines. Porrò autem

Iustitia origi. eadẽ res, quæ gratia Caiet. hoc primùm hic notãdum est, quòd quanuis quidam hic interprætes dicant doctrinam S. Thomæ non esse, quòd iustitia originalis fuerit idem quòd gratia gratum faciens: sed quòd gratia erat radix iustitiæ, forsan alia est mens S. Thomæ. Nempe quòd iustitia originalis nihil aliud fuerit, quàm gratia maioris hac parte dignitatis, quàm gratia nostra: nempe quæ non modò hominem faceret gratum Deo, sed sensualitatem compesceret, & corpus roboraret in obsequium rationis: vt tranquilla volun tas subderetur Deo. Idq; videtur esse planè ex sententia Augustin. Ex quibus verbis conclu-dit sic Sanctus Thomas. Ex quo datur intelligi, si deserente gratia, soluta est obedientia carnis ad animam, ꝙ per gratiam in anima existentem inferiora ei subdebantur. Per gratiã, inquit, per eam nimirum, qua ratio subdebatur Deo. Quapropter prima. 2. quod de gratia sentit, quæstione. 110. id est de iustitia originali adstruxerat quæstio. 83. nempe quòd sit habitus inhęrens essentiæ animæ. Et. 1. pri. quæstio. 95. ait, quòd rectitudo voluntatis in ordine ad Deum, est quasi formale in iustitia originali: rectitudo verò aliarum potentiarum, est quasi materiale. Vbi sentire videtur, eiusdem fuisse habitus, tres illas rectitudines constituere. Ac denique cùm modò nobis in remisione peccatorum non restituatur iustitia originalis, sed gratia, ipse in. 2. sententia distinctio. 32. quæstio. prima ait, quòd restituitur nobis iustitia originalis in baptismo, quò ad formale: quod in sententia, perinde est ac si dixisset, Restituitur gratia, illam habens vir tutem, qua nos Deo gratos reddit, non tamẽ eam, qua vires tunc inferiores submittebat superioribus. Subnotabimus tamen locum capitu. sequenti. vbi videtur sentire iustitiam distingui à gratia. Ob idque nihil moror, fuerint ne idem habitus, dummodò fuerint inseparabiles: ita vt quia homo fuit creatus in gratia, fuerit etiam in iustitia; & quia perdidit gratiam, expoliatus quoque fuerit iustitia. Iustitia & gratia inseparabiles.

Mox aduertendum est, quòd secundùm neutram opinionem, negandum est, quin Adam ante peccatum habuerit gratiam: vt hic adnotat Sanctus Thom. propter plurimas sanctorum authoritates, id attestãtium. Sed notandum est demum, vt opinio Sancti Thomæ fuerit August. Siquidem confirmat suam sententiam illius testimonijs. 13. de ci. Dei. Et quo niam omnes fatentur eandem fuisse conditionem angelorum & primi hominis, expreßè etiam citat eũdem, libr. 12. vbi ait, quòd Deus simul erat in angelis, condens naturam, & lar, giens gratiam. Adde quòd de corrept. & grat. cap. 10. vbi tractat de rectitudine, qua creatus fuit Adam, æquiparat angelis hominem; dicens, quòd sicut illi fuerunt beati, id est, in gra tia Dei, antequam caderent: in qua nisi per liberum arbitrium cecidissent, fuissent per gloriam confirmati, ita Adam creatus fuit in bea titudine, vt posset non peccare, in qua transla tus in cælum, fuisset confirmatus, si in illa per seuerasset. Nunquã autẽ cùm appellasset beatũ, absq; gratia Dei. Et cap. 11. exponens quomodo iuxta verbum Eccles. Fecerat Deus hominem, Sententia Aug. de iustit.

nem, rectum, ait, quòd dederat ei bonam voluntatem: in illa quippe, inquit, eum fecerat, qui fecerat rectum. Bonã autem voluntatem nusquam Aug. appellat extra charitatẽ. Quin verò nomen ipsum rectitudinis, atq; adeò nomẽ iustitiæ originalis, præ se manifestè ferunt gratiam & amicitiam Dei. Nam quis rectus dici potest, nisi qui intentionem in eum habet fixam, qui finis est summus noster? Quæ autem iustitia, nisi in ordine ad Deum, qui prima regula est vitę nostrę? re vera in sacris biblijs, nulla alia simpliciter delectur iustitiæ nomine, nisi quá iusti sumus apud Deum, vt ex Paulo Ro. 4. colligitur. Neque iustitia originalis quicquã deterit, aut minuit de ratione iustitię; sed potiùs auget: quare & gratiam in se includit. Ad hæc Aug. in Enchir. cap. 104. Primum, inquit, hominem Deus in ea salute, in qua conditus erat, custodire voluisset, eumq; opportuno tẽpore sine interpositione mortis ad meliora perducere, si præscisset perpetuã voluntatem, in qua factus erat, habiturum. Profectò nomine salutis absq; vlla dubitatione, intelligit gratiam & amicitiam Dei. Postremus autem locus, vnde fides constabilitur iustitiæ originalis, ille ipse est, vbi nos Paulus erudiuit de culpa originali. Estque argumentum huiusmodi; Primo peccato Adæ, omnes peccauimus, vt habetur Roma. 5. quod de nullo alio peccato, vel eiusdem Adæ, vel aliorum parentum affirmatur: ergo aliquod tunc donum diuinum & beneficium natura nostra perdidit, quod pro omnibus nobis Adam receperat, aliàs cur magis illo delicto deliquisset tota natura, quàm peccatis alijs? illud autem beneficium, esse non potuit aliud, quàm rectitudo naturæ, & possibilitas non peccandi. Cùm ergo causa peccandi, nobis præcipua sit pugna carnis cũ ratiõe; fit, vt homo fuerit creatus absq; illa rixa, ne, cũ peccaret, inde prætexeret sibi excusationem: illud autem beneficiũ ratione superius dicta, dicitur originalis iustitia. Et confirmatur argumentum ex eo quod ait Paulus, mortẽ pertrãsisse in omnes homines, propter peccatum Adæ, in quo omnes peccauerunt: mortis enim vocabulo, omnis corruptio carnis subijcitur: porrò verò appetentia sensus aduersus rationem, corruptio quædam carnis est: nulla ergo erat talis ante peccatum. Cùm ergo illa sit homini naturalis (vt cap. 3. explicuimus) colligitur; cum dono aliquo supernaturali iustitiæ, fuisse hominem creatum ad comprimendam sensualitatem, continendamque intra rationis metas. Idem nobis suggerit Paulus Roma. 7. vbi conquestus de conflictu carnis aduersus spiritum, subdit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? huc nimirũ alludens, quòd nisi corpus factum esset mortale per peccatum, nunquam suborta fuisset repugnatio illa carnis aduersus spiritum. Cuius vel illud testimonium est, quòd ab ipso statim momento peccati cœpit homo de pudendo motu carnis erubescere. Egregiè ergo Augus. confert mortalitatem, & immortalitatem, cum possibilitate peccandi, & possibilitate non peccandi: atque adeò probat Adam fuisse creatum in iustitia originali, quæ erat possibilitas non peccandi, ex eo quòd habebat tunc possibilitatem non moriendi. Tractat enim quæstionem hanc expressè de corrept. & gra. cap. 10. & duobus subsequentibus, qualis scilicet fuerit creatus. Et respondet quòd sicut est duplex immortalitas, altera qua poterat homo non mori, altera, qua non potest mori: quarum primam habuit Protoplastus in statu innocentiæ, atque alteram habituri sumus omnes in gloria: ita est duplex impeccabilitas. Prima, qua potest homo non peccare, & in illa creatus fuit homo quando creatus est rectus: altera verò, qua non potest peccare, & illa erit nobis in patria communis cum angelis. Per peccatũ autem, vt amisit immortalitatem, ita amisit impeccabilitatem, id est, possibilitatem non peccandi. Et quoniam lucta carnis aduersus spiritum, causa est peccandi, cõcludit, quòd homo in illo statu nũquam pateretur talẽ rixam, sed eam incurrimus per peccatum Adæ. Eandẽ veritatem cõstituit contra Pelagiũ Hyp. lib. 3. dicens, quòd nunc non sufficit homo per liberum arbitrium implerẽ quod velit. Sed id potuit protoplastus, cũ voluntas sana erat ante culpã: per quam culpam homo perdidit illã possibilitatem. & paulò inferius, Deus, inquit, fecit hominẽ ab initio, & reliquit eũ in manu consilij sui. Et subdit, Quid est autem in manu consilij sui, nisi in possibilitate liberi arbitrij sui? In manu enim possibilitas intelligitur. Ipsa est prima gratia, qua primus homo stare potuisset, si mandata seruare voluisset. Et paulò inferius, Lapsus autem culpa sua, per propriam voluntatem surgere non valuit, nisi manu domini fuisset ereptus. Docet ergo August. quòd ante datum præceptum, ne ederet de ligno vitæ, donatus est Adam auxilio, quo posset nunquam peccare si vellet; aliàs misericordissimus Deus iniustè posuisset præceptum, cui non erat possibilitas adimplendi. Vbi planè videtur sentire, quòd fuerit infusus gratia gratum faciente: nam loquitur de possibilitate implendi meritoriè,

Nomẽ iustitiæ, gratiã significat.

August.

Postremum testimoniũ.

Cõfirmatio argumenti.

Roma. 7.

Mortalitas & immortalitas, posse peccare, posse non peccare.

Aug. de corrept. & gra. c. 10.

Eccles. 15.

torie, & faciendi quicquid voluit: quam, ait, habuisse in illo statu, & perdidisse per culpam, & modò non posse, nisi per Christum recuperare.

Dubitatio. At meritissimò quicunque hic hærebit animo, de ista possibilitate non peccandi. Si enim intelligatur, quod homo ante peccatum per se poterat non peccare absq; auxilio Dei, falsitas est, vt ipse admonet Augu. loco citato de correptione & gra. cap. 11. vbi de primo homine ait, Nec ipsum Deus esse voluit sine sua gratia, quẽ reliquit in eius libero arbitrio: quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum est, nisi adiuuetur ab omnipotente bono. Et paulò inferius, Si hoc adiutorium vel angelo, vel homini quãm primũ facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta erat, vt sine diuino adiutorio posset manere, si vellet, non vtiq; sua culpa cecidissent. Hactenus ille. Si autem illa possibilitas peccandi, intelligitur per adiutorium Dei, eãdem homo habet, dum est in peccato: nam est Deus promptissimus, opem ferre cuicunq; volenti se conuertere. Et ideo quãuis per se nemo possit conuerti, tamen propter eiusmodi possibilitatem ex adiutorio Dei peccatum est illi, qui non conuertitur.

Responsum Sed responsio est, quod primo homini data sunt auxilia per modum habitus: itaq; ex lege & conditione illius status, in quo Deus eum creauerat, subuentum erat illi, vt sufficere posset absque hoc quòd expectasset nouũ subsidium ad omne bonũ, quod voluisset. Verba sunt in forma Aug. li. 3. Hyp. Et quia ad complendum omne bonum morale, necessaria erat sanitas à morbo sensualitatis: ad complendum autem meritoriè, necessaria erat gratia: vtrunque recepit Adam, antequam daretur præceptum, per cuius obedientiam, in gratia proficeret. Quare optimè Aug. pares fecit in authoritate proximè citata, hominem & Angelum, pro sua vtriusq; natura.

Angelus nõ indigebat iustitia orig. Angelus enim, quia nec erat in corpore, nec ex partibus constabat cõtra se mutuò pugnãtibus, non indigebat iustitia originali, id est, sanante naturam, sed gratia subleuante ad meritum gloriæ: homini verò vtriusque beneficio opus erat. Et ideo vt angelus in gratia creatus fuit, ita & homo in gratia & iustitia. Per peccatum ergo perdidisse omnem possibilitatem, est perdidisse dona illa. Quare qui est in peccato originali, non potest sine nouo auxilio Dei reconciliari. At quemadmodum Adam in sua creatione recepit gratiam & dona, quibus posset implere legem, quam erat suscepturus, ita & qui in Deum conuertitur, recipit ab ipso gratiam per Christum ad complendam legem quam suscipit, vt patet in baptismo. Non tamen qualis fuit in Adam, quia non recipit sanitatem naturæ, quæ nomine iustitiæ originalis exprimitur, sed manet infestatio sensualitatis. De qua in subsequentibus fusiùs. Institui paulò pressiùs hunc locum versare, tũ propter catholicos theologos, qui ita de iustitia originali tractant ieiunè, vt quibusdam appareat, non esse rem adeò certam, tum quia cùm

Protestãtes. Protestantes in illo bello imperatorio, in comitijs Ratisponensibus ab illis proposito, initium inde fecissent, quòd Adam fuerit creatus in iustitia & gratia, & altiori cognitione Dei, quàm nos habeamus,

Eckius. Eckius ita illud de gratia reiecit, ac si esset contra communem opinionem, & contra Augu. Potuisset enim, vir aliàs non infimè doctus, multum de rigore illo cendendi remittere. Nam Aug. apertissimè loquitur pro sententia de gratia Adæ, vt palàm fecimus. Et sicubi aliqua dicit, quæ videatur contrafacere, cuncta legitimè exponit, dissoluitq; S. Thom. loco citato.

Synodus Trident. Igitur sapienter S. nostra Synodus Tridentina sessi. 5. can. 2. pronunciauit, Adam accepisse sanctitatem (id est gratiã) & iustitiam.

Argumentũ cõtrariæ opinionis. Rationem verò authores aduersæ opinionis, vnicam hanc pro se adferunt: nempe quòd sit congruens vnicuique rei, vt suum quæque finem, per suam assequatur operationem. Et ideo tam angelus, quàm primus homo per propria opera liberi arbitrij debuit se ad gratiã disponere, quemadmodum vsu modò venit in hominibus adultæ ætatis.

Solutio. Hæc tamen argumentatio perexigua est, quinimò cõtrarium persuadet naturalis ratio, de misericordia Dei sumpta. Finis enim hominis & Angeli (vt supra dicebamus) non est gratia, sed beatitudo cœlestis, cuius semen est gratia. Quocirca cùm benignissimus ac prouidentissimus Deus terræ & lignis, cũctis deniq;, simul dum conderet, virtutes ingenerauerit, vt sementem vnumquodlibet faceret in genere suo, qua via suos quæq; res assequerentur fines, optima ratione colligitur, vt in gratia fuerint & angeli, & primus homo creati, qua ad æternam felicitatem meritorum accessione perduceretur. Sanè vt non solùm non haberet excusationem peccati, verùm laudes Deo deberet immensas, quod qui ad finem se, tam suæ naturæ excellentem creauerat, semen quoque illius in eadẽ natura iecisset.

Gratia, Adæ absque dispositione collata. Respondetur ergo, quòd gratiam primã non contulit primo homini Deus per motum & præparationem liberi arbitrij, vt nobis libera fungentibus voluntate, sed simul (vt ait Aug.) fuit condens naturam, & largiens gratiam, quasi per modum naturæ. Hoc

enim

enim deſignat oratio, creari in gratia. Quemadmodum illis dicendum eſt, de ſacratiſsima virgine, qui tenent fuiſſe conceptam in gratia. Hæc deniq; ſententia, vt poſtremum verbum adhibeam, mihi potiſsimum probatur, & confirmatur ex illo loco Pauli, Iudicium ex vno in condemnationem: vbi docemur condemnandos homines ratione originalis peccati, etiam ſi nullũ accumularent actuale. Cùm ergo condemnatio præ ſe ſaltem ferat expulſionem à regno (quicquid ſit de pœna ſenſus) maniſeſtiſsimè colligitur, naturã totam in Adam recepiſſe ius regni, aliàs non eſſet expulſio: ius autem nõ acquiritur, niſi per gratiam gratum facientem: illam ergo recepit Adam pro tota natura: vnde fit conſequens, eam ſimul recepiſſe cum iuſtitia in primo inſtanti, transfundendam per originem. Nanque ſi per diſpoſitionem poſtea ſuſcepiſſet, eſſet beneficiũ perſonale: quod non per generationem, ſed ſimili diſpoſitione acquiſituri eſſent etiam poſteri.

Dubiũ primum.

¶ Fiunt tamen ex his reliqua dubiola quædã de iuſtitia originali. Primum. An tranquillitas illa rationis eſſet per hoc, quòd caro nihil concupiſceret aduerſus ſpiritum: an verò per hoc, quòd voluntas, abſque vlla ſe triſtitia & difficultate intra rationis fines cõtineret, quicquid caro concupiſceret. Hoc Scot. & reliqui ſub lite relinquunt. Multò eſt tamen magis rationi conſentaneum: quinimò ita ſecundùm Paul. Ait Auguſt. loco iam citato, de correp. & gra. quòd nihil caro cõcupiſceret aduerſus ſpiritum, ſed ducatum ſequeretur iugiter rationis, ſiquidem hoc Paul. propter peccatum innuit nobis obueniſſe. Quare vel gratia ipſa comprimeret concupiſcentiam, vel ratione gratiæ & iuſtitiæ infuſæ eſſent virtutes, & in appetitu, & in voluntate, vt quælibet potentia quietè inſeruiret rationi. Non quòd iuſtitia originalis eſſet in voluntate, ſed ipſa (vt ait S. Thom.) quoniam erat donum totius naturæ, transmittendum per generationem, ſedem haberet in eſſentia animæ, cuius infuſio eſt terminus primus generationis: illam tamen comitarentur in potentijs virtutes, ſicuti modò contingit in infuſione gratiæ.

Subiectũ originalis iuſtitiæ.

Dubium ſecundum.

¶ Alterum dubium eſt, Vtrùm omnia bona collata Adæ, traijcienda fuiſſet cum natura per generationem in poſteros. Huius tamẽ facilis eſt reſpõſio; quòd ſecundùm illos, qui cenſent in iuſtitia tantùm abſq; gratia fuiſſet creatũ Adam, illa tantùm fuiſſet traducenda per generationem. Nam ſola illa fuiſſet donum totius in vniuerſum naturæ: gratia verò eſſet beneficiũ perſonale, quod Adam recepiſſet per ſuam diſpoſitionem, & ita deinceps quicunq;. Sed ſecundùm S. Thom. gratia etiam ipſa erat donum totius naturæ, & ipſum cum virtutibus (vt dicitur de beata virgine) fuiſſet infuſa ſimul cum anima in conceptione prolis. Et eſt validiſsimum argumentum in hanc ſententiam. Nam cùm ſtatus ille longè eſſet præſtantior ſtatu culpæ, nulli debet eſſe dubiũ, quin ante vſum rationis, paruuli recepiſſent gratiam, & cùm nullo opus erat tunc ſacramento, quia nulla præcedente culpa, nullus futurus erat redemptor (vt in de correp. & gra. expreſsè ait Auguſt.) nulla eſt ratio, cur non fuiſſent tunc homines concepti in gratia, ſiquidem nullum erat peccatum originale. Et æqua, imò maiori ratione fit, vt ipſe primus parens fuerit creatus in gratia. Neque inde fit cõſequens, vt gratia eſſet forma naturalis, & non donum gratuitum: quoniam licèt infunderetur in generatione, non tamen ex vi generationis, ſed gratuita voluntate dei, quandiu nullus transgrederetur eius mandata. Id quod alij aduerſæ opinionis dicere etiam habent de iuſtitia originali. Et patet exemplum de gratia ſanctiſsimæ virginis, quæ non fuit illi naturalis, etiam ſi fuerit cum illa creata. At præter donum illud gratiæ & iuſtitiæ alijs etiam cumulatus eſt propriè dotibus primus parens, quæ non erant cum natura in prolem tranſmittẽdę. Enimuerò quoniam creatus erat tanquam humani generis in vtroque homine principium, porrò vt genus noſtrum, & vita animali propagaret, & moribus inſtitueret, diuinæ prouidentiæ congruebat, vt ſicuti eum ætate iuſta, & corporis robore firmum plaſmaret, ita & animæ ſcientijs & virtutibus imbueret, quantum erat orbi gubernando neceſſarium. Quocirca vniuerſis iuxta cuiuſque naturam & qualitatem dedit nomina. At verò filij deinceps paruuli erant, vti modò, & abſq; vſu rationis procreandi. Qui vnà cum ætate, rerum cognitione, ac morum cultura proficerent. Habuiſſent tamen omnes fidẽ notitiamq; dei viuaciorem, præſtantioremq; noſtra. Sed de his ſatis.

Gratia tranſfunderetur in poſteros, ſecundũ S. Thom. ſicut & iuſtitia originalis.

Quales eſſent procreandi filij.

Poſtremum dubium.

¶ Poſtremum deniq; dubiũ eſt. Cùm eſſet in primis parentibus ligata concupiſcentia, quomodo potuit Eua concupiſcere eſum ligni ſcientiæ? Verùm ad hoc pluribus reſpondere, eſſet lineam præſentis inſtituti exilire, ſatis eſt, quòd non cõmiſſum eſt primum peccatum propter obliquam concupiſcentiam cibi, at præceſſit peccatum ſuperbiæ, quo voluit ſeducta Eua ſcire, vt Deus, bonum & malum.

Quid homo in statu naturæ integræ na turaliter poterat bonorum operum effi- cere. Caput. VI.

SVbsequitur vt iuxta institutum nostrum perscrutemur, quid in natura integra homo poterat naturaliter, scilicet cum solo auxilio generali Dei, exequi in bonis moribus: quid itaque esset, vbi auxilio speciali indigeret. Atqui de illo statu nõ est prorsus censendum ex dotibus & virtutibus, quibus fuit Adam perornatus. Habuit enim (vt modò dicebamus) peculiaria bona plurima quæ non essent deinceps posteris communia: at ratio illius status libranda est ex cõmuni lege, quę duratura erat in tota progenie, nisi intercessisset peccatũ. Et præterea alia ratio est de statu iustitiæ originalis, si eodem nomine cõprehẽdatur gratia gratũ faciẽs: alia verò si præcisè intelligatur iustitia sanans naturam in ordine ad finem naturalẽ. Quãobrem vt luculentior sit disputatio, dum quærimus de statu iustitiæ originalis, solùm intelligimus hominẽ cum dono sanante naturam, semouendo cogitatione gratiã ad supernaturalia eleuantem. Ita etiam distinguit ipse S. Thom. 1.2.q.109. vbi quærit, quid homo ille poterat ex puris naturalibus, id est, homo, tùm gratia carens tùm etiam culpa, naturam tamẽ fortitus validam. Cõnumerabatur enim tunc donum illud iustitiæ inter naturalia, quãuis esset gratuitum: quia tantùm obfirmabat naturam in ordine ad finem naturalem, vt sæpe explicatũ est. Nam si intellexisset meram naturam, de qua locuti sumus cap. 3. & 4. non asseruisset, quòd posset seruare præcepta omnia, & diligere Deum: vt iam modò dictum sumus. Atqui hoc loco videtur alludere eo San. Tho. quòd gratia & iustitia distinguerentur, vt res duæ. Nisi dixeris satis esse ad illum glossandum, quòd sint rationes distinctæ eiusdem habitus. His deliberatis, facillimum est constituere, quo vires humanæ in illo statu pertingerent in moribus. Quod quinq; propositionibus perspicuum fiet. ¶ Sit ergo prima. Nullatenus posset tũc homo per iustitiam originalem, si gratiam gratum facientẽ secernas, opus vllum facere, amicitia dei, cœlestiq; hæreditate dignum: quinimò neq; ad gratiam se parare, nisi speciali auxilio. Assertio hæc in propatulo est. Quoniã iustitia originalis secundùm hanc rationem, solùm esset naturæ sanitas in ordine ad finẽ facultati naturali præscriptum vt citra molestiam sensualitatis & grauedinẽ corporis operaretur homo secũdum rationẽ: finis autem, qui in amicitia & gloria Dei positus est virium omnium naturaliũ cacumina infinitum transcendi vt suprà dictum est, isq; proprium est idcirco opus Dei. Considerandum hic tamen est obiter, quòd gratia necessaria tunc hominibus non fuisset per meritum Christi. Etenim Christus solùm venit saluum facere quod perierat, vti quem posuit Deus propitiatorẽ pro peccatis, qui à seruitute nos peccati redimeret: ob idq; vbi nullum fuerat peccatum, non opus erat illo redemptore: vt ait August. de correp. & gra. cap. 11. Erat nihilominus necessaria gratia Dei & auxilium propter impossibilitatẽ cuiusque naturę creatæ, ad finem illum assequendum.

¶ Secunda propositio. Poterat homo in illo statu per sua naturalia, tum cognoscere, tũ velle & operari totũ bonum suæ naturæ proportionatũ, puta agere secundũ rationem, in ordine ad Deũ, quatenus finis est naturalis boni. Conclusio est S. Tho. 1.2.q.109. à qua nullus theologorũ dissentit. Distinguit enim illic de homine naturæ integræ: affirmans, quòd poterat per sua naturalia facere totũ bonum sibi proportionatum, quale est virtutis acquisitæ: non tamẽ bonum excedens, quale est virtutis infusæ, nisi suffultus gratia. Quare miror illos, qui sensum Thomæ eò detorquent, quòd non possit bona naturalia facere absq; auxilio speciali: propterea quòd ait, id non potuisse sine auxilio dei mouẽtis. Eniniuerò vbi ait, per sua naturalia, propalam explicat se loqui de auxilio generali: quod (vt ca. 2. exposuimus) inter causas refertur naturales. Quod autẽ facere nequit homo sine auxilio speciali, nunq̃ pronunciasset, fieri posse ab illo per sua naturalia. Sed præterea probatur assertio hæc ex dictis ca. 4. Cùm homo sit animal rationale, naturæ suæ insitum est operari secũdum rationẽ, propter Deum, quatenus naturali luce innotescit esse finis omniũ: tametsi per renitentiam sensualitatis quandoq; cohibeatur: iustitia autẽ originalis medicina erat huius morbi, in suo vigore naturã præseruans, valebat ergo absq; alio peculiari auxilio præstare vniuersum bonũ, q̃d suæ esset naturæ proportionatum. Itaq; differentia erat inter hominẽ in puris naturalibus, eundemq; in statu innocentiæ, quæ est inter infirmũ & validum, sanè q̃ ille (vt supra prælocuti sumus) potens erat opus aliquot moraliter bonũ natura sua efficere, non tñ continẽter omne, at in statu innocẽtiæ omne quidem & semper. Atqui eodẽ discrimine differt homo lapsus ab eodẽ in statu innocentiæ: vti auctor est loco citato S. Tho. & latiùs nos disputabimus

Marginal notes:

De statu innocẽtiæ quo modo loquendum.

S. Thom.

Gratia & iustitia, an distinguerentur secundũ Thom.

Prima propositio.

S. Tho. 1.2. q. 109 art. 2.

Ead q. art. 6. & 5.

Gratia Adæ prima non fuit ob meritũ Christi.

August.

2. Propositio

S. Tho. 1.2. q. 109 ar. 2.

Cõfirmatio conclus.

Differentia inter tres hominis status.

tabimus

3. Propositio. S.Th.1.2.q.109.art.4.

tabimus ca.20.¶ Tertia propositio. Poterat tunc homo, seclusa etiam gratia gratum faciẽte præcepta oĩa legis naturalis explere, quin imò cauere à prohibitione illa esus ligni sciẽtiæ, quãtum ad substantiã operũ. At quoniam similem statuimus cõclusionem cap.22.de homine lapso: de qua nos Lutherani acerrimè obiurgant: nempe quòd veluti Pelagiani doceamus catholici, posse hominẽ seruare mandata viribus naturalibus, adnotãda est solẽnis theologorum distinctio. Implere præcepta Dei bifariàm vsu venit. Vno modo, quantũ ad substãtiam operũ: prout scilicet operatur homo iusta, & honesta, quæ genere suo bona sunt, absq; vllo prauo fine aut circunstantia. Et hoc re vera potest homo per suę naturę facultatẽ. Scilicet solo generali Dei cõcursu: vt, q. citata. arti.4. S.Tho. & theologi omnes vno animo affirmant. Atqui ratio est, quia omnia opera legis tam naturalis q̃ diuinæ, atq; etiam humanæ, si modò iusta sit, est secũdũ rationẽ: quinimò lex idem pollet, quod rationis regula, ad quam sunt opera nostra exigenda & collimãda. Cùm ergo homo, animal sit rationale, omnia huiusmodi opera, natura sua, potest facere. Interest tamen, quòd homo in statu innocentiæ, propter integritatẽ naturæ, cũcta valebat præstare, sed in puris naturalibus, & in statu naturæ corruptæ, nõ item, nisi leuiora & pauciora. At verò aliter vsurpat hoc quod est seruare præcepta: nempè, nõ solùm quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad modum. Quod alij dicunt, quãtum ad intentionem dei præcipientis, vnde omnes deriuantur leges. Quæ quidem intentio est, vt, sua suffulti gratia, per merita impletionis legis adispiscamur præmia æterna: iuxta illud Euangelij, Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata. Atq; hoc modo accipitur, vbicunq; simpliciter dicitur, implere mandata Dei: prior enim est modus implendi imperfectus. Et isto modo, nec in statu naturę, nedum in hoc nostro, adimplere homo vel minimũ potest absq; gratia gratuitò nos priùs cum Deo reconciliante. Cuius contrarius fuit error Pelagij. Hæc est sententia, à qua nullus abscedit theologus. Quam cùm copiosius à nobis, exactiusque de homine collapso cap.22. sit cõfirmanda, satis hic fuerit enũtiasse. Dixerim, præcepta iuris naturalis: quoniam cognitionẽ fidei supernaturaliũ habere neq; homo potuit, neq; verò angelus, citra speciale auxiliũ Dei. ¶ Assertio quarta. Sufficiens quoq; fuerat homo in flore originalis iustitiæ alia seclusa gratia, diligere deum super omnia, naturali dilectione: nõ tamen, ita vt esset meritoria, & Deo accepta ad vitã æternã. Conclusio est pariter S.Tho.q.citata.ar.3. Cuius idcirco solius testimonium profero, quòd nemo sit theologorum, qui non in eandẽ sententiam subscribat. Atqui demõstratur sua ipsius ratione. In illo statu, seclusa gratia, virtute homo poterat naturali bonum totũ exequi, qđ sibi esset cõnaturale: talis autẽ est dilectio Dei super omnia: ergo illa erat sibi à natura possibilis. Secundã præmissã, sic ex media natura rerum exprimitur. Vna quælibet res ita nata est appetere & agere, vti nata est esse (sententia est Aristo.2.physic.) omnes autem creaturæ, suo quæq; ordine sunt propter Deum: ergo omnes se suo modo diligunt propter deũ: vt author est Diony. in lib. de di.no. vbi ait, q̃ Deus conuertit omnia ad amorem suipsius. Vnde cùm, natura tunc sana, nulla esset illecebra, aut res alia, quæ ipsam à sua inclinatione remoraretur, cõsequens fit, vt se homo illa ętate, & sua cũcta officia in deũ referret, quod est ipsum super omnia diligere. Quòd si explicatiùs rationem hanc perspicere est animus, animaduerte, quòd deus benedictus, quippe qui bonorum nostrorum nõ indiget, nõ propter nos, aut res alias extra se quicq̃ cõdidit, sed propter se potissimè, vt suam deitatẽ exereret, & quodã pacto in nos propagaret. Hoc enim inter deum & res conditas interest, quòd creatura agit amore cõcupiscentiæ, videlicet, grã adipiscendi finis aut conseruandi: hac enim causa animalia partis alimentis vtuntur, vt viuant: atque sibi similia progignunt, in quibus species suas perpetuò custodiant. Deus autẽ non sic, sed ex sui amore proprio beneuolentiæ, mũdum effinxit, vt suum esset nomen, ad suã ipsius gloriam, effusissimum. Creatura deniq; agit ceu discipulus, qui scholas causã comparãdæ scientiæ frequentat. Deus autem, vti magister, qui prę suæ amore sapientiæ effusam in alios aude curat. Quocirca vt Deus omnia propter se fecit, & amat, eandem rebus, quas ex nihilo effomauit, propẽsionem inseruit, vt suũ videlicet præ se ipsis amarẽt authorem: & maximè homo, quem vniuersorum dominũ instituebat. Solet eadẽ veritas exẽplo etiamnũ cõmõstrari de partibus rei naturalis: videlicet de brachio, cùm sui se periculo & dispẽdio pro capite exponit, vbi agitur salus totius. At bino respõso contendũt nonnulli cauillari & eludere exemplum hoc. Primùm, quòd brachiũ nõ se exponit pro capite, sed pro se ipso, vt q̃ in capite ipsum moriet periclitatur. Falsitas tamen huius inde patet, quòd cùm brachium pereat, vt caput contegat, vanum est dicere,

Lutherani.

Obseruãtia præceptorũ duplex.

Math 19.

[illegible]

Quarta propositio.

Arist.2.physic.c.8.

Diony.

Discrimẽ inter actionẽ dei & nostrã.

Simile.

Exemplum partiũ respectu totius.

suam propriam salutem intendere, & non potiùs totius personæ. Altera responsio est Scoti. 3. distin. 27. quòd manus non se exponit, sed homo ipse exponit manum, vt se ipse defendat. Vnde non sumitur argumentũ, quòd manus diligat totum plus quàm se, verùm quòd totum diligat se plus quàm manum. Ad hæc tamen respondetur, quòd quanuis totum suppositum sit, quod vtitur partibus, est tamẽ testimonium, quòd sicut suum est naturale ius imperare membris, ita sit & naturalis ille appetitus membrorum obtemperãdi. Quemadmodum cùm aqua ad replendum vacuum ascendit, nullo modo mouetur contra naturam suam, imò illa est sua propria natura. Quando quidem nõ propter partes totum, sed propter totum effectæ sint partes. Et eodem modo omnia bona creata sunt propter deum, qui est vniuersale bonum. Quin verò ex his, philosophi naturæ principijs docti sunt, teneri etiam ciuem pro Republica mortem oppetere. Colligitur ergo intimũ esse à natura homini, deũ supra se diligere. Quod, natura quidem integra, plenè facere poterat, corrupta tamen, propter obstacula impendio multa haud quaquã ita id valet, vt omnia opera in ipsum referat.

Bina dilectio. Veruntamen prudẽtem hic lectorem nõ prætereat (quod cap. 22. repetendum nobis est) binam esse dilectionem dei super omnia: alterã naturalem, alteram quæ est ex charitate diuinitus deriuata: ita enim consentienter docent theologi. Vnde S. Tho. loco citato, primũ contra conclusionem hanc format tale argumentum, Diligere deum super omnia, propriũ munus est charitatis infusæ, per spiritum sanctum qui datur nobis, vt habetur Roma. 5. ergo id nõ poterat ab homine in statu innocẽtiæ per sua naturalia fieri. Ad quod respondet, quòd charitas diligit deum super omnia, eminẽtiùs quàm natura. Natura enim diligit eum super omnia, prout est principium & finis naturalis boni: charitas autem, secundùm quòd est obiectum beatitudinis, & secundùm quòd homo habet quandam cum ipso societatẽ spiritualẽ. Hæc ille.

5. Propositio. Aug. de correp. & grat. c. 11. 12. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 10. ad. 3. & art. 8. ¶ Quinta vtiq; & postrema propositio est. Poterat homo in illo statu per donum sibi collatum perseuerare, si voluisset. Hæc statuitur ab Augustino de correp. & gratia cap. 11. 12. vbi ait, primo homini, cui datum fuit posse non peccare, datum subinde fuisse adiutorium perseuerantiæ: non quo fieret vt perseueraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseuerare non posset. Et paulò pòst, Non accepit hoc donum dei primus homo, id est, in bono perseuerantiam, sed perseuerare, vel non perseuerare, in eius relictum est arbitrio: cùm voluntati sine peccato institutæ nihil concupiscibiliter resisteret. Igitur sententia August. eademq; verisimia est, quòd non accepit Protoplastus donum, vt semper perseueraret. Haud enim fuit in gratia confirmatus. Qualiter fuerunt Apostoli, ne lethaliter delinquerent, & sacratissima virgo, ne offenderet, vel venialiter. Neque (quod minus est) habuit illam gratiam, vt re vera perseueraret. Etenim si hanc accepisset, nunquã cecidisset. Attamen possibilitas perseuerandi commissa est libero arbitrio suo. Et ideo eleganter ait Augustin. quòd quanuis Adam recepisset gratiam, vt posset non peccare, si vellet, egregij verò sancti euangelici, vt martyres, copiosiorem acceperunt: nempè vt nõ solum possent quod vellent, sed vt firmiùs vellent id quod possent. Adam enim terrente nullo, & insuper contra dei terrentis imperium, libero vsus arbitrio, non stetit in tanta non peccandi felicitate. Illi autem non dico terrente mundo, sed sæuiente, ne starent, steterunt in fide. Cùm videret ille bona præsentia quæ fuerat relicturus, isti autem futura bona quæ accepturi fuerant non cernerent. Hæc August. commendans gratiam Christi, præ illa quæ fuit in Adam. Discrimẽ inter gratiam Adã, & gratiã Christi.

Dubitatio. Subhæsitet hic quispiam fortè. Num causæ etiam aliq; vel occasiones poterant tunc occurrere ad peccandum, præter sensualitatem, quam iustitia coërcebat. Poterant equidem ad peccandum mortaliter, vti fuit tentatio serpentis. Quoniam primum peccatum esse non poterat, nisi mortale, per quod perderetur felicissimus ille status. Veniale nanque neque satis erat ad deijciendum hominem ab illo statu, neque illo durante, fieri poterat: eò quòd neque poterat tunc accidere malum vllum. Quam opinionem S. Thom. 1. 2. quæst. 89. ait esse doctrinam communem. S. Thom. Et quanuis non desint, qui contra opinentur, id tamen cõuincitur ex effectu cum primis venialis peccati, quod non potest nõ esse dignum aliqua pœna in illo verò felicissimo statu, vt author est August. tum locis citatis, tum etiam. 14. de ciuita. dei. cap. 10. nihil inesse poterat mali, qd hominis feliciter viuentis animum vnquam offenderet. August. Quinimò expressè subdit, quòd erat deuitatio tranquilla peccati, qua manente, nullum omnino aliunde malum, quod contristaret, irruebat. Si ergo erat deuitatio tranquilla peccati, nullum esse poterat veniale. Sed id præterea deducitur ex causis peccandi venialiter, quæ tunc nullũ haberent locum: quia nec essent tunc subiti motus sensualitatis, nec

Causæ venialis peccati.

tis,nec motus rationis repentini absq; deliberatione. Nec esse poterat in corpore lassitudo vlla,quippe quod semper vegetum erat & solidum, & quod animo obsequeretur aptissimum. Neque verò prorsus à re vlla extrinsecus immineret periculum vllum: aliàs non esset felicissimus status, qualis paradisi vocabulo designatur. Et hæc de secundo statu eorū quatuor, qui sunt à nobis propositi,satis sint. Cætera cap.20.& sequentibus copiosius.

De peccato originali,in quos scilicet transit. Cap. VII.

POstquàm in fastigio felicitatis conditum hominē enarrauimus, qualem in terris habere potuit, consequitur vt de peccato dicamus, in quod sua inde volūtate prolapsus, suam quoque posteritatem dimisit. Hic enim tertius est hominis status, quem sumpsimus describendum: in quo adeo reliqua pars huius libri collocanda est. De peccato ergo originali hęc ferme sex sunt, partim consideratione, partim disputatione digna, quæ fuerunt nobis à sacro sancta synodo in disputationem producta. (Sex puncta de peccato originali.) Nempe an sit, id est, an ab Adā in omnes posteros transierit: quæ causa illius: quid sit, & quomodo traducatur: quænam sint eius effecta, ac deniq; pœna. Nam de remissione, quā uis capit. 11. quædam contra Lutheranos dicemus, tamen libr. 2. tanquam in proprio loco, agendum nobis est. Porrò membrum primum non est, quod in disceptationem iam nunc mittatur: quoniam nec est qui in dubiū repetat, nisi qui Pelagianorum hæresim moliretur resuscitare. (Lutherani.) Lutherani autem quibus cum nobis hoc ætatis res est, adeò à Pelagianis procul defugiunt, vt in alterum extremum è regione impingant. (Fides de peccato orig.) Constitutissimum ergo nobis sit, tanquam fides catholica, omnes, quotquot ab Adam naturali generatione cadunt, peccatum contrahere originale. Cùm has & id genus vniuersales orationes enuntiauerimus, nollem me quispiam conceptione sacratissimæ virginis in suspicionem vocaret. (Ses. 5 ad calcem.) Nam etsi Concilium præsens, nihil de hac redefiniendo, sed decretum Sixti consultissimè innouando ius cuiq; liberum fecerit in vtramlibet partem disserendi, nihil mihi tamen minus est cordi. At verò vtriuius intellectum permittente ecclesia, glossando explicuerint huius vel illius opinionis authores,tamen verba scripturæ & sacrorum canonum absq; additamento sunt vniuersaliter, vti iacent, proferenda:ne eorum adulteretur synceritas. Eò vel maximè, quòd, vt est manifestissimum, opinio de cōceptione,noua est: & ideo nihil mirum,si apud S.Patres nemo à generali sententia filiorum Adæ fuerit exceptus, præter solum Christum. Quem ea duntaxat causa eximunt,quòd non fuerit ab Adam per virum seminatus. Vt ergo citra disputationē de sanctissima dei matre in digressum redeamus, huiusce catholicæ veritatis de originali peccato certissima in thesauro scripturæ,& noua sunt, & vetera testimonia. Ecce enim (inquit Dauid) in iniquitatibus conceptus sum,& in peccatis concepit me mater mea. (Psal. 50.) Et ecclesiasticus. A muliere initium factum est peccati, & per illā omnes moriuntur. (Eccles. 25.) Quo & vir ille ex Gētibus simplex & rectus alludebat,vbi diei qua natus fuerat homo, tam multa imprecabatur mala. Aperuit enim Iob os suum, inquit scriptura, & maledixit diei suo,& locutus est, Pereat dies in qua natus sum,& nox in qua dictum est, cō ceptus est homo. (Iob. 3.) Sanè agnoscens vitiatum illum conceptum in causam cunctorū esse, quæ mortales mala perpetimur. Et capit. 14. Quis potest facere mundum de immūdo conceptū semine? Et ca. 25. secundùm septuaginta interpretes, Nemo mundus absq; sorde: neque infans, cuius est vnius diei vita super terram. At quod sub nube in Patrū erat vaticinijs, in meridie euangelica apertè proditū est. Huc enim fermè pertinet argumentum Pauli ad Romanos, vt ostenderet Iudæos omnes & Græcos, vniuersum scilicet genus humanum sub peccato esse: neq; esse distinctionem, sed peccasse omnes,& egere gloria dei. (Paulus.) Quòd multo explicacius paulo inferius exponens ait, Per vnum hominem peccatum in mundū transijt,& per peccatū mors: & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. (Roma. 5.) Et subdit, ꝙ mors pertransijt in eos etiam, qui non peccauerūt in similitudinem præuaricationis Adæ,id est,actualiter propria voluntate. Scilicet vt dilucidiùs explicaret, quomodo peccato Adæ omnes peccauerūt,siquidem propter illud moriuntur. Et Galat. 3. Conclusit(inquit) scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. (Galat. 3.) Et Ephe. 2. Eramus natura filij iræ.

¶His nihilominus, hisq; similibus permultis locis scripturæ non obstantibus, fuit Pelagius cum discipulis suis Celestio & Iuliano, qui peccatū Adæ alijs,præter ipsum, quibuspiam nocuisse negare pertenderint: eo versum verba Pauli detorquentes, ꝙ omnes in Adā sola imitatione peccassent, non tamen, quòd aliquid inde culpæ generatione contraherent, cuius (Pelagiani negāt orig. peccatum.)

exitialis hæresis, cùm alij S. Patres, tum maxi mè acerrimus Augustin. firmissimis testimonijs reos fecit, & id quidem frequentissimis eius opusculis. Primum, Hypog. artic. 2. vbi ex illa forma loquendi Pauli, In quo omnes peccauerunt, vrget quod nō solùm imitatione in illo peccauimus, sed quòd cùm ille peccauit, natura in illo tota peccauit. Vnde solus, inquit, dominus Iesus Christus absque semine ex virgine factus est homo, & expers delicti natus est Deus & homo. Et paulò pòst, super illud, omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Dicendo, inquit, omnes, nullum excipit: quinimò totum declarauit genus humanum. Et libr. de peccatorū meritis & baptismo paruulorum, cum alijs compluribus, tum præsertim id conuincit comparatione illa Pauli, Iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Cui nihil conquadrat imitatio peccandi, quin verò exprimitur, quòd quemadmodum in Adā, antequam essemus, peccauimus, qua porrò culpa naturali generatione inficimur, ita in passione Christi, ab omnibus delictis nondum nati liberabamur, si illa modo nobis per gratuitam regenerationem applicaretur. Vnde libr. 2. cap. 20. percontatus quæstionem in forma, vtrum qui omnino nunquam vllum peccatū habuerit habiturusue sit, nō solùm quisquam natorum hominum sit, verùm etiam potuerit aliquando esse, vel possit ita respōdet, Huc prorsus, præter vnum mediatorem dei & hominum hominem Christum Iesum, nullum vel esse, vel fuisse, vel futurum esse, certissimū est. Et aduersus Iulianum eandem rem omniū S. Patrum suffragijs persequitur. Inter quos citat Ambrosium super Lucam: vbi ait, Solus per omnia natus de fœmina sanctus dominus Iesus est, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non sensit. Vbi id prorsus in causa ponit vendicandi Christi ab originali peccato, quòd non fuerit virili semine conceptus. Et in libr. de arca Noë, de eodem seruatore nostro, Solus, inquit, potuit iustus esse cùm generatio omnis erraret, nisi natus ex virgine generationis obnoxiæ priui legio minime teneretur. Et ne omnium sigilla tim catalogum denarremus, ita libr. 2. circa finem concludit aduersus Iulianum Augustin. Propter quam catholicam veritatē, sancti ac beati, & in diuinorum eloquiorum pertractatione clarissimi sacerdotes Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilari⁹, Ambrosius, Gregorius, Innocentius, Ioannes, Basilius, quibus addo Presbyterum, velis nolis, Hieronymum, vt omittam eos qui nondum dormierunt, aduersus vos proferunt de omnium hominum peccato originali, obnoxia successione, sententiam, vnde neminem eruunt, nisi quem sine lege peccati repugnante legi mentis, virgo concepit. Hæc August. Et lib. 6. eosdem hæreticos pondere illius loci vrgentiùs premit, qui est. 2. Corinth. 5. Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, pro quibus mortuus est Christus. Quā Pauli collectionem quàm oculatissimè obseruat his verbis. Consequens ergo esse voluit Paulus, vt omnes intelligantur mortui, si pro omnibus mortuus est Christus. Quia ergo non in corpore (scilicet necesse est omnes mori) restat, inquit, vt in peccato mortuos esse omnes pro quibus mortuus est Christus, nemo neget, nemo dubitet, nisi qui se negat aut dubitat esse Christianum. Hactenus ipse August. Concedens nanque Iulianus Christum, etiam pro paruulis fuisse mortuum, negabat eosdem in peccato concipi. Arguit August. Si re vera non fuerunt in peccato concepti, nun quam fuerunt mortui spiritualiter. Quòd si mortui non fuerunt, nec Christus pro illis mortuus est: attestante Paulo, quòd Christus non fuit mortuus, nisi pro his, qui re vera fuerunt mortui. Quemadmodum Roma. 5. ait, In hoc commendat suam charitatem Deus in nobis, quoniam cùm peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Non ergo est mortuus nisi pro ijs, qui verè fuerunt peccatores. Vnde idem apostolus Rom. 8. Solum Christū redēptorem asserit venisse in similitudinē carnis peccati, vt omnes quotquot fuerūt redempti, non in similitudinē, sed verè intelligantur venisse in carnem peccati. Quē locum Augu. lib. 1. de nupt. & concup. cap. 12. vbi de connubio Ioseph & Mariæ sermonē habet, ita enarrat. Solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit, quia in carne peccati fieri nō poterat sine illa carnis cōcupiscētia, quæ accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati. Vt hinc etiam doceret, omnem quæ de concubitu nascitur, carnem esse peccati: quandoquidem sola, quæ non inde nata est, non fuit caro peccati. Hactenus August. Ex his ergo toties resumptis vniuersalibus S. Th. 1. 2. q. 81. art. 3. vbi quærit, an peccatum Adæ transeat in omnes homines, indubiè respondet his verbis, Respondeo, quòd secundùm fidem catholicam, firmiter est tenendum, quòd omnes homines, præter solum Christum ex Adā deriuati, peccatū originale ex Adam contrahunt,

Aug. hypo.

Rom 5.

Aug. de pec. me. lib. 2. capite 20.

Ambros.

Aug. citat omnes patres

2. Cor. 5.

Roma. 5.

Rom. 8.

Aug. de nuptijs lib. 1. c. 12.

S. Thom.

trahunt. Nam ita respondet Paulus, Mors in omnes pertransijt, in quo omnes peccauerũt. Deniq; Pelagios atq; Celestius de hac hæresi damnati sunt in concilio Mileuitano & Africano, authoritate etiam Innocẽtij & Zozimi, summorum pontificum: Verba sunt Concilij Mileuitani capit. 2. Item placuit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur: vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis, in remissionem peccatorum, nõ vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quæ verba inter decreta relata sunt de consecratione, dist. 4. Quo & sententia Augustini transfertur de fide ad Petrũ. Ea sic habet, Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum, mortiq; subiectum: & ob hoc naturaliter iræ nasci filium. Id quod & in nostra modò sancta synodo Tridentina innouatum est Ses. 5. cano. 4. Et hæc de primo puncto, an sit.

Concil. Mileuit.

De cõsecra tio. dist. 4.

De causa & ratione peccati originalis. Cap. 8.

Altera originalis culpæ meditatio est de causa. Hanc fermè Patres hunc in modum declarant. Cùm in Adam tota natura humana virtute cõsisteret: vtpote qui ad gignendum propagandumq; genus nostrum vna esset plantatio, iustitiam illam originalem (de qua capit. 2. loquebamur) non solùm sibi, sed suæ in perpetuum soboli suscepit. Sanè quam tota deinceps hæreditario iure simul cum natura generando susciperet: si modò in gratia & amicitia Dei fidus homo persisteret. Æqua ratione præceptum illud, quo esu ligni scientiæ sub mortis cõminatione fuerat interdictus, ita ei positũ est, vt tota in eo natura obligaretur. Quamobrem sic ob suam præuaricationẽ iustitia illa, quã susceperat, multatus est, graduque illo felicissimo depulsus, vt vniuerso simul mortales eodẽ reatu complicuerit, eodẽq; subinde miseriarũ coniecerit. Porrò autẽ quo causa hæc explicatior fiat, duo pariter alia explanari operæpretium est, quæ superiori capite sunt à nobis proposita: sanè quidnam sit originale peccatum, & quo pacto generationum serie transfundatur. Est enim hoc disertissimo etiam cuique explicatu difficillimum: de quo proinde, vt meã fatear inscitiã, nihil hactenus legi, quo nõ desiderarem amplius. Causa verò huius perplexæ ambiguitatis est, quòd cũ ratio culpæ in actuali peccato sit manifesta, vix tamen inde possumus naturam originalis rimari. Est enim peccatum (ait contra Faustum lib. 22. August.) dictum, vel factum, vel concupitum cõtra legem Dei. Vbi ostenditur ratio culpæ, esse deflexus ille operis, & declinatio à lege Dei, & rationis regula: veluti dum Adam lineam sibi præscriptam trãsgressus, comedit de ligno scientiæ. Cùm ergo homo dum concipitur, nõdum iudicij & libertatis compos, neque ad legis normam agere, nec inde deuiare possit, labor est maxim⁹ declarare quomodo in eo sit ratio veræ culpæ, quæ ex peccato Adæ fuerit nostræ impressa naturæ. ¶ Hæc autem de hoc peccato in confesso sunt omnibus catholicis. Primùm. Quòd non est proprium nostrum ex parte causæ, id est, quod propria nos voluntate commisimus. Fuerũt equidem olim, referente libro. 1. de pecca. mer. Augustino, qui eo sunt amentiæ collapsi, vt dicerent paruulos baptizari in remissionem peccati, quod eis esset proprium hoc modo, & personale. Sed non vsq; adeò, inquit, sanctus ille pater, de humanis sensibus desperandum est, vt hoc cuipiam persuadeant. Adeò est euidentissimum nondum tunc elucere rationis aut voluntatis vsum. Haud tamen quaquam negandum est, esse voluntarium: vt ca. 14. lib. 1. retractã. admonitos nos idem voluit: vbi sustinens nullum esse peccatum, nisi voluntarium, subijcit. Illud quod in paruulis dicitur originale peccatum, cum ad hoc non vtantur arbitrio volũtatis, nõ absurdè vocatur etiam voluntarium, quia ex prima hominis mala voluntate cõtractum, factum est quodammodo hæreditariũ. Et infra cap. 15. contra Pelagianos, negantes peccatum originale in paruulis, eò quòd non dum vterentur volũtatis arbitrio, ait. Quasi verò peccatum, quod eos ex Adam dicimus originaliter trahere, id est, reatu eius implicatos, & hoc ob pœnæ obnoxios detineri, vsquam esse potuerit, nisi in voluntate, qua voluntate cõmissum est, quando diuini præcepti est facta transgressio. ¶ Secunda confessio catholica est, quod est nobis propriũ ex parte subiecti, id est, quòd est vere in nobis. Ad hunc sensum, quòd verè, atq; (vt physici aiunt) formali denominatione sumus peccatores. Ita enim ait Paul. quòd cùm peccatores essemus (& loquitur de originali) Christus pro nobis mortuus est. Est itaque si subiectum spectes, propriè nostrum: si verò causam, neque proprium nobis, neq; nobis voluntarium, sed

Causa orig. pecc.

Quid sit & quo tradu.

Rõ peccati. August.

Confessa de pec. orig.

Aug. li. 1. re tracta. c. 15. rñdendũ ſa quid est eos non pprieta te voluntatis, sed origi ne reos tene ri, loquitur autẽ de paruulis.

Quomodo pec. orig. sit voluntariũ.

1. Confessio

Ephes. 2. A

ex necessitate naturę iuxta illud Pauli, Eram' natura filij iræ. ¶ Sed tertiò atq; omnium maximè pro indubitato quiuis habere debet, qui nō vult ipse Pelagianus haberi; quòd verè & propriè sit peccatum. Nō enim defuerunt (vti refert Magister sent. libr. 2. distin. 30.) qui crederent non esse in nobis veram culpam originalem, sed tantum reatum pœnarum & calamitatum, quibus ob peccatum Adę obnoxium est genus humanum: illudq; eo sensu dici peccatum, quòd sit effectus peccati. Nec desunt modò, nō solùm ex Lutheranorum prosapia (nam sunt in diuersa symbola discissi) verum ex numero etiam eorum, qui se catholicos arbitrātur, qui ex Homero inter theologos prodeuntes, sustinere pergunt, vel nullum esse originale peccatum, vel non verè & propriè esse culpam, cum quibus paulò post sumus cōgressuri. Nunc interim admonemus non solùm nos reos nasci pœnæ, sed verè in culpa, & propterea in reatu pœnæ. Id quod loco nuperrimè citato ait Augu. scilicet, reatu peccati Adæ implicatos, & ob hoc pœnæ obnoxios. Et super Psalm. 50. explicatius, Ideo, inquit, se in iniquitatibus dicit conceptum Dauid, quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adā; & vinculum mortis. Nemo enī, ait, nascitur nisi trahens pœnam, & meritum pœnę. Meritum autem pœnæ, peccatum est. Omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiā, peccatū trahit. Hęc ille. Et Hypognost. 2. Peccatū Adæ nō solùm ipsum, sed omne nostrum genus humanum cum eius damnatione simul & culpam suscepimus. Sed quid opus est August. teste, vbi tam est Paul. perspicuus & irrefragabilis

5. iudex? Nam per vnum, inquit, hominē peccatum in mūdum intrauit, & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in

Rom. 5. d. quo omnes peccauerunt. Ecce non solū mors pœnaq;, sed culpa prius in nos trāsijt; & idcirco pœna. Item. Ideo Adam fuit forma Christi, quia sicut ex gratia Christi verè iustificamur, ita Adæ delicto omnes iniusti sumus, & verè peccatores. Qui ergo hoc veritatis clarissimum lumen refellit, cuiuscunque is fuerit ordinis, hæreticus censeatur. Quippe qui (vt verbis August. supra citatis vtamur) non firmissimè tenet omnem hominē, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci impietati subditum, morti; subiectum & ob hoc iræ nasci filium. In quod hominum genus anathematis sententiā pronuntiauit cùm olim Mileuitanum concilium, tùm etiam (vt cap. 7. dicebamus) & nostra modò sancta synodus consultissimè propter istos cōtumaces.

Stipēdia peccati mors, gratia autē dei vita æterna.

¶ Hinc demū quartò peruestigandū nobis est, vbinam abdita sit ratio originalis culpæ: porrò vt intelligamus, quidnam sit nobis cum Adam cōmune, quod verè sit in nobis peccatum: & id quidē non per modum actus, sed absq; vsu per modum habitus. Atqui in Adam præter transeuntem actum peccati, qui in nobis non perstat, duo fuerunt reliqua, inde effecta: nempè priuatio iustitiæ; & dissolutio cōcupiscentiæ carnis, quæ habenis soluta, effrænis fertur in obiecta sensus, præter rationis ordinē. Quæ quidem ambo nobis proli suæ communiter sunt cōgenita. Ex hoc biuio videntur August. & Ansel. in diuersa digressi. Primus enim in locis suæ doctrinæ minimè raris apparet cōcupiscentiam illam carnis cōstituere peccatum originale. Alter verò in lib. de con. vir. palàm ait esse carētiam iustitiæ, quæ debuerat inesse naturæ nostræ. Magister sent. lib. 2. dist. 30. August. (vt ipse indicat) sententiā cōplexus est. Cuius quidē magistri opinione permulti sunt adducti. Alij sequūtur Anselmū. S. Tho. 1. 2. q. 82. vt ambas conciliet opiniones, ait, cōcupiscentiā esse materiale (qđ aiunt) in hoc peccato: carentiam verò iustitiæ, formale. Vt si diffinire libuerit, dicas, peccatū originale, esse concupiscentiam, originali iustitia carentē. Hæc verò tametsi antiquitate sua & doctorū authoritate præpolleant, nō tamē sunt, de quibus ecclesia aliquid diffinierit, quin verò cōcilium modo, & quidē meritissimò, nihil cēsuit, quidnā sit originale, sed sublite inter doctos reliquit. Et ideo opus habet explicatione. ¶ Magister sententiarum (vt videtur) & alij nō multi sui assectæ commentantur, quòd cōcupiscentia sit quædam morbida qualitas, non in carne, sed in anima hærens. Hanc vocant fomitem, legem carnis, & tyrānum. Hoc sibi videntur elicere ex authoritate August. de nupt. & concup. lib. 1. ca. 25. vbi ait, quod hæc concupiscentia nō substantialiter manet, sed affectio est quædam malæ qualitatis, sicut languor. Et quòd sit in anima, patet, quoniam aduersus Iulianum lib. 5. ait, quòd anima in carne, tanq̄ in vitiato vase corrumpitur. Et in quodam sermone de verbis apostoli. Vitiū concupiscētię est, quòd anima nō ex se, sed ex carne contraxit. Et ratione cōfirmatur, quoniam originale peccatum culpa est, culpa autem nō est carnis, sed animæ macula est. Colligunt ergo isti, q̄ peccatum Adæ carnem suā infecit, caro autē infecta, cōmaculauit & eam quā genuit: à qua carne, dum infunditur, anima qualitate illa morbida inficitur. Doctrina enim est Arist. 1. de āia, q̄ ex motionibus sæpe animæ afficit corpus; & vicis-

Quarta consyderatio.

Duo effecta primi peccati.

Dissidium August. & Ansel. de origi. pec.

S. Thom.

Peccati origi. diffinitio.

Cōcupiscentia qualitas morbida.

Aug. de nuptijs, & concup. lib. 1. ca. 25.

Aristo. 1. de Ani. c. 2.

& vicissim animus ex corporis qualitatibus.

Reprobatur opinio morbidæ qualitatis.

¶ Sed re vera isti, nescio quibus hanc possint suam opinionem obtrudere. Nam quamuis animi motus: vt amor, verbi gratia, aut ira, calorem, vel bilim concitet corporis, vicissimque corporis alteratio animum etiamnum commoueat, quòd tamen anima Adæ qualitatem per modum habitus immanentẽ potuerit corpori infigere, quæ in carne quoque inde genita perpetuò perseueret, per nullam est philosophiam persuasibile: atq; multò minus, quòd caro adueniẽti animæ talem qualitatem impingat: sanè cùm qualitas corporis materialis sit, anima verò spiritualis. Mox, quòd peccatum peculiariter Adæ talem potuerit ingenerare in animis hominum qualitatem, ipsa per se res prodit esse commentum: nam esus ille ligni vetiti, non potuit talem suapte natura habere efficaciam: aliàs ex vniuersis similibus peccatis, similis consequeretur effectus. Quod est derìdiculum. Nisi eousque desipueris, vt effingas diuino iudicio talem vim tributam esse illi peccato, eò quòd in illo tota peccasset natura: id cuius nullum potest esse rationis, authoritatisve, quo innitatur, pedamentum. At verò quòd qualitas illa, etiam si esset possibilis, incassum admittatur, credaturq; inesse, sic patescit. Nanque vt nos simus rei peccati Adæ, in quo culpa consistit, sine vlla qualitate explicari optimè potest, vt paulò post videbitur. Et vt anima sequatur carnis cupiditates, nulla opus habet morbida qualitate, quoniam cùm sit actus corporis, sensum per seipsa, nisi ratione contineatur, appetendo sequitur. Neque vspiam August. concupiscentiam animæ insinuauit esse originale peccatũ; sed solùm concupiscentiam carnis: vt est ex suis cunctis operibus compertissimum. Igitur vbicunque dixerit, quòd malum concupiscentiæ non est substantia, sed affectio malæ qualitatis, nihil aliud facit quàm Manichæos repellere, qui dicebant malum in nobis, esse substantiam Ingenitam à Deo malo: contra quos ait, quòd malum concupiscentiæ non est in nobis à natura, quam Deus sanam fecit: sed accidentaliter nobis adiacet ex culpa primi hominis. Et vbiuis, vel ipse, vel alij sancti aiunt animam infici ex carne, tanquam ex vase, id penitus docent, quòd anima non trahit hoc malum, eò quòd eadem emigret ex corpore in corpus: vt Pythagorici & Platonici comminiscebantur: neque verò inde, quòd animæ educantur de potentia materiæ, & ita ab anima in animam descendent hoc malum, per hoc quòd anima filij fiat à patre, sicuti in brutis animalibus: sed quòd licèt anima cuiuscunque à solo Deo creetur, nihilominus nõ à Deo cõtrahit peccatum originis, verùm inde quòd infunditur carni seminatæ ab Adam. Quod in summa est dicere, hominem concipi in peccato, quia concipitur filius Adæ. At quod isti adijciunt, culpam esse non in corpore, sed in anima, id nos vltro & libentissimè confitemur. Veruntamen inde non sequitur, quòd sit qualitas à carne producta, sed certè reatus naturæ concretus, vt iam modò palàm facturi sumus.

Respõdetur rationibus contrariæ opinionis.

Aug. de concupiscentia carnis.

¶ Aliter alij, menti August. verò que propius, astruunt, concupiscentiam carnis esse originale peccatum. Id quod ita possunt ex August. colligere. Ait enim libr. de pecc. me. cap. 16. quòd quando peccauit Adam, non obediens Deo; tunc eius corpus gratiam perdidit, qua eius animæ omni ex parte obediebat. Tunc, inquit, ille extitit bestialis motus pudendus hominibus, quem in sua erubuit nuditate. Et infra. Ex hac igitur inobedientia carnis, ex hac lege peccati & mortis, quisquis carnaliter generatur, regenerari spiritualiter opus habet, vt non solùm ad regnum Dei perducatur, verùm etiam à peccati damnatione liberetur. Hanc verò ego mihi basim disputationis ex August. de concupiscentia præiecerim, non solùm pro scholasticis catholicis, sed aduersus Lutheranos: qui concupiscẽtiam adeò contendunt esse peccatum, vt maneat etiam in baptizatis peccatum. Vocat enim hic concupiscentiam August. sensualitatem, iustitia originali solutam. Et hanc videtur hic dicere esse peccatum, propter quod sumus baptismate regenerandi. De qua libr. eorundem. 2. cap. 4. Concupiscentia, inquit, tanquam lex peccati, manens in membris corporis mortis huius, cùm paruulis nascitur, in paruulis baptizatis à reatu soluitur, ad agonem relinquitur; ante agonem mortuos nulla damnatione persequitur. Paruulos non baptizatos reos innectit, & tanquam iræ filios, etiam si paruuli moriantur, ad condemnationem trahit. Et libr. 1. retract. Concupiscentiæ reatus in baptismate soluitur, sed infirmitas manet. Vnde forsan Sanct. Tho. 1. 2. q. 82. relicuit, Augustinum dicere, quòd concupiscentia est reatus. Nam hoc verbum nusquam legi in August. nisi sanctus Thomas alium forsan sortitus est codicem. Hinc ergo conficiunt, concupiscẽtiam illam carnis esse originale peccatũ. Quod reuera, nisi qui id sano modo interpretetur, nescio, salua grauissima authoritate August. quis sibi in animum inducat, vt credat. Id quod ante nos, alij prudẽter meditati sunt.

Basis disputationis.

S. Tho.

¶ Prima

Arguitur quòd côcupiscêtia non sit peccatũ, sed effectus peccati.

¶ Prima ratio, quæ huic sententiæ aduersa mihi se offert, sic habet. Illud quod in Adam prius, quàm in nobis fuit, si in illo nõ erat peccatum, neque profectò erit in nobis: concupiscentia hæc carnis in Adam non fuit peccatum, sed effectus & pœna consequens peccatum: nam propter peccatum Adæ sublata iustitia, defrænata laxataq; est concupiscentia, non solùm in sua persona, verùm etiam in tota natura: ergo vti in illo non fuit peccatum, ita nec in nobis, sed effectus & pœna peccati.

Secunda ratio.

¶ Pręterea ne amphibologia nominis inanem reddat disputationem, originale peccatum (vt supra satis constabiliuimus) verè habet rationem culpæ, quæ proinde, licèt distinguatur ab actuali, est vera iniquitas: quippe ob quam fatetur Psalm. concipi nos in iniquitatibus: vnde adeò cõsequitur, esse prauitatem, quæ odio est Deo: propter quam homo nisi in Christo regenitus, regno depellitur. Hæc autem ratio haud vnquàm congruere poterit illi carnis concupiscentiæ. Nam illa (vt tertio capite dicebamus) est homini ex principijs naturalibus innata, quam cœleste illud iustitiæ donum compescebat. Ob idque non est illa prauitas, obliquitas & iniquitas, in qua cõsistit ratio peccati, quod Deus odio habet: sed pœna est potiùs à Deo inflicta: sanè qui naturam nostram iustitia illa propter peccatum expoliauit, in suisq; naturalibus desertam reliquit. Quocirca neque Adam, neque nos vituperamur, quòd sumus sic concupiscibiles, sed eò quòd culpam in Adam admisimus, ob quam amisimus ligamen, quo rationi tenebatur concupiscentia subdita.

Psal. 50.

Côcupiscentia nõ est vituperanda.

Tertia ratio

¶ Ad hæc. Peccatum propriè nõ est res illa, quæ eadem manet in iustificato, quæ erat in peccatore, concupiscentia autem eadem manet: ergo illa non est peccatum, sed planè reatus ille, qui remittitur dum regeneramur.

Quarta ratio.

¶ Vt cuncta itaque complectar. Vis illa & potentia concupiscendi extra rationis ordinem, quę est in puero, imò verò quæ sine actu & consensu est in adulto, nõ est illud, ob quod hæreditate cælesti abdicamur, sed potiùs eodem peccato, quo exules facti sumus à regno, & frænum quoque abruptum est cõcupiscentiæ, & in mortem, aliasq; calamitates incidimus: ergo non magis concupiscentia illa pecatum est, quàm expulsio à regno, vel mors, aut morbi, vel aliæ id genus ærumnosæ miseriæ, quæ non aliter sunt peccata, quàm quòd sunt effecta peccati Adæ. Nisi quòd concupiscentia est præterea nostrorũ causa actualium criminum. Eãdem patiuntur repulsam, qui iam modò excogitant, peccatũ originale esse amorem terrenorum. Nam si id de actu amoris enuntiant, non quidem originale, sed actuale peccatum est: si verò de amore carnis intelligãt, vel de inclinatione animæ, qua apta est sensum sequi, eodem recidunt, vnde priores modò depellebamus.

Trident. sess. 5. ca. vltimo.

Peccatũ originale nõ est amor terrenorum.

¶ Eisdẽ fermè rationibus deuincitur, peccatũ originale, non esse priuationem iustitię originalis, ad sensum, quem pleriq; multi concipiunt, scilicet priuationem rectitudinis totius hominis, quæ erat in illo statu naturæ integræ. Nam illa in Adã non fuit peccatum, sed effectus & pœna peccati, prior natura, quàm dissolutio concupiscentiæ. Neque verò illa est prauitas & obliquitas peruersę rationis, neque ob illam Deus extorres nos fecit à regno, sed propter antecedentem præuaricationem, & nos regno priuauit cœlesti, & originali multauit iustitia.

Neq; est priuatio iustitiæ.

¶ Est & secundum argumentum. Nam quòd fermè doctores priuationem iustitiæ debitæ inesse peccatum originale affirmant, si ita debitum sentiant, quod singulari præcepto fuerit eam Adam obstrictus, aut eius progenies custodire, certè falsum est, & cuius nulla possunt sacrorum authoritate fidem facere, quoniã nullum legitur Adę mandatum positum, nullaq; præscripta lex alia, quàm, ne ederet de ligno scientiæ: de quo si comederet, sequeretur cum pœna, tum sublatæ iustitiæ, tum perinde subsequentis mortis: ergo reuera, non iactura iustitiæ, sed esus prorsus ligni, delictũ fuit. Etenim uerò vti non aliter modò gratiam conseruare tenemur quàm seruando præcepta, neque homicidæ, præter homicidium, crimen aliud est, quod vel gratiam Dei perdit, vel vitam, si pœnam luit capitis: ita neq; aliter Adam obligabatur habere iustitiam, quàm non transgrediẽdo præceptionem de ligno, aut quãuis aliam naturalis iuris. Neque præter esum pomi notum fuit illi crimẽ, iustitia denudari: atq; adeò multò minùs nobis, denudatos nasci. Quin verò; vt cumulatiùs dixerim, etiam si peculiari præcepto teneretur custodire iustitiam, deserere eam quidem tunc Adam, esset peccatum, non tamen aut se postmodum, aut nos priuatos esse. Ad hæc. Si peccatum originale esset priuatio (vt aiunt) iustitiæ debitæ inesse, consequens tunc fieret, vt in baptismo non remitteretur, quoniam neque illic restituitur iustitia, neq; vllo debito resoluitur homo, quo antè obligabatur.

Neq; est iustitia debita inesse.

¶ Alij, qui ex his anfractibus sese expedire contenderent, pecatum originale fingere possent, nihil aliud quàm inimicitiã cum Deo: sed neq; se isti credant lignum defixisse. Nam inimicitia nõ est peccatum, sed effectus

Peccatũ orig. nõ est inimicitia Dei.

fectus planè peccati. Eo enim quòd quis Deũ vel alium offendit, inimicitiam eius cõflat. Et præterea in infantibus manifestum est argumentũ. Aut enim vis peccatũ originale, odiũ esse, quo infans odit Deũ, aut quo Deus odio habet ipsum. Primum nullum est, quippe cùm infans nullum habeat voluntatis vsum. Alterũ non est peccatum, cùm sit in Deo, sed est peccati opus: porrò quòd illud Deus odium, peccato prouocatus, concipiat.

Quo ratio peccati originalis concluditur. Cap. 9.

IGitur sunt hoc ætatis, qui quamuis non omnia, partem tamen horum argumentorum contra vetustam opinionem opponẽtes, ab ea defecerunt: dicentes, non esse in singulis hominibus peccata singula originalia, sed vnũ illud, quod commisit protoparens, esse originale delictũ, cuius omnes rei sumus, & à quo denominamur peccatores. Horũ primicerius habetur Albertus Pighius, vir profectò & pius, & doctus. Qui nihilosecius malè de hoc audit, quasi peccata in nobis originalia omnino inficietur. At verò neq; si sane ille, & absque præiudicio audiatur, tantę damnabitur ignorantiæ: neque si oculatiùs ipse sensum veteris opinionis æstimauisset, forsan eam repudiasset. Primum ergo, si ex nomine rem subiectam venerari decet, originale peccatum, nihil aliud dixeris, quàm peccatum à primo parente in prolem origine transfusum. Quamobrem ex peccato illo, contagio nostra dijudicanda est. Vt id quod erat in illo formalis ratio peccati, relictum cognoscatur in nobis per modum habitus. Et qui in illo effectus erant, itidem sint & effectus in nobis. Supponamus, exempli gratia, primum peccatum Adæ fuisse esum ligni, præcesserit enim superbia, nec ne, nihil ad rem. Formalis tunc ratio illius criminis fuit obliquitas & deflexio animæ per voluntatem à lege & ordine Dei. Et quia Adam gerebat personam totius naturæ, quæ in ipso susceperat beneficium illud iustitiæ, permansurum in ea quandiu non peccasset, tota in ipso rea facta est illius præuaricationis, & ingrata inuisaque effecta est Deo. Quare deordinatio eadem, & deformitas (vt verbis scholæ vtamur) illius actus mansit per modum habitus infixa naturæ: quam proinde obliquitatem vnà contraximus cum eadem natura. Quocirca vti concedendum est, peccatum originale esse in nobis, ita neq; est negandum, quo minus sit pro formali, carentia iustitiæ originalis: si modo iustitia etiam ipsa similiter accipiatur pro formali. Iam enim supra capit. 5. retulimus ex S. Thom. 1. par. q. 95. formale significatum iustitiæ originalis esse rectitudinem animæ ad Deum, materialia verò rectitudines alias, scilicet inferiorum virium animæ ad rationem: atque corporis ad animam. In Adã, si rem æstimatè considores, priuatio iustitiæ, quo ad primum ordinem, non fuit effectus peccati, sed formalis ipsa eius ratio: priuatio verò contrariæ eiusdem iustitiæ, quo ad alios duos ordines, non ratio peccati, sed effectus fuit. Ad hunc ipsum eundem modum priuatio in nobis rectitudinis prioris, est peccatum originale: priuatio vero aliarum, est eiusdem peccati effectus. Quam fortè distinctionem si inspexisset Pighius, & sui, nunquam inficias iuissent, in nobis inesse originale peccatum. Attamen, vt in gratiam eius hoc vicissim subiungam verbum, si vel Pighius, vel quiuis alius ita negasset, in nobis esse peccatum originale, vt diceret tantummodò nos contrahere reatum pœnarum, quas de peccato Adæ pendimus, non tamen reatum culpæ, apertè pugnaret non solùm contra Augustinum, verùm contra Paulum: vti in tertia confessione cap. præcedenti demonstrabimus, & capit. item proximo repetemus. Qui tamen diceret, non alio reatu culpæ, quàm illius transgressionis Adæ, dum concipimur, pollui, nihil erroris portenderet, nisi quòd leuiter & absque ratione negaret, reatum illum esse carentiam iustitiæ, modo exposito. Et ideo verissimè & consultissimè S. modò Triden. Syno. censuit, sess. 5. can. 3. peccatum, quod origine vnum est, & propagatione transfusum, omnibus inesse, vnicuiq; propriũ. Igitur per ea, quę hic explicata sunt, diluũtur: quæ superiori ca. cõtra opinionẽ Anselmi obiecimus. At quatenus res Augustinũ spectat, qui docere videtur, cõcupiscentiã esse originale peccatũ, imprimis interpretãdus est, nõ de formali, sed de significato materiali: vti fidus eius interpres diuus Tho. exposuit. Quã doquidem idem ipse ait, concupiscentiæ reatum in baptismate solui, remanente concupiscentia: reatus autem saltem in originali, idem est, quod forma peccati. Sed neq; ita consyderanda est concupiscentia, esse materia seu substractum significatum peccati, vti est actus in actuali transgressione. Nanque in actuali, actio substernitur obliquitati, ceu subiectum eius: quoniã per actionem ipsam diuertimus à ratione, & diuina regula: adeò vt actio ipsa propriè denominetur obliqua, & peccatum: sicuti nix colore est alba. In originali vero lõge ali-

Opinio quorundã quòd non sit nisi vnum origi. peccatum.

Pighius in cõtrouer. de orig. pec.

Diffinitio pec. orig.

Ratio eius formalis.

Peccatũ ori. est in nobis.

S. Thom.

D. Th. 1. 2. q. 81. ar. 3.

Reatus & culpæ & pœnæ contrahitur in orig.

Syn. Trid.

Expositur August.

Lib. 1. retract. ca. 15.

Discrimẽ inter materialia orig. & actualis.

Forma orig. nõ est in cõcupiscentia.

gè aliter: quoniam forma peccati nullatenus inest concupiscentiæ, vt subiecto, sed animæ, vbi inerat iustitia originalis, vt supra cap. 5. diximus, vel (vt alij autumant) voluntati. Quare nec tam propriè concupiscentia denominatur peccatum, quàm anima ipsa peccatrix, vel homo peccator. Veruntamen quoniam propriè in hoc genere peccati excogitari nequit materiale, sicuti in actuali, & concupiscentiæ motus in vetita fuit primus ac proximus effectus abscedentis iustitiæ, placuit Augustino vocare eam peccatum quodammodo materiale, vt ostenderet rem esse malam & nocuam. Et id potissimùm contra Pelagium, qui negabat rebellionem carnis effectum esse peccati: imò dicebat esse naturale bonum: vt est videre contra Iulianum. Et quòd hæc fuerit Augustiniana doctrina, euidentiùs liquebit. cap. 12. Vbi induximus eum interpretantem Paulum, quòd appellauerit concupiscentiam peccatum, qua ratione est effectus peccati. Etenim si post baptismum sensualitas nō censetur peccatum, nisi quia est effectus peccati, cōficitur profectò, vt neque ante baptismum aliter sit peccatum. Tametsi tum propter coniunctum reatum in anima, cuius ipsa concupiscentia proximus est effectus, dicitur materiale significatum peccati. Atqui hoc est, quod conuincit disputatio, quam ca. superiori, ad explicandam eius mentem contra verba Augustini extruximus. ¶ Sed tamen restat præterea nobis respondendum ad eorum argumenta, qui arbitrantur nullam inesse formaliter nobis originalem culpam, sed ab illa prorsus quæ fuit in Adam, omnes appellari peccatores. Primùm. Paul. solo illo peccato Adæ ait, nos omnes peccasse. Vnde Augu. de pec. me. lib. 1. cap. 10. super illo verbo. In quo omnes peccauerunt. Si intellexeris, inquit, in quo peccato, certum manifestissimumq; est, alia esse propria cuiq; peccata, iu quibus ij tātùm peccant, quorum peccata sunt, aliud hoc vnum, in quo omnes peccauerunt, quando omnes, ille vnus homo fuerunt. Si autem intellexeris, in quo vno homine, quid, inquit, ista manifestatione manifestius? Nempe legimus iustificari in Christo, qui credunt in eum, propter occultam communicationem, & inspirationem gratiæ spiritualis, qua quisquis hæret domino, vnus spiritus est. Hactenus August. Allusionis conclusionem lectori relinquens, qui intelligat sic omnes peccasse in Adam per communicationem suæ culpæ, in quo vna eramus caro, vti iustificamur in Christo, in quo vnus efficimur spiritus. Et Hypog. libro. 2.

Cōcupiscentia quare dicta est peccatum.

August. concupiscen. est effectus peccati.

Cōcupiscentia quomodo est materiale in peccato orig.

Respōderur illis qui volūt in nobis esse ori. pec.

August. testimonia.

Cùm peccauit (ait) homo, natura peccauit: & facta est natura iam peccatrix, id est, vitium habens peccati. Eodem pertinet illud. Vnius delicto multi mortui sunt. Et per vnius inobediētiam, peccatores constituti sunt multi. Vnde August. lib. 1. retract. cap. 15. ait, (vt supra iam citauimus) vnius Adæ reatu nos esse implicatos, cuius voluntate commissum est illud peccatum quod originaliter trahimus. Vnum ergo illud peccatum quo omnes peccauimus, origine contrahimus, & non plura. ¶ Ad hæc veruntamen ac his similia respondentes concedimus, quòd illo tantùm peccato Adæ peccauimus omnes, vt liquidò monstratum est, quoniam dum animam recipimus, non peccamus, sed concipimur in peccato. Neque dicendus est quis originaliter peccare, sed peccatū originaliter trahere cum natura. Neque negandum est peccatum Adæ esse illud, quod contrahimus. Id tamen fit per hoc, quòd reatus ille peccati (vt diximus) relictus est in natura, quæ in Adam peccauit. Et ideo vt omnes trahimus naturam ab Adam, suam quisque propriam recipiendo, ita & omnes contrahimus peccatum eius, per hoc quòd in singulis est deuiatio illa & obliquitas animi à Deo, qua proinde cuncti contagione culpæ sic inficimur, vt singulas singuli contrahamus maculas. Tametsi reatus ille in nobis non sit positiua qualitas, sed mera priuatio iustitiæ (vt diximus) quo ad formale. Quapropter cùm in remissione originalis restituatur nobis gratia in ordine ad Deum, non tamen vires inferiores in ordine ad rationem, optimè ait Sanct. Thom. vt supra cap. 5. citauimus, quòd in baptismo restituitur iustitia originalis, tantùm quoad formale. Quomodo autem per voluntatem tunc Adæ omnes peccauimus, accommodatissimo exemplo dilucidat idem S. doctor. 1. 2. quæst. 81. vbi ait, quòd quemadmodum omnia membra sunt vnus homo, & ideo voluntas totius reputatur omnium membrorum, ita omnes eramus in Adam quodammodo vnus homo, quamobrem voluntaria inordinatio sui peccati, manet in tota natura, quam generatione recipimus. Manet scilicet per modum habitus, sicuti in homine transeunte actu peccati, manet obliquitas animi: quoadusq; per gratiam restituatur in ordinē. ¶ Subijciunt hic præterea theologi exemplū ad explicandum, quemadmodum in Adam peccauerimus omnes de rege munificentissimo, qui seruum in filium adoptatum hæredē amplissimæ substantiæ inscriberet, cuius beneficij tota eius posteritas potiretur: ea tamen lege,

Quomodo suū quisque habeat orig. peccatum.

In baptismo restituitur iustitia quo ad formale. Exemplum S. Tho.

Exemplum theologorū.

lege, si in gratia eius perduraret, vbi tamen primum crimen in regem admitteret, hæreditate illa excederet. Exemplum antiquum est, neque minimè ad rem accommodum. Nanque haud prorsus dissimili modo donauerat Deus in Adam naturam nostram originali iustitia. Mihi verò Paulus est, qui rem videtur quàm optimè explicare: vbi ait, Adam gessisse formam futuri Christi. Inde nanque antithesis culpæ Adæ & gratiæ Christi relucet, vbi de nouo Adam accedente ad baptismatis aquam, ait pater coelestis, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: Est enim perinde, acsi dixisset. Veluti Adam fuit in quo vno tota eius natio mihi displicuit, quæ sibi naturali generatione successit, ita (quasi antidotum) hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: id est, in quo vno, quotquot baptismate in ipso fuerint regeniti, in gratiam mihi reconciliati, placebunt. Quod & Paulus ait, Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obeditionem, iusti cōstituentur multi. Omnes ergo in Adam peccasse, nihil aliud est, quàm naturam nostram, ob participium suæ culpæ, ingratā inuisamq; esse Deo. Et ideo tota eius soboles nascimur filij iræ. Sicuti in Christo iustificari, est, quòd ob eius gratiam nobis participatam omnes sumus Deo grati. In quo proinde renascimur filij misericordiæ.

Collatio Adæ cum Christo.

Matth. 3.

Roma. 5.

Quid sit nos in Adā peccasse.

¶ Per hęc demum liquidum fit, quo pacto originalis labes traducatur perpetua generationum serie ab Adam. Sed August. est, qui in odium Pelagianorum nonnihil dubietatis oculis offundit. Sanè qui crebrò ait, concupiscentiam illam rebellis carnis ob suam inobedientiam esse instrumētum huiusmodi culpæ propagandæ. Ait enim (vt superiori capite citatus est) de pec. me. cap. 16. quòd ex hac inobediētia carnis à ratione exorbitantis, & bestiali pudendoque membrorum motu quisquis carnaliter generatur peccatum contrahit, à quo est baptismate abluendus. Et lib. 1. de nup. & cōc. cap. 24. vbi inuestigat, quomodo cùm coniugium bonū naturæ sit, ex coniugibus baptismate renatis, & præsertim vbi actui coniugali nullum admiscetur peccatum, procreentur filij in peccato, respondet, quòd non ex bono, quo bonæ sunt nuptiæ, sed ex malo concupiscentiæ, quo bene vtuntur coniuges, de quo tamen erubescunt, reos diabolus paruulus natos tenet. Et infrà. Ex hac, inquit, concupiscentia carnis, quæ licèt in regeneratis iam non deputetur in peccatum, tamen naturæ non accidit, nisi de peccato, quæcunq; nascitur proles, originali est obligata peccato, nisi in illo renascatur, quem sine ista concupiscentia virgo concepit. Propterea quando nasci est in carne dignatus, sine peccato solus est natus. Vbiuis denique de hac re sermo est Augustino, concupiscentiam illam rationi rebellem, quasi ea causa, quia non obtemperat rationi, traducem facit originalis maculæ. Sed est argumentum, quod huic quisque posset obmoliri sententiæ. Si qui ex nihilo crearentur nūc homines, masculus & foemina (de quibus tertio capit. prælocuti sumus) in meris videlicet naturalibus sine culpa & gratia, hi quidem quantacunque exardescerent libidine & rebellione concupiscentiæ, & vitijs deflagrarent, nunquam tamen in sobolem, quam genuissent, traijcerent originalem culpā: vt omnium est theologorum consensus, eo quòd non essent tunc progenies Adæ. Si verò contra duo naturali semine ab Adam descendentes, in primo instanti infusionis animæ infunderentur gratia præueniente peccatum (vt dicitur de beatissima virgine) & præscinderetur illis, vel prorsus extingueretur concupiscentia, ne magis posset aduersus rationem insultare, quàm in statu innocentiæ, nihilominus transmitterent peccatum originale in eos, quos genuissent liberos. Dico si gratia collata patribus esset tantùm personalis, & non tota successione. Ergo concupiscentiæ rebellio non est in causa originalis culpæ. Haud æquidem ambigo quin ita sit, vt rationes istæ persuadēt: nempè quòd quomodocunq; traduceretur modò natura ab Adam post eius peccatū transfunderetur & peccatum. Et si natura non traduceretur ab Adam, sed ab homine nunc ex nihilo creato generarentur filij sine peccato. Quin verò ita modò S. Synodus Tridentin. determinat. Sessio. 6. capit. 3. Sicuti nemo nisi in Christo renatus gratiam eius reciperet. Quocirca concupiscentiam esse traducem peccati, nihil sanè aliud significat, quàm concupiscentiam, & pudendum motum carnis esse naturale instrumentum generationis, per quam propagatur natura præuaricatoris Adæ. Neque aliud prorsus sibi voluit sapiens Augustinus. At quoniam caro nūquam præter rationem tituillaret, nisi culpa Adæ fuisset in causa, ait rebellionem concupiscentiæ traducem esse peccati.

Quomodo transfundatur.

August.

De filijs renatorum.

Arguitur cōtra verba August.

Sentētia autoris.

Syn. Trid.

Cōcupiscentia quomodo traducit peccatum.

Aduersus recentes Pelagianos

De originali peccato.

Cap. 10.

Operæ-


Operæpretium duximus speciem puram veritatis ob oculos primũ omnium ponere, ne errorum interfusa caligo lumen eius interpollaret.
Duo errores pec. orig. Extant duo tamen de hac re errores per extremum contrarij. Vnus quorundam recentium Pelagianorum, qui esse aliud in nobis refutant originale peccatum, quàm defectum naturæ: vtpote reatum mortis, & cæterarum pœnalitatum, quas ob culpam Adæ incurrimus. Alter verò est Lutheranorum per cõtrarium extremum, ita penitus naturæ nostræ hoc genus peccatum imprimentium, vt verè in hac vita remitti, omninoq; tolli renuant. Lutheranorum in quam. Non quòd priores non sint Luthero etiam parente progeniti: sed quòd cùm de hac re bis per omnia à reliquis dissideant,
Zuinglistæ. Zuinglistas à suo capite meritò nuncupemus. Schisma enim illud istorum (cuius in prologo meminceram) nemini scilicet de rebus fidei auscultantium, qui diuina fungatur authoritate, ecquid potest, quàm Lernæum illud quinquaginta capitum monstrum ædere? Primi quidẽ appetendi à nobis sunt priùs, quippe cum quibus est breuissima disputatio: pòst alij, contra
Zuinglius. quos multò est prolixiùs agẽdum. Zuinglius ergo inter Germanos est, qui sepulchrum Pelagij refodit, vnde hoc opus respiret. Is enim in suo libello de baptismo, ac deinde vrgẽtius in declamatione ad Vrbanum Rhegium contendere perseuerat, originale peccatũ non esse peccatum, sed morbum. Neque desunt, qui & catholicorum nomine censeri volunt, & Zuinglio nihilosecius si non verbis, re tamen adhærescunt. At contrariam conclusionem, nempe quòd sit vera culpa, satis superq; sacrorum testimonijs constabiliuimus, cùm per totam hactenus disputationem, tum propriè cap. 7. & 9. Quapropter id tantùm hic aperire statuimus, quàm sibi leuibus rationibus, originalem culpam ita dissuadeant, vt omnino repellant.
Argumentatio illorum contra veritatem. Primam enim colligunt ex clementia Dei, de quo, cùm multò sit propensior ad condonandum peccata, quàm ad vindicandum (vult enim omnes homines saluos fieri, nec vult mortem peccatoris, sed magis vt cõuertatur) haud est credibile, quòd vnius peccatum in culpam deputet vniuersis mortalibus. Eo vel maximè quod de delictis propriè loquens, ait
Ezech. 18. per Prophetam. Filius non portabit iniquitatem patris, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. ¶ Secundum argumentum informant
Secundũ argumentũ. ex natura peccati, quoniam nõ est peccatum nisi sit voluntarium. Cùm ergo Adæ peccanti nullus mortalium adesset, nec consenserat, quinuerò omnes eius successores improbant peccatum illud, ægerrimè ferentes quas inde miserias & ærumnas experiuntur, quomodo sensus capiat humanas, quòd qui nondum extabant, lege aliqua in vno obligarentur omnes. Vniusq; voluntas adeò reputaretur omnium, vt per illam nõdum nati transgressores
Tertium argumentum. essent. Adde, quòd æqua ratione, cætera peccata non modò primi, sed aliorum etiam parentum transmitterentur in liberos: atque maiori ratione & benefacta parentum deberent in posteros diffundi. Siquidem perinde atque in Adam, & in parentibus etiam alijs propinquioribus latuim⁹. Quinuerò addit Zuinglius, peccatum cum culpa iunctum est: culpa verò ex commisso eius nascitur, qui facinus designauit: nemini ergo peccatum est, quod ipse non commisit. ¶ Adijciunt & nouum genus
Quartũ argumentum. arguendi. Peccatum Adæ remissum illi creditur, vbi fuit cum Deo reconciliatus, quomodo ergo in nos transit? Aut si nobis imputatur, quid est, quod Adæ fuit remissum? Nam si in illo vno omnes peccauimus, longè id efficacius veritas deuincit, vt in vno fuerit etiam
Reprobant exẽplum cõmune. omnium nostrum condonata culpa. Neq; verò exemplum illud, quo supra rem hanc repræsentauimus, omnino probant. De illo inquam seruo, qui summo honore habitus apud dominum ingratus atq; infidus atrocissimum aliquod facinus in Dominum cõmitteret, atque adeò amicitia principis excideret, omnique honore & fauore, tam ipse quàm sua soboles depelleretur. Etenim si eius prosapia honore præcise, aiunt, & opibus, quas à principe receperat, dispoliaretur, id certè non argueret acerbitatem in principe maiorem, quàm ius esset, & æquum. Si tamen omnes posteros ob paternum crimen supplicijs afficeret, ac denique addiceret morti, reuera credulitatis maximæ & immanitatis reus haberetur princeps ille. Cùm ergo Deus ob culpam protoparentis non solùm honore nos & hæreditate cœlesti abdicauerit, sed in morbos & calamitates plurimas, atque adeò in mortem ipsam adegerit, plurimùm hoc derogare videtur diuitijs bonitatis, & benignitatis eius. ¶ His denique alij sub-
Postremũ argumentum. ijciunt, quòd in tota sacra scriptura, nullum est verbũ originalis, seu iustitiæ, seu culpæ, sed nos culpam istam confingimus. Porrò hac ratione, & in nostram naturam iniqui, & bonitati diuinæ falsò imponentes. ¶ Hæc tñ omnia
Responsio. & quæ id genus plurima, in hoc argumentum congerunt, facillimè ipsi diluerent, si naturam humanã, quam cap. 3. depinximus, considerantè contemplari vellent: vt exinde, tum de gratia,

tia, tum de culpa perſpicacius ratiocinaretur.
Si enim Deus naturã humanam in puris natu
ralibus creaſſet, nulla nos affeciſſet iniuria,
quòd tales condidiſſet, quales nec gratiam per
nos ipſi diuinam aſſequi poſſemus, nec diui-
na gloria potiri: quoniam vires naturales non
ſunt pares tanto muneri. Neque vlla eſſet iniu
ria, quòd ſenſualitas rationi eſſet inimica, quã
excæcaret, & præcipitaret in vitia: quòd mor-
bis & alijs ærumnis & calamitatibus huius vi-
tæ, atque etiam morti ſubiecti eſſemus. Nimi
rum quòd hęc omnia eſſent à proprijs naturę
noſtræ principijs natiua. Sua tamen bonitas,
& benignitas, qui nos ad ſe pſalmauerat, fuit,
quòd naturam noſtram, gratia & iuſtitia do-
naret, quibus nos ſupra nos ipſos erigeret, at-
que inferiores vires, quæ ſuperioribus obedi-
rent, compeſcerent. Nec cogitandũ eſt (vt qui

Nullũ inter ceſsit pactũ inter Deum & Adam.

dam effingũt) pactum interceſsiſſe inter Deũ
& Adam, vt cùm primùm pecaſſet, natura ex
poliaretur illis cœleſtibus donis, & ita nomi-
ne totius generis humani cõſenſum præbuiſ-
ſe, atque hac cauſa totum genus, eo peccante,
peccaſſe. Eſt enim fabula. Nam quid Deus o-
pus habebat Adæ conſenſu? Neque ita obli-
gatus fuit pro ſe, aut pro nobis ſeruare donũ
originalis iuſtitiæ, vt de hac re habuerit ſingu
lare præceptum. Scriptura enim eſt manife-
ſta, quòd vnica fuit præceptio, ne ederet de li-
gno ſcientiæ qui citra eius conſenſum, potuit
Deus obligare totam naturam, tanquam eius,
iure creationis, dominus. Sicuti leges legitimi
principis, quæ præſenti modo edicerentur ci-
uitati, vniuerſis in perpetuũ ciuibus intellige-
rentur poſitæ. In pœnam tamen tranſgreſsio-
nis comminatus eſt Deus mortem, qua priua
tio iuſtitię deſignatur. Cùm ergo Adam tunc

Cur in Adã natura peccauit.

Cõminatio mortis Adæ facta.

erat tota natura, nulla fuit in Deo vel crude-
litas, vel aſperitas, quòd peccante natura, de-
nudaret eam, quibus ſupranaturalibus donis,
ex mera liberalitate exornauerat. Veluti ſi
princeps ciuitati ampliſsimũ priuilegium lar-
giretur, dum non committeret certum crimẽ:
quòd ſi contrafaceret, tunc nimirum ſibi ciui-
tas perpetuò maneret offenſa & inuiſa. Et ideõ

Alia peccata non trãſfunduntur, quæ perſonalia ſunt.

Peccatũ primũ quomodo omnibus voluntarium.

modò quodam peccatum illud fuit omnibus
hominibus voluntarium, ſcilicet per volunta-
tem totius naturæ. Qua de cauſa alia peccata
vel primi, vel aliorum parẽtum non traijciun-
tur in liberos, ſicut nec virtutes: quoniam illa
ſunt perſonalia, quibus pœnæ tãtùm perſona
les decretæ ſunt: illud autem primum fuit, cui
poſita erat pœna communis: ſcilicet, vt genus
noſtrum in ſuam nudam naturam recideret:
obidq; illius ſolius rea ſacta eſt ſuo modo to-
tã natura. Quare neq; vllo pacto derogat cle-
mentiæ mitiſsimi Dei, quòd hoc genus ſuppli

Diuina clementia.

cia: nempe morbos, miſerias & mortem perfe-
ramus ob illud peccatũ: nanq; ſi nos, ſeu igne,
ſeu ferro perimeret, aut quauis alia violenta
morte, poſſet vtiq; fortè dirus haberi. Quòd
autem nos cæleſti beneficio immortalitatis
orbauerit, vt mortem nobis naturalem incur-
ramus, nihil ſanè vel iuſtitiam ſuam, vel miſe-
ricordiam denigrat. Atqui ad argumentum a-

Peccatum Adæ ſoli remiſſum.

liud reſpõdetur, quòd Adæ remiſſa eſt noxia
illa, qua ratione erat perſonæ, permanſit tamẽ
in propaganda natura. Quemadmodum qui
modò baptizatur, omni liberatur culpa, etiam
originali quatenus eſt huius perſonę: relinqui
tur nihilominus natura infecta, vt quos Chri-
ſtianus genuerit, eadem tale commaculet. Illi
autem loco, quòd filius non portabit iniquita
tem patris, opponi è regione poſſet alter, vbi
habetur, Ego ſum Deus zelotes viſitans ini-

Exod. 20.

Concordia.

Quæ mala luant filij pro parentũ peccatis.

quitatem patrum in filios. Eſt tamen horum
concordia, quòd pœnas tęmporales, vt infa-
miam, bonorũ priuationem, & id genus alias,
iure luunt filij pro patribus: eò quod ſecundũ
corpus ſunt velut pars patris. Pœnas tamẽ ſpi
rituales, & maximè expulſionem à regno cœ
leſti, ſolus ille qui peccat, ſubit: nam ſecundùm
animã filius nõ eſt pars patris, ſed omnes ani
mæ meæ ſunt, ait per Ezechielẽ Deus. Ad rem

Ezech. 8.

ergò. Quoniam omnes homines participes
ſunt culpæ Adæ, expulſi ſunt hæreditate cœ-
leſti. Expulſi (inquam) hoc modo, quòd ex
natura noſtra nullum ad illam ius habemus,
ſed quod Deus noſtro generi largit9 eſt in A-
dam, in eodem perdidimus. Per hæc proditur
aberratio Zuinglij, non agnoſcentis aliud ge-
nus culpæ, quàm quæ proprio contrahitur cõ
ſenſu. Si enim illa Protoplaſti voluntate natu-
ra noſtra non peccauit, cur ob illam culpam
non ſolùm tantam fecimus bonorũ tempora
lium iacturã, ſed damnati etiam ſumus, vt ait
Paulus. Et quidem ita damnati, vt regni etiam
iure fuerimus excluſi. Profectò ſi tantùm fuiſ-
ſet illi propria, nihil nobis nocuiſſet. Sed ſal-
uum fuiſſet ius noſtrum, ſaltem in ſpirituali-
bus. Quia filius, vt modò interpretabamur,
non portabit in eiuſmodi bonis iniquitatem
patris. Igitur ineptiſsimum eſt eius exẽplum,
ſi vult illud vſquequaque huc adaptare. Ait
enim, quod veluti ſi quis in bello vel alia ſua
culpa in ſeruitutem capitur, totam ſuam po-
ſteritatem conſtituit ſeruam, cui tamen eſſe
ſeruã, nihil eſt culpæ, ſed pœnæ, ita nobis con
tingit ab Adam. At non videt quòd amicitia
ſua nunquam Deus priuaſſet nos, & iure re-

gni,

gni, nisi participes fuissemus aliquo pacto culpæ. Neq; nos dicimus peccatum esse, quod mortales sumus, & miserijs subditi: sed quod cùm peccatum Adæ, totius reputatum est naturæ, deflexus ille & deordinatio animæ à Deo, quæ in ipso fuit actualis, in nobis manet quiescenter per modũ habitus. Et inde patimur mala hæc naturalia. Sicut ait Paul. Mors ab Adã in omnes transijt: in quo (id est, quia in ipso) omnes peccauerũt, atq; adeò iram & indignationem (vt Tridentina synodus ca. 1. secundùm Paulum ait) incurrerũt. Aliàs nõ opus esset baptismo in remissionem culpæ originalis, quæ fuit hęresis Pelagiana. Sed hoc facilè Zinglius cõcedit, dicens, quod & peccatum originale per metonymiam, id est, abusiuam nominis significãtiam, dicitur originale. Neq; adiudicandos esse infantes æternæ damnationi, propterea quod nõ sint aqua intincti. De quo propterea alter nobis reliat cũ ipso cõflictus libro secundo. c. 10.

Nomẽ iustitiæ orig. ¶ Quòd autem postremò adijciunt, hæc nomina iustitiæ, peccatiue originalis nusquam in sacra pagina, legi argutia est Arrianorum, refutantium nomen Homusion, quod non esset in Euangelio. At sicut illi tunc conuicti sunt, ità & hos modò reuincimus. Nempe quòd vbi res est aperta, virtute subest etiã nomẽ ipsum. Cùm enim sit in Euangelio, Ego & pater vnũ sumus, perinde valet, ac si scriptum esset, Eiusdem substantiæ, quod est Homusion. Haud dissimiliter de originali iustitia & peccato dicendum. Porrò quòd cùm constitutissimum Ecclesiæ Christianæ sit, primum hominem in iustitia fuisse creatum, vtpote in rectitudine virtutum, ac virium, quantum satis ad finem consequendum erat, ad quem fuerat conditus, vt cap. quinto peramplè à nobis demonstratũ fuit: atque huius felicitatis, generatione perpetua propagandæ, potiri deberent homines, quandiu in officio & in gratia Dei perseueraßet genus humanum, inde optimè nomen accepit institia originalis. Quæ nuncupari potest, natiua, seu naturalis, vel congenita. Et simili ratione, cùm sit apud Paulum, omnes in Adam peccasse, neque verò solùm imitatione, & contra Pelagium publico cõsensu Patrum Ecclesiæ diffinitum est: quin nos etiam natura filios iræ pronuntiet, nihil sanè amplius in scriptura desideratur ad astruendam fidem peccati, quod appellatur naturale, vel connatum, & hæreditarium, vel per originem contractum: quod est dicere originale.

Aduersus Lutheranos de originali peccato. Cap. XI.



Nscidimus ergo in primũ locum controuersiarũ, qua nobis Martin⁹ ille Lutherus nouorũ inuentor creauit, suiq; deinde prognati tueri pertẽdunt. Hi nanq; in alterũ extremum à Pelagianis diuersum, nescio quo vẽto, nunquam antea in Ecclesia suborto, adacti, ita animæ nostræ originalem culpam obtrudunt, vt per nullam sit prorsus gratiam in hoc seculo delebilis. Qui quidem locus in assertionibus Lutheri ad Leonem art. 2. sic habet. In puero post baptismum negare remanens esse peccatum, est Paulum & Christum simul conculcare. Et artic. 3. Fomes inquit, peccati, etiam si nullum adsit actuale peccatum, moratur à corpore animam ab ingressu cæli. Quin paulò inferiùs eundem fomitem appellat actuale peccatum. Et discipuli sui in confeßione Augustana, art. 2. vocãt vitium originis, verè peccatum, damnans & adferens æternam mortẽ. Et in locis communibus Melancthon. Scriptura inquit, non facit differentiam inter actuale & originale peccatum. Nam & originale, actualis est quædam praua concupiscentia. Itaque commentum istorum est, quòd concupiscentia nõ solùm sit materialiter peccatum, sed quòd formaliter, & in actu libido ipsa, & insultus carnis, ante consensum voluntatis, est peccatum, etiã in baptizatis. Eandemq; aiunt concupiscentiam prohiberi præcepto ulo decalogi, Non concupisces. Ob idq; pro insania ducit Luthe. eodem. 2. art. quod nos libidinem coniugum, qui quantacunq; sanctitate pollentes, legitima, iustißimaq; intentione generandi, iure suo vtuntur, non verè peccatum appellemus. Sed bone Deus in suo famatißimo reformationis dogmate, quod ipsi didagma vocant, quanta explicatione hunc locum constituunt. Aiunt enim, quòd licet homo nihil iniqui animo deliberato concupiscat, illa nihilominus volatilis concupiscentia, à qua se in omni mansuetudine, sanctitate, & pietate continet, coram Deo peccatum est. Et infrà, Nõ modò homicidium, adulterium, & furtum peccatum est, verumetiam propter concupiscentiã, quanuis ei non consentiat volũtas, homo ipse in conspectu Dei homicida & adulter est. Atqui operæpretium est consyderare, vt telam suam detexant. Inde enim quòd concupiscentia carnis peccatũ illis est, eliciunt, omnia opera nostra, quantuncunq; fiant in gratia, ea tamen ratione, qua nostra sunt, à concupiscentia commaculari, idcirco esse cuncta, peccata. Neque per illa implere nos præcepta Dei, cõcupi-

Prima controuersiarũ de pec. orig. cum Lutheranis.

Lutheranorum sententia de pec. orig.

Lutherani concupiscẽtia est verè formaliter peccatũ lib. 3. cap. 7.

Didagma.

Lutheranorũ deteriorum.

cupiscentia remorante, ne plenè operemur ex dilectione sui super omnia. De qua nobis re, libro. 3. statutus est dicendi locus. Ideoque quàquàm in colloquijs iam Ratisponensibus manifestißimis testimonijs conuicti, paulò remißiùs propugnent errorem hunc de originali peccato, adeò vt in secūdo nouißimo hic articulus tanquam vel confessus, vel satis discussus, fuerit prætermissus, tamen quia perstant in erroribus de operibus, quos ab illo potißimùm fonte deriuarunt: & præterea quia Bucer. in suo libello de ecclesiarum reconciliatione eundem cum cæteris videtur nuper integrare, non erit superuacaneum, eis quę à nostris, à doctißimo præsertim Roffensi copiosißimè dicta sunt, calculum nostrum adijcere. Potißimùm, quòd quandiu libri eorum superstites fuerint, timendum ab illis est.

Status cōtrouersiæ primæ cum Lutheranis.

¶ Status ergo controuersiæ, quæ prima omnium est inter nos & Lutheranos, ita cōstituitur. Nos (vt veritas habet catholica) post baptismum legitimè susceptum nihil remanere in renato credimus contagij originalis, quod veram habeat rationem culpę. Illi vero contra autumant, concupiscentiam illam carnis, qua parte in sanctis viris, in quocunque vitiorum genere, confligatur cum ratione, esse veram culpam, & damnatione, morteque æterna dignam. Tunc etiam quando per consensum voluntatis nondum patratum est actuale peccatum, nisi quòd misericordia Dei non imputatur illa culpa, ijs qui sunt in gratia.

Primū contra Lutherū argumentū. Cōcupiscentia, res est naturalis.

¶ Hæc imprimis ignorantiæ nebula nunquā eorum oculos perstrinxisset, nisi tam essent philosophiæ iniqui hostes, quæ tamen fidei sæpe & multum ancillatur. Concupiscentia enim carnis (vt in tertio statim capite cœpimus dicere) natui alis nobis est, vt pote quæ licèt nulla præcessisset culpa, vel gratia, ex principijs naturæ existeret in homine: quatenus sensibus pollet: nisi quòd Deus fræno originalis iustitię creauit eam rationi subiectam: ergo cùm propter peccatum, sublata est illa iustitia, nihil aliud significatur verbo, concupiscentia, quàm natura dono illo destituta. Præterquàm quòd est modò effectus peccati, tanquàm remouentis iustitiam illam, quæ rebellionem eiusdem concupiscentiæ prohibebat: & tamen si homo crearetur in puris naturalibus, esset mera natura. Exemplum Ansel. *Ansel.* mi est in de concept. virg. de nauta: cuius natura est ventis inuehi: & ideo si anchora fixa retineatur, tunc qui rumpit anchoram, dicitur nauem cōmouere. Igitur cùm ea, quæ nobis insunt à natura, nec laude digna sint, nec vituperio, quis vel cæcus, dixerit concupiscentiam illam, esse peccatum? Nisi forsan materialiter ante baptismum: vti superius explicatum est. Reuera qua ratione id dixeris, sequenter compulsus confiteberis, & visum, & auditum, & reliquos sensus, qui nobis post peccatum Adæ instrumenta sunt delinquendi, delicta & ipsos esse. Quin vero & aurum, & honores, & muliebrem formā, & quicquid nos pellicit, pellitve ad malum. Accipe euangelicam parabolam, vbi genus humanum assimilatur ei qui incidit in latrones, à quibus despoliatus, & plagis impositis relictus est semiuiuus. Nūquid despoliatum esse & vulneratum, peccatum erat illi? Quisnam concesserit? Pari modo in nobis, præterquàm quòd participes fuimus culpæ, qua sumus lauacro regenerationis abluti, nudatam habere naturam, & ita sauciam, vt concupiscentia veluti ægritudo quædam cum ratione colluctetur, certè nihil est culpæ, dum rationem non prosternit, sed est pœna, quam ob præteritam culpam exoluimus. Veluti corporei morbi, & mors deniq;, & aliæ id genus calamitates, quas culpas censere, hominis esset prorsus stupidi. *Luc. 10.*

Lutheranorum diuerticulum.

¶ At verò cùm Lutherus hoc genus culpæ soli concupiscentiæ carnis impinxerit, discipuli eius postea, dum illam defendere nequissent, rationem habere culpæ, commenti sunt, nomine concupiscentiæ non solùm illam carnis, sed eam etiam quæ est in anima, subintelligi. Ita habet in conuentu Vuormatiensi. Attamen neque hoc diuerticulo argumentum possunt eludere. Nam si loquantur de concupiscentia animæ, quæ est actus voluntatis consentientis carni, illa certè non originalis: sed verè actualis est culpa: de qua nihil disputamus. Si tamen intelligant impotentiam & declinationem (vt videntur) animæ, quia velut actus corporis nata est sensibus illecta, pertrahi, adhuc eandem habet argumentū energiam. Nam totum hoc (sicuti concupiscentia carnis) naturam dicit iustitia originali destitutam, non culpam.

2. Argum. ex testimonijs scripturæ.

¶ Sed præterea, vt in omne se latus versent, nūquàm se hinc tamen extricabunt, quo minus sint in efficacißimum sacramentum baptismi iniquißimi, nisi profiteantur, totam illic prorsus rationem omneque meritum culpæ elui. Nam (quæ verba expressa sunt Hieronymi ad Oceanum) omnia nobis in baptismate condonata sunt crimina. Nec post indulgentiam, inquit, iudicis est metuenda seueritas: dicente Apostolo, Et hęc quidem (scilicet peccatores) fuistis, sed abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine domino- *Hierony.* *1. Cor. 6.*

ni nostri Iesu Christi. Omnia ergo peccata, donata sunt bene & fideliter. Hæc Hieronymus. Nota in Paulo, sanctificati & iustificati, in nomine Iesu Christi. Vnde sapienter colligit Hieronymus bene & fideliter. Quia in nomine Iesu Christi, qui verè est saluator, nihil delitescit fictionis, sed summa est, vt in suis promissionibus fides, ita & in factis veritas. Id quod veritas ipsa Iesus Christus, Hieronymo luculêtius profert, vbi ait, Pater sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Et, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Et Paul. Renouamini in iustitia & sanctitate veritatis. Quid ergo euidentius pronûciari potuit ad demonstrandum, vbi gratiâ Dei inimus, omnê nobis prorsus in veritate abstergi maculâ peccati, quâ quòd ita nos verè pater sanctificet, quàm sermo eius veritas est? Conducit ibidem Hieronymus, in hanc eandem sententiam ex veteribus quoque Micheam: vbi ait. Ipse reuertetur & miserebitur nostri, demerget iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Et Ezechielem vbi ait, Assumam vos de gentibus, & aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditijs vestris, & dabo vobis cor nouum & spiritum nouum. In verbo, omnibus, inquit Hieronym⁹, nihil relinquitur. At quando nullum esset aliud euangelicû testimonium plenissimæ remissionis, quæ fit in baptismo, quàm illud, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, abundè res conuinceretur. Qui enim renascitur, vitam prorsus exuit veterem, & nouam induit. Id quod Apostolus repræsentat in analogia mortis & resurrectionis Christi: vbi ait, Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres (cum istis mihi videtur ore prophetico loqui) quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ecce tam verè nos in baptismate mori peccato, sepelirique, & in nouam vitam resurgere, quàm verè id Christus in corpore præstitit. Hunc Chrysosto. locum, Homel. 24. super Ioan. in hanc sententiam diluci dè enarrans, ait, In aqua baptismi tanquam in sepulchro caput immergentibus, vetus homo sepelitur, emergentibus inde nouus resurgit. Et Origen. super Iosue Homil. 5. ait, quòd per baptismû regenerationis, expurgatæ sunt animæ nostræ. Vbi abiecimus omnia peccata

Ioan. 17. Ioan. 8. Ephe. 4. Michee. 7. Ezechi. 36 Ioan 3. Rom. 6. Chrysost.

rum opprobria, & pro his assumpsimus conscientiæ bonæ adstipulationem in Deum. Et ad Titum item Apostolus, Secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti, quem effudit in nobis abundè, id est, quantû sufficit, vt verè simus salui, atque adeò filij & hæredes, secundum spem vitæ æternæ. Vnde Ioan. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus. Nominemur, inquit, & simus, vt exprimeret contrà istos, nihil baptizatis inesse culpæ, alias si verè esset culpa, non tamen imputato, vt dicunt, non verè essemus filij, sed reputaremur tales à Deo. Eodem prorsus refertur, quod ait Apostolus, Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Sed interpretamentum Lutheri expendamus eodem articulo. 2. Ait enim, non haberi in Paulo. Nihil peccati est: sed, nihil damnationis, quasi illa concupiscentia iustorum peccatum verè sit, & de se dignum damnatione, sed non imputatur illis propter fidem, & quia non ambulant secundum carnem. Et suus Bucerus, vbi putat extremam manum imponere componendis controuersijs, idem atque peius dicit in articulo peccati originalis. Ait enim, quòd quanuis in regenitis nihil sit damnationis; in hoc sensu, quòd non sunt rei, reatu iam dissoluto in baptismate, hoc tamen est propter meritû Christi non imputantis peccatum. Non tamen ea non vel ob vnum hoc malum deprauatæ naturæ, etiam si nulla, vel actionis, vel consensus nostri iniquitas adijceretur, condemnationem meremur. Et paulò pôst, Sancti etiam, inquit, ipsi, quatenus concupiscentia repugnat bonæ voluntati, inimici sunt Deo. Expende pie lector, an verba hæc digna sint, quæ supponantur titulo, de componendis controuersijs, & non potius excitent, quæ sopita iam & emortua videbantur. Profectò verba Pauli expositione non indigent, Dicens enim, nihil esse damnationis in his, qui non ambulant secundum carnem, manifestissimè docuit, nihil in renatis esse damnatione dignum, præterquam ambulare secundum carnem, id est, dicat, pati molestias carnis nihil prorsus damnabile est, sed ambulare, id est, libere operari secundum carnem. Et ita exponit Augusti. eundem authoritatem contra duas epistol. Pelagi libro primo capite 10. Nulla, inquit, est damnatio his, qui sunt in Christo Iesu, quoniam non damnat, nisi qui concupiscentiæ ad peccandum consensit ad malum: Dilectissimi ergo est ex-

Tit. 3. 1. Ioan. 3. Roma. 8. Lutheri interpretatio Buceri verba. Expositio Pauli. Augusti.

est expositio Lutheri. ¶ In summa. Cùm baptismus sit in remissionem peccatorum (vt in Acti. Apostol. author est Petrus) qua Christianus perfricta fronte, quicquam culpę post baptismum reliquam fieri dicat? At commentitiam Lutheri distinctionem audiamus, qua se eodem secundo articulo, ad omnia hęc tam clara testimonia cogitat respondere. Aliud, inquit, est, omnia peccata remitti, aliud verò omnia tolli. Baptismus omnia remittit, sed nullum penitus tollit. Animaduerte pie lector, an hoc nō sit deterere sacramēta Christi, & (quod ipse in nos iaculat[illegible]) Christum ipsum conculcare: scilicet quòd remitti peccata, non sit prorsus tolli. Ecquid enim aliud est, quod ait euangelista in sua canonica. Scitis, quia ille apparuit, vt peccata tolleret? Et Baptista, Ecce agnus dei, qui tollit peccata mūdi? Quid quod, interprete vbi supra Hieronymo, de iustificatore nostro præcinuerant Prophetæ, & Apostoli cōcinunt? Demerget & projiciet iniquitates vestras. Mundabimini ab oibus iniquitatibus vestris. Et, Deleui vt nubē iniqtates tuas. Et, abluti, sanctificati, iustificati. Et in quibus nihil est damnationis. Et, Existimate vos mortuos esse peccato, viuentes autem Deo? Quid inquam hęc omnia, quę effect⁹ baptismi sunt, aliud resonāt, quàm prorsus baptismo extergi, & plenè tolli peccatum? Est enī nihil aliud peccatum, quàm offensa in Deum, vnde palàm consequens fit, vt remitti ab ipso nihil aliud sit, quàm condonari, aboleri, atque adeò omnino tolli. Nisi absurdissimè hic abutaris nomine remissionis, in significatu philosophorū: quibus qualitatē remitti, est imminui aliqua restāte particula: cū tamē in pręsentia, idem polleat remittere, quod ignoscere: id est, nō amplius noscere culpā, perinde ac si nunq̄ fuisset. Quāobrem delictorū quæ Deus remittit, obliuisci, neque amplius recordari dicitur. Quòd si Augustinū, quem vbiq; iudicem appellant, audire de hac re nō piget, auscultem⁹ ipsum lib. 1. retra. capit. 7. Lauacrum regenerationis purgat à reatu omnium peccatorum quæ humana traxit natiuitas, & contraxit iniquitas. Hæc ille. Sicut ergo peccati actualis in baptismo remissi nihil remanet culpæ, ita neq; originalis. Et de pec. me. lib. 2. cap. 25. Hæc autem, inquit, lex peccati (scilicet fomes concupiscentiæ) non sic manet in membris eorum, qui ex aqua & spiritu renati sunt, tanquàm non sit eius facta remissio, vbi omnino plena & perfecta fit remissio peccatorum, omnibus inimicitijs interfectis, quibus separabamur à Deo, sed manet in vetustate carnis, tanquàm superatum & peremptum, si non illicitis consensionibus quodammodo reuiuiscat. Et in calce eiusdem capitis explicatius ait, Quòd si denique continuò post baptismum consequatur ab hac vita migratio, non erit omnino, quod obnoxium hominem teneat, solutis omnibus, quæ tenebāt. Num satis conficitur originale peccatum tolli, dum remittitur, si non manet nisi superatū & peremptum? At plus debet protestantibus nostris peccatum, quàm fides. Quò enim fidē suam solam iustificātem tueantur, aiunt, fidē mortuam nullatenus esse fidem (quanquam & id peruersè, vt lib. 2. capit. 7. ex verbis Iacobi monstrauimus) & tamen peccatum originale, etsi audiant mortuos nos esse peccato, & sepultos, ipsumq; abstersum, deletum, abiectum & peremptum, nihilo secius, ita semper mordicus retinent, vt nolint sublatum esse. Quid si Augu. asserat, radicitus euulsum? Inducit enim Pelagianos, contra duas eorum episto. ad Bonifacium libro. 1. capit. 13. calūmantes Christianis, quòd negarent baptisma, omnia peccata radicitus conuellere, sed tantū ei cōcederent, vt peccata raderet, manentibus radicibus, vnde rursus pullularent. Quorum calumniam repreimit his verbis. Quis hoc nisi infidelis affirmet? Dicimus enim baptisma, omnium dare indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere: neque peccatorum radices in mala carne teneri, quasi rasorum in capite capillorum, vnde crescant iterum resecanda peccata. Quid potuit efficaciùs aduersus istos Augustinus proferre, quàm quòd neque radix peccati maneat in baptizatis? Sed tamen & quò eos quasi digito indicaret, subiūgit. Sed de illa concupiscentia carnis falli eos credo, vel fallere, cum qua necesse est, vt etiam baptizatus, & hoc si diligentissimè proficit, & spiritu Dei agitur, pia mente confligat. Sed hæc, etiam si vocatur peccatum, non vtique quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocatur. Sicut scriptura, manus cuiusq; dicitur, quod manus eam fecerit. Peccata autem sunt, quæ secundum carnis concupiscentiam vel ignorantiam, illicitè fiunt, dicuntur & cogitantur. Hæc August. Explicatissimè aduersus istos pronuncians, post reatum originalis in sacramento remissum, concupiscentiam; neq; vllo modo esse, neq; appellari peccatum nisi per metonymiam, de qua latiùs. c. sequēti. Nunc enim hoc secundo argumento tantùm conamur testimonijs scripturæ sacræ demonstrare & sanctorum, quomodo sint isti iniurij in sacramentum remissionis: adstruentes

Actu. 2

Lutheranorū responsio confutatur.

Luthero aliud est peccata tolli, aliud remitti lib. 2. c. 9.

1. Ioan. 3.

Ioan. 1.

Esai. 44

1. Cor. 6.

Roma. 8.

Roma. 6.

August.

Plenissima remissio in baptismo.

Peccatū plus debet Luthero quā fides.

August.

Concupiscentia qualiter dicatur peccatum.

Peccatū qd sit.

concupiſcentiam inde reliquam, peccatū eſſe propriè. ¶ Vt tamen tertium ſubiungamus argumentum, ſtatuamus puerum baptizatū ante vſum rationis, in quo, ais, veram adhuc culpam extare, damnatione dignam æterna, ſed non deinceps imputari. Hoc, inquam, tecum poſtulo, vtrum per ſolam gratiā baptiſmi non imputatur, an alia poſtea opus eſt applicatione miſericordiæ, vt poſt non imputetur. Si primum, vti res habet, admiſeris, tunc ergo baptiſmus ità plenè remiſit, vt nihil fuerit culpæ reliquum, quod indigeat poſtea nouo actu miſericordiæ, vt non imputetur. Si verò ſecundum de tuo capite dederis, ergo per baptiſmum, non planè applicatum eſt pretiū redemptionis Chriſti, in redemptionem peccatorum: quod eſt hæreticum. Item contra id quod aiunt: adultis nouo actu fidei opus eſſe iugiter poſt baptiſmum, quo aſsiduè petant condonationem illius culpæ originalis, perdurantis in baptizato. Primum ſi ita res eſt, quomodò fuit baptiſmus efficax? ſanè qui culpā illam condonare nō fuit ſufficiēs. Adde quod cùm pueri talem actum fidei habere nō poſſint, tunc nullum habebunt remedium aduerſus illam culpam. Quòd ſi baptiſmus illis ſufficit, abſque alio actu fidei, cur non idem ſufficiet & adultis, quatenus ad eandem culpam attinet originalem? ¶ Illud tamen quod mihi potiſsimum argumentum apparebat, in calce demum ſubijciam. Aiunt enim, vt paulò antè referebamus, manere quidē peccatum originale, ſed non imputari. Et ſubijciam alia quoque verba Lutheri in eodem. 2. artic. Hæc eſt, inquit, gratia noui teſtamenti, vt quia renati ſumus baptiſmate, fauor Dei nos ſuſcipit, & ſuſtinet, non imputans ad mortem, quod reliquum eſt peccati in nobis, licèt verè peccatū ſit, & imputari poſſit. Idem aiunt de operibus factis in gratia: vt lib. 2. capit. 19. viſuri ſumus. Eſt tamen (ni fallor) contradictio manifeſta, veram culpam manere poſt baptiſma, & tamen non à deo imputari vt culpam. Nam vel Deus illam odio habet, vel ſecus. Si non, quam poteſt in ſe habere rationem culpæ? Niſi nefariè dixeris, culpam eſſe vllam, quę non ſit deo odio habita: contra diuinum eloquium Dauidis, toties inculcantis, quod iniquos Deus, viā iniquam, & iniquitatem odio habeat. Si verò illam odit, quomodo non imputat ad culpā? Imò verò quomodo verum eſt, peccatum remiſſum eſſe in baptiſmo? Nam nemo omnino remittit culpam, niſi qui odium è pectore diuellit penitus. Qua de cauſa dicitur Deus peccatorum obliuiſci, quæ remittit. Profectò nō

3. Argum.

Cōfirmatio argumenti. Hæreticum eſt dicere, pretiū redēptionis non plenè applicari ī baptiſmo. Vide in ſeſſ. concil. cap. 2.

Poſtremum argumentū. Vide lib. 2. c. 19 hoc ipſum capiti cauūs. & libro. 3 cap. 4. Lutheri verba.

Primū arg. q in baptizatis nulla remaneat culpa, vide li. 2. ca. 19. & li. 3. c. 4 pſal. 118.

video, quo valeant clypeo dilemma hoc cauere. Niſi promptiſsimum illud ſuum in nos ſputum fugientes reſpuant: ſanè qui quamuis ratiocinationem, ſophiſma appellitant. Mitto interim, quòd authores tanti erroris in eam adiguntur impietatem, quòd Deus in hac vita nullatenus poſsit omnia nobis peccata ita remittere vt prorſus tollat. Id quod ipſi concedunt, quoniam concupiſcentia illa carnis, quam verè peccatum cenſent, tam naturalis mortalibus eſt, vt extingui omnino nequeat in hoc ſeculo. Neque per priuilegium, vt rentur. Quod tamen theologi conſentienter tribuunt intemeratæ Virgini: videlicet rixam carnis ſenſiſſe nunquàm. Igitur, vt finem huic capiti faciamus, conſultiſsimè cenſuit ſacroſancta ſynodus Tridentina cap. 5. ſeſsio. 5. q ſi quis per Ieſū Chriſti domini noſtri gratiam quæ in baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negauerit, aut aſſeruerit, non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationē habet, ſed illud dixerit tantùm radi, aut nō imputari, anathema ſit.

Cōfirmatio argumenti.

Blaſphemia Lutheranorum, ex qua confingūt legis obſeruātiam nulli in hac vita poſſibilē lib. 3. ca. 3.

Trid. Syno.

Quo Lutheranorum rationes expenduntur & confutantur.

CAP. XII.



AT quibus tamen fulcimentis locū iſtum cōmuniant hi, denique reſtat vt expendamus. Hunc enim errorem potiſsimum conficiunt ex Paulo, & Auguſtino, quos aliorſum longè diſtorquent, quàm quo intenderint ipſi. Primum ex illo. Concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret, Non concupiſces. Ecce inquit Lutherus, concupiſcētia peccatum eſt, neque locus relinquitur interpretādi, non eſſe propriè peccatum, ſiquidem lege, ait Paulus, eſſe prohibitā. Senſus ergo Lutheri eſt, præcepto illo, quod eſt in Decalogo, Non concupiſces, prohiberi concupiſcentiam illam, quæ nobis natiua eſt, & in regeneratis etiā ſuperſtes. Et ita ſui defenſare pertendunt. Id quod inter præcipuos eius errores ſecūdus poteſt connumerari. Audi verba eius in fine illius citati articuli ſecundi aduerſus catholicos. Sed & eò peruenerunt, inquit, inſaniæ, vt etiam libidinē ineuitabilem parentum ſanctorum contra legē Dei cōcupiſcentē, defectum, vocare ſint coacti. Quaſi dicat, verum potius eſſe, proprieq; peccatum. Hæc veruntamen verba iure multò maiori poſſunt nos in hūc naturæ hoſtem regerere. Nam præterquàm quòd

Roma. 7.

Per pceptū Non cōcupiſces, phibetē Lutheranis ipſa natiua concupiſcentia.

Lutheri verba, et ſecūdus error, de cōcupiſcentia. Exod. 20.

quod duo repugnantia verba connectit, sanctos videlicet sordere peccato, quis eo fuerit
1. Argumẽ. cõtra Lutheranos. arreptus furore, vt quod ineuitabile nobis est
id peccatum dixerit? Ecquid enim naturalis
radius vultus Dei, qui signatus est super nos,
Ecclesi. 4. manifestum magis faciat, quàm quod vbi nihil est voluntatis, neque inibi culpæ quippiã
Nullum est peccatũ nisi sit voluntarium. inesse posit? Actio enim quæ in nostra non
est potestate, reuera nec laudi dari nobis potest, nec vituperio. Cuius ratio est, quoniã laus
Vide. 2. lib. senté. d. 34. operis, vel vituperium causæ debetur: quæ autem homo inuitus patitur, illorum nõ est causa, quatenus homo: quippe cùm per solam facultatem liberi arbitrij simus actionũ nostrarum domini. Vnde qui naturalem concupiscentiam peccatum censet, pari modo cogitur vt dicat, & quòd oculos habeamus, & aures, & membra, quibus intus, nobis nolentibus, nutrimur ac vegetamur, peccata esse. At nulla, inquiunt, admittenda est à natura ratio,
Responsum Lutheri. vbi scriptura sacra aperta est. Ego verò neque scripturam apertam video, neque sensus scripturæ esse potest, qui cum manifestissima ratione apertissimè pugnat. Reuera si eã quę nobis vel à natura insunt, vel à Deo in pœnam inflicta sunt, peccata essent, Deo potiùs, vel tanquam naturæ authori, vel tanquam vindici
August. culpæ tribuerentur. ¶ Et Augustin. quem coryphæum ipsi hoc loco sequũtur, adeo per se notum existimat, nullum esse peccatum, nisi voluntarium, vt naturali se apud ipsum cõsequentia ponant & perimant, peccatum, &
De vera religio. c. 14. voluntarium malum. Vnde in libro de vera religione. Vsque adeò, inquit, peccatum volũtarium malum est, vt nullo modo sit pecca-
Definitio peccati. tum, si non sit voluntarium. Et contra Manichæos de duabus animabus, peccatum ipsi ita diffinit, quòd sit voluntas retinendi, vel consequendi quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere. Et ne omnia percensentes fastidio simus lectori. 1. lib. retract. id multis mo-
Li. 1. retra. ca. 13. dis in vniuersum constituit, apertè in Lutherũ sua penè verba ita refundens. Peccati reum tenere quenquam, quia non fecit, quod facere non potuit, summæ iniquitatis et insaniæ est. Sed resurgũt inde in nos isti, quòd peccatum etiam ipsum originale censet ibidem August. voluntarium esse, volũtate Adæ. Fatemur quidem, sed culpam totam remissam esse ait, in baptismo. Verba enim eius sunt. Cuius concupiscentiæ reatus in baptismate soluitur, sed infirmitas manet. Optimè sanè discernit, vt reatu dimisso, concupiscentia, non culpa, sed in-
Secũdũ præcipuũ argu. firmitas sit. ¶ Verùmtamen quoniam quàm sit libertas, inseparabilis conditio peccati, ca: 17.

repetẽdum est, haud modò filum rumpamus dicendi de præcepto concupiscentiæ. Impossibile nanque est illo vetari concupiscentiam, De bo... sendi 24. f.
quæ nõ est in nostra potestate, sed tantũ prohibetur voluntatis consensus, vel fortè mora eius in reprimenda concupiscentia, aduertente ratione. Est enim hoc inter decem manda- Matth. 19.
ta, de quibus ait Christus, si vis ad vitã ingredi, Vide Augu.
serua mandata. Et verbum, vis, palàm osten- 1. retract. c.
dit nostræ esse facultatis, per gratiam ipsius, 19.
cuncta seruare: concupiscentiam verò illam in hàc vita sublatam esse, haud quaquàm possibile est. Qui ergo dixerit tyrannidem illam & ineuitabilem molitionem concupiscentiæ à Deo nobis esse interdictam, anathema est Hieronymo, qui in expositione symboli a- Hierony.
nathema esse ait, qui dicit Deum præcepisse quicquam impossibile. Et Augustino, cu- August.
ius in sermon. 61. de tempo. verba sunt. Deus nec impossibile aliquid potuit imperare, quia iustus est, nec damnaturus est hominem, pro eo, quod nõ potuit vitare, quia pius est. Quin vero, cùm non sint grauia mandata Dei, vt test 1. Ioan. 5.
apud Ioannem, imò leue sit iugum, vt præ- Matth. 11.
ceptor ipse testatur, quomodo facere lege diuina obligamur, quod est impossibile? Et præ- Cõfirmatiõ
terea cùm cætera omnia præcepta de actioni argumenti
bus sint prorsus nostris intelligenda, scilicet, Non occides, nõ furtum facies, & cætera, quæ contingentia sunt, commentum est verbum, Non concupisces, nisi de actione humana intelligere: qualis tamen non est motus concu- ... decal.
piscentiæ, rationis vsum præueniens. Id quod forma ipsa mandati præ se fert. Non enim ait in genere. Non concupisces, sed, Non concupisces domũ proximi, neque desiderabis vxorem eius: & reliqua. ¶ At verò non solùm mo- Anxesis errorís Luthe-
tum illum concupiscentiæ, aiunt isti, esse prohibitum, sed & potentiam ipsam, & naturam ranorũ.
concupiscendi: quod humanus sensus refugit Naturam, & cõcupiscẽdi
audire. Ecquis enim puerum, vel ante baptis- potentiã dimum vel baptizatum lege aliqua astringat, cũt Luthe-
vbi non solùm voluntas, verùm neque con- rani esse pec
cupiscentia vsum habet, sed est nuda poten- catum.
tia? Nisi peccatum in eo pariter dixeris fame- August.
re, lallare, & his similia. Id quod August. libro Cõcupiscentia sine con-
1. de ciuita. Dei. cap. 25. condemnat, hisce ver- sensu nõ est
bis. Quòd si illa concupiscentialis inobedien- peccatum.
tia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem, quasi lege sua mouetur, quanto magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absq; culpa est in corpore dormientis? His Augustinus ostendit, nullum esse peccatum concupiscentiam absque consensu, cùm esse posit in

Luthe. putat propter carnis cõcupiscẽtiã peccari nos, vt dimittantur nobis debita nostra.

dormiẽte. ¶ Per hæc denîq; retunditur, quod Lutherus eodem articu. 2. in confirmationem sui erroris cõmentatus est, propter illam scilicet carnis concupiscentiam quotidie nos peccari in oratione dominica, dimitti nobis debita nostra: siquidem absq; voluntate, nulla est culpa. At in hoc se saltem agnoscant, Augustino suo expresis verbis contradicere. Sanè qui loco supra citato con. duas epist. Pelagia. cap. 13. Neq; enim, inquit, propter ipsam concupiscentiam, cuius iam reatus lauacro regenerationis absumptus est, dicũt in oratiõe baptizati. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris: sed ꝓpter peccata quæ fiunt, siue in eius consensionib⁹, cũ ab eo quodlibet vincitur, quod placet, siue cũ per ignorantiã malum quasi bonũ placet. Fiunt autem, siue operando, siue loquendo, siue quod facillimum, atq; celerrimum est, cogitando. Illud sanè, quod in oratione sequitur, propter ipsam dicitur, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo. Perspicue ergo discriminat Augusti. quòd propter consensiones voluntatis dicimus, Dimitte nobis, quoniam peccata sunt: sed propter ipsam tentantem nos, infestantemque concupiscentiam addimus, Et ne nos inducas in tentationem. Vbi propalam manifestat, non concupiscentiam, sed tantum voluntatis opera esse peccata. Quæ omnia Iacobo Apostolo teste, confirmat, qui vel ipso Augustino rẽ edissent explicatius: vbi ait, Vnusquisq; tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia, cùm conceperit (scilicet per consensum voluntatis) parit peccatum. Concupiscentia ergo ante consensum, nõ est peccatum, sed ex consensu concipiens, fit mater peccati. Huic apostolicæ phrasi cõsonant alius Aposto li verba. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius, neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Non enim prohibetur fomitem concupiscentiæ habere, sed illi obedire. Vt per hoc intelligas, quod sequẽti cap. ait, legem prohibere concupiscentiam. Non enim vetatur ne insit illa in carne, at voluntate nos concupiscere. Sed hic quis ferat peruicaciam istorum, qui hunc locum pro se adferant cum glossa August. Ait enim diuus ille super Ioan. tracta. 41. quòd Paulus non dixit, Non sit peccatum in corpore vestro, sed, Non regnet. Ergo Paul. (inferunt isti) Augustino interprete, non negat, quin concupiscẽtia, antequam per consensum voluntatis regnet, peccatum sit. Collectio autem hæc nulla est, si colligatur peccatum esse propriè, antequàm regnet. Nàque cùm August. toties admonuisset, eõcupiscentiam illam nõ esse propriè peccatum, sed tropo illo, quo effectus vel causa peccati, peccatum dicitur, securus dixit, peccatum non prohiberi, ne sit, sed ne regnet. Quoniam quando non regnat, sæpe dixerat tunc non esse propriè peccatum. Quam expositionem ipse idem protinus subiungit, dicẽs, Peccatum enim consistit in eo quod regnat, & fit quod iubet. Eãdem eius explicationem supra etiam citauimus, de pec. me. lib. 2. ca. 28. vbi ait. Hæc lex peccati, quod etiam peccatũ appellat Apostolus: cùm dicit, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendũ desiderijs eius non sic manet in renatis, tanquam non sit remissa & perempta, nisi illicitis consensionibus quodãmodo reuiuiscat, & in regnum proprium dominationẽque reuocetur. Idemq; prorsus repetit de nuptijs & concupis. lib. 1. ca. 23. vbi ait. Ipsa concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non consentitur, atq; vt ea perpetrent, à regina mente mẽbra non dantur, vt si non fit, quod scriptũ est, Non concupiscas, fiat saltem, quod alibi legitur, Post concupiscentias tuas non eas. ¶ At verò hæc postrema verba sibi isti arbitrantur fauere: vbi ait, in hoc seculo à nobis non fieri quod scriptum est, Non concupisces, sed non eas post concupiscentias. E... spiritu & litera. ca. 36. clarius ait, quod in hac vita non implemus, Non concupisces, sed concupiscẽtijs non obedias: ergo nõ solum obedire, sed ineuitabile illud concupiscere carnis prohibetur. Huiusmodi autẽ illatio nulla est prorsus. Augustinus enim non sentit, non impleri illud, Non concupisces, si referatur ad innatum concupiscentiæ fomitem, quasi ille sit lege prohibitus, sed quia naturale est in hoc mortali corpore cõcupiscere, vsq; dum animale resurgat spirituale. Imò eisdem verbis insinuat, prohibitionem non referri ad naturalem concupiscentiam, sed ad liberam & vltroneam obedientiam. Quòd si analogia ex ciuili Republica apud istos quicquam, vt æquum est, valeret, profectò tyranno obsidione premente ciuitatem, quandiu ciues pondus belli sustinet, & bona fide obsistũt, extra noxiam sunt, sed vbi se primum dedunt, tunc incipiunt esse in crimine. Cur ergo dum volũtas ab arce rationis sensualitatis incursus strenuè, vel perfert, vel comprimit, vitio sibi detur, id quod homo inuitus, veluti febrem, & naturalem morbum patitur? At quò expositione tandem

Dimitte nobis debita nostra.

Iacob. 1.

Rom. 6.

Lutheranorũ peruicacia.

August.

Lutheranorum argumentatio.

August. expositio.

Analogia ciuilis reipub.

verborum. Non concupiſces, diſputationẽ ab
ſoluamus, examinemus, an iſti contradictoria
dicant in exponendo hoc præcepto, & illo,
Non regnet peccatum in veſtro mortali cor-
Lutheranorum contradictio. pore. Etenim cùm dicant, hoc ſecundo nõ ꝓ
hiberi, concupiſcentiam ineſſe nobis, aut cum
ratione confligere, ſed vincere, & regnare (ſi-
quidem oculatiſsimè adnotant cum Auguſti-
no, Paulum non dixiſſe, non ſit, ſed non re-
gnet) hinc profectò elicitur, concupiſcentiam
ineſſe & pugnare, non eſſe rem prohibitam,
nec prohibendam: atque adeò neque propriè
peccatum. Quod ſi ita eſt, cur alijs verbis. Nõ
concupiſces, aiunt prohiberi non ſolùm libe-
ra opera, verum & ipſam carnis concupiſcen-
tiam, ne inſit & ſubſultet? Sed ita cunctis vſu
venit contra cælum expuentibus, ſanè vt ſuo
ſe ſputo reſpergant. Concludamus ergo vtro
que loco, ſolum conſenſum in opus concupi-
ſcentiæ prohiberi. ¶ Adiungunt ad perſuadẽ-
Roma. 7. dum concupiſcẽtiam carnis eſſe peccatũ, ſub-
ſequentia præterea Pauli eodem ca. 7. Si quod
nolo, illud facio, iam non ego operor illud,
ſed quod habitat in me peccatum. Scio enim,
quòd nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea,
bonum. Et multis in eundem ſenſum interie-
ctis, concludit. Igitur ego ipſe mente ſeruio le
gi Dei, carne autem legi peccati. Ecce, in-
quiunt, procul dubiò concupiſcentiam car-
nis, quatenus cum ratione luctatur, peccatũ
Quõ multi ſancti intelligant Paulũ dicentẽ, ſi quod nolo, illud facio, iam &c. Roma. 7. ab Apoſtolo appellari. At verò locus hic pri-
mum omnium Pauli, qui (vt tota eius epiſto
la) non eſt adeò intellectu facilis, à plurimis
ſanctorum Patrum, non de iuſto iam Paulo,
ſed de Iudæo ſub lege agente intelligit. Cuius
ordinis ſunt Hieronymus & Origenes (vt
Auguſtinus ipſe aduerſus Iulianum libro. 6.
ca. 11. confitetur.) Et ita ipſe Auguſtinus, ſem
per ſenſerat vſque ad ſenectutẽ, vt ibidem ait.
& lib. 1. retract. capit. 23. & 26. & lib. 2. cap. 1.
Qua de cauſa poſſemus dicere, quòd concupi
ſcentiam ratione coniuncti reatus appellaret
in infidelibus peccatum. Sed demus illis cum
Auguſtino iam ſene & cæteris, puta Hilario,
Grego. Nazazen. & Ambroſ. quos ipſe illic
citat, totum hoc intelligi de Paulo, qui gratia
Dei ſuffultus nihilominus præliabatur cum
carne, ſi tamen viciſsim nobiſcum ipſi candi-
dè Auguſtinum ſequantur interpretem. Qui
non ſemel aut bis, ſed ſæpè, & ſæpiſsimè inter
pretatur, hoc loco Paulum non appellare cõ
cupiſcentiam, propriè, & verè peccatum,
ſed per metaphraſim, quia effectus eſt peccati
Adæ, & noſtrorum cauſa. At verò reclamat
hic Lutherus. Quomodo, quod nemini ange-
lorum licet, id, quod Paulus apertè peccatum
vocat, interpretentur homines defectum tan
tum, effectum eſſe peccati? Nimirum Luthe-
re, quoniam Paulus non anathematizat, niſi Gala. 1.
angelum, aliud quàm ipſe annũciat, euange-
lizantem. Nanque homines metaphoras ſcri-
pturæ dilucidantes, non ſolùm non reprehen
dit, ſed laudat ſummopere inter eos, quibus
deus diſtribuit charismata. Alijs enim, inquit, 1. Cor. 12.
datur prophetia, alijs interpretatio ſermonũ.
Et iterum. Alios deus dedit euangeliſtas, alios
autem paſtores & doctores. Alias, vbi ait idẽ Ephe. 4.
Apoſtolus, quòd eum qui non nouerat pec- 2. Cor. 5.
catum, Deus pro nobis fecit peccatum, ſi non
liceret tranſlatione vti, neceſſe eſſet, Chri-
ſtum ipſum propriè exiſtimare eſſe pecca-
tum. Quam ne admitterent blaſphemiam, in-
terpretati ſunt ſancti, nomine peccati, hoſtiã
pro peccato deſignaſſe Apoſtolum: quę ſe in
cruce pro nobis obtulit. Quo etiam ſignifica
tu vſus eſt iterum: dicens, quòd Deus filium Roma. 8.
ſuum mittens, in ſimilitudinem carnis pecca-
ti, de peccato damnauit peccatum. Tametſi
hic magis placet, peccati appellatione intelli-
gere naturam ipſam noſtram, & carnem pec-
cato infectam: de qua Chriſtus, ſimilitu-
dinem gerente peccati, dum eam cruci affi-
xit, redemptionem operatus eſt noſtram. Si
ergo peccatum haud ineptè vſurpatur de ho-
ſtia, quæ cauſa eſt remittendi peccati, & de
carne, quæ ſubiectum eſt peccati, optima eſt
expoſitio Auguſtini, quòd vſurpetur etiam
pro effectu peccati. Vbi ideo illius meminiſſe
opus eſt, quòd capite proximo de ipſo Augu
ſtino adnotabamus. Nempe quòd cùm rea-
tus peccati originalis, ſit priuatio iuſtitiæ, qua
tenus faciebat rectitudinem animę ad Deum,
& proximus effectus eiuſdẽ reatus, ſit ebulliẽs
rebellanſque cõcupiſcentia, eandem ante gra-
tiam baptiſmi appellat peccatum, ratione rea
tus annexi: eo tamẽ ſublato in baptiſmo, per
ſolam metonymiam, appellat peccatum, quia
effectus eſt vel cauſa peccati. Atque id frequẽ
tiſsimè. Primùm. Vbi capite ſuperiori cũ cita
uimus, ſcilicet, lib. 1. cont. duas epiſto. Pelag. Cõcupiſcentiam Aug vt nomine peccatum.
capi. 13. vbi ait, quòd illa concupiſcentia quæ
reliqua eſt à baptiſmo, quo ratio peccati ple-
niſsimè remittitur, radicituſq; conuellitur, nõ
quia peccatum eſt, ſed quia peccato facta eſt,
peccatum dicitur: ſicuti ſcriptura, manus dici
tur cuiuſque, quòd manus eam fecerit: ima-
ginem enim Apellis, vocamus manum eius.
Obſerua negationem, nõ quia peccatum eſt:
Omnino enim negat eſſe peccatũ. Et de pecc-
ca. me. libro. 2. capitul. 4. Concupiſcentia in-

parvulis baptizatis à reatu soluitur, ad agonem relinquitur. Perpende discrimen inter reatum peccati,& agonem, qui non est peccatum. Et libro primo, de nupt. & concupis. capit.25. Concupiscentia, inquit, carnis dimittitur in baptismo, non vt non sit, sed vt peccatum non imputetur. Hunc autem locum prævaricatus est Lutherus, ita referens. Peccatum remittitur in baptismo, non vt non sit, sed vt non imputetur. Atque hinc infert peccatum remanere, sed non imputari. August. autem non dicit peccatum, sed concupiscentia, neq; illam dicit remanere sub ratione peccati, sed vt statim infert, ad pugnandum cum infirmitate nostra. Et c. seque. subdit exẽplum à sensu cõtrario. Nimirum quòd sicut in peccato actuali, abeunte actu, verbi gratia homicidio, manet reatus: viceuersa in concupiscentia, diluto reatu, manet actus. Non intelligas, actus peccati, sed actus concupiscentię. Et verbo, nõ imputatur, designat nullam esse culpam, vt iã modò notauimus. Et lib. 1. de nupt. & cõcup. cap. 23. exprese ait, quòd concupiscentia in regeneratis nõ est peccatum, nisi adhibeatur consensus. Sed dicitur, inquit, peccatum, sicut vocatur lingua, locutio, quam facit lingua: & manus vocatur scriptura, quam facit manus. Itemque sic vocatur peccatum, quia peccatũ si vincit, facit. Sicut vocatur frigus, pigrũ, non quòd à pigris fiat, sed quòd pigros faciat. Et contra Iulianum, lib. 6. cap. 5. Baptizatus, inquit, omni peccato caret, non omni malo. Non ait, Non imputatur, sed caret. Quod planiùs ita, inquit, dicitur, Omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis. Nempe insinuans, quòd concupiscẽtia malum, id est, pœna sit, non malum, quod est culpa. Et lib. 1 retract. cap. 15. Concupiscẽtię reatus in baptismate soluitur, sed infirmitas manet. Quid amplius desiderari potest, ad demonstrandum, concupiscentiam, soluto reatu originalis, non esse peccatum, sed morbum? Et quamuis Luthero non placeat nomen reatus, profectò deriuatur optimè à reus, sicut famulatus à famulus, & à dominus dominatus. Et ita Exod. 32. habetur, reatus vituli. Et Deut. 21. reatus sanguinis, vt reatus sit ipsa ratio peccati, à quo homo & fit, & habetur reus. Vnde reatũ dilui in baptismo, est crimen quodcunque, & culpam tolli, vt ampliusiam homo non sit reus. Quare ineptissimum est Buceri diffugium in suo lib. de concordia, & suorum complicum, quòd loquatur in his locis August. præcisè de actualibus peccatis. Facit enim comparationem operum liberi arbitrij cum concupiscentia, dicens illa esse peccata, concupiscentiam verò non item. Et præterea concupiscentiam cum reatu esse peccatum, illo tamen sublato, minimè. ¶ Vnus tamen restat locus apud Augustinum, quẽ meritò pluris quàm reliquos faciunt, lib. 5. contra Iulianum capit. 3. Cuius verba sunt. Concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit spiritus, & peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis: & pœna peccati est, quia reddita est meritis inobedientis, & causa peccati est, defectione consentientis, vel contagione nascentis. Vbi in primo membro ait, concupiscentiam esse peccatum, propter inobedientiam, præter subsequentes rationes, quibus est effectus & causa peccati. Ad quod nostri in colloquio Vuormatiensi, & in reliquis respondent, sermonẽ fuisse illic Augustino de concupiscentia ante baptismum, quam vocat peccatum, ratione reatus adiuncti. At quamuis glossa hæc fortè sufficeret, mihi tamen, si cõijcere licet, alius est verisimilior sensus: quoniam illic absque discrimine intendit August. persuadere, concupiscentiam esse rem malam, etiam post susceptum baptismum. Contra Iulianũ, dicentem, illam esse bonam, siue quatenus naturalis est, siue quatenus à Deo inflicta esset, propter peccatum. Et ideo quatuor vel quinque modis cõstituit eam esse malam, & figura illa loquẽdi, peccatum. Primò, quia nõ obedit rationi. Non dicit, propter adiunctum reatum, sed propter inobedientiam. Quod est dicere, ni fallor. Ex eo quòd bonum naturale hominis est operari secundum rationẽ, (vt crebrò hactenus diximus) sensualitas nõ obediens illi, est peccatũ quoddam. Non damnabile quidem, & dignum pœna, sed naturale. Sicuti claudicans tibia, peccatum est, quia non rectè inseruit naturæ. Et secundò dicitur eadem concupiscentia peccatũ, quoniam effectus est peccati. Nisi quòd modus hic bipartitur, vt ante remissum reatum, sit peccatum, quò ad significatum materiale: post verò, solùm ita vocetur, quoniam est effectus peccati. Et quartò, quoniam est causa traducens peccatum originale, vt capit. 8. expositum est. Et quintò demum, quoniam est causa inducens nos ad peccandum actualiter. Obliquè ergo Lutherus eodem. 2. articulo, & sui post modũ sequaces interpretantur illud Pauli, Noster internus homo renouatur de die in diem, in hoc sensu, quasi illud renouari sit paulatim particulatimq; & successione quadam, peccatum remitti, ita vt semper relinquatur aliqua particula peccati. Cùm tamen peccatum in puncto tem

Lutherus cõtorquet mutatis verbis Augusti. in suam sentẽ. quod hæreticis solenne est. Vide 7. Synod. genera. cũ loquitur Epiphanius, & 6. Synod. act. 6. & 14.

Nomen reatus.

Exod 32. Deuter. 21.

Bucerus.

Aug. videtur fauere Lutheranis.

Vuormatiẽse colloquiũ

Responsio authoris.

Cõcupiscentia. 5. rationibus dicitur peccatum.

Obliqua est exposit. Lutheri 2. Corinth. 4.

cto temporis remittatur totũ, & condonetur. Quid sit renouari iustos. Quocirca renouari iustos, non est aliud quàm per incrementũ gratię vires concupiscentię reprimere, & magis ac magis extenuare. Vt dilerte edocet Augustinus cõtra Iulianum, lib. 6. cap. 5. Cuius conclusio est, quòd concupiscentia soluitur per indulgẽtiam in baptismo, quia tendebat in noxiis: conteritur tamen deinceps per continentiam, ne vincat in pugna. Augustin.

Expositio Pauli Roma 7. ¶Ecce quomodo accipit Paulus peccatũ: vbi ait. Si quod nolo, hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. Nam quòd eandem concupiscentiam appellet legẽ peccati, aperti⁹ à nobis pugnat, quàm contra: quandoquidem lex peccati idem pollet, quod regula (si ita dici potest) peccandi. Ratio quo dicatur virtus & sensualitas peccatum. Vnde sicut ratio non dicitur virtus, nisi quia est regula virtutis, ita neq; sensualitas dicitur peccatum, nisi quia est nobis causa delabendi: Quo sensu, vt per virtutes spiritu, seruimus legi Dei, ita carne per vitia seruimus legi peccati. Intercedit enim inter belligerantes spiritũ & carnem media voluntas, in suo habẽs arbitrio cui maluerit manus dare. Ante cuius proinde consensum, neque ille virtutis, neque hec vitij, vel rem sortiuntur, vel nomen. Buceri concordantiæ. ¶Non sit hic tandem molestum audire Bucerum concordantem hanc cõtrouersiam, qui verò explicatiùs ac pertinaciùs sepultam opinionem Lutheri suscitantem. 1. Ioan. 5. Ex illo enim Ioan. Omnis iniquitas peccatum est, ratiocinatur, quòd omnis, vel natura, vel vis, vel actio non respõdens suæ regulæ, peccatum est, atque adeo natura ipsa sensualitatis, etiam ante voluntatis consensum, per se est peccatum, quoniam impedit, ne Deum toto corde diligam⁹. Sed profectò faciliùs colligitur, quòd expositio ipsa sua, iniquitas sit. Quis enim inducat in animũ Ioãnem appellasse iniquitatem naturalia peccata? vti sunt monstra & naturales defectus. Morbi enim ipsi corporei, esse solent causa iracundiæ, blasphemiæ, & aliorum flagitiorũ & scelerum, & tamen non veniunt apud Ioannem inquitatis nomine. Appellauit ergo iniquitates, sola ipsa delicta. Sicuti omnes virtutes significantur generali nomine Iustitiæ. Hoc tamen largimur Bucero, quod proximè dicebamus, nempe sensualitatem esse peccatum naturæ: scilicet morbum eius & vulnus: veluti vitium claudicantis tibiæ. Et eodem intellectu intelligit Paulus, sapientiam carnis inimicam esse Deo. Roma 8. Non quòd cognitio ipsa aut propensio carnis sit peccatum, sed quòd pugnat cum ratione in diuersum inflectens. Sicuti aurum ipsum & honor, & fœminarum pulchritudo inimica etiam dici possent rationis & Dei, quatenus tentationes sunt ad malum.

Dilectio dei super omnia ¶Aliud præterea portẽtum excogitant, quo defendant concupiscentiam esse peccatũ, videlicet quia est nobis impedimento, ne possimus in hac vita implere præceptũ dilectionis dei super omnia, atq; adeò neq; alia decalogi. Ita enim solet error initio paruus, in fine esse maximus. Hæc autem disputatio propriã habet sedem libro tertio. Epilogus. ¶Igitur quoniam longiùs quàm crediderã, abijt disputatio, vt rem in epilogum perstringamus, constituimus, peccatum originale non esse formaliter concupiscentiam, sed priuationem iustitiæ originalis, qua parte rectificabat animum & mentem in ordine ad Deum, quo reatu soluto in baptismo, quæ reliqua est concupiscentia, nõ habet rationem peccati. Sed est infirmitas & vulnus, ob idq; malum naturę, dimicans eum ratione, cuius vim & neruos iusti virtutum exercitio cõterũt, imminuũt, atq; exhauriũt de die in diẽ, quoadusq; Christus athlotheta noster reformet corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ secundũ operationem virtutis suæ. Philipen. 3. ἀθλοθέτης vocat Christũ Dionysio, q̃ præmium certãtibus proponat tanquã iudex p̃ eo iustitia & vitã Christianã vocat ἀθλησιν Est verò ἆθλον præmiũ

De effectibus peccati originalis.

CAP. 13.

Ex articulis illis sex, qui c. 7. de originali peccato, ꝓpositi sunt, quatuor hactenus pertractauim⁹. Nẽpe quẽadmodũ in totum humanum genus ptranseat, quę causa eius, quid sit, & quo pacto vitiat, origine trajiciat. Subsequitur ergo quinto loco, de eius effectibus, seu de Effectus peccati orig. secũdum Lutheranos. fectibus disseramus. De quibus nihil prolixiori sermone opus erat: nimirũ q̃ fermè iã sint expositi, sed ijdem Lutherani sunt, quin õnihil in hac parte nobis facessunt negotij. Aiũt enim Peccatũ originale quid Lutheranis. vsq; ad se doctores, qui grauiores defectus originalis culpę docuerunt, ignotam fuisse grauitatem eiusmodi peccati. Docent autẽ peccatum originale, nõ solùm reatum esse, quo rei sumus iræ Dei, & mortis æternæ, sed ipsã corruptionẽ humanæ naturæ. Cuius effectus seu defectus, sunt ignoratio Dei, cõtemptus Dei, vacare metu & fiducia Dei, odisse iudiciũ Dei, fugere Deum iudicantẽ, irasci Deo, desperare gratiã, habere fiduciã rerum præsentiũ. Quos morbos, inquiunt, nõ animaduertunt scholastici. Verba sua sunt in apologia confessionis Augustanæ, & in colloquio Vuormatiensi. At nisi tã essent isti theologię scholasticę insectatores, forsan naturam rerum oculatiùs spe-

 ctauissent.

Effectus qui non sunt pec. orig.

extitissent. Effectus enim originalis peccati, illi penitus sunt, qui ex natura rei secundum diuinam legem ex eo subsequuntur, nulla intercedente noua voluntate. Porrò qui in pœnam originalis culpæ omnibus communes sunt, & paruulis ante vsum rationis, & adultis. Aliàs omnia humana peccata dicerentur effectus originalis peccati, qui profectò abusus esset loquendi. Nisi de effectibus remotis (quod aiũt) intelligeretur eo sensu, quòd per concupiscentiam, iustitia originali destitutam, pellicitur in consensum voluntas. ¶ Sed aiunt in omnibus illis actionum significare non solùm actus, verùm potentiam ad huiusmodi prauas actiones vel carentiam & priuationem contrariarũ virtutum, quibus per peccatum Adæ fuimus despoliati. Hoc responsum commenti sunt, postquam coacti sunt agnoscere, illa, neque esse in infantibus, & veriùs esse actualia peccata, quàm originalis peccati pœnas. At nõ se satis expediunt. Primùm quod qui audit contemptum Dei, odium iudicij Dei, & similia, nil prorsus intelligit, quàm scelera ipsa & impietates quæ sunt commissa actualia: quæ si effecta sunt contagij originalis, consequens fit, vt pueris quoque impingantur ante vsum rationis. Quò nihil dici potest absurdius. Præterea cur potiùs hæc pauca commemorant vt temerè in buccam venerunt, quàm reliqua omnia crimina, flagitia, & scelera, quæ Paulus ad Galat. recenset? Quandoquidem omnium illecebra, impulsus, & origo fit in concupiscentia carnis. Ad hæc. Si illos ita effectus esse interpretentur, quòd sint in vniuersum communes omnibus filijs Adæ, etiam iustis soluto reatu in baptismo, hoc planè falsum est. Sunt enim multi, qui tantum malorum non admittunt. Imò nihil vetat esse aliquos, qui omni capitali crimine careant. Sin verò intelligunt, effecta illa esse originalis culpæ, tunc tantum quando non est remissa, vt sentire videntur in colloquio Ratisponensi, his verbis, Concupiscentia non potest non prodire in omne genus peccati in non regeneratis, in quibus diabolus efficax est. neque id prorsus verum est. Nanque fuerunt complures Gentiles inter Græcos & Romanos, quibus forsan non fuit remissa originalis culpa, qui tamen iure edocti naturæ pluribus abstinuerunt vitijs, quàm multi ex Christianis: vt cùm alij, tum etiam August. quandoque refert, quos nobis etiam in exemplum ponit. Ad hæc. Quodnam genus loquẽdi nouum est, referre inter defectus peccati originalis, vacare metu Dei, & fiducia, irasci Deo, desperare gratiam, & cętera huius figuræ? Profectò multos experimur iustos, meticulosos tamen, suasq; verentes conscientias, atque adeò iudicium Dei extimescẽtes. Et complures contrà, prauos homines, non solùm non desperantes, sed neq; metuentes quidem. Quinimò infideles in peccato originali, nec desperant felicitatem æternam, nec Deo irascuntur, nec eius fugiunt iudicium. De his autem latius in capitulo de certitudine gratię, lib. 3. Illa enim est, quam isti videntur hîc verbis parturire. ¶ Ad rẽ igitur vt veniamus, inter effectus seu defectus originalis peccati, nempe qui lege diuina, naturali consecutione in pœnam peccati subsecuti sunt, primus fuit priuatio diuinæ gratiæ, & ex hæredatio cælestium bonorum. Quod cunctis lethalibus delictis commune est. Secundus, priuatio illius excellentissimæ cognitionis Dei, & expoliatio iustitiæ originalis, puta rectitudinis inferiorum partium animæ ad rationem, & corporis ad animam. Nam priuatio rectitudinis rationis ad Deum, & diuinam regulam, non effectus (vt diximus) sed ipsum peccatum fuit, quod suo modo perdurat in nobis. Tertius effectus illius peccati, nosterq; defectus, & vulneratio est effrænatio concupiscentiæ, quæ à ratione exinde, legeq; diuina religata, impetu (quę natura eius est) ad sensibilia fertur. Non quòd sit qualitas illa morbida in anima, quam veluti commentum supra confutauimus, aut qualitas aliqua realiter distincta in corpore. Sed vocatur habitus, eo modo, quo Arist. ęgritudinẽ, quę est proportionis humorum dissolutio, appellat qualitatem & habitum. Meritò hic tamen dubitatur, quisnam sensus dicti illius sit, inter theologos celebrati, quòd fuerit homo peccato illo, tum gratuitis expoliatis, tum vulneratis in naturalibus. Sententia enim est venerabilis Bedæ, super illud Lucæ de homine parabolico, qui incidens in latrones, despoliatus ab illis est, atq; plagis impositis, semiuiuus relictus. Vtrùm principiùm aliquod naturale amisimus, quò simus minus liberi, quàm homo creatus in puris naturalibus. Nam si non ita res est, nec est profectò intellectu facile, quomodo fuerit homo in naturalibus vulneratus. Responsio nihilominus theologorum est vnanimiter negatiua. 2. sentent. d. 30. & S. Thomæ. 1. 2. q. 81. Authoritas nanq; est Dionys. 4. cap. de diui. no. bona naturalia etiam in dæmonibus integra mansisse post peccatum, multo ergo minus aliquod nobis principium extritum est. Cuius ratio ex supradictis facilè elicitur. Quoniam Deus qui supernaturali dono vestierat naturam nostram, nõ maiori supplicio

Lutheranorum cauillus.

Lutherani coacti retractare suam sententiã de effectibus orig. peccati.

Refutatio.

Gala. 5.

Lutherani.

Ratisponen. colloquiũ

Effectus orig. pec.

Homo vulneratus in naturalibus

Naturalia in dæmonibus & in homine integra manserunt post peccatum.

plicio peccatricem affecit, quàm denudatam relinquere. Tum ob suam benignitatem, tum quòd nihil nos nostra voluntate admisimus.

Quomodo differũt primus homo & reliqui in spoliatione gratuitorum.

Quare homo in puris naturalibus ab homine lapso non aliter (præter rationem culpæ) differt in hac parte, quàm vti homo nudus, qui nũquam fuit indutus, ab homine nudato, qui bus fuerat vestitus. Ambo enim sunt æquè nudi. Nisi quòd nuditas in primo nulla fuisset pœna, sed naturalis negatio ornamenti: in secundo verò est priuatio propter culpam.

Bonũ naturæ quo imminuitur.

¶ Sed nunquid bonum naturæ aliquo modo imminutum est, vt simus minus propensi in bonum magisúe in malum procliues, quàm essemus in puris naturalibus? Idē enim videtur astruere S. Tho. loco modò citato, dicēs, quòd inclinatio naturalis ad virtutē diminuitur per peccatum. Nam cùm actus, authore Aristo. in generent similes habitus, nō potest in eo, qui vitijs sese tradidit, non imminui inclinatio ad bonum, augerique ad malum. Respondetur quòd veritas hæc, quæ omnibus est in confesso, id tantùm docet, quòd in ipso Adam per peccata sua, sicuti & in nobis per actualia nostra, debilitetur bonum naturæ propter corruptos habitus. Peccatum autē originale nullum ingenerat habitum: neq; (præterquā qd est culpa) aliter eneruat, inficitue naturam, q̃ si homo in puris naturalibus nasceretur. Cur autem dicatur vulnerasse naturam ex fundamento illo cap. 3. præiacto, totiesque à nobis resumpto, dilucidatur. Etenim cùm natura rationalis hominis, sit operari secundum rationem, à quo per sensualitatē cohibetur, donũ illud iustitiæ sensualitatem continens perficiebat hominem in naturalibus. Quippe cũ prohiberet, ne impedireturopus illud rationis, homini naturale. Ob idq; priuatio illius doni supernaturalis, fuit plaga & vulnus in naturalibus, quatenus homo inde relictus est mancus, & incursionibus diaboli, mundi, & carnis patens: vt non posset iuxta naturam suam perpetuò operari. Veluti si natura hominis esset, recta linea incedere, haberet nihilominus ligatū sibi canem aliouersum trahentem, qui canē aliquo remedio coërceret, perficeret hominē in naturalibus, & qui remedium auferret pari ratione læderet. Et ita intelligendus est canon primus sanctæ nostræ synodi sessio. 5. vbi de effectibus peccati originalis sancitū est propter ipsum incurrisse nos captiuitatē sub potestate diaboli, totumq; Adam atque adeò nos secundū corpus & animā in deterius fuisse cōmutatum. Quò fit, vt homo cum solo originali, seclusis habitibus actualium, non feratur impensiùs in sensibilia, quàm si esset in puris naturalibus. Atq; ideo solùm differunt, sicuti moles ab alto cadens, impedito prius, & postea ablato impedimento. Quæ quidem æquali vehementia cadit, antequam retineatur, & postquam remouetur obstaculum. Id quod altissimè infigendum est menti, ad intelligendum discrimē inter liberum nostrum arbitrium iustitia originali præditum, eademq; id ipsum multatū. Cùm enim libertas duabus partibus cōstet, scilicet id posse, quod velis, per peccatum perdidimus possibilitatem (vt lib. 3 Hypog. ait Aug.) faciendi quicquid volum⁹, nō simpliciter, sed in his quæ ad Deum pertinent. Videlicet, ne valeamus per nos gratiam Dei promereri. Et hoc est, inquit, vulnus, quo claudicamus libero arbitrio. Quod sine vulnere Christi sanari non potest. Hæc Augusti. Mãsit tamē possibilitas ad naturalia, atq; hęc præterea libertas in supernaturalibus ad vtrũ libet, vt scilicet quoties cooperari velim⁹ Deo, præsto sit ad opitulandū nobis. Quòd si nolimus, neminē ipse coactu permoueat, sed iuxta nostrā naturam liberè, vt capitulo iā quintodecimo de libero arbitrio copiosiùs denarrandum est.

Peccatũ orig. eodē mō relinquit hominem vt erat in puris naturalibus

Expositio vulneris in naturalibus

S. Thom.

Arist. 2. Ethi.

Trid. Syn.

Homo cum solo orig. non magis fertur in sẽsibilia, quã si esset in suis naturalibus

Libertas quomodo vulnerata peccato primi hominis.

¶ Atqui concupiscentia hęc, iusti tia originali destituta, multis dictitatur nominibus. Appellatur enim fomes peccati vel qa effect⁹ est peccati: vel (quod nomē significat) quia fomentum est & alimētum vitiorū, quæ consensu allectæ inde voluntatis admittimus. Vocatur etiam & lex carnis: & tyrannus, quoniam non aliam sequitur normam, quàm voluptatem carnis: & ideo tanquam tyrãnus de arce nos & cacumine rationis deturbat, Vnde meritò à S. Patribus, morbus, vulnus, ac denique malum naturæ censetur. ¶ Effectus reliqui ad corpus pertinent, nempe mors, quam in pœnam peccati comminatus est Deus, atq; morbi qui planè sunt inchoatio mortis. Ad plenum enim completum est. Quacunq; hora comederis, morte morieris. Nam ab illo tēporis momento cœpit natura dissolui, & in mortem ire. Id quod & nobis ab ipso statim conceptionis articulo accidit. Quandoquidem viuere, nihil aliud est, quàm vitæ tempus absumere. ¶ Itaque hæc omnia mala, quę connata nobis essent cum natura, etiam si nullum ante esset peccatū, sunt modò pœna peccati, propter beneficium diuinū, peccato sublatum, quò ab illis seruabamur diuersis. Quin etiam mala alia externa, quæ nobis, vel à feris animalibus, vel ab inclementia cæli, vel ab elementis existunt, vel ex nostra nobis inscitia, vel incogitantia & vecordia contingunt, vitiones

Concupiscẽtia multis nominibus appellatur Fomes peccati.

Lex carnis Tyrãnus.

Morbus. Vulnus. Malũ naturæ.

Effectus corporei.

Gene. 2.

Mala quæ erant naturalia modò sunt pœnæ.

Effectus externi.

tiones illius peccati sunt. Etenim in illo felicissimo statu ab omnibus nos diuina prouidentia protexisset. Sed de his satis, sane quæ vulgaria sunt. De illo tamen effectu imminutę libertatis, latior habendus nobis est sermo, si tamen breuissimum verbum de pœna huiusmodi peccati fuerit intersitum.

De pœna peccati originalis.

Cap. 14.



DE pœna peccati originalis, de qua postremo loco propositũ fuit, nihil est, quod tã certo posimus cõstituere, vt nulla supersit dubitatio, de qua ppterea S. Synodus Trid. nihil determinauit. Aug. enim plus iusto videt torquere paruulos. Vnde qui eius sententiæ subscribunt, per pauci sunt, & tortores paruulorũ nuncupãtur. Ait enim in de fide ad Petrum. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non solùm homines ratione vtentes, verũ etiam paruulos, qui siue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriũtur, siue iam inde matribus nati, sine sacramento baptismi de hoc seculo transeũt, sempiterno igne puniẽdos. Neq; est quòd modò in iudicium petamus (quòd nonnulli faciunt) librum illum, an sit Augustini. Nam in Hypog. lib. 5. inter cõfutandum Pelagiũ, idem videtur sentire. Dicebat nãq; Pelag. paruulos ante baptismum decedentes, licèt nõ admitterentur ad regnum cælorum, vt Deum coram cernerent, tãquam adoptiui filij, nihilo minus quia immunes essent peccati, recipi in infimam mansionem earum, de quibus ait Christus, In domo patris mei, mansiones multæ sunt, vbi felicem vitam agerent. Et ideo baptizari non in remissionem peccati, quod nullum habebant, sed vt adoptionem filiorũ, atq; adeò ius regni reciperent. Ad huius inquã confutationem arguit Aug. nullum esse tertiũ locum, vbi vita posset esse perennis, præter regnum cælorum (extra quod nulla est mansio patris) & gehennam ignis. Nam in die iudicij tantùm erunt, inquit, situs duo iudicandorum: scilicet à dextris & à sinistris. Alteri mittentur in domum patris: alteri, in ignem æternũ. Non negat hic limbum Patrum aut purgatorium, sed locum tertium vitæ perpetuæ. Quoniam limbus Patrum clausus fuit post resurrectionem Christi, eductis inde Patribus. Atque purgatoriũ cessabit in die iudicij. Et ideo nõ est dubiũ, quin Aug. misit infantes in ignẽ æternũ. Id quod ex illo loco Pauli potissimũ confirmat. Iudicium ex vno delicto in eũdem nationem. Vnde colligit quòd originale meretur condemnationẽ. Neq; parum profectò roboris adhibet huic sententię verbum Pauli, vbi propter peccatũ originale appellat nos filios irę, id est, dignos ira Dei. Ira nanq; suppliciũ præ se fert. Temperat autẽ Aug. sententiã lib. 1. de bap. par. cap. 16. & in enchi. cap. 93. dicens, quòd illa pœna erit omnium leuissima, & mitissima. ¶ Salua tamen semper authoritate præclarissimi Aug. compendio plures sunt, qui paruulos omni prorsus pœna sensus liberant. In qua sententia fuit Magister sententiarum. & S. Tho. & fermè theologi. Causa quæ istis probatur, est, quòd videatur creditu durissimum, vt æquissimus ac sapientissimus iudex supplicium æterni ignis ab illis exigat, qui propria voluntate nihil commiserunt. Quandoquidem scriptum in Apocalypsi reliquerit Ioan. Quantum glorificauit se in delicijs, tantũ date illi tormentum & luctum. Vnde contra colligitur, quòd qui nihil se glorificauit, nihil debeat tormenti experiri. Adde quòd ante baptismum aliquantus requiritur peccatorum dolor actualium, originalis autẽ nullus prorsus deposcitur: idcirco quòd non fuerit propria voluntate commissum, & neminem delicti, cuius causa neutiquã fuit, pœnitere vllo modo potest: de peccato ergo, cuius in hac vita nulla pœnitentia, nullusq́ue gemitus, aut dolor postulatur, cur post infligenda vlla est pœna sensus? Neq; mihi hoc quidem argumentũ displicet, quod tale sit, Si paruuli igne plecterentur cum adultis, consequens fieret, vt pariter odio haberent Deum, aduersus eius iustitiã murmurantes, vt adulti in inferno continenter faciunt: atq; adeo essent obdurati, obstinatiq́; in peccato actuali: quod certè iniquum est concedere: cùm nullam hic habuerint malam voluntatẽ: & in quocunq; loco ceciderit lignum, ibi erit. Accedit huc potissimũ authoritas Innocẽti[illegible] cap. maiores, de bapt. & eius effect. Vbi ait, Pœna originalis peccati, est carẽtia visionis Dei: actualis verò, est gehẽnę perpetuæ cruciatus. Vbi postquam confert pœnam pœnę, manifestè sentit, quòd nulla est inflicta pueris pœna sensus. Verum est, quòd nõ videtur hoc dicere per modũ per se determinationis, sed arguendo ad probãdum aliã cõclusionẽ. ¶ Igitur ad Paulũ satis respõdetur, quòd illa expulsio à regno cælesti vera est condemnatio. in homine enim creato in puris naturalibus esset mera negatio naturalis, non recipi in regnum cælorum. Cùm autem natura creata fuerit cũ iustitia, & (quod magis supra probauimus

Trid. Syn.

Tortores paruulorũ. August.

Ioan. 14.

Duo loci vitę perennis.

Cõfirmatio sententiæ August.

Rom. 5.

Ephe. 2.

Contraria opinio Augustinianæ.

Apoc. 18.

Eccles. 11

Cap. maiores.

Expositio sensus Apostoli.

bauimus) cum gratia, atque adeò cum iure ad regnum exclusio inde propter peccatum, est priuatio & condẽnatio, & effectus iræ, & ideo supplicium. Et ex his conficitur ad illud de die iudicij responsio. Nãque illi qui mittuntur in ignem æternum, patentissime audiunt causas suę damnationis, esse actualia peccata: quia esuriuit Christus, & non pasti sunt eum, sitiuit, & non potauerunt, &c. Neq; in Euangelio cõminatur illam pœnam æquissimus iudex, nisi propter actuale peccatum. Paruuli autem illa tantum sententia condemnantur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnum cælorum. Verba etiam Aug. in tentant. S. Tho. & alij interpretari, quia nõ legunt in illo loco de fide ad Petrum, nisi æterno supplicio puniendos: vbi nomine supplicij nõ agnoscũt ignem, sed priuationẽ visionis. Et hanc dicunt alibi vocari ab illo mitissimã pœnam. Si tamẽ legatur, sempiterno igne puniendos (vt citatur in canone) vel ignis æterni sempiterno supplicio puniendos, vt in emẽdatis eius operibus circunfertur, neq; dubitetur esse librum August. non recipit glossam, nisi quòd fuit illius perquàm rigidæ & trucis sententiæ. ¶ At restat præterea argumentum ex nostra peccati originalis declaratione, qua diximus esse illam deordinationẽ animę à Deo: cui quidem auersioni existimare quis potest, destinatam esse pœnam ignis. Ad hoc tamen respõdetur, quòd huiusmodi pœna solùm decreta est illi, in quo est huiusmodi deordinatio, per modum actus, qualiter fuit in Adamo cuius propria voluntate violatum præceptũ fuit. In nobis autem solùm permanet, per modum habitus traducti cum natura. Qui proinde gratia & iustitia originali destituti nascimur, ob idque illa tantùm pœna digni, vt regno depellamur, in quod nos gratia illa & iustitia mittebat. ¶ Sed dubium adhuc reliquum fit, an saltem paruuli illi pœnã aliquã spiritualem persentiscunt, eo quòd à regno cęlesti exulent perpetuò: exilium enim hoc nõ potest natura sua non vehementer discruciare hominem. Fuerit quis fortè, qui cogitet, paruulos nullum habere sensum doloris de exilio illo propterea quòd cùm nõ habuerint fidem, prorsus eos lateat ineffabilis illa felicitas, quasi per naturã cognoscimullatenus valeat. Sed tamen falsa est huiusmodi cogitatio. Nã naturalis cognitio, saltem animæ separatæ, & hominis, hinc demigrantis, qui impedimentis huius mundi exemptus est eo pertingit, vt eo gnoscere possit finem suum supremum, in coniunctione cõsistere cum sua prima causa, per eius contemplationem. Quæ quidem cognitio non potest non atrociter contorquere hominem inde extorrem, etiam si non cognoscat in particulari diuinitatis trinitatem & alia supra naturã fide reuelata. Aliàs infideles ætate prouecti, quibus nullus refulsit radius fidei afflictionem nullã sentirent in inferno, quòd non essent ad illum diuinum conspectum admissi. Posset quis alius fortè pseudophilosophus dicere, quòd cùm anima cognoscere nõ posit, nisi per species rerum, per quas obiecta coniunguntur cum intellectu, & anima pueri nullas, aut perquàm raras & exiles receperit ministerio corporis, non potest separata taliter cognoscere, vt apprehendat suum naturalem finem. At neque hæc responsio sapientibus probatur. Nam cùm anima, quę suapte natura perpetua est, à natura perinde habeat nõ solùm esse actus corporis, sed per se etiamnum subsistere, consequens sit, vt in separatione à corpore, concursu Dei quem pepigit cum na tura, perfundatur speciebus, quibus possit naturalia cognoscere. ¶ Et ideo tandem ad quæstionem respondetur, quòd licèt pueri, vel extra corpus, vel in corpore peracto mundo, cognoscant illum supernaturalem finem, saltem in genere: tamen, quia intelligunt se nũquam habuisse proximam proportionem & aptitudinem ad illum consequendum, nihil inde contristantur. Sicuti vir sapiens nõ ægrè fert, quòd non sit summus orbis monarcha. Etenim aptitudo & proportio ad æternam felicitatem non est, nisi vel per gratiam & fidem, vel per vsum liberi arbitrij, per quod si homo cooperatus fuisset inspiranti & pulsanti Deo, potuisset præueniente gratia eandem fidem suscipere: paruuli autem huiusmodi neque fidem habuerũt, neq; vsum liberi arbitrij. Et ideo nulla illic premuntur anxietate, qualiter adulti. Addunt præterea permulti, quorum etiam est S. Thom. quòd diligent Deum tanquam primum datorem bonorum naturalium, eo amore, qui possibilis est naturæ. Id quod non prorsus respuerim: cùm naturalis ratio eo inclinet, neque sit tunc impedimẽto pondus carnis. Haud tamen cum illis consenserim, qui eiusmodi paruulis vitã adscribunt, quam per naturam esse potest, felicissimam: Nam imprimis nulla ratione necessarium sit, vt habeant omnes scientias & rerum cognitiones, quas possent hic ætate prouecti (si) veluti summi philosophi comparare. Neque probauerim splendore solis super faciem terræ fruituros. Nãque sol, orbesq; tunc immoti, non permanebunt in aliquem naturalem vsum

Marginal notes (left): Matt. 25. — Ioan. 3. — Expositio verborũ Augustini. — Bonum argumentum. — Dubita. — Falsa responsio. — Naturalis cognitio animæ separatæ de vera felicitate.

Marginal notes (right): Altera falsa. — Puerorũ animę decedentes cum originali recipiunt species ad naturalia cognoscenda. — Responsio. — Paruuli quo diligũt Deum. — Vita paruulorũ non est felicissima.

Limbus. vsum viuentium. Et ideo longè probatissimū est, quod erunt in limbo: in sinu scilicet tertio supra purgatorium apud inferos. Vt hac saltem ratione verum habeat, quod ait August. non esse nisi duo loca vitæ perēnis, scilicet supra cælum, & subtus terram. Quocirca (vt idē De cō. d. 4 docet in de bap. par. & refertur de consec. dist. 4. can. nulla præter.) non est negandum, quin sint in perpetuis tenebris. Neq; rursus diffitēdum, illam esse perpetuam mortem, vt est in decreto Ioannis papæ. 30. quæst. 1. Ad liminia. Imò verò, quòd à Deo odio quodammodo sint habiti, à regnoq; fuerint exclusi, nequit nos eos facere infelices. Quocirca vel dicendum est hanc causam, qua fuerint expulsi, occultam sibi esse, quod magis probauerim eo quòd sit extra naturalem ordinem rerum aut si eam cognoscunt, vt quidam volunt, vix possum intelligere, quomodo nulla inde eos tristitia molestet. In corporibus verò, vniuersali regeneratione resumptis, nullam habēbūt læsionem, quia quamuis non sint incorruptibiles, vti beati, per dotes gloriæ nulla tamen erit naturalis causa, quo eos possit offendere.

An in limbo sit aliqua tristitia.

De libero arbitrio in bonum.

Cap. 15.

Qvemadmodum de statu hominis naturali, deq; altero supernaturali originalis iustitiæ fecimus, ita & de hoc tertio habitu hominis lapsi explorandum est, quàm scilicet vires eius naturales in colendis virtutibus per se sufficiant, quandiu extra gratiam Dei oberrat. Sed quo ad hāc disputationem viam substernamus, operæpretium est locum de libero hominis arbitrio præstruere. Hoc enim negocium Lutherani etiam nobis exhibēt. Sanè qui inter alios effectus, seu defectus originalis peccati hunc etiam referunt, quòd per lapsum Adæ amiserit homo liberum arbitrium, & in bonum gratiæ, & in malum. Verba Lutheri sunt in articulo. 36. ad Leonem. Liberum arbitrium post peccatum res est de solo titulo, & dum facit, quod in se est, peccat mortaliter. Sed huius secundi membri refutatio ad librum secundum pertinet, capit. 1. vbi de dispositione ad gratiam disputaturi sumus. Subdit autem: Imò simpliciter debui dicere. Liberum arbitrium est figmentum in rebus, seu titulus sine re. Quia nulli est in manu sua quippiam cogitare mali aut boni, sed omnia (vt Vuiclephi articulus Constantiæ damnatus rectè docet) de necessitate absoluta eueniunt. Vnde monstrificam hominis effigiem libertatem arbitrij à natura humana abradere molientis. Nisi quòd postea paulò emēdatior titulum etiam ipsum & nomen libertatis prorsus expūgere & abolere pergens, librū inscripsit de seruo arbitrio. Hanc phreneticam sapientiam, sui etiam primum popugnare cœperunt, vt patet apud Philippum in locis communibus, vbi referens verba magistri, subdit. Et ego nego vim esse vllam in homine, quæ serio affectibus aduersari possit. Christianus igitur cognoscet, nihil minus in potestate sua esse, quàm cor suum. Hęc Philipp. Quocirca tam mala, quàm bona astruebāt, Deum in nobis sine arbitrio nostro operari, nihil nobis agentibus, sed mere patiētibus. Subrungit enim Luthe. eodem artic. 36. Quomodo potest homo se ad bonū præparare, cum nec in potestate sit sua vias malas facere? Nam & mala opera in impijs Deus operatur. Atque in annotationibus super epistolam ad Rom. Philippus: certum est, inquit, omnia à Deo fieri, siue bona, siue mala, non solum permittendo, sed principaliter & effectiuè. Quemadmodum igitur confitemur, vocationem Pauli fuisse proprium opus Dei, ita & adulterium Dauidis, & sæuitiam Manlij, atq; etiam proditionem Iudę. Et Mart. Bucerus su per illo Pauli ad Romanos, Tradidit Deus gentes in desideria cordis eorum, & in reprobum sensum idem audenter docet. Hæc autem verborum portenta, quòd libertas sit titulus sine re, qui poterant souere, nisi qui nec titulum mererentur habere rationalium hominum? Idcirco postquam euidentissimis testimonijs sacris, sanctorumq; monumentis Patrum hoc loco deuincti sunt, cœperunt se iam versum catholicam veritatem paulò propiùs explicare. Nempe quòd habeamus liberum arbitrium in his quæ subiecta sunt rationi naturali & sensui, vt plantare vineas, construere domos, &c. Quod Luthe. eodem articulo 36. negauerat. Et hoc sibi volunt in libe. impe. vbi aiunt, quòd in natura lapsa retinemus libertatem à coactione. Attamen in operibus gratiæ omnino abnegant liberum arbitrium. Non solùm quia sine speciali auxilio Dei nihil possumus (hæc enim catholica confessio est) sed quòd ipse totum facit, nobis merè passiuè recipientibus. Nam dicunt, sola nos fide iustificari. Quam Luthe. art. 1. suarum assertionum ait à solo Deo infundi. Neque verò dissimulanda hic est vafricies, & calumnia istorum. Quò rudes suas plebes incantent, & se reuinctos dissimulent, imponunt nobis, quòd ita libertatem arbitrij defendamus, vt incurramus in Pelagianos: dicentes, naturali vi posse

Luthe. de libero arbi.

Melancth.

Bucerus.

Libel. impe.

Luthe. calumnia.

vi posse nos per liberum arbitrium Deum super omnia diligere, quatenus satis est, ad gratiam iustificationis. Id quod nemo vnquã theologorum à mille hinc annis somniauit. Cuius testimonium euidentissimum præbet S. nunc Synodus, quę per totam sessionem sextam nihil aliud constituit, quàm nullis nostris meritis, sed gratis nos per Christum iustificari. Sed de hoc in secundo libro.

Trid. Syn.

Quæstio bina.

¶Nunc, vt ad libertatem redeamus, bina est quæstio hæc. Nimirum quòd in duobus consyderanda est, & pensanda libertas. Primum in operibus naturalibus: vt loqui, & tacere: sedere, & ambulare: agros colere, plãtare vineas, in negotio itaque esse, atque in otio. Hoc autẽ mẽbrum aduersus illos tantum disputatur, & cõstituitur, qui dicunt oïa ex necessitate præscientiæ Dei euenire. Quorum fuit Vuiclephus, & eius assecla Luther. De quo tamen errore, Lutherani ducem iam suum videntur deserere. Et ideo cùm materiam spectet prædestinationis, prætereundam hic duximus hanc partẽ. De qua super epistolã ad Rom. ca. 9. abunde diximus. Alter ordo, in quo locũ quoq; habet quædam libertas, est operum gratiæ. Quam libertatem (vt lib. 2. & item. 3. videbitius) pertendunt semper Lutherani inficiari: dicentes, opera liberi arbitrij nihil ad nostram iustificationem præstare; neque ex nostro assensu & cooperatione illam pendere. Vnde contra regnum liberi arbitrij comœdias ludunt: quibus dorent, sicut in anime organum aut brutum pecus, sic hominem se habere, dũ iustificatur. Quinetiam sunt inter catholicos quos viua voce dogma hoc asserẽtes, nobisq; reclamantibus defensantes audiuimus. Puta quod Deus quadam nos vi & necessitate ad se pertrahat: Ita vt in nostra nos conuersione merè habeamus passiuè & receptiuè. De quo idcirco sacrosancta synodus sessio. 6. pronuntiauit, cuius hic decretum, quàm sit sanctum, explanare intendimus. Igitur errores de libero arbitrio ad sex vel septem recolligere possum. Primus fuit Manichæorum, qui nullam ponebant in homine potentiam liberam ad vtrumlibet, sed duas esse in homine animas, alteram rationalem ex bono principio conditam, quæ ex necessitate, quæ bona & honesta sunt, operatur: Alteram, malam, & sensualem, ab altero malo primo principio, quæ pari necessitate mala perpetrat. Contra quem antiquissimi Patres, tam Græci, quàm Latini, & inprimis Aug. multa scripsere. Huius causa etiam peculiariter librum de libero arbitrio scripsit, causam delinquendi

Mẽs Lutheranorum dubia.

Syn. Trid.

Errores de lib. arb.

Manichæus

Augu.

di non extare nobis à necessario aliquo principio, sed à propria voluntate, quæ liberã habet electionem in bonum & malum. Secunda fuit hæresis cuiusdam nomine Bardesanes, eodem authore Aug. lib. de hære. ca. 35. qui dicebat humana omnia fato adscribenda esse. De his erroribus nihil ad præsens institutum. Tertia fuit cuiusdam nomine Abailardi, quã post aliquot secula exuscitauit Vuiclephus, & (vt modò dicebamus) plausibiliter excepit, probauitq; Marti. puta, omnia ex necessitate pręscientiæ diuinæ venire. Quam in alium locum reposuimus. Quarta fuit Iouiniani, inter alias insania, quòd baptizatus homo non poterat amplius peccare, vt extat apud Aug. & Hier. De qua neque hic locus est dicere, licèt Synodus modò, sess. 6. cano. 23. eam damnauerit. Quinta fuit blasphemia Pelagij, qui liberum arbitrium supra iustas lineas extulit, prædicãs sufficere nobis naturam liberi arbitrij, ad euitandum omne malum, bonumq; operãdum, quod dignum esset meritum amicitiæ Dei, & ideo hæreditatis æternæ. Quam impietatem, 2. lib. reprobabimus, cap. 5. & 4. Contra quem propriè Aug. inter alia plurima opera, librum scripsit ad Timasium de natura & gratia: copiosè disputans, ita statuendum esse liberum arbitrium, vt tamen gratiam Dei adiutricem, necessariam cõfiteamur. Sextus est error huic contrarius, eorùm qui adeò deferunt gratiæ, vt liberum arbitrium prorsus deleant. Et aduersus istos misit ad Valentinum, & suos monachos librum alium de gratia & libero arbitrio, cum duabus præterea epistolis, vbi gratiam Dei ita certè constituit, vt tamen ostenderet libertatem nihilominus nobis inesse, qua nutui Dei liberè assentimus, & secum cooperamur, suaq; gratia & fauore vtimur. Et hoc est, quod hic tractamus argumentum. Septimus fuit error inter eosdem monachos, haud longè ab hoc distans. Porrò, quòd cùm sola sit gratia Dei, qua valemus vitare peccata, quasi vi quadam collabimur, & delinquimus, & ideo non sunt peccatores corripiendi, sed Deus pro illis orandus. De quo errore compescendo, adiecit lib. de correp. & gratia, & capnos hic. ... Nõ ergo statuimus impræsentiarum de libero arbitrio integram, quæ latissimè patet, disputationem habere. Consulatur de hoc Augusti. de gratia & libero arbitrio, & Hypog. lib. 3. vbi concludit, qui negauerit esse liberum arbitrium, eum nõ esse catholicum: iuxta decretum Palestinum, aduersus Pelagium, quod refert idem Augu. in epistola ad Paulinũ, & cõfirmatũ fuit in cõcilio.

Bardesanes.

Abailardus

Iouinianus

Pelagius

Sextus error.

Septimus error.

De libero arbitr. non plenè, sed ex parte hîc disputandum.

lio Constantiēsi. Quę praeterea articulum copiosissimè atq; doctissimè disseruit Ioannes Driedonis in lib. suo de gratia & libero arbitrio. At solū nobis hic cōstituere est anim⁹ cōclusionem hanc.

Conclusio.

Quāuis per nos ipsi gratiam Dei inire, absq; eius nequeamus peculiari auxilio, tamen quadātenus libertas in nobis inest, respectu huius diuini beneficij. Primùm, quòd neminem coactu Deus, aut necessitate ad se trahit, sed in nostra est potestate gratiam eius respuere. Vt S. Trid. Syn. sess. 6. cap. 5. & can. 4. determinauit.

Syn. Trid.

Et praeterea quòd quoties assensum nostrum praebeamus, & cooperari Deo velimus, nunquam per ipsum stat, quominus praesentissimo fauore nobis auxilietur: quippe qui iugiter ostium cordis nostri pulsat, vt conuertamus.

Argumentū primum.

Ad hanc conclusionem primum argumentum succurrit ex natura & conditione humana: vt Orig. lib. 3. de prin. sapienter disserit. Est enim homo suapte natura, rationale animal, hoc nimirum brutis animalibus praestans, quod habeat intellectum ratiocinatiuū in vtranq; partem: & eadem ratione voluntatem, quae in neutram sit determinata, sed in alterutra libere: sane cum vnicuique potentiae cognoscitiuae suus sit accommodatus eiusdem conditionis appetitus. Et hanc ob rem, cùm caetera animalia nullum sui habeant dominatum, sed in praefixum sibi à natura scopum & finem ab eadem instincta & acta moueantur, homini libertas est, & arbitrium, sic se agere, ac secus, ad eum, quem sibi praestituit finem: vt cap. 3. dicebamus: exponentes, hoc esse lumen vultus Dei homini obsignatū, & impressam eius imaginem, qua factus suarum actionum dominus, caeteris perinde dominaretur animātibus.

Homo sui dominus.

Cùm ergo hominem conuerti in Deum, sit moueri in suum finem, consequens fit, vt quemadmodum naturales res ad suos cuiusque fines, secundum suam naturam Deus naturaliter mouet, ita hominem, iuxta suam, moueat liberè.

Aduersario rū respōsio.
Ecclés. 7.

At respondent aduersarij, hoc totum in primo homine fuisse completum, quem fecit Deus ab initio rectum, id est, iustitia originali insignitum: vt cap. 2. denarratum est: sed culpa sua, dum iustitiam amisit simul & liberum arbitrium in bonum perdidit. Id quod propalam & omni procul aenigmate affirmat August. in Enchir. cap. 30. his verbis, Libero arbitrio malè vtens homo, & se perdidit, & ipsum. Sicut enim qui se occidit, vtiq; viuendo se occidit, sed se occidendo non viuit, nec seipsum potest resuscitare, cùm occiderit: ita cùm libero peccaretur arbitrio, victore peccato, amissum est & liberum arbitriū: à quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est.

August.

Petri certè apostoli est illa sententia: nimirū episto. 2. ca. 2. vbi ait, A quo quis superatus est, huius & seruus est.

2. Pet. 2.

Pluraq; addit August. verba, quibus ostendit, liberum non esse hominem post lapsum ad agendum iusta, nisi sit à peccato liberatus per Christum. Cuius illa, inquit, vox est, Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis.

Ioan. 8.

Similia fermè in hanc sententiam colligit in Hypog. lib. 3. vbi ait, quod liberum arbitrium habens agēdi quod velit possibilitatem, fuit in homine protoplasto. Sed per velle malum, rectè perdidit posse bonum: qui per posse bonū, potuit vincere velle malum. Et de spir. & lit. cap. 3. Liberum, inquit, arbitrium sine gratia non valet, nisi ad peccandum. Quo potissimum verbo probat Luthe. loco supra citato, liberum arbitrium esse titulum sine re.

¶ His autem intelligendis, & quę huius formae adsusci huc possunt, praemittenda diuisio est huius nominis, libertas, cuius ęquiuocatio per regulam dialecticorum ex diuersis contrarijs propalatur. Dicitur enim libertas, & à verbo, quod est libet, & ab eo, quod est, libero.

Libertas duplex.

Prima species opponitur coactioni & necessitati: & altera seruituti. Id cuius incogitātia plurimos hoc loco fefellit. Prima significatio frequētior est in sacris literis, quàm quae testiū egeat. Sed & secunda nihilo secius vsurpatur. Liberamur enim à seruitute peccati per Christum, vel à culpa in hac vita per gratiam: iuxta illud Cum serui essetis peccati, liberi facti estis iustitiae: vel prorsus à certamine, & molestia carnis, in futuro seculo per gloriam: secundum illud. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei.

Rom. 6.
Rom. 8.

Ex hac distinctione trifariàm libertatē colligimus: nempe naturalem, quae est immunitas à necessitate, vt quis, quod libet, eligat: & altera libertas gratiae: ac demum tertia gloriae. Theolo. 2. sent. d. 25. sub alijs verbis dignoscūt libertatē. Scilicet à necessitate, à peccato, à miseria, quae omnes fuerunt in statu innocentiae. Prima verò, quia naturalis est: permanet post peccatum: sed reliquas duas perdidimus. Quas per Christum recuperāmus: secundam quidem, in hac vita: tertiā verò, in futura.

August.

August. ergo vbi manum cum Pelagianis conserebat, qui libero arbitrio plenam potestatem arrogabant promerēdae iustitiae, id ipsum deijciebat. Sed hoc in sensu perseuerat astruere, perdidisse hominem post lapsum, libertatem: quod ita factus esset seruus peccati (quod ait Petr.) vt non posset per se resurgere. Atq; in hoc dūtaxat as-

Quo pacto pdidit homo libertatem.

xat assimilatus est homini mortuo. Nō tamē omnimodè voluit, similitudinem consistere: vt sicut mortuus, nihil ipso cooperante, reddi tur vitæ: ita peccator reuocetur in gratiā. Non enim ad se nos deus trahit, vt pecudes (quod S. Synod. Trid. ait) aut inanime organum: sed illuminando, dirigendo, alliciendo, pulsando, & instigando. Vnde non eo sensu citat Aug. vel hic, vel vbilibet, Si vos filius liberauerit, ve rè liberi eritis, quòd in peccatore non sit natu ralis libertas ad assentiendum & cooperandum, si libet, motioni Dei: sed in eo quòd post quam liberatus fuerit à seruitute peccati, iam habet auxilium Dei, vt id possit, quod libet, agere: quo ante carebat. Vnde con. duas epist. Pelag. libro. 1. capit. 2. Quis autem, inquit, nostrum dicat, quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem perijt per peccatum: sed illa, quæ in paradiso fuit, habendi plenam cū immortalitate iustitiam, propter quod natura humana, diuina indiget gratia: dicente domino, Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Igitur liberum arbitriū in hoc sensu censet Augu. perditum homini esse post lapsum, quod non est illi possibilitas recuperandæ salutis, nisi cum auxilio gratiæ: quinimò neque velle se disponere valet, nisi prępulsante Deo. Non tamen, quòd non sit liberum illi assentire. Vide quàm sit apertissima sententia in lib. de eccles. dogma. qui liber & ab Augustino compilatus creditur, & summę semper fuit au thoritatis in ecclesia. Sermo est cap. 21. de libertate arbitrij in prima conditione hominis, qua potuit si voluisset perseuerare. Subditur autem, Postquam verò seductione serpentis per Euam cecidit, naturę bonum perdidit, pa riter & vigorem arbitrij: nō tamen electionē, ne non esset suum quod euitaret peccatū, nec meritò indulgeretur, quod non ai bitrio diluis set. Manet itaque ad quærendum salutem, arbitrij libertas: id est, rationalis voluntas: sed ad monente prius Deo, & inuitante ad salutem, vt vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis: hoc est, inspiratione Dei. Et infra, Sicut ergo initium salutis nostræ, Deo miserante, & inspirante habere nos credimus: ita arbitriū naturæ nostræ sequax esse diuinæ inspiratio nis liberè confitemur. Quocirca impostura fuit & strophæ Luthero familiarissima, dū articul. 36. citauit August. contra duas epistol. Pelag. quòd nolentes Deus conuertat, & relu ctantes. Cùm contrarium expressè dicat, capi tu. 19. scilicet, quòd nemo venit, nisi velit: neque posse fieri, vt nolentes credant: sed ipse facit in cordibus hominum, vt volentes ex no lentibus fiant. Et in Enchi. capit. 32. Nolentem præuenit, vt velit. Atque eadem calliditas eius fuit & iniquitas, detruncata verba Augustini citare in de spir. & lite. Non enim præcisè ait, quòd nihil liberum arbitrium, nisi ad peccandum valeat: sed addit, Si lateat veritatis via. Quasi dicat, per se non potest, sed per auxi lium luciferæ fidei in viam nos mittētis. Quod explicatiùs in de correp. & grat. capit. 11. his verbis effert. Liberum arbitriū ad malum sufficit: ad bonum autem parum est, nisi adiuue tur ab omnipotenti Deo. Gratia ergo nō tol lit liberum arbitrium, sed adiuuat: quin verò ideo adiuuatur, quia non tollitur. Vt idem ait Augustin. in epistola ad Hilarium, quæ est. 89. Quàm autem dilucidè & euidēter hęc fue rit sententia August. paulò pòst indicabitur.

¶ Quo ergo ad statutam conclusionem redea mus, secundum argumentum est hoc: Nulla creatura capax est diuinæ gratiæ aut gloriæ: præterquam & intellectualis angelus, & ratio nalis homo: causam verò huius aliam commi nisci nequimus, quàm quòd vterque ad imaginem Dei factus, libertatis sit compos: qua in sua habet potestate diuinum fauorem, & re spuere, & acceptare: iussaque tum facere, tum excutere: & quod maluerit, vel ad gloriā suam vel ad ignominiam optare. Igitur conuersio hominis, libera illi est, & voluntaria. De hac re in suo opusculo de liber a arbitrio, sic inquit Bernard. Tolle liberum arbitrium, & non erit quod saluetur. Tolle gratiam, & non erit vn de saluetur. Opus hoc sine duobus effici non potest: vno à quo fit, altero cui, vel in quo fit. Deus author est salutis, liberum arbitrium, tantum capax. Sed ne de verbo hoc postremo illi exultent, qui putant liberū arbitrium merè se passiuè habere in iustificatione, auscul tent, quod continuò subijcit. Quòd ergo à solo deo, & soli datur libero arbitrio, tam absq; consensu esse non potest accipientis, q̄ absq; gratia dantis. Et ita gratiæ operanti salutem liberum arbitrium dicitur cooperari dum cōsentit, hoc est, dum saluatur. Proinde irratio nalis spiritus salutē minimè capit, eo quòd illi voluntarius consensus desit, quo Deo saluan ti placidè obtemperet: siue iubenti acquiescendo, siue pollicenti credendo, siue reddenti, gratias agendo. Hactenus Bernard. Et Augustinus in priori episto. ad Valentinum, quę est. 46. Nulla inquit, obedientia esse potest sine libero arbitrio. Et ideo cùm toties in scriptura iubeamur non solùm pręcepta seruare, sed etiam in Deum conuerti, ex ipsa scriptura

Syn. Tridē.

Sentētia Augu. de amiss. lo libero arbit. post peccatum.

De eccles. dogma.

Lutheri impostura.

Gratia non tollit lib. arbitr.

2. Argumētum.

Bernard.

ſacra perſpicuè conuincitur & demonſtratur
liberum arbitrium. Id quod fuſiùs tractat de
gratia & libe.arbitr.capit.2. Vbi potiſsimum
argumentum ad liberum inquit, arbitriũ ob-
firmãdum, inde ſumitur, quia ipſa diuina præ
cepta homini non prodeſſent, niſi haberet li-
berum volũtatis arbitrium, quo ea faciens ad
promiſſa præmia perueniret. Et infra, Quo-
modo iubet, ſi non eſt liberum arbitrium?
Pſalmo.1. Quid beatus ille de quo Pſalm.dicit, quòd in
lege domini fuit voluntas eius? Nonne ſatis
indicat voluntate ſua hominẽ in lege dei cõſi-
3.Argum. ſtere? ¶ Ex his tertium conficitur argumentũ:
iuſtificatio hominis idem eſt, quod conuerſio
eius in deum: conuerſio autem opus bonum
eſt, & dignum laude: ſi autem ſpontanea non
eſſet, nullius eſſet laudis: eſt ergo libera. Nam
propter illa quæ nobis pręter voluntatem no
ſtram accidunt, nec laudamur, nec vitupera-
1.Cor.9. mur. Vnde Paul. Si volens hoc facio, mercedẽ
Auguſt. habeo. Et Auguſt. loco proximè citato, Quã
do volens quis quid facit, tunc dicendum eſt
opus bonum, tunc ſperanda eſt boni operis
Roma.2. merces ab eo, de quo dictum eſt, Qui reddet
vnicuiq; ſecundum opera ſua. Vnde (vt lib.2
Cõuerſione oſtenſuri ſumus) conuerſio opus eſt merito
retur gloriá rium, non vtique gratiæ primæ, ſed tamẽ glo
nõ gratiam. riæ. Accedunt in hanc ſententiam Hierony-
Hierony. mi ad Damaſum verba hæc, Liberum arbi-
trium dedit Deus homini, vt viueret vnuſquiſ
que non ex imperio dei, ſed obſequio ſuo: id
eſt, non neceſsitate, ſed ex voluntate. Vt vir-
tus haberet locum, & à cæteris animantibus
diſtaremus, dum ad exemplum dei permiſsũ
eſt nobis facere quod velimus. Quapropter
Auguſt. Auguſt. epiſto. priori ad Valẽtinum, illos qui
eouſq; gratiam dei commendabant, vt homi-
nis liberum arbitriũ negarent, ita incuſat, vt
qui negato libero arbitrio, rationem præmij
continuò ſuſtuliſſent: quod vnicuique Deus
in die iudicij redditurus eſt ſecundum opera
Abſq; liber- eius. Si inquit, non eſt Dei gratia, quomodo
tate nullum ſaluat mundum? Et ſi nõ eſt liberum arbitriũ,
eſt meritum quomodo iudicat mundum? Atqui hoc ap-
nec iudiciũ. prime animaduertendum eſt aduerſus Luthe
Corollariũ ranos, quibus extruſo libero arbitrio, protin⁹
ex ſententia cõſequens fit, nõ eſſe opera noſtra vllius me-
Lutherano- riti. ¶ Quartũ, niſi audire pigeat, validiſsimũ
rũ, li.3.c.7. argumẽtum eſt, & quod ratio ex ſcriptura ſa
fo.22.&.6. cra elicit. Si deus ita nos iuſtificaret per gra-
Apoca.3. tiam ſuam, vt nihil aſſenſione noſtra & arbi-
trio, opus eſſet, cùm ipſe ad oſtium ſit ſemper
& pulſet: quid cauſæ reſtaret, cur non omnes
4.Argum. conuerteret? Quòd ſi rem fortè in ęternas cau
ſas prædeſtinationis retuleris, quia cui vult
miſeretur, & quem vult, indurat: nõ ſatis quæ
ſtioni feceris. Illa enim eſt cauſa ſuprema &
remota: videlicet, quare hunc ad gloriam de-
ſtinauerit, illum verò minimè (de cuius effe-
ctu ait Auguſt. quare hunc trahat, illum non
trahat, noli dubitare, ſi non vis errare) ſed ta-
men cauſa pręterea deſideratur proxima, per
quam deſtinauerit vnumquẽlibet in regnum
recipere. Vt enim ex infantibus hic ſalutẽ cõ-
ſequitur, quia renatus eſt ex aqua & ſpiritu
ſancto, ille verò nequaquam, propterea, quòd
abſq; baptiſmo vita deceſsit: ita in adultis red-
denda eſt proxima cauſa, cur cùm duos ęquè
ſit Deus paratiſsimus conuertere, præſentiſsi-
maque vtrũq; miſericordia aſpiret, hunc tra-
hat, illum non trahat. Quæ reuera reddi non Diſpoſitio
poteſt, niſi quòd alter præbet aſſenſum & co ad gratiã.
operatur: alter verò, minimè. Vt enim paruu-
lum per baptiſmum ſine ſuo cõſenſu, ita adul-
tum per ſuam cooperationem prædeſtinauit
conuertere. Sed & rationem cur maiori hunc
gratia, quàm illum perfundat nullam certè a-
liam effingere poteris, quàm quòd vnus ma Cur vnus
iori ſe quàm alter conatu & impetu amoriſcõ maiorẽ alio
uerterit. Quis enim dixerit, omnes peccato- gratiã cõſe-
res ad æqualem amicitiam reconciliari? Tan- quatur, Vi-
tam ſcilicet gratiam recipere tepidum pœni- de Tho. 1.2
tentem, quantam Magdalenam: cui remiſſa q.112.ar.4.
ſunt peccata multa, quoniã dilexit multum. latiùs lib.2.
Imò verò, ſi rem altiùs inſpexeris, cùm Deus ca.20.ſolio.
eccleſiam ſuam tam ex animo percupiat eo eſ 279.
ſe decore & ſanctitate, qua decebat eſſe di- Luc.7.
lectiſsimam ſponſam Chriſti, ſuo ſangui-
ne redemptam, tamque prouidenter eam legi
bus, documentis, exemplis, & ſacramentis
inſtruxerit, tamq; ſit præſto, qui nobis opi-
tuletur: nimirum qui irradiare principiũ cor-
da ſol ipſe iuſtitiæ nunquam ceſſat, quid in-
cauſa eſſe poteſt, cur non iuſtauratur, niſi qa
aſſenſum noſtrum expectat, & operam? Vt
In propatulo eodem loco eſt Apocalypſis.
Ecce enim, inquit, ſto ad oſtium & pulſo: ſi
quis audierit vocem meam, & aperuerit mi-
hi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum
illo, & ipſe mecum. Ipſe quidem eſt, qui ape-
rit corda noſtra: ſed quia liberum nobis eſt
& obſiſtere, & aſſenſum præbere, idcirco ait:
Si quis audierit & aperuerit. Et Ioã.6. vbi ait, Loca ſcriptu
Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui mi- ræ.
ſit me, traxerit eum: mox ſubdit, Omnis qui Ioan.6.
audiuit à patre, & didicit, venit ad me: nempe Matth.19.
quia in voluntate cuiuſque eſt, Deo trahen- Luc.9.
te, ad eum venire. Eademq; libertas exprimi-
tur, vbi legitur: Si vis ad vitam ingredi, ſerua
mandata. Et, Si quis vult poſt me venire, ab-
neget

Matth. 19.

neget semetipsum. Et, Qui potest capere capiat: qui non potest, abscedat. Et quæ ca. proximo insuper adijciam.

August.

Vnde August. 2. epistola ad Valentinum, quæ est. 47. exponens

Prouerb. 4.

illud, Rectos cursus fac pedibus tuis: ipse enim rectos faciet cursus tuos. optimè meditatus est, rectos nos facere cursus pedibus nostris, ꝑpter propriæ libertatem voluntatis: Deus tamen rectos facit eosdem gratia sua. Quocirca

Psalm. 79.

qui postulamus, Deus virtutum conuerte nos

Iohel. 2.

vicissim audimus, Conuertimini ad me in toto corde vestro.

Opera iustificationis & nostra & dei

Sanè quòd opera, quæ cum gratia dei in iustificatione concurrunt, & sua sunt, & nostra. Porrò sua, mouentis: nostra verò, qui liberè mouemur. Hinc illa est August. illustris sententia in enarratione Psalm. 144.

Qui creauit te sine te. &c.

Qui creauit te sine te, nō iustificabit te sine te. A creandis enim hominibus, inquit, nihil exegit deus: quid enim exigeret ab his, qui nondum erant? A reformādis autem & iustificandis hominibus passim in scripturis exigit, vt credant, resipiscant, pœnitentiā agant, ad cor redeant, orent, vt remissionem peccatorum, & gratiam accipiant. In summa, euangelium

Ioan. 1.

est apertissimum: vbi ait Ioan. Dedit eis potestatem filios dei fieri: id est, nemini necessitatem intulit, sed cunctis opem attulit, vt quotquot vellent eum liberè recipere, credentes in nomine eius, filij dei fierent. Qua fortè de causa subiungitur, Qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Nimirum exprimeretur, natiuitatem ex Deo non esse, vti eam quę est ex homine: puta per naturam, sed per voluntatem. Neq; verò ista potestas & libertas enuntiatur in euangelio de Adam, iustitia perornato, neque certe de his, qui iusti iam erant: sed de illis, qui erant in peccato. Quandoquidem ait, Dedit eis potestatem filios dei fieri.

Aristo. 3. Ethicor.

Id enim, inquit philosophus, possumus, quod ꝑ amicos possumus. Et maximè per amicum, qui tam nobis lubēs ac promptus suppetias venit. August. deniq; videtur hoc egregiè vno verbo explicare, lib. 1. retract. cap. 22. vbi ait, in potestate quippe hominis est, mutare in melius voluntatem.

Ecce libertatem, appellat potestatem. At quia per se non sufficit, subdit: Sed ea potestas nulla est, nisi ab eo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et Hypog. lib. 3.

In operibus sanctis prior est voluntas dei, proxima arbitrij.

In omni opere sancto prior est voluntas dei, posterior liberi arbitrij, id est, operatur deus, cooperatur homo. Et post demum concludit, ita esse certò confitendum liberum arbitrium, vt qui negauerit, catholicus non sit. Et quòd intelligat in operibus gratiæ, est manifestum. Nam hæc est nona condēnatio Pelagij, vt refert August. ad Paulinum, non esse

Condēnatio Pelag.

liberum arbitrium, si Dei indiget auxilio. Vbi sermo erat de auxilio gratiæ ad iustificationem. Ob idque dilucidum est sancitam illic fuisse libertatem nostram, dum iustificamur adulti. Enarrauimus ergo causam decreti nostræ S. Synodi sessio. 6. quo habetur, non re-

Syno. Trid.

cipere nos beneficium reconciliationis veluti in animæ organum, sed liberè assentientes & cooperantes, ita vt possimus inspirationē abijcere: vt habetur capit. 5. Et inter canones can. 4. Atque in cano. 5. condemnatur verbum Lutheri, scilicet, quod liberum arbitrium sit res de solo titulo.

Quo argumentis in contrarium apparentibus respondetur.

CAP. XVI.

NON autem satis est veritatē hāc liberi arbitrij suis proprijs fundamentis constabilisse, nisi qui contra facere videntur, complures loci scripturæ sacræ, & apparentes quoq; rationes enodentur. Et primum omniū illud, quod

Lutheranorum arg. primum.

tam à se pugnare arbitrantur Lutherani. Sine me nihil potestis facere. & id quod ait Augu. liberum arbitrium ad malum per se posse, ad bonum verò parum, nisi diuinitus adiutum, nullius sunt prorsus momenti. Eadem enim fallaci argumentatione conficerent, neq; solem illuminare, neque ignem calefacere, quia neque folium arboris cadit, sine nutu & volūtate Dei. Vt ergo non consequitur, Sine Dei generali concursu sol non illuminat: ergo nō ipsemet naturaliter illuminat: ita nec sequitur

Auxiliū speciale nō tollit liberum motū voluntatis.

Absq; deo peculiariter præueniente, volūtas hominis non mouetur ad opus veræ virtutis: ergo voluntas ipsa non mouetur liberè. Est enim deus causis secundis in vniuersum causa, vt secūdum suas ipsarum naturas singulę peragant opera sua: nempe naturales, naturali-

Deus efficit secūdas causas sua effecta pagere.

ter, & quæ liberæ sunt, liberè. Tametsi in operibus gratiæ necessarium sit specialius auxilium. Eodem pacto diluitur argumentū, quo ijdem, velut Achille, passim vtuntur. Si quando deus vel ad bonum vel ad malum nos mo-

Solutio alterius argum.

uet, in nostra esset potestate, non moueri: motio dei non esset efficax, atque adeò neque esset omnipotens: contra illud, Omnia quæcunque voluit Deus, fecit in cælo & in terra.

Psalm. 134

Quo argumento persuadent sibi, quoties nos deus mouet, necessitatem nobis inferre. Illatio sua tamen nullius est vigoris. Quòd enim

nos deus liberè moueat, nihil contra eius cun

Volũtas libere mouetur.

ctipotẽtiam, & efficaciam pugnat. Quinimò inde amplissimè patet infinita eius virtus & sapientia, quod alias causas instituit naturaliter mouere, & alias, liberè: & cum singulis modo

Voluntas beneplaciti diuina adimpletur.
Roma. 9.

proprio concurrere. Quocirca quicquid deus vult voluntate absoluta, & quæ dicitur beneplaciti, fit iuxta illud, Voluntati eius quis resistet? Quando autem cum libero homine concurrit, non vult illud fieri, nisi salua humana natura & libera volũtate: quæ idcirco resistere deo potest, vt de Pharaone legitur, & de Iáne & Mambre. Ita & hi resistunt veritati. Et, Vos semper spiritui sancto resistitis, sicut Patres vestri.

Exod. 10.
2. Timo. 3.
Act. 7.
Explicatio libertatis.

At restat, nonnihil prꝗterea explicandum. Aut enim sumus liberi in huiusmodi actionibus ante momentũ temporis, quo nos Deus mouet, aut præsente motione Dei: non ante, quia absq; eo mouente, moueri nequimus, neq; cùm nos ipse actu mouet, qa nõ stat ipsum nos mouere, quin vnà moueamur. Sunt enim mouere, & moueri, ceu actio & passio, correlatiua. Ad dissoluendum argumentum hoc supponenda est diffinitio libertatis.

Diffinitio causę liberę

Illa enim causa, libera est, quæ positis omnibus requisitis ad agendum, potest & agere & nõ agere. Cui contraria ratio est causę naturalis.

Sunt qui affirment concurrẽte deo nõ posse nos agere & nõ agere.

Sunt ergo inter Scholasticos, qui doceãt posito concursu Dei, non esse vtrunque in potestate voluntatis, scilicet agere & non agere. Ob idque secundò aiunt, eiusmodi cõcursum non connumerari inter requisita ad agendũ. Imò dicunt (vt sua vtamur voce) concomitari actionem ipsam. Horum autem duorum, vel vtrunque nunquam intellexi, vel neutrũ vnquam credam.

Refellitur prædicta sententia.

Etenim non est dubiũ, quin concursus Dei, licèt concomitetur (vt aiunt) actionem, sit nihilominus cuicunque causæ secundæ requisitus ad agendum: imò verò & natura prærequisitus. Quoniam non solùm Deus est causa effectus secundę causæ, verùm ipse etiam mouet eam ad agendum. At quanuis ille concursus sit prærequisitus, nihilo secius, illo posito, etiam est in facultate voluntatis agere & cessare. Aliàs nullus dabitur requisitorum numerus, quibus positis, voluntas possit agere & non agere, atque adeò neque erit libera. Nam ante diuinum cõcursum non potest agere: & quando ille adest, vt isti aiunt, non potest agere.

Dissolutio dubij.
Agente deo pot homo agere & non agere, diuisim.

Solutio ergo dubitationis est, quòd illo tunc temporis momento, quo Deus mecum concurrit, sum liber, vt tunc agere renuam. Etenim dum liberè moueor, possum in sensu diuiso nõ agere: & tũc cessabit concursus dei. Tametsi in sensu composito contra se inuicem pugnent: deum agere erga me actione illa, & me non agere. Neq; aliud sibi vult Aristot. vbi ait, illud quod est, quando est, necesse est esse: quàm quòd sit iã tunc determinatè verum. Sed quo argumentum hoc physicum, isto tamen loco necessariũ penitus enodetur, Nũquid deus potẽs est voluntatem hominis seu cogere, seu ex necessitate mouere? Facilis est responsio. Cogere enim voluntatem, repugnantiam inuoluit.

An possit voluntas vel cogi vel necessitari.
Tho. 1. 2. q. 6. artic. 4.

Cogere enim aliquid, est contra suam ipsam inclinationem mouere. Et ideo potest quidem homo cogi, cùm mouetur contra propriam voluntatem (quæ est propria hominis inclinatio) siue ad intelligendum, siue ad sentiendum, vel ambulandum, & cætera id genus. Attamẽ voluntas non cogitur. Nam cum sua inclinatio eadem sit, quę suus ipsius actus, quomodocunque, & vndecunque habeat velle vel nolle, est sua inclinatio, atque adeò repugnat tales habere actus contra suam inclinationem. Necessitari tamen voluntatem à Deo, qui author est naturæ, nihil vetat, sed tunc auferret illi libertatem in tali actione, mouendo illam ceu brutam pecudem. Quod tamen nũquam facit lege cõmuni. Authoritates ergo scripturæ, quibus asseritur Deus nobiscum agere, sine cuius nutu nihil valemus, nihil obstãt, quo minus liberæ sint actiones nostræ.

Tres authoritatũ ordines.

¶ At verò aliæ sunt longè maioris energiæ, vtpote quibus Deus solus prędicatur author salutis nostrę. Quarum tres ego contemplor ordines. ¶ In primo sunt illæ, quibus ita Deus affirmatur erga nos agere, vt denegemur nos simul cooperari. Vt, Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. Et, Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.

Roma. 9.
Matth. 23.

In secundo vero ordine sunt, quibus licet expresse non excludatur cooperatio nostra, Deus tamen solus inducitur author. Vti est apud Ezechielem, Ego auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor nouum.

Ezechie. 36

Cui respondet Dauid, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Psalm. 50.

Et, Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam; quasi Deus solus sit causa conuersionis nostræ. Vnde Perditio tua Israel: tantùm in me auxilium tuum.

Oseæ. 13.
Ephes. 2.

Et Paulus. Ipsius sumus factura in Christo Iesu in operibus bonis, quæ deus præparauit, vt in illis ambulemus. Et alibi, Deus est qui operatur in vobis velle & perficere.

Philippẽ. 2.

Neque res satis expeditur, si quis dicat simul nos cum Deo concurrere. Nam, Nos sumus lutum, deus autem fictor noster. Neque

id tantũ intelligendum eſt qua parte nos creauit, vt eſſemus: ſed qua nos iuſtificauit, vt iuſti eſſemus.
Rom. 9. Quare Paul. eandem perſequitur analogiam de luto & figulo. Lutum autẽ mere receptiuè ſe habet, vti materia, nihil cooperans ad ſui efformationem. Qua de re nõ poteſt lutum dicere figulo: cur me in talem effingis formam? Tertius autem eſt locorum ordo, quibus nomen ipſum collati beneficij planè explicat, nihil nos cooperari in eius ꝓductione.
Pſalm. 83. Vt eſt illud, Gratiam & gloriam dabit dominus. Siquidem gratia & virtutes quibus iuſtificamur dona dei ſunt.
Ephe. 2. Vnde Paulus Gratia enim eſtis ſaluati per ſidem, & hoc nõ ex vobis, Dei enim donum eſt: non ex operibus, vt ne quis glorietur.
1. Cor. 4. Et, Quid habes quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Creberrima ſunt huiuſmodi elogia, quibus interdicitur nobis gloria operum noſtrorum, eò quod non nos ipſi vt Pelagiani blaſphemabant, ſed Deus nos iuſtificat. De qua re peramplior futurus eſt nobis ſermo lib. 2. At quantum ad rem modò attinet, ratio præterea contra nos depugnat apertiſsimè. Ea enim quæ ſupernaturalia ſunt, à ſolo deo ſine opera noſtra creantur: nam,
Eſa. 40. authore Eſaia, Quis adiuuit ſpiritum domini? aut conſiliarius eius fuit? at gratia & virtutes infuſæ, ſunt ſupra naturam: ergo ſe ipſe ſolus ſicuti mundum, ita & eiuſmodi dona creat in nobis. Propter quod virtutem infuſam diffi-
Auguſt. niunt theologi (vti colligunt ex Auguſt. 2. dè libe. arbit.) quod ſit bona qualitas mentis, quã Deus in nobis ſine nobis operatur. Ideoq; reſpectu gratiæ iuſtificantis, & quæ illam comitantur, diuinarum virtutum, merè ſumus, ceu receptiuum ſubiectum. Ecce vnde ſit quæſtio hæc de gratia & libero arbitrio difficillima: Nempe, quòd hæc & huiuſmodi alia teſtimonia ſcripturæ ita videntur gratiam dei extollere, vt nullatenus ad iuſtificationẽ noſtram liberum concurrat arbitrium, ſed ſunt tamen pleraque multa, quibus liberum arbitriũ cum gratia cooperari, imò ipſam antecedere deſi-
Matt. 11. gnat: vt illud, Venite ad me oẽs qui laboratis,
Zacha. 1. & onerati eſtis. Et illud præcipuè Zacha. 1. Cõuertimini ad me, & conuertar ad vos. Quo potiſsimum loco Pelagiani fundabant ſuam blaſphemiam: nempè quòd à nobis ſit initium ſa-
Auguſt. lutis noſtræ. Vnde tracta. 53. ſuper Ioan. Auguſt. Quoſdam, inquit, nimia ſuæ voluntatis fiducia extulit in ſuperbiam, & quoſdam nimia ſuæ voluntatis diffidentia deiecit in negligentiam. Illi dicunt, vt quid rogamus Deum, ne vincamur in tentatione, quod in noſtra eſt poteſtate. Iſti dicunt, vt quid conamur bene
Tria operũ dei genera. Prima deo propria. viuere, quod in Dei eſt poteſtate. Igitur quò hæc manifeſta luce clareſcant, iuxta tres deſignatos ordines, tria extant operum diuinorũ genera in noſtra iuſtificatione. Prima enim ſunt opera quæ ſic Deo ſunt propria, vt nullã in eis voluntas noſtra partem habeat: ſcilicet nec conſenſum nec cooperationem. Vti ſunt prædeſtinatio, vocatio, admonitio, pulſare ad oſtium, & aliquando inſpiratio, & illuminatio. Quamobrem ita hæc in ſcriptura tribuũtur Deo, vt nullatenus exigantur à nobis. Hæc ergo ita præeunt iuſtificationem noſtam, vt tempore etiam quandoque præcedant noſtrum conſenſum. Tale eſt illud, Non eſt vo-
Roma. 9. lentis neque currentis, ſed dei miſerentis. Admonemur enim illic, primam, altiſsimamq; noſtræ iuſtificationis cauſam eſſe æternam prædeſtinationem. Quia cum Iacob & Eſau nondum nati fuiſſent, alterum dilexit Deus, alterum odio habuit. Quin verò nonnũquam huiuſmodi appulſum dei nullus ſubſequitur conſenſus noſter. Quorum duritiem impro-
Matthæi 3. perat Chriſtus dominus noſter: dum ait, Quoties volui congregare ſicut gallina ; filios tuos, & noluiſti. Gallina enim non cogit, ſed
Luc. 10. vocando allicit. Et, Væ tibi Corozaim, quia ſi in Tyro & Sidõe factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterent. Et ſæpenumero alibi. Quòd autem Deus aliquando illuminet, inſpiret, & tangat corda noſtra abſq; noſtra volũtate, patet ſimilitudine tentationis ad malum. Non enim eſt in noſtra voluntate, vt ait Au-
Motus naturales. guſti. quin viſis tangamur. Quos motus theologi appellant naturales, & idiomate ſuo, pri-
Ambroſ. mo primos. Quos & Ambroſ. agnouit ſuper illud Pſalm: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Vnde Auguſti. in fine tertij libri
Auguſti. de libro arbitrio: Quid, inquit, quiſque vel ſumat vel reſpuat, eſt in poteſtate: ſed quo viſo tangatur, nulla poteſtas eſt. Fatendum eſt, & ex ſuperioribus & ex inferioribus viſis animum tangi, vt rationalis ſubſtantia ex vtroque ſumat, quod voluerit: & ex merito ſumẽdi vel miſeria vel beatitas ſubſequatur. Hæc Auguſt. In eiuſmodi ergo influxibus mere ſe habet homo receptiuè, ceu aër, dum illuminatur à ſole, Quamuis niſi animo fouerimus hæc numina, raptim elabuntur. Atque hac ratione intelligendæ ſunt authoritates primi ordinis. Quòd ſi hîc fortè quis percontetur, quo pacto ſit intelligibile, inſpirationem in nobis intus fieri, illuminationem, pulſationem, aut internam vocationem abſque noſtra coope-

lia specialia conferat vniuersis, an alijs maiora alijs verò minora, quinimo minora his, qui vel nihil mouentur, vel minùs promouentur. Etenim si de illis primi ordinis fiat interrogatio, vtpote de inspirationibus & splendoribus veritatis, quas Deus in nobis sine nobis liberè assentientibus repentè operatur, procul dubio maiora subsidia pro sua misericordia confert vni Deus quàm alijs. Adest enim omnium cordibus pulsans impariter tamen. Quinimò sæpenumero qui cumulatiora huiusmodi dona recipiunt, vel nullo modo, vel segniùs proficiunt, quàm qui exiliora, propter maiorem duritiem obstinati pectoris libertatem comprimentis. Id quod in illis seu flagellis seu allectamentis, atque id genus vocationibus, quibus nos Deus in viam forinsecus reuocat, euidentius est. Duorum enim eadem audientium consilia & exhortamenta, alter animo perculsus in viam redit, alter verò minimè. Quēadmodum videre est in Pharaone & Nabuchodonosor: quorum primus maioribus portentis commouitus induruit: alter verò minoribus resipuit flagellis. De quibus capit. 18. redibit sermo. Huc pertinet, quod ait Christ⁹ Bethsaidæ & Corozain: Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitētiā egissent. Et Scribis ac Pharisæis, Viri Niniuitæ surgēt in iudicio cū generatione ista, & condēnabūt eā, quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus q̄ Ionas hic. Si verò quæstio proponatur de auxilijs secundi ordinis: quę liberam in nobis dicunt motionem: vt trahere, conuertere, promouere, & similia, inæqualia quidem largitur diuersis hominibus deus, sed tamen quò sunt in aliquo auctiora, eò etiam magis meliusq; mouetur. Aliud profectò nō est intelligibile. Quoniam mouere & moueri relatiua sunt. Neque aliud est me deū hoc modo mouere, quàm mecum concurrere ad eliciendum liberum actum. Ob idq́ue veluti in naturalibus rebus, quo Deus celeriùs mouet primum orbem, quàm infimum, celeriùs & ipse orbis mouetur: ita & in auxilio speciali quāto deus Magdalenam & Paulum vehemētiùs mouit, quàm alios tepidos & remissos, impensiùs etiam ipsi ardentiusq́; venerunt, maiorique & cumulatiori sunt gratia iustificati. Neque cohęrent, vt deus eum magis moueat, qui minus mouetur. De gratijs autem gratis datis, quę non semper in bonum recipientis, sed in commune bonum ecclesię dispēsantur, diuersa ratio est. Dantur enim quibus & quomodo Deus sua sapientia iudicat expedire.

Diuinæ inspirationes in quibusdā sunt maiores in quibusdā minores.

Nabuchod.

Lucæ. 9.

Matth. 12.

Deus quosdam fortius trahit & cōuertit, alios non ita fortiter.

S. Tho. 1. 2. q. 111. art. 1

Gratiæ gratis datæ quō dispēsantur.

Responsum ergo est ad sacra eloquia, quibus videri cuipiam posset, ita in nobis deus operari salutem, vt sine nostro id libero arbitrio fiat. ¶ At præter testimonia hæc supersunt argumenta duo dissoluenda. Primum sumitur à distinctione illa secundum Augustinum in libro de gratia & lib. arbit. capit. 17. theologis celeberrima, inter gratiam operantem & cooperantem. Ait enim August. in, quod Deus, quod operando incipit, cooperando perficit. Et paulo inferius, Vt ergo velimus, sine nobis operatur: cùm autem volumus, & sic volumus, vt faciamus, nobiscum cooperatur. Ex qua distinctione consequens palam fit, deum sine nobis cooperantibus se solo exordiri beneficium salutis nostræ. Ad hoc argumentum quod in re theologa positum est, respōdetur quòd nomen gratię operantis accipi primùm potest de operibus illis diuinis primi generis: quæ sunt vocare, inspirare, pulsare, & cætera: quæ sine nobis fiunt. Nihilo secius; quod menti Augustini propiùs accedit, congruit etiam in opera secundi generis: quando scilicet nos actu mouet ad agendum. Sed est adnotādum (quòd magnus philosophus August. optimè cognouit) voluntatem aliter moueri, prima intentione ad finem, aliter ad eligendum media. Cum enim (vt ipse insinuat tertio lib. de liber. arbitr. capit. 2.) alicui malo voluntate inhæremus, non potest voluntas illa mutari in bonum, nisi ab aliquo moueatur. Omne enim quod mouetur, ab alio mouetur. Et ideo motio illa non attribuitur voluntati, etiam si consentienter & liberè moueatur, sed motori. Cùm autem iam habet intentionem finis, per ipsam se mouet ad electionem mediorum. Eadem est sententia Sanct. Thomæ. Nam qui iam proposuit deo inseruire, per illud propositum agit se, vt per cōmoda media potiatur optato fine. Propter hanc ergo Theologiam auxilium gratiæ, quo à malo primùm dimouemur, & in bonum conuertimur, nuncupauit Augustinus gratiam operantem: auxilium verò, quo bonam iam habentes voluntatem, operamur ad bonum, appellauit gratiam cooperantem. At neq; Augustinus, neque suus assecla Thomas cogitabant (vti quosdam falsò diuos istos interpretantes audiui) q̄ per gratiam operantem cogendo nos Deus moueat: quinimò mouet liberè. Hæc distinctio quoque locum habet in gratia gratum faciente, authore San. Thom. Hæc enim respectu huius effectus, qui est sanare & iustificare, dareq́ue nobis esse gratos, dicitur gratia operans, sed qua parte est principium meritoriè

Gratia operās & cooperans.

Augu. locus declaratur.

Volūtatis actio deo tribuitur cum à malo in bonum conuertitur.

Arist. 7. phys.

S. Tho. 1. 2. q. 9. arti. 4.

S. Tho. 1. 2. q. 111. art. 2

deinceps operandi, dicitur gratia cooperans.

Corol.

Hinc sit, vt distinctio hæc non sit ita prorsus intelligenda, vt gratia operans sit respectu omnis actus interni voluntatis, atque illius duntaxat: cooperãs verò respectu externi operis, vt ex diui Augustino & Thoma quispiã deceptus colligere posset. Si enim est gratia cooperans ad largiendam eleemosynam, cooperans etiam est ad volendum largiri. Sed quod August. gratiam operantem esse ait, dum volumus bonum: cooperantem verò, dum operamur ad penitus sentit, dum à malo primum mens nostra dimouetur in bonum. Cùm tamen is postea exercemur in bonis operibus, siue internis, siue externis, gratia est cooperãs. Et hoc est, quod. S. Thom. loco citato nobis suggessit, vbi dixit, quòd quantum ad actũ voluntatis deus per gratiam operantem nos mouet, præsertim cum voluntas incipit bonum velle, quæ prius malum volebat. De gratia autem præueniente alia est ratio, vt illic habes apud eundem doctorem articulo sequenti.

Præcipuum ar u. s. seu. d 16. idẽ habetur.

¶ Alterum denique, & vt postremum, ita maximum argumentũ est, quod si nos simul cũ deo in hanc nostræ iustitiæ causam concurreremus, liceret ea quæ sibi ipse propriè adscribit in sacris eloquijs, nobis nos æqua sorte arrogare. Vt sicut ipse ait, Sine me nihil potestis facere: Et, Nisi dominus custodierit domum frustra vigilat qui custodit eam: Et, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum: ita nos pariter deo vere responderemus, Sine nobis nihil potes in nobis facere: Et, Nisi nos vigilaremus, frustra tu nos custodires: Et, Nisi nos veniremus, frustra traheres. Id quod videtur absurdum.

Ioan 15.
Psalm. 126
Ioan. 6.

August.

Ait enim August. libr. 2. de bo. perseue. Viuimus rectè, si totũ deo demus: nõ alij ex parte, & nobis ex parte. Et in Enchirid. capit. 32. acerbius perurgens hunc locum, ait, quod si propterea dictum est, Nõ est volentis, neq; currentis, sed dei miserentis: quia ex vtroque fit, id est, ex voluntate hominis & misericordia dei: cur inquit, non & econtrario rectè dicitur, non miserentis est dei, sed volentis est hominis? Quia id misericordia dei sola non implet. Quod tamen ait, nullus Christianus dicere auderet.

Responsio.

Ad hanc verũ tamen dubietatem respondentes, negamus opera quæ Dei sunt in nostra iustificatione, licere eadem nobis ratione vsurpare: diuersa tamen, nihil prohibet. Quod enim ait, Sine me nihil potestis facere: & aliud genus, quæ ad nostrã iustificationẽ refertur, nõ possumus nos tali modo dicere: videlicet quod sine nobis de⁹ nõ põt: quoniã ipse nõ solũ est causa volitionis nostræ, & operis boni, sed est causa ita præueniẽs, quæ facit, vt nos possimus ac velimus.

Hoc facit quod lib. 3. c. 7. docet [illegible] esse operandi & volendi.

Vnde non ait, Cooperabor vobiscum, vt operemini: sed auferã, inquit, cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciã, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Itaque ipse facit vt nos faciamus, dans nobis velle, & operari, vt ait Paulus. Nos autem non mouemus ipsum, nec facimus, vt ipse faciat.

Ezech. 36.

Philip. 2.

Si autem hoc referatur ad assensum nostrum, qui secundum ordinariam præscriptamq; legẽ necessarius est: nihil cunctamur dicere cum Augustino, Qui creauit nos sine nobis, non iustificabit nos sine nobis. Et secundum hanc intelligentiam, verũ etiã est, quod nisi nos velimus, frustra nos custodit Deus, & trahere conatur.

Obiectio.

Sed occurrit aliud punctum, Deus dat nobis velle: ergo ipse efficit in nobis assensum ipsum, per quẽ aperit corda nostra: atque adeò nos nihil facimus.

Solutio.

Negamus hanc postremam consequentiam. Ita enim efficit ipse nostrum assensum, si nos tamen simul liberè concurramus. Quare per eundem assensum, & nos illi aperimus, & ipse aperit.

Deus ita efficit [illegible] nostrũ assẽsum vt [illegible] concurramus

Vnde nostrum concurrere, est permittere nos ab ipso mouere coagendo illi, qui iugiter ad ostium pulsat. Et hoc est quod ait, Qui audit & didicit, venit ad me.

Concurrere nostrum.
Ioan. 6.

Quod autem citatum est ex Augustino in de bon. perseuer. & in Enchirid. puta quòd non est partim attribuendum nobis, partim Deo; sed totum deo, illud obijcit Pelagianis, qui dicebant initium salutis nostræ esse à nobis, saltem fidem. Augusti. autem contendebat (vti res habet) quod voluntas à deo præparatur omnino: & ideo non esse volentis, neque currentis. Quoniam vt modò in proxima respõsione dicebamus, actio illa tota tribuitur deo. Ob idque, & si assensus noster sit necessarius, nullam tamen debemus nobis tribuere partem, sed deo totum: qui dat nobis cogitare, velle, & perficere.

Cur deo [illegible] matio & [illegible] ctio nostra tribuenda sit.

Multa hic attigimus, quæ sunt lib. 2. rursus exigẽda inter explicandam gratiam iustificationis, sed plurima sunt etiam illic ex hoc loco petẽda: adeò sunt & hic & ille locus complexi. Perstringere autem hæc duximus paulò vrgentius: idcirco quòd Lutherani hoc inter alia intentant argumentum, vt conficiant, nulla opera nostra esse meritoria. Porrò quòd non sint nobis libera, & ideo neq; nostra, sed quæ deus à se solo operatur in nobis.

De libero arbitrio in malum.

CAP. XVII.



Membrum alterum, quod de humana voluntate differendū superest, spectat ad libertatē eius in malum. Etenim vt supra tractare cœpimus, in vtrāque partē Lutherani inficiātur ingenuitate, & in bonū scilicet, & in malum. In his vel maxime peccatis, quæ sunt pœna præcedentis culpæ. Ita enim retulimus ex Luthero, quod nō est in potestate nostra malas vias facere, sed mala opera in impijs Deus operatur. Cui subscribit Philippus asserens, quod sit Dei propriū opus, nō minus proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli. Et cōsentit Bucerus super epistolam ad Romanos, vbi ait Paul. quod tradidit deus gentes in reprobū sensum. Etsi Melancthon in secunda editione se appareat retractasse. Hoc enim secundum membrum longè plurimum absurditatis accumulat superioribus, dum non solum subuertit liberum arbitrium sed Deo tribuit, vt sit causa peccati principaliter, & effectiue, vt dicūt cogendo nos ad peccādum. ¶ Pleraq; omnia illorū dogmata eiusmodi sūt, vt prima fronte statim prolatione apertius cū cōmuni sensu depugnent, quàm vt alia opus habeant impugnatione. Cui namq; fiet persuasibile, vt quēpiam Deus compellat contra suam ipsius legem agere? Quinimo cōtra suamipsius sinet voluntatem. Nam lex Dei nō est aliud, quàm signum & norma suæ voluntatis.

Lutheri & Philippi sententia.

Melancthon retractat sententiam.

Primum argumentum.

Peccatum, quid Augu.

At vero si expandere amplius, proferreq; libet disputationem, prima eademq; luculentissima demonstratio aduersus cōmentum hoc ex natura peccati desumitur, quod est dictum vel factum, vel concupitum (vt author est cōtra Faustum lib. 22. Aug.) contra legem Dei. Lex autem Dei, quę regula est nostrarū actionum, idem re est, quod sua voluntas. Siquidē intellectus & voluntas, eadem essentia sunt in Deo. Quare impossibile est, esse aliquid cōtra legem Dei, quin sit contra eius voluntatem. Quinimo propterea est cōtra diuinam voluntatem, quia contra eius regulam. Ex his construitur hoc argumentū. Deus mouet hūc ad peccādum, quin etiam compellit effectiue, vt aiunt, ergo mouet eum, vt faciat cōtra regulā suam, & perinde contra suā volūtatem. Quod autem deus moueat quēpiam cōtra suam voluntatem, repugnantia est manifesta. Nam si mouet & cōpellit, vult ita fieri. Quin accipe repugnantiam alteram. Si Deus vult me hoc facere (quod negare non potest, qui dicit me ab illo cōpelli) hoc est cōforme regulæ suæ (nihil enim vult deus, quod nō sit cōforme suæ regulę) sicut autem manifestū est peccatum non peccatum est contra regulam Dei. Et confirmatur ratione huius argumentū. Propterea Deus cūcta non potest neq; peccare, quia peccare est à regula deficere: quod non potest omnipotens, cum sit ipse sua regula. Veluti si manus scribentis esset regula, & manus pictoris esset ipsa rectitudo, quancūq; lineam duceret, scriberet, & pingeret rectè. Ergo eadē ratione quęcunque Deus mouet efficienter & principaliter, eūdem ducit iuxta regulam & legē suam. Et idcirco contradictio est, quēpiam peccare in eo, quòd à deo actus agit. Potest etiam deduci aliter argumentū. Deus (vt Dionys. ait) omnia in se ordinat, quæ facit tanquā in finē: peccatum verò cū fit, exorbitat ex ordine diuino: ergo tūc nō fit ab eo; licet inde post ipse eliceat bonū. Reuera nisi adeo cōsulto voluissēt theologiam ignorare, quæ ex rerū naturis ratiocinatur, nunquā in hæc præcipitia fuissent collapsi. Intelligerent enim tanta oppositione distare inter id quod Deus facit, siue per se, siue per aliū & peccatū, quanta inter bonū & malum, & inter dilectū Deo, & odio ipsi habitum. Vt enim quicquid deus creauit in rebus naturalibus, vidit quod esset bonū, quia cōsentaneum regulæ suæ, ita quicquid facit in humanis voluntatibus. Vnde cùm Sapiens ita pronuntiasset, diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorū quæ fecisti, neq; enim odiens, aliquid constituisti aut fecisti, postmodum cap. 14. subdit, quod similiter sunt odio Deo impius & impietas eius, significans, ideo peccatum esse odio Deo, quia nō est opus suum. ¶ Secūdum argumentum sumitur ex altera qualitate peccati. Etenim vt virtutis, ita & peccati necessaria cōditio est, vt sit voluntariū. De quo cap. 12. partim dictum est. Atq; hoc eousque verum est, vt nemo vnquam S. Patrum non hanc iudicauerit esse vocem naturæ. Vnde antiquissimus Tertullianus aduersus Martionem lib. 2. Nec boni inquit, nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus, aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate. In hoc & lex constituta est, non excludens, sed probans libertatem de obsequio sponte præstando, vel transgressione spōte committenda. Ita in vtrunq; exitum libertas patuit arbitrij. Et in libro de Iacob, & vita beata. c. 3. Ambrosius sic habet, Non est quod cuiquam nostram adscribamus culpam, nisi nostræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferūtur reluctantibus. Et August. aduersus Fortunatum dispu-

Quare quod est contra Dei legē sit contra eius volūtatem.

Cur Deus peccare nequit.

Confirmatio.

Alia confirmatio. Diony. 4 ca. de diui. no.

Sapien. 11.

Secundū argumentum.

Virtus & peccatū voluntaria. lib. 3 c. 3 et c. 4. eod. lib.

Tertull.

Ambros.

August.

d 5 tatione

tatione secunda. Ego, inquit, dico peccatū non esse, nisi propria volūtate peccetur. Adeò vt in libro de duabus animabus. peccatum definierit,

Peccatum quid Augu.

quòd sit voluntas retinendi vel consequēdi, quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere. Et de vera religione cap. 14. vbi de hoc propriè disputat, ita concludit. Nūc vsq; adeò peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Et hoc quidē ita manifestum est, vt nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est, voluntate committi. Vide quàm cēseat Augustinus sibi esse inuicem contradicentia, peccatum esse vllum, & tamen non voluntarium. Et ne quis illa peccata exciperet, quæ sunt pœna peccati, huius etiam ansam adimit libro primo retract. capit. 15. dicens, quòd quamuis concupiscētia in nobis sit pœna peccati, nihilominus hoc peccatum, quo consentitur concupiscentiæ, nō nisi voluntate committitur.

Lutheranorum euasio.

Sed aiunt, quòd quāuis omne peccatum voluntate committatur, non tamen omne fit liberè. Ecquid autem est voluntate, nisi liberè, & non ex coactione? Nomen enim ignorat, qui ait, fieri posse aliquid voluntate sub propria ratione voluntatis, & tamen in hoc eundem ipsum cogi. Vnde continuò eodem loco Augustinus, vbi ait, Non enim nisi voluntate peccatur, subdit,

Voluntas quid Augu.

Voluntas autem est animi motus, cogente nullo, ad aliquid, vel non admittendum vel adipiscendum. Hæc Aug. Cùm ergo tam sit per se notum, non esse peccatum nisi voluntarium, cōsequens fit manifestè, Deum necessitatem inferre nemini ad peccādum. Aliàs nō erit peccatum.

Tertium argumentum.

¶ Sed tertium adhuc vrgentissimum est argumentum. Nam quòd quis à dæmone vel hoste homine cogeretur ad peccandum, esset quidem nihil peius, quàm contra naturā peccati. Quòd autem à Deo sit huiusmodi coactio, ob nouam causam, verā auersaretur rationem peccati. Nam si peccatum non est, nisi quod fit contra obedientiam Dei, quē Deus constringit, vt quidpiam faciat, quomodo facto suo peccauerit? At perspice quod sibi isti perfugium muniuere, vbi se huiusmodi rationibus obrutos sentiunt.

Lutheranorū cōmentū.

Aiunt (vt est videre apud Bucerum loco citato super Paulum) prę stare in hac quæstione rationi prorsus valedicere, & verbis Domini simpliciter inhærere, vbi legimus, Tradidit illos Deus in desideria, & in reprobum sensum. Nam de hoc, inquit, ait Paul. Tu quis es ô homo, vt respondeas Deo? Et, O altitudo diuitiarum, & cętera. Quoniam inter homines, inquit Bucerus, nemo peccat in eo quod vitare non potest, ideo horret animus Deo tribuere, vt cogat hominem peccare. Sed alia est, inquit, ratio inter homines, alia vero inter nos & Deum.

Contra Bucerum.

Quid Bucere nō exhorrescat animus, Deo impingere, quod est absurdissimum inter homines concedere?

Quod est in homine absurdum, multo absurdius est in Deo.

Audi Augustinum, cōtra monitionem tuam ab homine ad Deum hoc loco arguentem, libr. 83. q. q. 3. Deo authore, aut volente nemo fit deterior: quia nullo homine probo volente, fit alius deterior. Cui ego addiderim, multò esse argumentum de Deo validius. Nanq; si quod coactu humano quis admittit, peccatū nō est, ea ratione, quia non est voluntarium, longè minus peccabit, qui à Deo cogitur, cum non solùm nihil sit inibi libertatis, sed id fiat ex impulsu Dei, contra quem solum peccatur. Vel respondeas precor, si facere id quod Deus præcipit, vel consulit, vel admonet, tam longè est à peccato, vt sit etiam obedientię opus, propterea quòd Deus est causa, vt fiat, vbi nos Deus non solùm iubet aut instigat, verùm efficaci (vt dicitis) impulsu, in nostra nos tradit desideria, quibus non possimus resistere, quæ nā ratio ibi inobedientiæ subesse potest, aut reuera culpæ? Paulus equidem secretissima iudicia Dei dicebat nobis esse inaccessa, nempe quòd vnum prædestinauerit, & dilexerit, alterum verò odio habuerit. Tamen quod peccatum sit illud penitùs, quod est contra legem dei, & quòd libertate peccetur, id & lumine naturali & fidei apertè mōstrauit nobis Deus. Ex quo palàm colligitur, neminem coactu peccare, impendioque minus à Deo quempiam in peccatum adigi.

Quartū argumentum.

¶ At verò, vt quartum præterea argumentum aduersus errorē hunc vestrum intendamus. Nunquid non Deus nobis reuelauit, quòd non sit ipse tentator ad malum? Quid ergo vos ipsum non tentatorem tantùm, sed authorem etiam mali prædicatis? Ecce quid Iacôbus de hac re testatur.

Iacob. 1.

Nemo cùm tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Vnusquisq; verò tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cùm cōceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem. Ecce, inquam, Apostolus, in causis peccati non Deum, at prorsus concupiscentiam & consensionem voluntatis commemorat.

Lutheranorū cauillus.

Sed aiunt isti, neq; nos commemoramus, imò verò dicimus hominem propria voluntate esse causam, quamuis cogatur à Deo. Attamen nihil ad verba Iacobi

cobi respondet. Cauit enim nobis errorem illum, ne mentiremur, Deum esse tentatorē in malum, quia inde palam fieret consequēs deū esse authorem peccati: ergo cùm plus sit cogere, quàm tentare, qui dicunt, Deum nos efficaciter cogere ad peccatum, quo rogo defugiāt, vt non eum necessario faciant authorem peccati? Enimuero Augustinus, quem sibi isti in hac causa suffragari autumāt, lib. 83. q. ex verbis Iacobi elicit irrefragabilem illam sententiam, in quam scholæ omnes theologorū subscribunt, quòd Deo authore aut volente nemo fit deterior. Et expresse de pec. me. libro secundo, capitulo quinto. Ad peccandū, inquit, non adiuuamur à Deo, sed vt iusta omni ex parte agamus. Isti tamen dicunt, quòd non solùm volente & iuuante Deo, sed cogente, deteriores efficimur. Atqui libro de libero arbitrio. c. secūdo ait, quæstione hac, scilicet de causa, vnde malè facimus, se olim fuisse vehementer exercitum, & fatigatum, atque adeò in Manichæos impulsum & coniectum, vt crederet vnum esse primum principium, quod nos cōpelleret ad malum, quoad vsque lux illi effulsit cœlitus, qua cognouit vniuersa nostra peccata, in nostras ipsorū proprias voluntates esse prorsus referēda. Neque verò nescio, quàm isti differant à Manichæis. Nam quod illi tribuebant falso Deo, scilicet, causam esse peccati, isti adscribunt vero. ¶ Tandem (vt istorum mentem quinto argumento perpendamus) aiunt vel propter peccatum Adę, vel propter alia cumulatiora nostra, ita nos à deo ipso cu pidit atibus nostris esse addictos, & in reprobum sensum, & in desideria nostra traditos, vt nō possimus errores euitare, & cupiditatibus obsistere. Quòd si intelligerēt, hoc nos nequire absque auxilio Dei & fauore, qui tamē pręsto nobis est, ac præsentissimus, nihil aliud profiterentur, quàm veritatem catholicam. Sed quia sentiunt, ita nos esse numine desertos, vt necessitate incumbamus erroribus & prauis affectibus, hoc est, quòd nos persistimus fa- cris eloquijs expugnare. Nam nisi in nostra pr situm esset semper voluntate cum promptissimo auxilio dei euitare singula mala, qd est, quod nos commonefacit Paulus, Ne regnet peccatum in nostro mortali corpore, vt obediamus concupiscentijs eius, sed neque exhibeamus mebra nostra arma iniquitatis peccato? Et ne sim omnia percensendo molestissimus, quid libros tres edidit Augustinus de libero arbitrio quibus ostenderet, nec Deum, nec dæmonem, nec vllam prorsus causam nos cogere ad malum, sed vnū quemlibet per propriam voluntatem esse authorem sui malefacti? Ob idq; bona omnia Deo esse adscribenda, mala autem culpæ, soli nostræ voluntati, iuxta illud, Perditio, tua Israel: tantùm in me auxiliū tuū. De quo fermè præterea argumēto scripsit librū de grā & libero arbitrio, vbi nos edoctos cōmonitosq; fecit, veritatem eandem omnibus receptissimā, quòd sola scilicet propria volūtate peccemus. Aliàs frustra esset tā numerosus præceptionū ordo, ne homicidiū, aut furtum faceremus, ne seruiremus cōcupiscentijs. Et, Noli vinici à malo. Et, Nolite fieri sicut equus & mulus. Et, Noli deficere à disciplina domini. Et, Noli negligere legē. Et quibus hoc genus quàm plurimis sacra pagina refertissima. In fine tādē Lutheranos istos cū sanctis Apostolis cōferamus. Ait Iaco. neminē à deo tētari. Addit Paul. neq; permittere nos fidele deū tentari supra vires nostras. Obgāniunt nihilominus Lutherani à Deo nos in peccatū in cogi. Sanctissimus ergo est canō. 6. nostri sancti cōcilij Trideń. sess. 6. Si quis dixerit nō esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed quòd mala opera, ita vt bona, deus operat, nō per missiuè solùm, sed etiam propriè & per se, adeò vt sit eius propriū opus, nō minus proditio Iudę, quàm vocatio Pauli, anathema sit.

Margin notes: Augus. — Vnde Augu. defecerit ad Manichæos — Discrimen inter Luther. & Manich. — Quintū argumentum — Auxilium Dei præsentissimū hominibus est vt legē seruare possint & ideo peccata sunt voluntaria: quia eo adiuti possumus illa fugere. Roma. 6. — Sola voluntate peccatur. Osee. 13. — Scripturæ testimonia. — Collatio Lutheranorum cum Apostolis. — Iacob. 1. — 1. Cor. 10 — Syn. Trid.

De aduersariorum argumentis dissoluendis. CAP. XVIII.



CErnere autem operę pretiū est isto rum lubrica, videlicet, cùm scripturas, tum argutias, quibus in hác fo ucam coniecti sunt. Primum est eis hoc vsurpatissimum argumentum, quo Bucerus etiam loco citato super Paul. vtitur. Ex hoc inquiunt, quòd Deus nō sit efficax nostræ in durationis causa, nostriq; traditionis in desideria mala, consequitur, Deum non esse Deū: hoc est, rerum omniū primā & totā causam. Sua sunt ipsorum verba. Perspice prælectėr vt nouam semper accessionē faciunt ad suum errorē. Non satis habent asserere, Deū nos cogere ad malum, nisi adijciant, quòd ipse est tota causa mali. Nam dicunt, non solùm, esse primam, sed & totam causam omnium quę sunt in rebus. Hac ratione conuulsum funditùs volunt è mentibus hominum philosophiam omnem naturalem ac diuinam. Quod enim solus Deus omnia ex nihilo crearit, nullus est inter Christianos, qui inficias eat. Sed & quòd nulla nunc causarum efficere quicquam possit, sine nutu & influxu Dei, non modò Christiani in confesso habemus, sed & philosophi natura

Margin note: Primū argumentum aduersariorū. Solutio.

Deus cum causis secundis semper operatur.

naturales edocent. Quòd autem (vti isti philosophantur) Deus ita sit tota causa rerum, vt causæ secundę nihil agant, hoc vt scripturæ sacræ contradicit, ita & ordinem tollit vniuersi. Omnes enim causæ suo quæque ordine simul coeunt in eundem effectum. Deus scilicet, vt altissima: cælum, vt suo modo vniuersalis, & tandem gradu suo particulares. Nanque sol & homo generant hominem.

Aristo. 1. Phy.

Habetur enim Gene. 1. Germinet terra herbam virentem, & facientem semen & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. Cuius semen in semet ipso sit super terram. Ecce terra germinat & arbores fructificant, semen habentes perpetuum in semet ipsis.

Gene. 1.

August.

Quare lib. 3. de trin. Aug. Sic Deus inquit, res quas cõdidit, administrat, vt eas suos motus agere sinat. Et lib. 9. de Genesi ad literam, capit. 17. Rationes & virtutes agendi non tantùm in Deo sunt, sed ab illo etiam rebus creatis inditæ sunt & concretæ. Memini me super secundum librum Physicorum. q. 4. permultis egisse aduersus insanam hanc opinionem, quòd causæ secundę nihil agant, sed per se solus Deus ad præsentiam ipsarum. Si enim in suis singulæ naturis non haberent, vt diuersam hanc varietatem effectuum agerent, quam experimur in orbe, cur magis ad præsentiam solis Deus illuminaret, quàm ad præsentiam alius rei cuiuslibet, & ad præsentiam aquę gigneret frigus, quàm præsente igne? Quin vero nisi Deus res vniuersas propter sua cuiusq; officia & opera condidisset, frustra tam numerosam creasset rerum molẽ. Nanque si ipse solus præsente sole, lumina ederet, tantundem faceret absente. Et præterea quid commixtione sexuum opus esset generandis animalibus? quid membrorum tam cõsona diuersitate, nutriendis? quid deniq; oculis ad videndum, & ad audiendum auribus, si Deus solus ita hæc perficit, vt creaturæ nihil faciant? Quòd si res naturales reuera sunt causę suorum operũ & munerũ, cur non etiam sit suorum voluntas? Quanuis vt nihil facit sine generali auxilio Dei, ita neque opus faciat gratiæ absq; speciali. Porrò autem si Deus nõ est ita causa bonorum operum, multo minus est tota, malorum. Quin verò nulla est, præter quam permittens, vti iamiam pergimus commonstrare.

1. Argumẽt.

¶ Nam vnde nos isti vehementius oppugnant, sunt testimonia sacra. Legimus enim ad Rom. 1. quòd tradidit Deus gentes in desideria cordis eorũ, & in reprobum sensum. Esa. 6. Excæca domine cor populi huius, & aures eorum aggraua. Et ad Romanos. 9. Cuius vult miseretur, & quẽ vult indurat. Et Exod. 10. Indurauit dominus cor Pharaonis. Et Matthæ. 6. Ne nos inducas in tentationem: tradere autem, excæcare, aggrauare, indurare, & inducere quandam designat necessitatem.

Tradere, excæcare, indurare, &c.

Quippe quòd Deus immiserit tenebras in corda populi, addixeritq; gentes suis cupiditatibus, à quibus vincerentur, & suggesserit Pharaoni malignitatem in cor. Vnde, Si erit malum in ciuitate quod Deus non fecerit.

Amos. 3.

Patres omnes sancti in enarratione Pauli, verbum, tradidit, interpretãtur, permisit. Et in locis cæteris Deũ dicunt per se & directè neminem inducere ad malum. Est enim regula Fulgentij, theologis celeberrima, quòd Deus non est author eius, cuius est vltor.

Fulgen.

Ex quo fit, vt ideo Deus dicatur excæcare corda, quòd subtrahit lumen gratiæ: & indurare, quòd subducit auxilium, sine quo homo non potest cor in bonum emollire.

Excæcare, indurare.

Lutheranorum euasio.

Hoc interpretamentum isti nostri Lutherani vanum existimant, & elusorium. Quoniam verbum, inquiunt, permittere, non est mitius aut mollius, quàm facere. Nam cùm Deus certo scit nos non posse absque eius lumine & fauore cupiditates nostras superare, & peccata cauere, fit, vt dum has nobis suppetias non mittit, verissimè sit causa peccati nostri. Vnde adhuc consequitur, ait Bucer. omne peccatum pręcipue à Deo esse.

Bucerus.

Et ideo nõ est, cur timeamus affirmare, quòd ipse directè cõpellendo indurat, & immittendo efficacem errorem, excæcat & seducit. Vide quàm palàm fatentur omne peccatum à Deo esse: quòd aures expauescunt. Quid ergo respondeamus? Verè, falsissimum esse, quod aiunt, nihil distare inter permittere & facere.

Permittere.

Vbi hoc consyderatè animaduertendum est, quòd Deum auxilia subducere bifariàm cogitare possumus. Vno modo, quòd in pœnam pręcedentis peccati, ita Deus destituat hominem fauore suo, & subsidio, vt statuerit, quasi prolata sententia, nunquàm ei amplius succurrere, sed fixum apud se habeat, & firmum, illum perpetuò deserere: ita vt per Deum ipsum fiat, vt non ille & à præterita culpa emergat, & noua vitet crimina.

Deum destituere hominem dupliciter intelligitur.

Veluti contraria ratione dum sanctissimam Virginem & Apostolos confirmauit in gratia, statuit nunquam eos sinere, vt caderẽt. Alio modo permittere idem pollet, quod sinere quemq; liberè agere secũdum propriam voluntatem: ita tamen, vt semper sit Deus paratissimus manum porrigere, nisi per hominẽ steterit. Primo modo certo certior sum: quin verò & certissim' credo semper fuisse sanctos doctores qui modò fuerint hoc nomine digni, neminem vnq̃ à Deo fuisse derelictum, suisq;

cupi-

cupiditatibus permissum in hac mortali vita, sed præcise secundo modo. Permittere enim, primo modo, fateor, tantundem fermè pollere, ac si Deus nos directè subigeret prauis nostris cupidinib9, adigeretq; ad malū. Sed absit vt in animum Christianus inducat, ita de illo sentire. Enimuero si Deus ita quempiam auxilio destitueret, cui statuisset nūquam opitulari, quomodo verum esset, quòd Deus vult omnes homines saluos fieri? Nā etsi Augustinus de voluntate id beneplaciti (quam vocant) & consequente alicubi intellexerit, ideoq; distributionem constrinxerit ad genera tātum, id est, quod ex singulis ordinibus & statibus aliquos vult saluos fieri: vel taliter, vt quotquot salui fiunt, voluntate Dei seruentur, tamen est nihilominus authoritas hæc verissima in vniuersum de singulis hominibus, si de voluntate antecedēte intelligatur: vti fermè sancti doctores consonantissimo etiam sensu interpretantur. Vult enim ita in vniuersum omnes & singulos fieri saluos: vt quemadmodum leges omnibus, consilia, & exempla abunde dederit, ita sit omnibus præsentissimus ad ostium pulsans, vt à se nihil omnino desit officij, quin perditissimo etiam cuique opem ferat, nisi per se homo ipse abnuerit. Et hunc intellectum præ se fert Paulus admonens Timotheum, pro omnibus & singulis vt oraret, quia Deus vult, &c. Aliàs non esset communis sol de se illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, qui modò animum non occluserit. Neque verum in vniuersum haberent de omnibus hominibus, voces illę euangelicæ. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et, Pœnitentiam agite. Et, Conuertimini ad me in toto corde vestro. Et Deus non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, &c. Et, Ego ad ostium sum & pulso. Et ne, quæ absq; numero sunt, per omnia discurram9, quomodo esset verum, Impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua? Et vt Augustinus & sancti citant. In quacunque hora ingemuerit peccator, iniquitatū eius amplius non recordabor. Quo maximè verbo nihil significantiùs De9 exprimit, quàm quod sit semper (vt Chrysostomus habet in quadam homilia) parturiens misericordiam suam, & quasi dolo ribus ingemiscens, quòd non amplissimos sinus aperiamus, in quos benigne vberrimos fructus pariat. Atqui quonam pacto fuerit credibile, cum qui sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ita propter aliquam culpā

Primo modo nemo derelictus.

Deus vult oēs homines saluos fieri.

1. Tim. 2.

Scripturæ testimonia.

Chrys.

Ioan. 3.

viscera suæ misericordiæ homini obserare, vt fixum habeat, nūquam eadem tali misero expandere. Reuera longè aliter Petrum vicarium suum instituit Christus, vbi roganti, an septies in die errata lapsis condonaret, respondit. Nō tantùm septies, sed septuagies septies, Et cōfirmatur. Si ita de Deo fas esset opinari liceret homini scelestissimo ambigere, taliter ne esset à deo in perpetuum derelictus. Quapropter neq; esset, cur tantopere reprehenderetur, aut desperatio Iudæ, aut blasphemia illa Cain, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Iam vero cum homo nō plus valeat à culpa sine speciali fauore & ope dei exurgere, q̄ sine pedibus ambulare, aut sine oculis vel lumine videre, non intelligo cur culpæ magis daretur peccatori illi, ita adeò excæcato, aut destituto, non resipiscere, quàm cæco, non videre: aut compedito, non ambulare. Licet esset pœna commissæ culpæ. Hoc quippe ab illis qui in infernū detrusi sunt, distamus in hac vita, quòd dum viuimus, viatores sumus, ratio autē viæ, hæc est, vt nemo sit ita firmatus in gratia, cui (præter priuilegium) non immineat periculum decidendi, neq; sit vllus à Deo ita longè abalienatus, cui non sit paratissimum suppetias ire, nisi culpa sua gratiā respuerit. Alioqui intelligibile nō est, quomodo id quod homo ille derelictus faceret, esset peccatū, noua pœna dignum. Lex enim inferni est, vt sint prorsus neq; illi à Deo deserti, & abiecti, ob idq; irreparabili obstinatione in perenni odio Dei persistāt. Sed quia ita sunt destituti, vt non habeant mutandæ mētis possibilitatem, nō cōmerētur odio illo noua supplicia. At verò in hac nostræ peregrinationis & militiæ vita haud secus contemplari Deum condecet, q̄ veluti patentissimū solem fores cordium vniuersaliter omniū irradiātē, & spiritū iugiter adspirantē, & quo se insinuet, aperire gestientē. Nos autē sumus, qui ferreā molem prauitatis nostræ obijcimus. Et ideo, vt ipse est, qui nostræ nos libertati permittit, ita nos quoq; sumus, qui non ipsum intrare permittimus. Nam cùm assensus noster effectus etiam sit ipsius, vt ca. 16. dicebamus, nō aliter ipse aperit, quàm si nos ad eundem assensum cooperātes cooperiamus. Quò ergo ad rē eū Lutheranis reuertamur, negamus nihil distare inter illud, quod est Deum quicquam permittere, & hoc, quod est, intenta actione facere. Hoc enim dicit veram & propriam causam: quæ respectu peccati, Deus esse non potest. Permittere autem, & sinere & pati vnumquenq; agere vt libitum est animo suo: Neq;

Matt. 18.

Gene 4.

Inferni lex & viæ.

Cur dānati nō merētur noua supplicia quāquā perēne odiū gerant aduersus Deū: pari proportion e statuit de beatorū operibus. li. 3. cap 7.

Respōdetur Lutheranis.

verò eodem istud recidit, acsi faceret. Quoniã Deus tanquam author naturæ, liberum homi nem libere agere permittit. Ob idq; ita statuit nostram salutem operari, vt in nostro colloca ret arbitrio, si suo vti velim,⁹ beneficio. Et ideò quòd nos conuertat, sua est gratia: quòd verò perditum nos ire sinat: in causa & culpa est vo luntas nostra. ¶ Quòd si nos isti pressius obtū dere pergant: vrgentes vocibus, tradere, indurare, & reliqua, quæ aliud latinè significant, quàm permittere: Deus autem nō dicitur nos tãtùm permittere in desideria nostra, & in du ritiam cordis, sed verè tradere, & indurare, & inducere in tentationem, respondetur secundum S. Tho. 1. 2. q. 79. quòd cùm Deus sit lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, veluti planeta solis, vniuersalis est perennisq; fons corporei luminis, differt tamen, quod sol lucet necessitate naturæ, Deus autem ratione & iudicio. Ob idq; vbi au la occlusa fenestra, priuatur lumine, eiusmodi tenebrarũ, sol nullo modo est causa, sed obex clausura fenestræ. Cùm autem Deus, seu lumē cognitionis, seu fauorem gratiæ subtrahit, licet causa directa sit, conuersio hominis ad ma lum, qua Deum à se auertit, tamen quia Deus prudens & sciens permittit hominem arbitrio suo, subtractio illa gratiæ, qua mens illuminatur ad rectè videndum, & cor emollitur ad rectè videndum, dicitur excæcatio, & obduratio, & aggrauatio. Quæ quidem distinguuntur cō paratione ad effectus gratiæ. Sunt enim orga na duo & sensus ad comparandum scientiam: nempe visus, inseruiens inuentioni, & auditus disciplinæ. Excæcare refertur ad primum, aggrauare, ad alterum: atq; indurare, ad effectū. Veruntamen subdiderim, neque abs re fortè, quod latiùs pateat permittere, quàm alia. Vt omnis induratio sit permissio, non tamen cō uertantur. Permittitur enim homo cadere in primum peccatum, at non ita propriè dicitur indurari, aut excæcari, aut aggrauari, quoadusque longa catena malorum in profundum pertraxerit miserum. Tunc enim & cæcus & surdus, & lapis vtique fit, ad auxilia diuina. Vnde Paul. vbi retulit priscos illos gentium commutasse gloriam Dei, cum similitudine volucrum, & serpentum, quia prima erat impietas, non dixit eos tunc tradi: tametsi permisisi id commiserunt. Sed cùm deinceps carnalibus se desiderijs per abrupta flagitiorum decliues præcipitabant, tunc significanter ait, eos traditos esse in desideria cordis ipsorum: id est, cordis, quod nō Deus abs se, at illi priùs ab ipso alienum fecerant. ¶ Tertium istorum

Induratio.
S. Thom. Ioan. 1.
Quomodo verbū indurandi accōmodetur Deo.
Duo sensus scientiæ.
Differt inter permittere & obdurare.
Rom. 1.
Ad. 3. argu.

argumentum est, quod Augu. aduersus Iulianum lib. 5. & in de gra. & libero arbit. cap. 20. & expressius. 21. inter explicandum quomodo peccatum subsequens, in pœnam præcedē tis quandoque permittatur, testimonijs compluribus sacræ paginæ asseuerare perseuerat, quod Deus aliquãdo inclinet homines ad malum. Inter quæ commemorat illud Pauli, Tra didit eos Deus in desideria cordis eorum. Qui bus percensitis circa finem eiusdem cap. 21. du riuscula concludit hæc verba. His & talibus testimonijs diuinorum eloquiorum satis, quan tum existimo, manifestatur, operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum vo luntates quocunq; voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum: iudicio vtique suo aliquando aperto, ali quando occulto, semper autem iusto. Ad hoc autem vt respondeamus, considera primum oculate lector, quàm sit asperius verbum illo rum, quàm hoc Augustini. Quod enim hic di xit, Deus inclinat, illi aiunt, Deus cogit. Sed præterea ex diuersa natura boni, & mali, nisi essent cæci, diuersam esse rationem in Deo inclinandi ad bonum, & inclinandi ad malum, facile fuissent venati. Cùm enim bona vniuer sa in Deum ipsum, qui summa bonitas est, sua pte natura referantur, inclinatio Dei ad bonū intentionem eius, nomenque designat, vt id ipsum fiat. At cùm malum culpæ, deuiatio quædam sit liberi arbitrij nostri à lege Dei, secundum inclinationem propriæ cupiditatis, idem pollet, Deum inclinare nos ad malum, quod nostræ nos propriæ inclinationi permit tere. Id quod August. ipse, optimus sui interpres, crebrò explicatissimeque agnouit. Etenim in epi. ad Sixtum, quæ est. 105. sic ait. Non Deus obdurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiam. Vnde Apost. Rom. 9. misericordiam appellat, gratiæ appositionem, indurationem verò, gratiæ priuationem. Et ad Simplicianum. Non intelligendū est, inquit, quòd Deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat: sed tamen quibusdam peccatoribus misericordiã iustificationis suæ non largitur: & ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur: non quia vi impel lat, vt peccēt. Et in lib. de essentia diuinitatis. Indurare, inquit, dicitur Deus quorũdam ma lorum corda: sicut de Pharaone scriptum est. Non quòd omnipotens Deus per potentiam suam corda eorum induret, quod est impiũ ita credere: sed exigentibus eorum culpis, cum du ritiam cordis, quam ipsi sibi mala perpetrando nutriunt, nō aufert, quasi eos induret. quia iusto.

August.
Responsio.
Quomodo Deus nos inclinet ad malum.
August.
Aug. explicat quid sit indurare. Misericordia. Induratio.

iusto iudicio indurari sinit. Quid apertius? ¶ Augusti. autem Chryso. Amb.atq; omnes Patres consentiunt, super illud Pauli Roma.1. Tradidit eos Deus,&c. Quocirca gratis profectò doctissimus alias Roffensis art.36.elargitus est Luthero, quòd Deus ita nonnullos deserat, vt resipiscere nequeāt. (Roffen. notatus.) Est enim (vt citra iniuriam dixerim grauissimi viri) considera- tior sententia S.Tho.3.q.86.asserentis, erroneum esse, quòd aliquod sit peccatum, de quo homo pœnitere nō posit. (S.Thom.) Vbi ad illud, de Antiocho, Orabat scelestus Deum, à quo nō esset misericordiā consecuturus, respondet, causam fuisse, quoniam non habebat veram pœnitentiam propter Deum, sed propter infirmitatē, quam patiebatur. (2.Macha.9.) Idemq; agnouit Hier. in illo verbo Amos, Super trib⁹ sceleribus Moab,& super quarto nō exaudiā eum: nempè quòd sola impœnitentia est in causa, cur Deus iniquis non parcat. (Hierony. Amos.1.) Quòd si cui animus est, rem hanc planissimè expositam intueri, consulat Origenem lib.3.de princ. in aureo illo capite de libertate arbitrij. (Origen.) Negabant enim illi, contra quos illic disputat, perinde atque isti, solo nos libero arbitrio peccare, innixi loco illi de induratione Pharaonis. Eos autem acerrimè reuincit Orige. quòd si Deus ita indurauit cor illud miserum, auxiliumq; denegauit, vt non esset ipse paratus illud emolliri: etiā si Pharao consensisset, certè Deus ipse fuisset causa perditionis eius, neque meritò culparet eum, dicens. Tu autem quoniā non vis dimittere populum, ecce percutiā primitiua Aegypti. Consyderatè adnotauit verbum Origen. quoniam non vis. Vnde consyderatissimè subdit, quòd Deus non aliter indurat corda, quàm patienter nos tolerando. (Induratióis propria expositio.) Neq; verò opus est Origenis testimonio, vbi Paul. tanta vtitur euidentia: (Roma.2.) An diuitias, inquit, bonitatis eius ac patientię & longanimitatis contēnis, ignorans quia benignitas Dei ad pœnitētiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ. A benignitate ergo, qua Deus nos intendit lenire & allicere, occasionem nos nanciscimur, vt indurescam⁹ pertinacius. Atq; adeò (inquit Orige.) indurare dicitur nos Deus tropo tali sermonis, quali herus, dum quo benignior in seruum est,& clementior, insolentior ipse & improbior efficitur, dicere potest. (Orig. similitudo.) Ego te talem feci, ego te perdidi: patiētia mea insolentiæ tuæ causa extitit. Hac enim figura aiunt illi apud Esaiam, Quare errare nos fecisti domine de vijs tuis? Indurasti cor nostrū ne timeremus te. (Esaię.63.) Conuertere propter seruos tuos. Deum enim tali ratione ad seipsos vt cōuerteretur, precabantur, ne amplius illis indulgeret (quod illis erat occasio in malum) sed flagellaret eos potiùs: quoniam, quem diligit Dominus, corripit. (Hebræ.12.) Et hoc idem cōpertissimū habemus in historia Pharaonis. (Pharao.) Idcirco enim Deus nō statim filios Aegyptiorum occidit, & in mare demersit parentes: qa nolebat mortem peccatoris, sed vt magis conuerteretur,& viueret. Ob idq; veluti imbribus terram, ita & plagis leuioribus irrigabat cor Pharaonis, vt mitesceret, emollireturque ad pœnitentiam. Quinimò nonnihil rex ille nequam profecerat flagellis illis quādo dicebat. Iter trium dierum ite: non tamen satis erat emendatus: quā doquidem prohibebat, dicens, Ne longe abeatis,& vxores vestras relinquite,&c. Hoc tamē in historia Pharaonis agnouerim, quòd induratio illa peculiarem habuit rationem in diuina prouidentia. (Pharaonis induratio propriū hoc habuit vt esset ex peculiari puidētia dei) Nempe vt iudicia illa diuinæ maiestatis Hebræorum animos ad timorem, amoremq; Dei erigerēt. Colligamus ergo ex his omnibus, obstinatam duritiem cruditatēque nostram, non à Deo esse intentam, sed nostram ipsorum potiùs voluntatem, patientia Dei abutentium in causa illius esse. Vt enim eadem pluuia in altera terra pretiosas progignit herbas, in altera verò, spinas & tribulos: (Simile.) & sicut eodem sole cera liquescit, lutum autē exiccatur, ita eadem benignitas, & patientia Dei, quæ suapte natura vniuersos ad pœnitentiam inuitat, alios perducit, alios verò maioris est occasio obduratiōis. Porrò verò quo sententia Augu. à quo isti auxilia deposcūt, postrema sit omnium confirmatio. (August.) Audiam⁹ eum in libro de prædestina.& grat. capit.14. An fortè, inquit, si piè de Deo, sicut expedit sentiamus, etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus? Patientia enim Dei valere ei debuit ad salutem. Et capit.15. conferens Pharaonem cum Nabuchodonosor, quòd quantum ad naturam, ambo homines erant: quantum ad dignitatem, ambo reges: quantum ad causam, ambo captiuum populum Dei possidentes: quātum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. (Nabuchodonosor.) Quid ergo, inquit, fines eorum fecit esse diuersos, nisi quòd vnus manū Dei sentiens, in recordatione ppriæ iniquitatis ingemuit: alter libero cōtra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio. Ite Lutherani. Citate Augustinum dicentem, quòd Deus homines inclinat ad malum. Nos autē post tot tum scripturarum elogia, tum probatissimorum Patrum, etiam Augustini, monumenta cauebimus Deum infamare, qui nobis

sit

sit causa peccandi. Tantum abest, vt vel suspicemur ei⁹ coactu, aut certè appulsu nostris cupiditatibus addici.

Quomodo Deus est causa peccati.

¶ Haud equidem diffitentur theologi, entitatis (ita vocant) quæ est peccatum, Deum esse causam: eo efficientiæ genere, quo cuncta & animātia & inanima ad suas naturales actiones permouet. Non tamen inde statim conficitur, causam esse peccati, qua parte deflectitur à lege & voluntate Dei. Et quanuis permulti sint, quibus non sit explicatu facile, quomodo in odio Dei, quod internā habet & indiuisam malignitatē, possit Deus causa esse entitatis, culpæ verò non item, non tamen est ita intellectu difficile. Quādo enim Patres (imò scriptura canonica) negant Deū esse causam peccati, non ad illum vniuersalem influxū spectant. Ille enim vt ca. 2. explicuim⁹ inter causas naturales censetur.

Quomodo Deus nō sit causa peccati.

Et ideo sicut Deus non dicitur causa homicidij, quia dedit homini manus & oculos (sicuti neq; faber qui bona intentione fecit gladium) ita neq; ex eo quòd auxilium præbet homini vniuersale, eo modo quo præbet belluæ, ditur causa peccati.

Causa in moralibus.

Quoniam in moralibus ille prorsus est verè, iudicaturq; causa, qui lege, ope, consilio, fauore, vel persuasu mouet quempiam, siue ad bonū, siue ad malum. Atqui his modis & rationibus, vniuersos Deus mouet ad bonū & honestū, neminem autem ad malum.

Simile.

Quibus rationibus mouet nos Deus ad bonū.

Imò verò vti dum claudus ambulat, homo est causa ambulationis, quòd tamen malè & incommodè gradiatur, in detortam tibiam penitus reijcitur: atq; dum optimus scribendi artifex, siue incommodo calamo, siue in mala papyro scribit, ipse quidem est causa scripturæ, malitia verò characteris refertur vel in calamum vel in papyrum: ita prorsus dum quis delinquit, Deus quidem cum homine est causa actionis, quatenus res quędam est, quòd autem à lege declinet, soli imputatur libero arbitrio. Et hæc de libero arbitrio satis hic. Nam præterquam, quòd (vt præfati sumus) non omnia hic persequi statuimus, multa quoque addenda sunt in subsequētibus libris, inter disserendum de dispositionibus, & de operibus.

Quidnam possit homo per liberum arbitrium quandiu est in peccato. Cap. 19.

POstea quàm sex illa de peccato originali proposita expediuimus: porrò an transeat in omnes, quæ nam causa illius, quid sit, & quomodo traducatur, quæ sit eius pœna ac deniq; effectus, subsequitur euestigiò, vt perscrutemur quidnam homo, quandiu in miserando peccati stercore sordet, efficere libertate sua valeat. Et est quæstio biformis. Prima scilicet, vtrum omnia opera liberi arbitrij: siue in infideli, siue in recidiuo christiano, sint peccata.

Quæstio duplex.

Altera verò, vtrùm absq; auxilio gratiæ, solo generali influxu Dei possit homo per sua naturalia opus vllum facere, quod sit genere, seu (quod aiunt) moraliter, bonum. Neq; vero vna est: sed duæ ac diuersæ quæstiones. Prioris nanq; affirmationem in nullo vnquam ex catholicis offendi.

Grego. Arimi, defensus à calumnia.

Nam etsi quosdam videam Gregorio Ariminensi eam notam inurere, attamen hoc solùm ille adstruit, quòd nemo citra speciale auxilium valet vel minimum præstare opus bonum morale. Censet tamen eum qui est in peccato, imò & eum qui foris est extra fidem, auxilium eiusmodi suscipere, quò bene agat moraliter: quanuis non cōuertatur: vti se ipse proculdubio exponit, inter soluendum quoddam nouum argumentum.

Lutheranorum error.

Verùm Lutherani sunt, qui aceruo suorum errorum hunc etiam apponunt: vti cap. 11. in textura suorum dogmatū cōmonstrauimus. Quippe ex eo quòd omnia opera peccatoris dimanant à vitiata cōcupiscentia, quæ est in illis peccatū, omnia delictoris opera damnant, vt peccata.

Dictū Lutheranorum. Augustana confessio.

Vnde in Apologia confessionis Augustanæ sic habēt. Falsum est & hoc, & contumeliosum in Christum, quòd non peccent homines facientes præcepta Dei sine gratia. Et paulò inferius. Verè peccant homines, etiam cum honesta opera faciunt sine spiritu sancto, quia faciunt ea impio corde: iuxta illud, Quicquid non est ex fide, peccatum est.

Rom. 14.

Profectò si natura humana figmentū esset cacodæmonis, non peius de illa isti obloquerentur. Quod ergo indubitata veritas vnusq; theologorum animus contra edocet, subijciam.

Veritas rei, in hac quęstione recepta à theologis.

Primum omnium constitutissimum omnibus est, nullū peccatoris opus meritum esse dignum, siue gratia Dei, siue vita æterna. Esset enim Pelagianus, qui secus sentiret. Statuitur deinde in vniuersum de omni illo qui est in peccato, seu infidelis sit, seu fidelis, quòd non omnia eius opera sunt peccata: at illa tantùm, quæ vel genere suo sunt mala: vti fornicatio, homicidium, & cætera opera carnis: vel si bona sint ex obiecto, polluuntur tamen vel à fine, vel ab aliqua circūstante qualitate. Ex quo fit consequens, inter opus Deo acceptum ad vitam ęternam, & illud quod est peccatum, medium interstare opus morale, id est, conforme rationi naturali. De quo cap. proximo latiùs.

S.Thom.

Vnde. 2.2. q. 10. S. Thom. vbi percontatur, vtrū omnia opera infidelū sint peccata, respōdet, quòd etsi omni opere, quod

ex infidelitate agunt, peccent (sanè dum deos suos colunt, legiue obsequuntur suæ) tamē dū opera bona faciunt, ad quæ inclinat, sufficitque bonum naturæ, non est necessariū, vt peccent. Atqui conclusio hæc præ se fert manifestam veritatē, cui naturali sensu adhæreat humanus animus. Quis enim adeò sinistrè sentiat de natura humana, vt propterea quòd persona quælibet sit extra gratiam dei, quodcunque opus agat, sit recens peccatum, quo inimicitia ingrauescat? Licet enim hoc ex conuictu hominum conijcere, vbi notum est, nō omne opus illius, qui inimicitias exercet, ex odio id fieri inimici. Igitur dum homo, laborans aliàs vitio aliquo, vescitur licitis, non alio peiori animo, quàm vt viuat: laborat, vt alat familiam: cōmiseretur fratris: erogat egenis, obedit parētibus, & maioribus: quod si persona publica est, iustitiam custodit, tuetur rempublicam, & id genus operum quodlibet facit, neque ex odio dei, neque vllo obliquo proposito, aut sinistra circunstantia, sed quando & vbi oportet, quidnam rogo est, vnde opera huiusmodi defœdentur, vt sint peccata? Sed ais propter concupiscentiam carnis. Hanc autem iam satis demonstrauimus in renatis nullam habere rationem culpæ. At saltem in infidelibus dixeris causam esse, vt omnia ipsorum opera sint peccata. Ita enim aiunt quidā, tum catholici, tum aliàs docti, sustinētes opinionē Gregorij. Aiunt inquam, omnia opera quæ fiunt sine auxilio speciali, esse peccata. Nō quidem noua culpa, sed participatiōe originalis, quod vniuersa cōmaculat. Hoc tamen commētum in primis non habet locum in homine iā christiano, vbi nullum est originale. Sed neque in infideli. Quoniam vnum peccatum nūquam opus aliud inficit, nisi quando fit ex intentione eiusdem peccati. Vt cùm quis, intēdens homicidium, exacuit ferrum, vel intentione fallendi, incūbit literis. Cùm ergo originale peccatum non sit actuale, quomodo opera subsequentia ita polluat, vt sint absq; alia mala voluntate actualia peccata? Et præsertim illa opera quæ non oriuntur ex inclinatione carnis, sed ex intentione boni & honesti: qualia modò referebamus. Quocirca peruersa est interpretatio illius loci Ioan. Quod natum est ex carne caro est, ad suadendum omne opus peccatoris esse peccatum: quia nō omne illud nascitur ex amore carnis. Et peruersissima, illius, Arbor mala nō pôt bonos fructus facere: qa nomine arboris intentio operis venit: iuxta illud, Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuū lucidum erit. Et tamen nō est consequens, vt qui in peccato est, omnia faciat mala intentione. Sed istas & tales authoritates fusiùs lib. 3. explicabimus, inter disputandum de operibus iusti. Sed adiungitur confirmatio ad eandem conclusionem ex diffinitione peccati. Est enim peccatum, doctore contra Faustum Augustino, dictum, vel factum, vel concupitum cōtra legē Dei. Cùm autem ille qui est in peccato patrocinatur (verbi gratia) pupillo, eo dūtaxat, quòd est opus honestum, nihil tunc facit contra legem dei: cur ergo imputabitur culpæ? Et præterea si omnia opera iacentis in peccato, peccata essent noua, adeoq; noui supplicij merita, vix possemus animo comprehendere, quantum pœnarum penderet in inferno, quicunque in minimo peccato mortali permansisset longo tempore. Nam si dormit, si vigilat, si comedit, si ambulat: denique quiduis gerat negotij, peccatum est apud istos. ¶ Adde rationem illam, quā capite quarto formabamus. Porrò homo animal est rationale, qui ideo suapte natura efficere opus velat secundum rationem: atqui per peccatū tantummodò sumus supranaturali dono expoliati, & in puris naturalibus nudi relicti: possumus ergo naturali vigore rationis, cum vniuersali dei influxu opera præstare, quę sint rationi cōsentanea, atque adeò vtcunque bona: nimirum quæ finem nō exuperent naturalis honestatis. Id quod à nostris aduersarijs, si quæ ipsi concedunt penitiùs perspexerint, facilè extorquebimus. Fatentur nanque, eas nobis vires libertatis post lapsū suppetere, vt valeamus (quod ait libro. 3. Hypo. August.) agros colere, plantare vineas, conuersari cum amicis, & cætera. Et pręterea confitentur quādam (quam inficias ire nequeunt) naturalem iustitiam, quam appellant rationis, quę posita est in vsu rerū secūdum rationem. Quam dicunt cognitam fuisse philosophis. Ita habent in confessione Augustana, & reliquis colloquiis. Quin etiam in Apologia Melancthon libenter huic iustitiæ tribuit suas laudes, probans sententiam Aristotelis quinto Ethicor. quod neq; Hesperus, neq; Lucifer pulchrior est quàm iustitia. Ac denique aiunt iustitiam hanc à deo ornari corporalibus præmijs, licèt non sit meritum iustificationis. Si ergo naturales virtutes dignæ sunt qualicunque illa laude, exiguaq; mercede temporanea apud deū, cur peccati charactere subnotentur, si tamen nulla vanæ gloriæ intentione fiant? At quod huc forsan quispiam ex Augustino lib. 5. de ciuitate Dei, accerseret Romanorum exēplū, vt qui rebus clarè gestis digni videntur censeri ab

Infidelium peccata & bona.

Argu. primum.

Cauillatio.

Catholici putant verā esse opinio. Greg. Arimin. de auxilio spāli ratione orig. culpæ.

Refellitur ea sententia.

Ioan. 3.

Cōfirmatio argumenti.

Peccatū qd.

2. Argum.

Argu. ex dictis aduersariorum.

Naturalis iustitia quā cōcedunt Lutherani.

Eius merita.

August. de ciui. dei. de Romanorū virtutibus et eorum præmio.

seri ab Augustino, quorũ deus secularia imperia tam late augeret & amplificaret, illud ego exemplum perparum ad rem conducere existimo, sanè qui nũquam Augustinum ita potui intelligere, vt Romanorum virtutes arbitraretur verè dignas fuisse illo præmio. Quas siquidem exercebant, vt ipse ibidem fatetur, ad aucupandam gloriam mundi, atque adeò neq; culpa carebant. Sed ait, quòd deus permisit illis potiri mercede, quam intendebant: sicuti de hypocritis ait Christus, Receperunt mercedem suam. Nam & hac authoritate vtitur illic idem ipse. Porrò autem maioris est impræsentiarum momenti testimonium eiusdem Augustini de spirit. & liter. capit. 28. vbi ait. Nihil prosunt impio aliqua bona opera, si ne quibus difficillimè vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. Ecce confitetur bona opera impij, quæ tamen nihil ad vitam æternam prosunt. Quare illud quod ex tertio capitulo eiusdem libri citauimus supra: scilicet liberum arbitrium nihil valere nisi ad peccandum, si lateat veritatis via, de vtroq; lumine, diuerso tamen modo, intelligendum est. Nimirũ, quòd sine lumine naturali nullum fieri valet opus moraliter bonum: neq; sine lumine fidei, meritorium æternæ vitæ. ¶ Sed age testimonia sacræ scripturę perpẽdamus, an inde fulciri possit veritas nostra. Ad remissionẽ peccatorum necessaria est pœnitentia, quam post præcursorem clamantem in deserto, Christus ipse, cum prædicauit, tum etiã in vniuersum mũdum prædicatum dimisit apostolos: ad dolorem autem excitãdum, veramq́ue erratorum detestationem, q̃ plurimũ conducit meditatio gehennæ, memoriaq́ue iudicij illius, ira & furore pleni. Vnde Ioannes, Progenies viperarum, quis vos demonstrauit fugere à ventura ira? Et seruator noster vehementer nos perterrefacit signis illis exhorrendis, quæ dabunt tunc sol & luna: adeò vt arescant homines præ timore. Et alibi, Nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed eum potius timete, qui potest & animã & corpus perdere in gehennam. Quibus omnibus persuasi quoq; Lutherani, iam sunt compulsi concedere terrores pauoresq́ue conscientiarũ necessarios esse vt à peccatis emersi homines ad diuinam misericordiam perfugiant. Expostulauerim ergo libenter cum eis, num metus gehennæ & iræ dei, quæ, authore Paulo, per fidẽ reuelatur de cælo, peccatum sit? Non credo, hoc dabũt vnquam nobis. Quo enim nos metu Christus ipse inducit, vt timeamus, quisnam eum metum, peccatum dixerit? metus autem ille non est quo gratiam cum deo valeamus inire: est ergo opus aliquod extra gratiam, quod culpa vacat. De quo reuera scriptum est, Initium sapientiæ timor Domini. Non enim verbum hoc de timore filiali enunciatur: sanè qui non initium, sed consummata est sapientia. Ergo si timor seruilis initium est sapientiæ, non parum vtilis est: adeò non est peccatum. Neque huic vlla ratione aduersatur, quod secundum apostolum Ioannem, perfecta charitas foras mittit timorem. Haud enim ait, quòd quiuis gradus charitatis auersetur timorem, sed perfecta tantùm. Neq; illa foras timorem pellit, quasi contrarium malum, sed tanquam imbecillum bonum, & imperfectum. Id quod pulcherrima comparatione exposuit August. in filo sutoris & seta: de quo libro. 2. Est tãdem argumentum, quòd illos, qui in peccatorum sordibus agunt, admonemus, & quidem saluberrimè, vt eleemosynis erogandis, assiduis orationibus, & id genus officijs assuefeant. Quemadmodum ait Augustin. Si non es tractus, ora vt traharis. Quod reuera nunquàm faceremus, nisi talia opera culpæ immunia essent, tametsi extra gratiam Dei fiant. At verò insinuamur iam in materiam de dispositione ad gratiam, quam ne exenteremus, satis hæc sunt in pręsentia. Reliqua enim lib. altero sunt adiecta. Est ergo error asseuerare, omnia opera ante iustificationem esse peccata, isq́ue meritò in nostra Tridentina synodo condemnatus, can. 7. Cuius verba sunt. Si quis dixent, opera omnia, quæ ante iustificationem fiunt, quacunq; ratione facta sint, verè esse peccata &c. anathema sit. Et cano. 8. Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolẽdo confugimus, vel à peccato abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Neq; verò est quod ad diluenda aduersariorum argumenta integrũ hic debeamus capitulũ adhibere. eisdem enim ferme vtuntur ad persuadẽdum sibi omnia opera antecedentia gratiam, peccata esse: atq; omnia etiã subsequentia. Quocirca vbi lib. 3. tractandum nobis est de valore operũ iustificati hominis, illic cuncta dissoluent. Audi tamẽ interim prudẽs lector, post illa recitata verba in pr̃fata Apologia. Porrò quòd omnes homines peccent, cum honesta opera sine spiritu sancto, & diuina præcepta sine gratia faciunt, audi inquã expendeq; neruum causæ. Huius, inquiunt, nostræ sententiæ testimonia habemus, non solùm in scripturis, sed etiã ex Patribus. Nam Aug. copiosissimè

Math. 8.

De spirit. & lit.

Testimonia scripturæ.

Math. 3.

Math. 4.

Act. 2.

Math. 3.

Math. 10.

Retractant Lutherani sniam de vtilitate metus gehẽnæ.

Roma. 1.

Sed nihil ad rem.

Metus gehẽnæ & iræ dei donũ qd præstet hõi,

Trid. sess. 6. c. 6 Can 8. vide li. 2. c. 14.

Eccle. 1.

Timor seruilis donũ dei

Tho. 3 p. q. 85. ar. 5. ad 3. id probat

Deu 5. quis det illos talẽ habere mẽtẽ vt timeant me.

Ioan 4.

August.

4. Argum.

August.

Lutheranis enim tenemur adimplere præcepta ex dilectione dei. lib. 3. c. 3.

Syno. Trid. Error est asserere oia opera nostra ante gratiã esse peccata.

Lutheranorum verba.

ſiſsime diſputat contra Pelagianos, gratiam
non dari propter merita noſtra. Et de natura
& gratia, inquit. Si poſsibilitas naturalis per
liberum arbitrium, & ad cognoſcendum quo
modò viuere debeat,& ad bene viuendum ſuf
ficit, ſibi ergo Chriſtus gratis mortuus eſt,Er
go euacuatum eſt ſcandalum crucis.Cur non

Philippi exclama. vide lib.2.c.20.

etiam ego (inquit Melancthon) hic excla-
mem?Imò exclamabo,& iſtos increpabo do
lore chriſtiano.Euacuati eſtis à Chriſto, qui à
natura iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Igno-
rantes enim iuſtitiam dei, & veſtram volentes
conſtituere,iuſtitiæ dei non eſtis ſubiecti.Iſtis
inclamationibus incantant populos ſuos.Sed
vnde, rogo, locus ille? Gratia non datur ſecun
dum merita noſtra, ergo omnia opera, quæ
fiunt extra gratiam, peccata ſunt. Non ſatis
habetis, artificialem dialecticam à veſtris ſcho
lis relegaſſe, niſi & naturalem diſsimuletis?
Quem vnquàm ex noſtris legiſtis, qui dicat
gratiam ſecundum merita noſtra dari? Nam
etſi quidam meritum de congruo nominent,
quam vocem, vt libr.2.videbimus,neque alij,
neque ego ſatis probo:nemo tamen conſti-
tuit rationem aliquam iuſtitię in operibus no
ſtris reſpectu gratiæ Dei.Sed tamē opera me
dia ſtatuimus,quæ vt nullo modo ſint merita
gratiæ, ita neq; ſunt continuò peccata,ſed bo
na (quod aiunt) ſecundum quid, id eſt, bona
ex genere, ſeu bona moraliter: iuxta ſenten-
tiam Auguſt. citatam de ſpirit. & lit.cap.28.

Eſai.64.

Quod autem adferunt ex Eſaiæ vaticinio,Fa-
cti ſumus immundi omnes, & quaſi pannus
menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, ad me
moratum capitulū lib.3.pertinet,de operibus
quæ fiunt in gratia.Et quod adijciunt ex euā

Ioan.15.

gelio Ioānis,Si quis in me nō manſerit, mitte
tur foras ſicut palmes & areſcet,ad capitulum
de diſpoſitione ad gratiam. Id autem propriè
hic contra nos facere videtur,quod eſt ad Ro

Roma.14. Quod non eſt ex fide, peccatū eſt. S.Thom.

ma.Omne quod nō eſt ex fide peccatum eſt.
Vnde aduerſarij colligunt,omnia opera agen
tis in peccato,peccata eſſe.At verò ſi aliquid
locus hic habet momenti,de operibus dunta-
xat infidelium eſt.Id tamē S.Tho.q.citata.2.
2.exponit de ipſorum operibus, quæ faciunt
ex infidelitate. Vt tātū valeat,Nō ex fide,quā

1.2.q6.19 art.5.argu. Sed cōtra.et Dur.2.ſen. d.39.q.5.

tum,contra veram ex falſa fide.Tāetſi alibi i-
pſe,& plerique multi intelligant perinde eſſe,
Nō ex fide,ac ſi dictū eſſet cōtra cōſcientiam:
qui profectò ſenſus genuin⁹ eſſe videtur illius
loci.Præmittit illic enim Paul.Qui autē diſcer
nit,id eſt,iudicat (ſcilicet cibum talem nō eſſe
licitum) ſi mādūcauerit dānatus eſt,quia non
ex fide:hoc eſt,facit quod iudicat nō licere.

*Vtrū abſq; auxilio ſpeciali gratiæ poſ-
ſit homo vlla ex parte bene agere mora
liter.* CAP. XX.

HOC autem loco aduerſus Luthe-
ranos conſtituto,eueſtigio ſubſe-
quitur,vt cum nōnullis catholicis
expoſtulemus,vtrum poſsit homo dum eſt
in peccato, ſolo generali Dei influxu, abſq;
ſpeciali auxilio gratiæ, opus aliquod vtcun-

Opus moraliter bonum quid.

que honeſtum (quod vocant moraliter bo-
num) agere.Eſt enim opus moraliter bonum
(vt nomen ab ſcholis recipiamus) illud quod
eo eſt honeſto fine naturali intentum, ac cir-
cunſtantijs veſtitum,vt cùm non ſit gratiæ a-
pud deum & glorię meritum,nullum ſit tamē
peccatum, ſed infra lineam naturalem,ſtudio
ſum. Sunt autem quinq; hic ex ordine diſcu
tienda, ex quorum diffinitione palam cōſtet,
quò ſe vis,facultaſq; naturalis extendat be-
ne agendo. Id quod ex cap.4.in hunc locum,
copioſiùs ac limatiùs differendū, repoſuimus.

Quinq; veniūt in queſtionem.

Quinque autem hæc ſunt. Vtrum natura ſua
valeat homo,etiam qui in peccato exiſtit,ve-
rum quodpiam noſſe, quod ſatis ſit ad bene
moraliter agendum:bonum huiuſmodi,velle,
& facere:Deum ſuper omnia diligere:diuina
implere præcepta,ac deniq; vitando peccata,
in bono perſeuerare. Duo priora hoc capite,
& proximo,tria verò reliqua,cap.22.excutie-
mus.Atqui primum omnium id firmū nobis,
ſolēneq; ſit, quod aduerſus Pelagium ſancitū

Cōſtituitur mū fundamentum. 1.Cor.3.B:

eſt ab eccleſia. Porrò quòd ex puris naturali-
bus non ſolùm mereri nō poſſumus, aut vitā
æternam,aut noſtram iuſtificationem,verùm
neq; cogitare aliquid (vt ait Paul.) quod illius
ſit cauſa, tanquā meritum.Id quod libro ſecū
do diſcuſſuri ſtrictiùs ſumus. Vbi & illud enu
cleādum eſt,an per naturā ſuam ſe ſaltem ho-
mo poſsit ad gratiam diſponere.¶Hac catho

Grego. Arimi.

lica veritate cōſtanter pręfixa,ante Gregoriū
Ariminenſem neminem legiſſe memini, qui,
quantum iudicio aſſequi poſſum,negare hoc

Vtrū homo ſine gratia dei poſsit aliqd verū cognoſcere & facere. Aſſertio prima.

cogitauerit,quod primis duabus quęſtionib⁹
interrogatur: poſſe nimirum hominem, dum
eſt in peccato ſuapte natura, citra ſpecialē ſuc
curſum dei, cum noſſe,tum etiam velle, & ex
equi officium aliquod naturali honeſtate pre
ditum.Et hanc nos hic primam ſtatuimus aſ-
ſertionem. Grego.verò vtrunq; negat quæſt.
1.ſuper diſt.26.&.27.&.28.in.2.ſenten. Am-
boq; exiſtimat, non ſolùm eſſe contra Augu

S.Th.et Auguſt.ſentē. explicatur.

ſtinum, cuius innumera (more ſuo) compli-
cat teſtimonia,verùm coincidere in errorē Pe
lagij. Addit S.Thom.eiuſdē ſecum fuiſſe ſen-

Vide lib. 3. cap. 4. tentię. Cui subscribit Capreo. eadem dist. 28. idē de S. Thoma arbitratus. Ego verò (quod meum est exile ingenium) vt certò assentior huic contra Gregor. assertę veritati, ita neque sum vsquàm suspicatus, vel Augustinum, vel S. Thom. contrarium habuisse iudicium: præterquàm quod reliquus theologorum cœtus nobiscum sentit, vt ipse confitetur Grego. Et quoniam S. Thom. inducitur author, inde exordiamur. Is. 1. 2. quæstio. 109. sciscitatur, vtrùm homo sine gratia aliquod verū cognoscere posit. Et respondet (quantum hic sufficit) hisce verbis. Intellectus humanus habet aliquam formam, scilicet ipsum intelligibile lumen, quod est de se sufficiens ad quædam intelligibilia cognoscenda: ad ea scilicet, in quorum notitiam per sensibilia possumus deueni re: altiora verò intelligibilia intellectus humanus cognoscere non potest, nisi fortiori lumine perficiatur: sicut lumine fidei, vel prophetiæ: quod dicitur lumen gratiæ inquātum est naturę superadditum. Si igitur dicendum est, quòd ad cognitionem cuiuscunque veri; homo non indiget auxilio diuino, vt intellectus à deo moueatur ad suum actum: non autem indiget ad cognoscendam veritatem in omnibus noua illustratione superaddita naturali illustrationi: sed in quibusdam, quæ excedunt naturalem cognitionem. Ecce omni procul dubietate respondet, ꝙ lumine naturali sufficimus multa vera cognoscere: puta, quæ per sensibilia (vnde authore Aristo. incipit nostra cognitio) rimari possumus. Quare cū ait ad horū cognitionē indigere nos auxilio diuino, manifestè id enūciat de gñali auxilio dei, tāq̄ institutoris & vniuersalis gubernatoris naturæ rerū: quippe in quo viuimus, mouemur, & sumus. Quocirca dū Capreol. interpretatur D. Tho. in hoc sensu, quòd licèt absq; habitu grę gratum faciētis possimus veritates circa mores cognoscere, non tamen absque speciali auxilio, nescio vnde hoc potuit elicere. Etenim quod illic S. Tho. in disputationē profert, est, q̄d hō posit ex naturalibus suis, quidq; non valeat absq; ope supernaturali: vbi pide de gra gratum faciente nihil meminit. Et quoniam eadē oppositio, qua distant naturalia à supernaturalibus, est inter generale auxilium & speciale, ait, quòd ad naturalem quidem veritatē intuendam, vti ingenerauit nobis deus naturale lumē tanquàm formā agendi, ita tribuit generale auxiliū, tanquam naturalē causam motus. Ad cognoscendū autem supernaturalia, sicuti supernaturali nos lumine illustrauit, puta fidei, aut prophetiæ, ita ad cognitionem ip

[Margin: Thom. censet ad intell'i gendū naturalia indigere hoiem auxilio gñali. | Capreolus impugnatur vide lib. 3 c. 4. | 1. Ratio. | Eodē mō distat auxiliū speciale à generali, quo naturalia à supernaturalibus.]

sam speciali ori nos mouet auxilio. Et præter ea sermo S. Thomæ non est cōtractus ad certam cognitionis speciem, scilicet vel practicā vel speculatiuam, sed in genere percontatur, atque respondet pari modo de speculatiuis, & moralibus: absurdissimum verò esset assertu, quòd speculatiuas veritates, vt pote iudicia ve ri coloris, & aliorum sensibilium, per q; se notas veritates, & quæ cōsequuntur ex illis, non valeamus sine speciali ope cognoscere. Quod ergo de speculatiuis, id ipsum & de practicis veritatibus manifestè intelligit. Nimirum ꝙ solo generali auxilio cognoscere vtrasq; possumus. Et meritò quidem. Nam quæ, precor, maior difficultas fingi potest in cognoscendo vero practico, quàm speculatiuo? Quod autem ad Augustinum attinet, patenter de se ipse testatur, huius, quam astruimus, fuisse sententiæ libro primo retracta. capitulo quarto. vbi ait. Non approbo, quod in oratione dixi, (nempe libro secundo. soliloquiorum) Deus qui nisi mundos verum scire voluisti. Responderi enim potest, multos etiam non mundos multa scire vera. Ita profectò quando August. aut quiuis ex Patribus scriptū quippiam reliquisset, quo contrariæ sententiæ videretur applaudere, glossandum esset potiùs, quàm deneganda manifesta ratio naturalis. Ea præsertim, cui nullus locus scripturæ sacrę refragatur, quinimò suffragantur multi. Vbi adnotandum est, quòd quēadmodum in speculabilibus, ita & in practicis, quæ ad mores spectant, quædam sunt naturali rationis lumini commensurata, quædam verò sublimiora, quàm quibus inspiciendis lumē nobis suppetat à natura. Vt enim per se notum est, quantitate totum excellere parti, tam notum & illud principium est, Id facias alijs, quod tibi vis fieri. & quæ inde sunt consequentia. Vti, honorare parentes & seniores: subuenire miseris, & id genus reliqua. Atq; adeò vt specula bilia illa, ita & hæc practica naturali mētis oculo peruia sunt, aut certè naturali diligentia cognoscibilia. Appetit enim homo naturaliter hæc scire, vt ait philosophus, ad quæ proinde natura, cùm eius finem non excedant, vires nobis sufficiūt. Vnde in psalmo interrogāti Dauid, Quis ostendit nobis bona? ipse sibi respondet, Signatum est super nos lumē vultus tui domine. Quo doctores intelligunt de lumine naturali. Quinimò Paulus, vbi inexcusat philosophos, quòd cùm Deum cognouissent, non tanquàm Deum colentes honestassent, palam loquitur de cognitione naturali: vti omnes agnoscunt enarratores in subiunctis

[Margin: 2. Ratio. | Moralia cognosc. omnia sine auxilio speciali. | Aug. contra Arrian. | Naturalia vera. | Ratio præcipua conclus. | Psal. 4. | Pau. Roma. Acto. 4. & 17. F.]

ctis verbis, quibus exponitur, quonam pacto se illis Deus fecerit manifestum. Inuisibilia enim, inquit, ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Hoc nanque philosophorum acumen ac munus fuit, ex his quæ subiecta sunt sensibus, causas inuestigando, ad notitiam Dei conscendere. Et quòd huiusmodi cognitio sufficeret ad bene agendum, ex eodem etiam loco constantissimum est. Aliàs non fuissent inexcusabiles: vt ait Paulus. Quanuis de hoc libro secundo, capitulo vndecimo exactior erit sermo.

Naturalis cognitio sufficit ad bene agendum.

Assertio secunda.

¶Quò ergo ad secundam quæstionem progrediamur, secūda hic assertio nobis sit. Quòd potest homo solo suffultus generali auxilio, velle, & operari bonum morale. Cuius in promptu est ratio. Vt opus quodlibet sit bonū morale, satis est, ipsum esse rationi consonum, atq; ad ius exactum naturale, etiam si nulla super naturam perornetur circunstante qualitate. Nā profectò non aliter dignoscere videor, inter res horum nominum, opus morale, & opus meritorium, quàm quòd illud soli sit congruens naturali fini, hoc autē in eum, qui supra naturam est, referatur. Illud autem totum potest homo à natura prestare: sanè qui cùm sit animal rationale, naturalis sit ei scopus à natura præstitutus, vt quæ rationi sunt consentanea, & cognitione prehendat, & affectu appetat, atq; adeò effectu exequatur: vt capitulo quarto dicebamus. Sed ait quispiā forte, quanuis id nostrapte natura possumus, quatenus rationales sumus, vbi nulla præisset gratia vel culpa, peccatum tamen originale ademit nobis huiusmodi vigorem. Hoc autē responsum satis existimo capitulo vndecimo refutatum esse, vbi exponebamus, quemadmodum præuaricatio illa Protoplasti, solùm nos despoliasset originali iustitia cum annexis suis cælestibus donis: nosq; reliquisset in puris naturalibus, absq; corruptione cuiuspiā naturalis principij. Sed ex eo fuisse læsos vulneratosq; in naturalibus, quòd nō possumus vbique & semper agere secundum rationem, quò nos natura ipsa rationalis agit.

Ca. 11. huius libri.

Id possemus post peccatum quod in puris natu.

Gregorij opinio de relatione operū in deum. Quò sit necessaria relatio in deū vt opus sit moraliter bonū. 1. Argu. contra ipsum.

¶Hic autem locus est, quo nobis Gregorius obuiam exit, negans nullum esse opus moraliter bonum, antequam in vltimum finem referatur, qui est Deus. At verò non immeritò scholæ omnes theologorum sibi reclamant. vt ipse fatetur. Nanque vel id sentit de relatione in Deum, quatenus naturali lumine ostenditur, finis esse vltimus vniuersi, atq; adeò nostrarum actionum: aut de relatione in ipsum, qua ratione est finis supernaturalis: id est, vires nostras exuperans. Si de priori, ad illam certè non est necessarium speciale auxilium. Quia omne bonum, & maximè honestum, ratione intrinseca ordinatum est in Deum. Sanè qui cùm res conderet, ad se vniuersas retulit, vt capitulo sexto explicatiùs dictum est. Et ideo quando non sinistra intentione agentis præfigitur alius finis, de se ipsum bonum, virtute intenditur in Deum, quoad satis est, vt sit moraliter bonum. Adde, quòd actu etiā potest illo primo modo naturaliter referri opus in Deum. Quocirca fallax est collectio illa Gregoriana, Quicunq; opus facit alio fine, quàm propter Deum, peccat: quicunque nō actu illud refert in ipsum, alio fine facit, ergo peccat. Est enim secunda præmissa falsa, tum quia licèt opus nō referatur, nisi in bonū honestū, non fit diuerso fine à Deo, tū quia satis est, si actus referatur in ipsum, tanquam in finem naturalem omnium bonorum. Si verò sentiat de relatione secunda, omnino inficias imus, operi moraliter bono necessariam esse illam relationem. Quinimò hoc differt ab opere meritorio. Et quòd hoc quidem suum fuerit ipsius inuentū (bona pace dixerim doctissimi doctoris) vel hac ratione liquidò cōstat.

Honesta ex se sunt relata in Deum.

Respōdetur Grego.

Altera obiectio.

Id quod in humana est, & naturali ratione positum, non est refellendum, nisi sacræ scripturæ aut catholicæ ecclesiæ quoquo pacto aduersetur: at scriptura sacra, Ecclesia catholica interprete, solùm hoc denegat operibus nostris naturalibus, quòd sint merita gratiæ & gloriæ Dei, definiens aduersus Pelagium, in his quæ ad nostram iustificationem pertinēt, non esse sufficientes mortales, vel aliquid, qua si à nobis cogitare. Vt est videre in concilio Mileuitano cano. 4. & 5. & explicatiùs in Arausicano cano. 7. vbi id tantū sancitur, quòd nemo per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare aut eligere potest absque illuminatione & inspiratione spiritus sancti. Atque idem penitus censet modò præsens Tridentinum in tribus primis canonibus: scilicet, neminem per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinā absque diuina per Christum gratia posse credere, sperare, aut diligere, quatenus pertinet ad iustificationem. Et ratio est, quòd si à nobis, vel (quod ait Paulus) à lege esset iustitia, gratis Christus pro nobis mortuus esset. Cæterùm de bonitate bonorum moralium, sanè quæ nulla esse affirmamus merita apud Deum, neque proximam gratiæ dispositionem, sed quæ illis sunt etiam prauis communia, qui nihil demutanda in Deum mente cogi-

Quatenus recipienda sit naturalis.

Ecclesiæ definitio cōtra Pelagium.

Galat. 2.

Opera moralia neq; sunt merita neq; dispō ad gratiā. hæc cū est dei 1. 2. q 109. art. 6

cogitant, nihil profectò vel scriptura, vel ecclesia prohibuit credere, quod naturalis ratio dictaret. Quandoquidem nullatenus hoc dominicæ gratiæ derogat. Hæc præsertim veritas confirmatur authoritate illa Apostoli, Gentes quæ leges non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt. Eiusmodi enim legem (scilicet positiuam) nō habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis. Sed de hoc inferius adhuc, capit. 22. & libro altero, capit. vndecimo. Est ergo præter legitimam causam intrusum, auxiliū huiusmodi speciale ad opera moraliter bona. Miraculo enim adscribendum esset, vt capitu. quarto dicebamus, quòd reliquis omnibus natura cōstantibus potestas à natura suppeteret suos cuiusq; fines adipiscendi, homini autem rationali & libero, nullus esset præscriptus à natura scopus & finis, quò posset rationis vsu & libertate officia naturaliter referre, quæ essent rationi consona. Profectò San. Thom. expresse aliter sentit. Qui nimirum. 1. p.q. 23. introducendo tractatum de prædestinatione, præfigit duos hominis fines, alterum qui excedit proportionē naturæ creatæ, quæ est vita æterna: alterum, qui naturæ creatæ proportionatus est. Quem res, inquit, creata potest attingere secundum virtutem suæ naturæ: ad quorum priorem transmittit nos Deus per prædestinationem: ad secundū verò, inquit, nō: quia possumus illum assequi per naturam nostrā. Quem vel vnum locum si considerassent isti, qui sanctum Thomam in opinionem Gregorij adsciscunt, nunquam fecissent: quandoquidem secundum eum non omne opus moraliter bonum pertinet ad prædestinationem, quòd idcirco fieri ab homine potest naturaliter. Ad hæc quando. 2.2. quæst. 10. dixit, non omnia opera infidelium esse peccata, & quando. 1.2. q. 109. ar. 4. adiecit, quòd potest homo absq; auxilio gratiæ implere præcepta quo ad substantiam operū, manifestè asserit opera moraliter bona sine speciali auxilio: quoniam cū apud ipsum nullum sit opus indifferens, ea quę non sunt mala, bona continuò sunt. Et quòd intelligat illa fieri absq; auxilio speciali, patet: quia nullum ipse tale ponit, nisi ad præparationem & dispositionem ad gratiam, vt videre est eadem. q. modò citata. 1.2. q. 65. art. 2. Et explicatius. 2.2. q. 23. ar. 7. ait, quòd licèt perfecta virtus nō possit esse extra charitatem, nihilominus virtus in ordine ad aliquod particulare bonū, & respectu finis vltimi in aliquo genere, s. quatenus est finis naturalis boni, pōt esse virtus secūdū quid. Et quòd intelligat naturaliter, ad

Roma. 2.

Alia obiectio.

San. Thom. sententia.

Finis duo hominis.

Naturalis.

Thom. contra Gregor.

Nō omnia opera infideliū sunt peccata.

Thomæ est etiā virtus extra charitatē vide. 1.2. q. 56. art. 3. vbi vocat virtutes morales quæ sunt in appetitu simpliciter virtutes respectu earū quæ sunt in intellectu.

huc patet in solutione ad primū, vbi ait, quòd extra charitatē fit aliqua talis virtus secundū quòd homo habet aliquod aliud donū dei, s. fidem, vel spem, vel etiā naturę bonū. Quod cū distinguat cōtra dona supernaturalia, palam sentit ex puris naturalibus.

¶Sed vt S Thom. missum faciamus, est præterea ad nostram conclusionem virgentissimum argumentum communi sensui obuium. Potest homo ex suis naturalibus, id quod suopte genere bonum est, malo fine & circunstantia facere: ergo poterit idem facere propter honestum. Exempli gratia. Potest homo naturali conamine deambulare, sinistra intentione: ergo poterit id facere causa bonæ valetudinis: & tunc certè erit bonum morale. Potest homo comedere & bibere naturaliter, quando ei nocet, ergo potest quando prodest. Certè risum tali theologia moueret, qui diceret, posse me comedere sine speciali auxilio pomum, quod est ante me, dum mihi est pestilens: non autem dum est salubre. Præterea dum quis veritatē illius rei interrogatur, cuius rei est conscius, potest naturaliter negare (quod est peccatum mendacij) cur non poterit, quod facilius est, citra auxilium speciale affirmare? Et potest vnus quilibet pro libito suo proijcere denarium in flumen, cur non poterit donare pauperi, sine alia mala circunstantia, eò quòd est honestum? Et honorem quē iniquè valet deferre quisque naturaliter indigno, cur non poterit eundem legitimè deferre parentibus, & vrbanè probis viris? Neque verò me latet istorum responsio: nimirum quòd non possunt referri talia opera in vltimum finem, sine speciali auxilio. At responsio hæc, petitio est principij. Respondeant enim velim, vtrum possit homo huiusmodi minima opera efficere sine auxilio speciali, non actu referendo in superiorem finem, quàm propter bonū honestum, vel in Deum, vt finis est naturalis boni. Haud equidem negabunt, nisi esse malunt ridiculi. Si verò affirmēt, iam demonstratum est, esse bona opera: quia cū sint propter bonum honestum, imò propter Deum, rationi sunt congruentia. Et idcirco suo gradu & modo bona. Et eodem pugione confoditur aliorum responsio, qui dicunt posse quidem nos naturaliter bonum ex obiecto, nō tamen cum omnibus circunstantijs. Nam si non est necessaria circunstantia illa supernaturalis, reliquæ (veluti quando, & vbi oportet) naturaliter adhiberi possunt. Porrò verò præter rationes has naturales videtur, & redemptor noster de hoc nos operum discerniculo erudisse,

Tertia ratio cōclusionis.

Refutatione sponsi aduersariorum.

Respōdetur alij cauill.

Testimonia sacra de bonis moralibus.

quæ

quæ sunt naturaliter bona, citra meritum gratiæ: vbi ait, Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nonne Ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Ibi enim non vituperat officia quæ exhibentur propter honestatem humanam & naturales necessitudines, quæ sunt bonis & malis communia: sed dicit esse imperfectas virtutes, nisi fiant ex vero & germano amore Dei: quo pater cœlestis perfectus diligit se. Cui etiamnum sententiæ fortè arrisit Apostolus illis verbis, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Vbi non damnat naturalem iustitiam, sed ait esse imperfectam.

Matth. 5.

Moralia opera sunt bona sed nõ perfectè iusta.

Roma. 4.

In quo ad obiecta respondetur.
CAP. XXI.

PRiùs tamẽ quàm testimonijs Gregorij satisfacio, patentiùs exponam sententiam meam: neque id solùm propter Gregorianos, sed quoniam & aduersus Lutheranos est operæpretium. Quando affirmamus, bonum opus in genere morum naturali facultate fieri, primùm id intelligim⁹, vbi nullus præfigitur malus finis, nullaq; affigitur circunstantia praua. Mox neq; huiusmodi opus censemus, nuncupamus ve simpliciter, aut bonum, aut virtutis: sed contractè: & (quod idiomate suo aiunt in scholis) secundum quid, quippe opus ex genere, seu moraliter bonum. Et ideo consultò nos dissimulauimus particulam, quam Greg. componit in diffinitione: dicens, quòd actus bonus moraliter, est ille, qui habet omnes circunstantias, vt sit verè virtuosus. Opus enim moraliter bonum, ita est studiosum, vt nõ tamen mereatur absolutè nomen virtutis. Cuius incogitantia statim à diffinitione Gregorium fefellit. Etenim Augustinus vbicunque loquitur simpliciter de bono opere, aut de virtute, ea duntaxat officia comprehendit, quæ sunt in charitate, quæ vna est forma virtutum. Expressa eius sententia est de gratia & libe. arbit. capitu. 18. vbi ait, quòd quicquid se putauerit homo facere bene, si fiat sine charitate, nullo modo fit bene. Et ideo apud gẽtiles nũquam censet fuisse veras virtutes, non solùm quia pleraque omnia faciebant propter inanem gloriam, sed quia cognitione carebãt, & charitate veri Dei. Id quod peregregiè tũ sæpe alibi, tum libro quarto aduersus Iulianum capitu. tertio disserit: confirmans, non esse verè iustum, nisi qui ex fide viuit: neque esse veram iustitiam, nisi vbi est regnum dei: neque veras virtutes, nisi vbi vera est sapiẽtia & charitas Dei. Et ideo non esse inter Romanos & Græcos, qui essent veri sapientes, studiosique censendi. Excipere nihilominus possumus aliquos forsan rarissimos (id quod non credo negasse Augustinum) quibus legitimè seruãtibus ius naturale, Deus peculiariter ferre opem, vt secum reconciliaret. Et inde tertiò cõsequitur, quam diximus cognitionem dei posse quempiam naturaliter adipisci in materia morali, minimè nos intellexisse de vera prudentia. Quippe quæ nõ est, nisi vbi verè cõnectuntur virtutes. At verò vbi negat Augusti. veras esse virtutes extra charitatem & fidem, & vbi eas vocat falsas, non sentit quòd sint idcirco peccata, sed id tantùm, quòd non habent legitimum gradum virtutis. Sed sunt tales secundum quid. Sicuti aurichalcum, licèt sit falsum aurum, est tamen in suo genere res bona. Et ita glossat eum Sanct. Thomas. 1. 2. quæstione. 65. articulo secundo. Et præterea neque illa opera, vtcunque bona, damus, posse hominem multo tempore, aut in materijs, vel pluribus, vel arduis efficere. Est enim homo post peccatum, imbecillior, & infirmior quàm vt possit in bono, neque in eo quidem quod est naturale, durare sine auxilio Dei. Nanque in infidelibus, & in perditis Christianis experimento didicimus, quàm homines diuino fauore destituti in diuersos malorum abyssus præcipites dilabantur. Neque postremo omnino diffitemur, quin quandoque in peccato iacentes, inspirationes aliquas peculiares, & fauores recipiãt. Nã ait loco supra citato San. Thom. 1. 2. quòd Deus quandoque per suam gratiam aliquos instruit, de his etiã, quæ per naturalem rationẽ cognosci possũt. Quinimò addiderim, quòd nonnunquàm recipiunt aliqua supernaturalia subsidia, quibus vllo modo mollescant, & disponantur ad gratiam. Sed id tantũ constituere volumus, quòd sine auxilio speciali potest peccator multa opera facere, quæ non sint peccata, neque merita gratiæ, sed medio modo moraliter bona. Neq; verò sint proxima dispositio ad gratiã: sed remotissima. Qua ratione ait ille. Prima virtus est, vitium fugere. ¶ His explanatis moderaminibus & temperamentis, facillimum est ad omnia respõdere testimonia Gregorij. Si tamen de sancto Thoma dicere etiamnum adijciam, nunquam opinionẽ eius cogitasse.

Expositio suæ sẽn.

Opus moraliter bonũ.

Aug. qđ sit bonũ opus, & virtus vera.

Ethni corũ virtutes, Vi. August. 1. retract. c. 3.

Præsto est deus vt subueniat custodiẽtibus naturale ius. Tho. 1. 2. q. 65. ar. 2.

Prudẽtia vera nõ est nisi cũ veris virtutibus.

Explicatur Augusti. cũ inquit extra charitatẽ nõ esse veras virtutes.

Qui bona moralia, & quãdiu, possit homo exercere, sine auxilio dei, dũ est i peccato.

q. 109. ar. 1

Resolu. sen. authoris.

Opus morale mediũ est

Exponitur mens. S. Th.

S.Thom. 1. 2. q. 109. articulo. 2. explicatur.

Eodem enim titulo quo percontatur artic. 1. quæstionis illius. 109. an homo sine gratia possit bonum cognoscere, interrogat etiam artic. 2. an posit absq; gratia velle, & facere bonũ. Et respondet comparando statum nostrum ad illum primum innocentiæ primorum parentum: dicens, Primò quòd secundũ vtrunque statum, natura humana indiget auxilio diuino ad faciendum vel volendum quodcunque bonum, sicut primo mouente. Quod verbum, & Capreol. & qui eum auscultant, glossant de auxilio speciali; cùm tamen luce sit clarior mens sancti Thomæ de auxilio generali.

Capreolus refellitur et Gregor. Arim.

Primum quia cùm illic disputet, quid homo posit velle, & facere naturaliter, & quid sit illud, ad quod indigeat particulariori auxilio, sicut in præcedenti articulo fecerat de cognitione, respondet pari modo præiaciens fundamentum, quòd sicut nihil possumus cognoscere, neq; in speculatiuis neq; in practicis, ita nihil possumus vel velle, vel facere sine auxilio dei. Et ideo subiungit philosophicum verbum. Sicut primo mouente, quo exprimitur generale auxilium: & addit, Sicut dictum est, scilicet in superiori articulo. Et idem explicatissimè habetur in subsequentibus verbis,

Verba sancti Thom.

Porrò vbi subdit differentiam, quod in statu naturæ integræ eodem auxilio generali poterat homo per sua naturalia velle & operari bonum virtutis acquisitę: non autem bonum supernaturale virtutis infusæ. Sed tamen in statu naturæ corruptæ etiam deficit homo ab hoc, quòd secũdum naturam suam potest, vt non posit totum huiusmodi bonum implere per sua naturalia. Quia tamen natura humana per peccatum est totaliter corrupta, vt scilicet toto bono naturæ priuetur, potest, inquit, etiam in statu naturę corruptæ per virtutem suæ naturæ aliquod bonum particulare agere. Sicut ædificare domos, plantare vineas, & alia huiusmodi, non tamen totũ bonum sibi connaturale. Sicut homo infirmus potest per seipsum aliquem motum habere, non tamen perfectè potest moueri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio medicinæ.

Hæc sunt verba sancti Thomæ, quibus, quid potest dici perspicacius & euidentius in explicationem nostræ sentẽtiæ? Ait enim quòd homo naturæ corruptæ potest per virtutem suæ naturæ aliquod bonum particulare agere. Ecquid est (etiam si detur fingẽdi libertas) per virtutem suæ naturæ, nisi cum solo concursu generali Dei? Quandoquidem auxiliũ speciale nemini sufficitur, nisi ad supernaturalia officia. Itaque homo corruptæ naturæ differt ab homine integræ, respectu naturalis boni in materia morum, non sicut mortuus à viuo, vt ille posit totum ex suis naturalibus, nos verò, nihil, & Gregor. & Capreol. confingunt: sed sicut infirmus & debilis à sano & valido. Porrò quòd ille habebat potestatem in totum bonum: nos verò non possumus totum: id est, in vniuersum omnia bona facere naturalia: possumus tamen aliquod. Et subdit exemplum Augustin. in. 3. libro Hypog. quòd possumus ex naturalibus ædificare domos, plantare vineas, & cætera. At conantur quidam eludere hoc exemplum, dicentes, quòd hæc opera, dum naturaliter fiunt, non sunt moraliter bona. Nihil est tamen in hac elusione probabilitatis. Quoniam plantare vineas & domos ædificare, cum ex genere suo non sint peccata, sed honesta opera, fit, vt etiam extra gratiam sint bona: maximè in via S. Thomę, qui non ponit actus indifferentes. Vnde inferius articulo quinto dicit, quòd homo per sua naturalia non potest mereri vitam æternam, potest tamen facere opera perducentia ab bonum aliquod connaturale homini, vt laborare in agro, habere amicũ. Quis dubitat, quin habere amicum sit opus moraliter bonum? Quod cùm dicat, posse hominem per sua naturalia, manifestissimè intelligit, sine auxilio speciali, solo concursu generali, quẽ deus pepigit cum natura. Quare qđ subdit in eodem secũdo articulo: scilicet quod Adam indigebat auxilio gratię, non ad sanandam naturam, sed ad operandum bonum supernaturale, nos verò non solùm ad opera supernaturalia, sed ad sanandam naturam: intelligendum est ad exercitium omniũ bonorũ naturalium, ita vt nunquam deficiamus.

Discernicculũ inter hominem inte grũ, & ho. lapsum.

Auxiliũ speciale.

Tho. etiam 1. 2. q. 109 arti. 2. concidit id ad ea etiã quæ per naturam hominis cõsequi possũt aliquando à Deo collatũ Augu. Hypo. libr. 3.

Augusti. exponitur.

¶Ecqua omnino euidentia est in Augustin. sanè qui eiusdem fuerit sententiæ. Et ne pergamus prolixitate grauiores esse, satis fuerit locum illum protulisse, quem modò citabamus Hypog. libro. 3. cuius de homine lapso verba sunt. Esse fatemur liberũ arbitrium omnibus hominibus, habẽs quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum, quę ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare, aut certè peragere: sed tantùm in operibus vitæ præsentis, tam bonis, quàm etiã malis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur: id est velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, & huius generis complura. Quidnam poterat dicere, quo luculentius sententiam nostrã cõfirmaret? Dignoscit enim inter ea quæ ad Deum pertinent, nempe supernaturalia, & opera vitæ præsentis: videlicet,

Augu. locus vnde accepit Thom. exẽpla articul.

cet, quæ non sunt digna præmio vitæ æternæ. Et ait, quòd ad illa non est per se sufficiens liberum arbitrium, ad hæc autem est quidem: sicuti ad opera mala. Quib⁹ profectò exequendis nullo opus est fauore Dei præter generale auxilium. Et inter illa quæ naturaliter possumus, commemorat, habere amicum, vxorem ducere, artem discere, ac deniq; velle quicquid bonum ad præsentem vitam pertinet. Quæ, inquit, omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt. Quod indubitanter intelligit, non de auxilio speciali, sed de generali influentia, qua vniuersa prouidendo gubernat, vt patet ex subiuncta authoritate. Ex ipso enim, inquit, sunt, & per ipsum esse cœperunt. Alludens nimirum ad illud Pauli in Actis. In ipso viuim⁹, mouemur, & sumus. Et est manifestus locus quem citauimus cap. 19. de spir. & lite. vbi asserit, nonnulla bona opera iniquos facere, tametsi nihil ei prosint ad meritum. Cùm ergo dilucida sit sententia hæc Augustini, per hanc sunt omnes eius authoritates, quæ contra videantur facere, interpretandæ. Prima, quam Gregor. opponit, est cap. 1. de prædest. sanct. Sanè vbi nemo, inquit, sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcūq; opus bonum, sed sufficientia nostra ex Deo est. Si tamen antecedentia & subsequentia simul verba circunspectasset, videret hunc locum nullū contra nos habere momentum. Tractatur enī illic causa Pelagianorum, qui dicebant respectu iustificationis nostræ nos esse qui incipimus: Deum autem, qui perficit. Et ideò ait, quòd qui confitentur præueniri voluntates hominum Dei gratia, atque ad nullum opus bonum vel incipiendum vel perficiendum sibi quenquam sufficere, plurimum à Pelagianorum errore dissentiunt. Et paulò inferius, Quoniam non solùm à nobis, non est incrementum fidei, sed neque initium eius. Non ergo mirari satis possum Gregorium, qui idcirco quòd Augustinus dixit, opus bonum conceperit opus morale: cum potius lis ipsa, quæ agebatur Pelagianorum, luculentissimus sit interpres, quòd intelligatur de operibus pertinentibus ad iustificationem. Quare quod dixit, quodcunque, non refertur ad quodcūque genus bonitatis, sed ad id quod est incipere, & perficere: puta, cogitare, velle, & operari. Vide quomodo se ipse Augustinus propalam exponit Hypog. lib. 3. Quisquis sic liberum arbitrium esse dixerit, quod sine Deo bonum opus, id est, quod ad eius sanctum propositum pertinet, neque incipere nec perficere possit, catholicus est. Hæc August. Vt vbicunque dixerit bonum opus, intelligatur de eo quod pertinet ad sanctitatem. Vnde subdit, His enim dicitur, vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego mando vobis. Nam opus moraliter bonum (vti superius adnotabamus) non est Augustino absolutum bonum. Item lib. de correp. & grat. Cùm dixisset, quòd sine gratia nullum prorsus bonum homines faciunt: subdit, Non solùm vt monstrante ipsa quid faciendum est sciant, verum etiam, vt præstante ipsa faciant cum dilectione, quod sciunt. Nota, Cum dilectione, id est, meritoriè. Et libr. 2. capit. 5. Ad peccandum, inquit, non adiuuamur à Deo, iusta autem agere, vel iustitiæ præceptum omni ex parte implere non possumus, nisi adiuuemur à Deo. Nota, Omni ex parte, id est, perfectè.

Act. 17. | *Responsio ad argumenta.* | *Grego.* | *August. de prædest. sanct.* | *August.*

¶ Secundum testimonium, & quod nullam omnino exceptionem pati Gregorius existimat, est in epistola ad Paulinum inter condemnationes Pelagij. Vbi inter alia damnatur, victoriam nostram, quando tentationes deuincimus, non ex Dei adiutorio esse. Et fateri omnes iubemur, quando contra tentationes, concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamuis & illic habeamus propriam voluntatem, nō tamen ex illa: sed adiutorio Dei nostram prouenire victoriam. Hinc extruit Gregorius insuperabilem hanc demōstrationem. Qui tentationi succumbit, peccat, debellare eam nemo valet sine auxilio Dei: ergo citra tale auxilium non possumus euitare peccatum, & ideo neque facere opus quoquo pacto bonum. At verò quamuis largiremur, vbi insultat tentatio, nequire nos naturaliter efficere bonum morale, nullum tamen haberet Grego. triumphū. Quoniam sunt alia opera, quæ possumus facere sine repugnante tentatione. Vt dicere veritatem, quæ nihil nobis refert, erogare tenuem stipem pauperi, obedire parentibus in re parua, & huius generis alia. Sed adiecerim præterea, quòd quamuis vehementes tentationes superare non possimus sine auxilio speciali Dei, possumus tamen exiguas: non quidem vt Deo sit accepta victoria nostra ad vitam æternam, sed tamen vt nouum euitemus peccatum. Natura enim nostra mansit post peccatum infirma, non tamen fuit prorsus extincta. Et ideo cùm sit rationalis, potest quandoq; in rationis arce continere se aduersus tentationes. Quod autem condemnatum est Pelagio, euidentissimum est, non esse aliud, quàm quod ipse blasphemus affirmabat. Nempe quòd poteramus taliter resistere tentationibus, vt victoria no-

Secundum argumentum Grego. | *Victoria nostra contra tentationes Dei est.* | *Responsio.* | *Videquas tentationes homo solus euitare possit, quas nō possit.*

ſtra complaceret Deo, & ęterno eſſet præmio
digna. Id quod mirum eſt non attendiſſe Gre
go. in alia authoritate quam ipſe citat Augu-
August.
ſtini lib. 21. de ciuit. Dei, cap. 16. dicentis. Tunc
victa vitia deputanda ſunt, cum Dei amore
S. Thom.
vincuntur. Cui conſonantiſsimè concinit S.
Thom. 2. diſt. 28. q. 1. ar. 1. ad. 6. argumentum.
Aliud enim, inquit, eſt reſiſtere peccato, & a-
liud victoriam de peccato habere. Quicunque
enim vitat peccatum; peccato reſiſtit. Vnde
hoc poteſt, inquit, fieri ſine gratia. Et quicquid
alij comminiſcantur, indubitanter intelligit, ſi-
ne auxilio gratiæ. Neque oportet, ait, quòd
tūc homo reſiſtendo peccato mereatur æter-
num præmium. Sed ille propriè vincit pecca-
tum, qui poteſt pertingere ad hoc cōtra quod
eſt pugna peccati, puta ad meritum vitæ ęter
næ. Et hoc non poteſt eſſe ſine gratia. Hęc ille.
Dimitte nobis debita nostra. Et ne nos inducas in tentationem.
Quod ſi quis nobis obijciat quotidianam pre
cationem, qua à Deo petimus, ne in tentatio-
nem inducamur, vbi perinde profitemur, niſi
eius peculiari ope; non poſſe nos ab illis illæ-
ſos ſeruare, hinc reſpondemus, quòd neque ſo
lum poſtulamus victoriam aduerſus quaſdam
tentationes, ſed aduerſus omnes: neq; victoriã
qualēcunq;, ſed, vt modò dicebamus, ex amo-
re Dei, vincere: & tamen neq; omnes vllo mo-
do, neque aliquam tali modo, ſine ſpeciali au-
xilio poſſumus ſuperare. Et præterea, quòd a-
liquam per ſolum actum bonū moralem vin-
camus, hoc etiam Deo acceptum referre tene
mur, tanquam authori & vniuerſali guberna-
tori naturæ. Petimus enim ab eo pluuiam, &
alia benigna tempora, atque temporalia bo-
na, quæ tamen per cauſas ſecundas ſolo gene-
Tertiū argumētū Greg.
rali adiutorio elargitur nobis. ¶ Aliam nobis
condemnationem in eadem epiſtola ad Pauli
num à ſe adſert Grego. Eſt enim cōdemnatio
ſexta Pelagij, dicentis adiutorium non ad ſin-
gulos actus dari. Vnde ſubinfert, condemnari
eos qui negēt auxilium ſpeciale ad actus mo-
raliter bonos: ex eo, ſcilicet, quòd dicitur ad ſin
gulos. At verò perſpicaciſsimum eſt, vocē, ſin
gulos, non niſi ad tres actus referri, qui ſunt, co
gitare, velle, & operari qua parte ſpectant ad
iuſtificationem. Dicebat enim Pelagius, quòd
ſaltem cogitatio & initium fidei eſt à nobis.
Et hoc illi condemnatur. Nihil autem de ope
re moraliter bono, ſanè quod ad iuſtificationē
Vltimū argumentum Greg.
nihil, vel remotiſsimè attinet. ¶ Poſtremum
denique argumentum Gregorij eſt, quòd ſi ſo
la nobiſcum Deus generali influentia opera
retur ad bona opera moralia, non aliter nos
ad huiuſmodi bona moueret, quàm ad contra
ria mala. Quandoquidem eadem influentia

Concurſus Dei in malis & bonis moralibus.
concurrit ad hæc. Nulla tamen eſt huiuſmodi
collectio. Nam in malis culpæ ſolùm concur-
rit, vt ſuprà dicebamus, quaſi author illius a-
ctus materialis, quatenus eſt res naturæ: in bo-
nis verò non id tantum, ſed quatenus habent
virtutis formam rationi congruentem. Dat e-
nim nobis leges, exemplum, & naturale lumē,
oſtendens nobis bona. Quibus modis non eſt
Deus efficax; vt obliquè diuertamus à ratio-
nis ſemita. Et hac de cauſa Auguſtinus repræ
hendit Iulianum tribuentem hominibus ſi
quid boni haberent, cùm omnia, etiamnum
naturalia, debeamus Deo. ¶ Ex ſacra ſcriptu
ra nihil eſt ſanè, quòd nobis exponere iſti poſ
ſint alicuius ponderis. Nam illud Ioā. Sine me **Ioan. 15.**
nihil poteſtis facere, ſi obijciatur in eo ſenſu,
quo deſignare poteſt auxilium generale, ne-
mo negat quin ſit neceſſarium ad quodcunq;
ineūdum munus. Si verò in eo quo ſignificat
Ita Explicat illum locum Mileuitan. cap. 1. & Arauſican. ca. 7.
auxilium ſpeciale, tunc non venit intelligen-
dum niſi opere, vel meritorio, vel diſponente
ad gratiam. Et hic eſt ſenſus germanus illius
loci. Præmiſerat enim Redemptor noſter, Si-
cut palmes non poteſt ferre fructum à ſemet-
ipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me
manſeritis. Vbi ſermo habetur de operibus
gratiæ, quæ ſunt fructus paſsionis eius. Et
ideo ſubdit, Ego ſum vitis vera, & vos palmi-
tes: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fru-
ctum multum. Quia ſine me nihil poteſtis fa-
cere. Quò nihil pertinet opus moraliter bonū.
Eſt enim mos ſcripturæ, ſola opera pertinen-
tia ad iuſtificationē, reputare aliquid, reliqua
verò, nihil. Vt ad Corinth. Circumciſio nihil **1. Cor. 7.**
eſt, præputium nihil eſt, ſed obſeruatio man-
datorum Dei. Atqui de eiſdem cæleſtibus bo
Iaco. 1.
nis ait Iacobus, Omne datum optimum, & o-
mne donum perfectum, de ſurſum eſt, deſcen
dens à patre luminum. Ab illo autem verbo.
1. ad Corin. 10. Omnia in gloriam Dei facite:
nihil roboris accreſcit opinioni Gregorij. Quo
niam ſi gloriam adeò vult vſurpare ſtrictè, ne-
que illa quæ auxilio ſpeciali fiunt ab eo qui
perſiſtit in peccato, fiunt in gloriam Dei:
quippe cui nullum placeat opus peccatoris.
Gloſſam ergo huius loci habes capitul. 23.
Expoſtulatio cum quibuſdā deprimentibus naturā humanam.
¶ Hæc preſsius quàm quiſpiam fortè neceſſa-
rium iudicauerit, vrgere conatus ſum, quia
non poſſum, fateor, non ęgrè ferre, quàm hoc
ætatis naturam humanam nonnulli proſtra-
uerint: affirmantes nihil prorſus boni in mo-
ribus liberum arbitrium auxilio generali Dei
poſſe, at quicquid ab homine naturaliter pro-
cedat, peccatum eſſe. Id quod ſemper abſur-
diſsimum exiſtimaui. Tametſi authores nihi-
lo

lo minoris sanè existimē, Dominum cumprimis Roffensem, virum sanā, cum egregia eruditione, tum maximè omni religionis pietate vsq; ad mortem præclarum, qui tamen cōtra Lutherum, art. 36. existimat hanc, quę à nobis repulsa est, fuisse sententiam Patrum, sed theologos scholasticos esse, qui hac parte contra Patres sentiant. Id quod forsan ex disputatione Gregorij ita sibi persuasit. Etenim de Aug. abunde pro tenui facultate mea commonstrasse me arbitror, non fuisse in tali opinione. Et quod Chrysosto. & alij Patres crebrò repetunt, scilicet extra gratiā Dei, atque minimè extra fidem reperiri bonos mores, aut bonā vitā, vltro nos concedimus. Primum quòd in fideles opera fermè faciant ex sua falsa fide, aut alio malo fine. Mox quòd si quæ sint extra gratiam opera moraliter bona, permixta sūt cum alijs delictis multis. Et tandem quòd opera, vt cūq; sint absq; charitate bona, haud tamen merentur nomen veræ virtutis.

Roffensis notatus.

Chrysost. & alij patres explicantur.

De dilectione Dei, & impletione præceptorum. CAP. XXII.

His quæ explanata sunt instructi, facile tria reliqua, quæ ca. 20. in quæstionem producebamus, possum' expedire, videlicet an possit homo ex puris naturalibus Deum super omnia diligere, seruare præcepta eius, ac denique omnia peccata perseueranter deuitare. Hoc enim est, de quo nos vbique Lutherani flagellant, & qua si Pelagianos traducunt: hanc semper nobis intentarunt ignominiam, quòd asserere pertendamus, homini à natura libertatem cum potestate suppetere, diligendi Deum super omnia, atq; seruandi præcepta absq; speciali eius fauore & auxilio. Qua de causa, inquiūt, instituere nos monachatus, aliasq; humanas leges, & Pharisaicas cæremonias excogitare, quibus velut proprijs meritis subnixi, confidimus in amicitiam cū Deo reconciliari, & æternam cōparare beatitudinem. Id quod nemini vnquam apud nos in mentē venit, sed apertissimè vbiq; aduersus Pelagiū theologi omnes dimicant. Quam calūniam lib. 2. ca. de merito congrui. & lib. 3. ca. de impletione legis per auxilium gratiæ, iterum atq; iterū purgabimus. Quò ergo ad id quod propositum est, regrediamur, exordiar ab impletione mādatorum, de qua ca. iam sexto diuisio à nobis facta est theologis solennis, & profectò necessaria. Porrò quod implere præcepta vno modo contingit quantum ad substantiam dūtaxat operū.

Lutheranorum calūnia

Impletio mādatorū duplex.

Atqui hoc modo cōstituimus illic hominē in statu innocentiæ potentem fuisse per suā naturam, vtpote vestitā originali iustitia, absq; alio speciali auxilio implere omnia pręcepta, propter naturæ tunc sanitatem & robur.

¶Sit ergo de homine lapso propositio prima. Potest homo existens in peccato, siue ante receptam fidem, siue cum fide mortua, per sua naturalia, id est, solo generali Dei auxilio implere quandoq; præcepta, videlicet naturalis iuris, vel diuini, vel humani, quantū ad substantiā actus. Quod est dicere, vt nec sit opus illud meritū amicitiæ dei, neq; adeò simpliciter bonū, sed tamen neq; vllo modo peccatū: at opus moraliter bonū, quo nouū euitat pec catum. Propositio est non solū S. Tho. 1. 2. q. 109. art. 4. verùm Scoti & omnium theologorum nemine excepto. 2. senten. d. 28. Quamuis Grego. vt sit opus moraliter bonum, exigat suum auxilium speciale. Aliter autem contingit implere præcepta, puta non solū quantū ad substantiam operis, sed quantum ad modū & finem pręcipientis: nempe vt ex charitate hoc fiat: tanquam meritū vitæ æternæ. Et de hoc iam diximus ibidem, quòd neq; Adam in statu innocentiæ sufficeret vel minimum pręceptum complere absq; gratia Dei gratum faciente: tantum abest, vt nos idem valeamus. De hoc ergo secundo membro conclusionis nihil opus est disputemus: sanè de quo Lutheranis vnanimis consensus nobiscum est. Sed primum membrum est, de quo à nobis resiliunt, dicentes nullum ab homine euitari posse peccatum absque speciali gratia Dei. Quod quāuis duobus capitibus proximis ex parte demonstrauimus, denuò etiam nunc corroborandum est. In pręceptis discernendum est inter substantiam præcepti, & eius finem. Pręcepit nobis Deus (verbi gratia) illa quibus nos ius naturę astrinxerat, puta vnū colere Deū, charos honorare parentes, non occidere, & cęteras: atque hæc quidem vt per ea charitatem Dei, quę authore Paulo finis est præcepti, cu stodiremus. Sub præceptis autem aliarum virtutum (quicquid sit de singulari præcepto charitatis) non compręhenditur finis, sed sola ipsorum substantia, vt theologi consentienter agnoscunt cum S. Tho. q. 100. in p. 2. Porrò vt subueniatur parentibus, quādo, & vbi oportet, abstineamus à furtis, cędib', & reliquis flagitijs. Cùm ergo opera cuiuscunq; legis (vt capit. 6. dicebamus) à ratione proficiscantur, sitq; rationalis naturæ homo, consequitur, vt opera huiusmodi, quatenus sub præcepto cadunt, naturaliter possit præstare. Eatenus scilicet

Prima conclusio.

Quid est implere quātū ad substantiam actus.

Mēbrū secū dū cōclusionis.

Implere quātū ad modū et finem pręcipientis.

Primū argumentum.

1. Tim. 1.

S. Tho.

licet, vt non sit reus violatæ legis, sed noua se illa culpa liberet. Atqui sic explicatiùs accipito vim argumenti, qua parte contra illos pugnat, qui aiunt obedientiam omnem legis extra gratiam peccatum esse. Si vnum quodlibet præceptum obligamur in gratia & charitate facere (quam tamen charitatem humano conatu consequi nequimus) obligatio illa nasceretur, vel ex præceptionibus ipsis, quæ suis proprijs materijs diuersa sunt, vel ex singulari mandato charitatis: non quidem ex alijs: quippe quibus id tantùm iubemur, vt honorẽ habeamus parentibus, opitulemur miseris, nõ furtum, non homicidium, non adulterium faciamus: quorum proximus, intrariusque finis est, vt vnicuiq; ius suum tribuatur, & alijs alij adiumento, subsidioq; simus. Neque verò ad id tenemur ex peculiari præcepto charitatis. Nam illud, siquidem affirmatiuum est, nõ obligat pro tempore quocunq;, atque adeò nõ est necesse, vt eodem temporis articulo, cum quocunq; alio concurrat: sed est tantùm exterus, & supremus omnium aliorum finis: & ideo eatenus necessarius, vt aliorum obseruãtia Deo placeat, acceptaq; sit illi in meritum vitæ æternæ. Aliàs si vbicunq; necessitas alius præcepti accidit, subinde cõcurreret obligatio charitatis, quicunque in alio delinqueret, contra hanc etiam peccaret, vt quoties quis (verbi gratia) non honoraret parentes, aut furtum perpetraret, duorum esset præceptorum reus: quod esset præter veritatem, assertum. Et confirmatur præterea doctrina hæc catholicis omnibus receptissima ex ipsorum dogmate Lutheranorum: sanè qui in suis iam colloquijs, & apologijs (vt capit. 19. dicebamus) largiuntur nobis sufficere liberum arbitrium lapsi hominis ad opera illa, & munera naturalia, quæ illic retulimus: puta colere agros, alere familiam, benefacere amicis, atque his similia. Hæc autẽ præcepta sunt & consilia iuris naturalis. Cur ergo non eisdem naturæ viribus valeamus etiã quandoque præcepta implẽre decalogi? Eò saltem vsque, vt à nouo nos reatu seruemus incolumes. Sed respondet in Apologia Augustana, quòd quanuis externa illa opera ciuilia secundæ tabulæ sine Christo & sine spiritu sancto aliqua ex parte fieri à nobis possit, non tamen illa quæ sunt propriè legis diuinæ: puta Deum intus ex corde diligere, quod pertinet ad primam tabulam. Itaque nos insimulant & sugillant, quòd tantùm intueamur præcepta politica & externa, quæ pertinẽt ad secundã tabulam, in quibus posita erat, inquiunt, iustitia philosophorum, non tamen interna, quæ pertinent ad primam, in qua propriè consistit lex diuina. Huius autem operum diuisionis iure se ipsi possunt authores iactare. Fuit nanq; semper ante ipsos meritò ignota. Nõ enim prima & secunda tabula discernuntur per interna & externa opera, sed ex parte obiecti, quia prima tabula continet ea officia, quæ Deo in se debentur, tam externa quàm interna. Secunda verò, illa, quæ debentur proximo itidem tã in affectu, quàm in effectu. Qui enim iubetur honorare parentes, succurrere indigentibus, non furari, & reliqua, simul etiam præcipitur talem habere volũtatẽ, quale est opus ipsum imperatum. Præcipimur enim non solum abstinere alieno thoro, alienisque bonis, sed non concupiscere vxorem, aut rem proximi. Nec solus impius est, qui non defert externum honorem parentibus, sed qui intus odio habet. Et vice versa, in prima tabula non tantùm præcipimur, animo super omnia Deum diligere. Quinimò hoc non est præceptum contentum intra decalogum, sed præambulum toti decalogo, quasi quoddam genus per particularia præcepta decalogi distributum, & explicatũ. At primùm præceptum primæ tabulæ est, vnum Deum colere. Quo præcipimur nullum alium habere pro Deo, præter illum verum, illique soli honores habere diuinos: non modò in animo intus, sed extra in opere. Atque suo item cuiusq; modo de reliquis est sentiẽdum. Neque verò nos tãtùm iustitiam philosophorum naturalium, externorumq; operum, sed veram iustitiam diuinam & totius decalogi agnoscimus. At hoc tantùm docemus, quòd possumus implere huiusmodi præcepta, & intus in affectu, & extra in effectu, quantum ad substantiam quidem operum quandoque naturaliter, modo iam explicato. Veruntamen quantum ad modum & intentionem præcipientis, ita vt obsequium nostrum acceptum Deo sit ad vitam æternam, nullatenus, nisi à peccato priùs vere liberati per gratuitum beneficium Christi. Ita enim omnes theologi nostri sentiunt, licet nonnulli, compluribus alijs reclamantibus (vt statim libr. 2. patebit) verba aliqua proferãt de dilectione Dei super omnia, & merito de congruo: quæ sana indigent expositione. Quam facilè aduersarij ipsi cernerent, nisi nos iam cœpissent loco Pelagianorum habere. Quin verò addiderim tandem in calce huius conclusionis, quòd qui præcepta impleret metu gehennæ, aut infamiæ, aut cuiuslibet pœnæ temporalis, nihil peccaret, nec esset transgressor præcepti: quoniam circũstantiæ illæ, bonæ sunt & licitæ genere suo. Timere

Marginal notes: Explicatio argumenti. — Lutheranorũ cõfeßio. — Lutherani fatẽtur opera secundæ tabulæ posse à nobis aliquatenus impleri, non primę. & lib. 3. capitul. 2. f. 196. A — Contra Lutheranos. — Eorundẽ obseruatio. — Primũ preceptũ decalogi. lib. 3. ca. 2. f. 196. B. — Explicatio cõclusionis.

Timere enim malum, nihil aliud est quàm bonum. Neq; ausculto theologos quosdam, qui autumant obedientiam legis timore pœnæ, peccatum esse. Si enim intelligerent, quando qsita esset affectus, vt animo diceret, Nisi obsisteret metus pœnæ nihil propter Dei legem facerem: fateret affectionem illam peccatum esse. Attamen vbi quępiam non ita deū continentem timor pœnæ à transgressione arcet legis, ibi nihil inest culpæ. Licet sit obedientia illa imperfectorum. ¶Quo ergo in diuerticulum redeamus: secunda propositio huius capituli est. Quòd neque quantum ad substantiam operū possumus in hac per peccatum vulnerata natura, omnia præcepta sem per implere. De hac conclusione, sicuti & de præcedenti, nonnulla est inter theologos dissensio. Nāq; Gregor. vt sustinet, nullum morale bonum lapso homini esse possibile absq; auxilio speciali Dei, ita protinus & negare cogitur, posse vllum præceptum quoquo pacto seruari absq; eodem auxilio. Nam opus præcepti etiam si fiat extra charitatem, est moraliter bonum. Atque adeò falsam reputat conclusionem proximè à nobis assertam, sua tamen opinio iam satis superq; expugnata est. Scotus verò & Durand. d. 18. lib. 2. in alterum extremū Gregorio contrariū, vergunt: sanè opinati, quòd posit homo lapsus, quò ad substantiam operum omnia pręcepta facere, licèt non tanta promptitudine & facilitate, quàm homo naturæ integræ: quoniam qua ratione potest vnum, potest & aliud, atque adeò omnia. Quāuis Durand. excipiat præcepta fidei & sacramentorum, quæ (vt inquit) comitem habent gratiam. De quibus statim dicturi sumus sequenti ca. At S. Tho. medius ait, quòd quanuis in statu naturæ integræ poterat homo ex suis naturalibus seruare omnia, tamen natura iam saucia minimè id valet. Sed est sicut homo ex infirmitate languens, aut cæcutiens, qui potest passus aliquot rectà ire, haud tamen longius progredi. Non equidem negamus, quin quodcunque genus pręcepti posit homo implere quantum ad substantiam, sed tamen non potest omnia id est, nō potest diu durare quin decidat, nisi Deus peculiare ferat auxilium. Et reuera experientia abunde id cōprobat. Oculis enim cernimus, homines à gratia Dei ab alienatos frequenter corruere, nec esse aduersus tentationes validos. Vnde non consequitur, Si posit vnam vel alteram sensualitatis incursionem sustinere, quòd posit plures. Aut si posit aliqua officia, posit omnia. Vt in exemplo valetudinarij compertum est. Et de peccatis venialibus, etiam in eo qui est in gratia omnes negant consequentiam. Vnde August. libr. de hæresibus, Ad hæresim inquit Pelagianorum pertinere, vt credant sine gratia hominem posse facere omnia diuina mandata. Omnia, inquit, non aliqua. Et eodem pertinet quintus canon Concilij Mileuitani. Quo anathema pronuntiatur quicunque dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, faciliùs posimus implere per gratiā, tanquam & si gratia non daretur, non quidē facilè, sed tamen posimus etiam sine illa, implere diuina mandata. Atqui vbi dicitur mandata, intelligitur, omnia. Quamobrem non solùm damnatum est aduersus Pelagiū, quòd posimus meritoriè implere mandata, sed etiam quòd posimus omnia, quantum ad substantiam, vt capit. proximo dicebamus inter respondendum Gregorio. Enimuerò, vt cap. 13. expositum dedimus, vtranque plagam accepimus ex culpa Adæ, nempe in supernaturalibus, quòd non possumus gratiam & gloriam nostris viribus promereri, & in naturalibus, quòd neque valemus eisdem omnia rationis officia, vti Adam, perficere: vnde Augus. de pecca. me. lib. 2. cap. 5. Iusta (inquit) agere, vel iustitiæ præceptum omni ex parte implere non possumus, nisi adiuuemur à Deo. Atque ita intelligēdus est locus Pauli, Gētes quę legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Nempe, non quòd omnia posint, sed aliqua. Atque id quidem per opera moraliter bona: nam meritoriè nihil fieri potest sine auxilio Dei. Et ita intelligendi sunt cano. 9. & 20. Concilij Arausicani, vbi decernitur, quòd nulla facit homo bona, quæ non Deus præstet vt faciant homo. Scilicet quòd bona moralia pręstat per generale auxilium: meritoria verò, per speciale. Nimirum vt omnia sicut oportet, agere valeamus: vt habetur cano. 6.

¶ At de dilectione Dei, quod alterū mēbrum est interrogationis hu⁹ capitis, implicatior est ac magis perplexa dubitatio. Videlicet an distinctio hæc operū, quātum ad substantiam, & quantum ad modum, locum etiam habeat in dilectione Dei super omnia. Quod est dicere, an posit homo humanitus cum solo generali Dei iuuamine habere dilectionem Dei super omnia, duntaxat quantū ad substantiā actusitaq; per illā impleat præceptū dilectionis vt liberet se à noua culpa, non tamen sufficiat obtinere diuinam gratiam. Apparet enim primo aspectu contradictio, quod sit dilectio

Marginalia: Obedientia legis timore pœnæ quando sit peccatū. idē de contritione starent lib. 2. c. 14 — Gregorius Arimin. — Scot. & Duran. — S. Thom. 1. 2. q. 109. artic. 4. — Singula sed non omnia. — Aug. — Concilium Mileuit. — Quæ sint damnata ab ecclesia in Pelagiana hæresi. — Roma. 2 — Concil. Arausi. — Dilectio dei sup omnia.

ctio Dei ſuper omnia, abſque gratum faciente gratia: quoniam neque dilectio aliud eſt quàm charitas, neq; charitas aliter, quàm cùm gratia eſſe poteſt. Et quoniam hic locus eſt, vt paulò antè dicebamus, vbi Lutherani ex nonnullis verbis Scoti occaſionem nacti, manifeſtarios nos Pelagianos faciunt, nemo mihi vitio dabit, quòd paulò latiùs ſolito rem hanc ſcholaſticè diſcutiam. Nanque in catholicis, etiam qui hactenus à nobis ſcripſerũt, claritas ſemper huius implexi loci deſideratur. Primum omnium quo punctum, & neruus huius interrogationis aperiatur, duobus, tribusve modis vſurpant theologi vocem hanc, Dilectio Dei ſuper omnia. Vno modo pro ſingulari actu amoris erga Deum, qualis hac oratione profertur, Volo Deo in omnibus & per omnia complacere. Et hãc vocant dilectionem imperfectam, & obiectiuam, atque adeò naturalem: quia poteſt eſſe cum peccato mortali. Alia eſt perfecta & executiua, atque efficax præceptorum Dei. Quę quidem non dicit tantùm ſingularem actum, ſed vniuerſalem obſeruantiam mandatorum. Quæ propterea ſupernaturalis eſt ex gratia orta. Hæc quidem diſtinctio fundari in illo fortè poſſet Ioannis, Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt. Quaſi alia ſit charitas imperfecta: vt pote ſolus actus volũtatis, quo quis dicit, Volo deo in omnibus placere: qui tamen actus non eſt efficax. Et, Non omnis, inquit Chriſtus, qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. Quaſi dicat, Sunt qui in affectu dicũt, domine domine, & in effectu non obſequuntur voluntati domini. Et quòd primus actus poſsit haberi naturaliter, eſt vulgatum argumentum. Poteſt quis eiuſmodi actum habere erga parentem, erga filium, erga aliquem vtique amicum: quid ergo obſtat, quò minus poſſit eundem habere erga Deum? Eò vel maximè, quòd, vt dicebamus capitulo. 4. & capitulo. 20. poteſt homo naturaliter cognoſcere, Deum eſſe finem omnium. Quinimò vt præfati ſumus cap. 6. naturalis inclinatio hominis eſt Deum ſupra ſe diligere. Hoc argumento conficiunt nonnulli, poſſe à nobis Deum diligi ſuper omnia naturaliter. Quod reuera & abſonum eſt chriſtianis auribus, & præter rationem collectũ. Nam eſto, habere ille actus naturaliter poſsit ab illo, etiam qui eſt in peccato mortali, nequaquam dicendus eſt dilectio Dei ſuper omnia. Enimuerò dilectio Dei ſuper omnia, quod vox ipſa ſtatim primo ſono auribus exhibet, eſt, qua ita quis deum diligit, vt ipſum omnibus præferat, ſeq; & ſua omnia in ipſum referat: ſaltem nihil diuinæ amicitiæ contrarium admittat: iuxta euangelicam vocem, Ex toto corde, ex tota mente. Contrariũ inquam: quoniam venialia non obſtant dilectioni Dei ſuper omnia. Hanc autem dilectionem fateor, binam eſſe: ſanè alterã naturalẽ, & alteram ſupernaturalem. Quocirca doctiſsimè profectò & meditatiſsime S. Tho. 1. 2. q. 109. arti. 3. percontatus, an ſine auxilio gratię poſsit naturaliter homo Deum diligere ſuper omnia, reſpondet affirmando de homine in ſtatu naturæ integræ, & ſimpliciter id negando de homine lapſo. Et cauſa eſt, quoniam homo in ſtatu innocentiæ ratione ſuæ naturæ, iuſtitia originali inſtitutę, conſyderatus etiam abſque gratia gratum faciente & alio ſpeciali auxilio, cùm nullam haberet cauſam peccandi, poterat perſeueranter implere pręcepta omnia quo ad ſubſtantiam per opera moraliter bona, & pari ratione vno actu verè referre ſe & omnia ſua in Deum, tanquam finem naturalis boni. Homo autem lapſus non item, quia non poteſt naturaliter, nec quantum ad ſubſtantiam operum, omnia ſeruare præcepta, quare neque omnia vno actu mentis verè referre in ipſum: ſiquidem abſque ſpeciali auxilio non poteſt non incidere in culpam, quę ſit contra diuinam amicitiam. Ob idq; actus ille diligendi Deum ſupra nominatus, nõ eſt cenſendus dilectio Dei ſuper omnia. Tertio tamẽ modo accipitur dilectio pro vera amicitia Dei, ita placens Deo, vt ſit meritum vitæ æternæ: nempe qua diligitur Deus, non modò tanquã finis naturalis rerum, ſed tanquam ſupernaturalis, beans intellectuales rationalesq; perſonas. Et hæc non ſolùm in ſtatu naturæ lapſæ, ſed neque in illo naturæ integræ poterat eſſe abſque auxilio gratiæ. Quamobrem eodem articul. 3. in ſolutione ad primum diſtinguit Sanct. Thom. duas dilectiones Dei ſuper omnia in Adam, ſcilicet naturalem, & ſupernaturalem: alteram qua omnia referuntur in Deum, quatenus finis eſt naturalis boni: alteram vero, qua diligitur tanquã obiectum beatitudinis. Per hæc apertiſsimè intelligitur doctrina eiuſdem doctoris. 1. 2. quæſtione. 100. art. 10. Vbi diſputãs, vtrùm modus charitatis cadit in præcepto, id negat, de reliquis: affirmat vero de præcepto ipſo charitatis. Ait enĩ vt ſuprà dicebamus, quod non, quotieſcunq; occurrit materia & tempus aliorum pręceptorum tenemur ea facere ex charitate: quoniam chari-

Tribus modis accipitur dilectio Dei ſup. omnia.

Dilectionis Dei actus ſuper omnia in eo eſſe põt q eſt in peccato mort. iuxta quoſdam.

Dilectio Dei perfecta quæ implet mãdata.

1. Ioan. 2.

Matth. 7.

Actus primus diligendi Deum naturalis.

Actus ſingula. nõ cenſetur dilectio, dum eſt cũ peccato.

Matth. 22.

Duplex vera dilectio ſuper omnia. Thomæ ſententia.

Perfecta dilectio et meritoria.

S. Thom.

Thomæ locus explicatus.

charitas est finis extrinsecus aliorum: id est, extra ipsorum substantiam. Quandocunque verò occurrit præceptum singulare dilectionis Dei, tenemur omnia in ipsum referre, quo niam intra eius substantiam est diligere ex toto corde. Vnde elicit, quòd reliqua quidẽ implere possum⁹ naturaliter, modo exposito in prima conclusione: hoc verò, minime, nisi auxilio speciali: quod tamen Deus paratissimus est nobis annuentibus ferre. His præhabitis, cõclusio est tertia huius capitis. Homo lapsus non potest diligere deum super omnia ex puris naturalibus. Quæ sic demonstratur. Diligere Deum super omnia, est omnia in ipsum referre: puta omnia præcepta eius facere, vt nulla admittatur contraria culpa: iuxta illud, Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Et, Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, & pater meus diliget eum. Hæc autẽ homo lapsus facere nequit sola virtute naturæ, tum propter naturæ infirmitatem, tum propter tam multa pericula, quæ per præuaricationem protoplasti nobis iniecta sunt: ergo neque Deum valet super omnia diligere. Vnde August. in epistola ad Vitalem. Liberũ arbitrium ad diligendum Deum peccati grandi tate perdidimus. Et in de gratia & libero arbitrio cap. 18. vbi hunc locum ex professo constituit, omnino condẽnat tanquam Pelagianum, quòd Dilectio Dei non sit suũ ipsius donũ: his verbis. Vnde est in homin⁹ charitas dei & proximi, nisi ex ipso Deo? Nam si non ex Deo, sed ex hoibus, vicerũt Pelagiani: si aũt ex Deo, vicimus Pelagianos. Et subdit verba Ioã. Charissimi diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est. Primum inquit (scilicet, diligamus inuicem) lex est: quod autem subditur, Dilectio à Deo est, gratia est. Hæc August. Quasi dicat, Diligere Deũ & proximum, idẽ est quod implere legem: & ideo ipse qui præcipit, dat vt possimus implere atq; adeo diligere. Et in de correp. & gra. vt cap. 20. supra citatum est. Sine gratia, inquit, nullum prorsus bonum homines faciunt. Nõ solùm vt monstrãte ipsa quid faciendum sit sciant, verùm etiam vt præstante ipsa faciant cum dilectione quod sciunt. Et in Concilio Mileuitano can. 4. anathemate percellitur, qui negauerit per gratiã Christi non solum intelligentiam in nobis mandatorum aperiri, verùm præstari etiam, vt quod faciendum cognouerimus, facere diligamus atque valeamus. Et in Concilio Arausi. canon. 25. Prorsus donum Dei est diligere Deum. In summa, vbiq; dilectio & fides pari ratione asseruntur Dei dona: quia sicut non

Præcepti dilectiõis Dei impletio à Dei auxilio prouenit.

Cõclusio. 3.

Ioan. 14.

1. Ioan. 4.

Cõcil. Mile. & Arausi.

Fides & charitas dona Dei.

omnia supernaturalia certò ac firmiter credere absq; numine possumus, ita neq; omnia facere: vnde ratio cõstat dilectionis. Cõcinit scriptura sacra. Nam sicut Paul. vbiq; repetit fidẽ nõ ex nobis, sed donum Dei esse, ita charitas Dei, inquit, diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. ¶ At dubium est hic præcipuũ. Sit ne particulare præceptum dilectionis dei. Et deinde quidnã est, quod illo præcipimur. Ad hæc, quando necessitas eius contingit. Cogitabit enim quis fortè, non esse singulare præceptum, sed genus quoddam omnibus præceptionibus decalogi virtute cõtentũ & particulatim explicatum. Ita vt Deum diligere super omnia, nihil aliud sit, q̃ præcepta sua seruare, vt visi sumus hactenus dicere: iuxta verba euangelica, Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et, Paulus postquam singulatim denarrauit catalogũ, infert, Plenitudo ergo legis est dilectio. Præsertim quòd aliud subiunctum mãdatum, diligẽdi proximũ, non videtur singularem habere materiam, præterquam illam, quæ per præcepta secundæ tabulæ distribuitur. Atque ideo neque apparet, quid sit diligere Deum, quàm ipsum colere, non iurare vana per eum, sabbata eius sanctificare: quæ scripta sunt in prima tabula. His veruntamen nihil obstantibus, nemini ambigendum est, quò minus sit peculiare præceptum dilectionis Dei. Quippe cũ sub legis forma, & tenore edictum sit, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute. Vbi nõ solũ dilectio imperatur, sed modus etiam dilectionis. Atque ratio & causa cur debuit propria statui præceptio dilectionis, est, quòd, vt ait Paul. finis præcepti est charitas. Et Christus. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Nempe quia tota lex in hoc posita est, vt charitas inter nos & Deum, ideoq; inter nos inuicem constet. Non autem satis est præcepta fieri de medijs, quibus venitur ad finẽ, nisi & præceptũ prius statuat ipsius finis, tanquam scopus, quo intendenda reliqua sunt & referenda. Et de hoc nulla est theologorum dissensio, sed de materia eius, & tempore. Sunt enim qui hoc præcepto solùm internum actum dilectionis arbitrãtur iuberi, quo nos nostrasq; actiones referamus in Deum. Et ideo cũ sit affirmatiuũ, non obligans pro vniuerso tempore, statuit Scot. lib. 3. d. 27. tempora implendi hoc præceptũ, esse dies festos: illis enim, inquit, tenemur recolligere nos, ascendendo mente in Deum. Non est tamen, inquit, simile de præcepto diligendi

Ephes. 2.

Roma. 5.

Præceptũ dilectionis.

Roma. 13.

Peculiare est præceptũ dilectionis dei

Marci. 12.

Ratio præcepti.

1. Timoth. 1

Matth. 22.

Materia præcepti eiusdẽ

Scotus.

ligendi proximum. Hic veruntamen non est locus disputandi, an mandato illo tertio primæ tabulæ, Sabbata sanctifices, astringamur habere huiusmodi actum amoris: at plurimi sunt, quibus hoc non potest persuasum esse, quoniam præcepto illo solùm indicitur in sensu literali requies ab omni opere seruili. Et quã uis finis Ecclesiæ obligantis nos interesse sacris, fuerit, vt superna animo meditantes, immortali Deo, tum ob infinitam suam diuinitatem, laudes dicamus, tum de sua in nos beneficentia habeamus gratias, tamen finis præcepti, vt paulò ante dicebamus, non cadit sub præcepto. Quemadmodum licèt Ecclesia nos quadragesimali obseruationi extenuare in carne intendat, vt liberior mens spiritualibus accommodetur, tamen finis ille non est in præcepto, sed tantùm ciborum abstinētia. Marsil. vir profectò inter theologos egregiè doctus. libr. 2. q. 18. tenet lege hac dilectionis obligari homines, seruare gratiam & amicitiam Dei, & perditam recuperare. Tum quia hæc ipsa videtur esse notio huius nominis, dilectio, tum maximè, quoniam aliàs qui esset in peccato mortali, seruando omnia præcepta diuina maneret semper in peccato: contra dictum Euangelij, Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Illationem autem inde sibi persuadet, quòd vt ipse credit, potest quiuis in peccato seruare omnia præcepta decalogi quoad substantiam operum, vitando noua peccata. Si ergo non restat illi singulare præceptum recuperandæ gratiæ, fit, vt seruãdo omnia præcepta exulet perpetuo à regno cælesti. Hæc tamen opinio nõ est tantæ probabilitatis, quàm fortè appareat vulgo: quoniam præceptiones legis non sunt de habitibus, & minus de his quæ à Deo nobis donantur, atque multò minimè de gratia. Nõ enim iubemur persoluere debita ex habitu iustitiæ, aut liberalitatis, sed tantùm persoluere ad iustum; licèt habitus consuetudine ingeneretur. Multo minus præceptum nobis est proprium acquirendæ aut retinendæ gratiæ, quæ donum Dei est, sed ea duntaxat faciendi, quæ præcepta ipsa explicant. Quã tamen obedientiam lubsequitur augmentum gratiæ, per quã acceptamur ad gloriam: iuxta illud: Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Et pariter censendum est de præcepto dilectionis, nempe quòd aliqua nobis illic mandetur actio. Haud equidem inficiamur, teneri nos viuere in gratia Dei: id verò non proprio præcepto, sed per consequutionem. Tenemur inquam, asserere nos in amicitia diuina, non furando, non mœchando, nullum itaque prætereundo aliorum

Finis præcepti nõ clauditur præcepto.

Marsilius.

Math. 19.

Reprobatio Marsil.

Præcepta non sunt de habitibus, donis, vel gratia.

Ioan 13.

Quòd tenemur esse in gratia.

præceptum. Nanque si peculiaris posita esset lex perseuerandi in gratia, rediret argumentũ, quod paulò ante faciebamus: vtpote quòd quoties quis contra quodlibet aliorum mandatorum delinquendo à gratia excideret, non vnum committeret, sed duo delicta. Et (quod maiorem præ se fert incredibilitatem) quandiu quis persisteret in vno peccato, noua iugiter accumularet, ex eo quòd non resipisceret.

¶ Dicamus ergo obseruantiam huius præcepti dilectionis positam esse, non in actione tãtùm voluntatis intima, verùm in officijs etiam alijs nonnunquam debitis. Neque verò semel in vita, quod quidam satis esse arbitrãtur, quin plures obtingere & potest & solet, vbi sit debita. Esset nanque penè superuacanea lex, & maximè dilectionis Dei, quę per totam vitam vnum tantùm ligitimum haberet articulum temporis: neque illum certum. Quòd si roges, quænam sint contingentia ista tempora huius præcepti? Primùm nihil profectò ambigo, quin aliquando homo obligatione huius legis teneatur se Deo mente dicare, suaq; ipsi referre instituta viuendi, saltem in genere, proponendo bene agere. Non est quòd pertinaciùs contendam hoc necessarium esse, quamprimum quis venit ad vsum rationis, vtpote quã do iam cognitionem habet Dei, discretionẽq; boni & mali, vt author est sanctus Thomas. Tametsi hoc (nisi quod tempus non suppetit illius explicandi) non caret probabilitate: sed id tantùm affirmo, quòd saltem aliquando circa initium vitæ ex præcepto dilectionis à iure naturæ deriuato, tenetur id homo facere. Etenim quod plerique aiunt, tempus huius præcepti illud maximè esse, quod est articulus mortis, improbabile mihi prorsus est, ex eo, quòd cùm præceptum dilectionis sit præceptum amicitiæ conciliandæ, conseruandæq; per totã vitam cum Deo, ridiculum sanè videtur, quòd nõ obliget vsq; ad exitum: quando iam nullum superest tempus bene merendi de Deo. Igitur vt princeps à milite sacramentum exigit, & fidem amicitiæ: etiam, si opus fuerit, oppetendæ mortis: & quicunque in suam familiam quempiam recipit, id primùm requirit, vt suam sibi polliceatur fidem, amorem, & diligẽtiam, ita nos prorsus Deus obstringit hoc præcepto dilectionis. Atq; hæc est cæremonia baptismi: vbi damus nomina in militiam Christi. Sed ais, iam hoc ergo præceptum ibidem completur. Haud equidem nego, sed primùm dico, hoc fuisse etiam præceptũ legis naturalis ante baptismũ: & modò conijcio, quòd postquam Christia-

nus

Sẽtentia authoris.

Quid iubeat præcepti dil gendi Deum.

Quibus tẽporibus occurrat præcep. dilect.

Tẽpus præcepti dilectionis non est articulus mortis.

nus adoleuerit vsque ad vsum rationis, debeat aliquando hunc actū dilectionis habere: quam virtute professus est in baptismo. Neque argumentum, quod huic assertioni obijcitur, ita multū habet roboris: puta quòd rari sint qui ita faciant: rarissimi autem, qui huius negligentiæ & omissionis pœnitentiam egerint. Enim uerò contra ego dico, hominē Christianū esse, continenter & Deo sua obsequia referre, & huiusmodi prætermissæ religionis culpam confiteri.

Secūdus casus dilectionis Dei sup omnia. Tertius.

Præter hunc casum occurrūt etiam tempora huius præcepti, quando offertur necessitas martyrij, vel inter infideles, vel contra hæreticos, vbi fides & religio periclitatur. Neque tunc tantùm, sed quoties quis audit blasphemum hominem de deo obloquentem, tenetur non solùm præcepto correptionis proximi, sed certè dilectionis Dei, respondere pro deo, proq; eius honore, & nomine gloriosos.

Dilectio proximi, quā habeat peculiarem vim.

Hæc enim vera est lex amicitiæ. Quinimò & præceptum dilectionis proximi, cuius supra meminimus, præter ea quæ cauentur in decalogo, adfert secum alias necessitudines. Etenim quādo videmus vitam, honorē, aut substantiā proximi magno subesse periculo, vnde nos ipsum citra magnam iacturam nostrā possemus eripere, id profectò tenemur virtute huius præcepti. Quinimò & vitam ipsam, saltem pro republica, perstringimur nonnunquam exponere: quod philosophos ipsos natura perdocuit.

Respōdetur ad quæstionē de dilect.

¶ Igitur ad propositam quæstionem descendamus enodandam de dilectione Dei. Videlicet an possit etiam præceptum hoc impleri sicut cætera, quantum ad substantiam actus extra gratiā Dei. Ad quam nō simplex, sed triplex responsio est.

Quādo præceptū diligēdi Deum ad impleatur quātum ad substantiam operis.

Prima. Potest nonnunquam ex parte adimpleri præceptū dilectionis quātum ad substantiam. Puta, quādo occurrit necessitas faciendi peculiare aliquod externum opus: vt respondere pro deo, tueriq; eius honorem, quod propriè petinet ad præceptum dilectionis: & si quid aliud est simile. Tūc enim nihil aliud cadit sub tali præcepto.

Actus diligē Deū habetur extra gratiam, & fidem.

Secundum mēbrum responsionis est, quòd actum illum singularem quo obiectiuè (vt lingua scholastica loqui liceat) Deus diligitur, habere quis potest extra gratiam: imò extra fidem: vt supra satis demonstratum est. Potest enim quis naturaliter illam habere animi affectionē, quæ est, Volo Deo in omnibus & per omnia placere: etiam dum non faciat totum quod debet, ne obicem opponat diuinæ gratiæ & auxilio: vtpote qui aliquo errore culpa sua laborat. Potest enim infidelis, hæreticus, vel vsurarius sic affectus erga deum, nihilo secius existimare suam legem aut sectam veram esse, vitæq; institutum, licitum. Atque hæc censeri, diciq; potest dilectionis impletio, quoad substantiam.

Nulla vera virtus est a gratiā & charitatē supra capit. 21. in princ.

Qua de causa ait S. Tho. 3. sent. dist. 27. q. 2. quòd nulla virtus est vera virtus sine gratia: neque ipsa charitas. Vbi significat, actū esse posse charitatis quoad substantiam absque gratia, & idcirco absq; modo charitatis. Tertia itaq; propositio est. Vbi occurrit tempus præcepti charitatis, id est, actus internæ dilectionis, non satis est ad euitādum peccatum, impleri hoc modo quò ad substantiam, sicuti in reliquis omnibus præceptis, sed necesse est impleri etiam quò ad modum.

Quādo præceptū hoc diligendi Deū oporteat adimpleri secūdum modū & finem.

In hoc enim præceptum hoc differt à reliquis; quòd modus ipse charitatis cadit sub præcepto: scilicet, diligere ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: quod est, ita referre se & sua in Deū, vt nullum in corde habeat cōtrarium obicem, quo minus assentiat & cooperetur auxilio Dei. Haud tamen intelligas præceptum dilectionis, idem esse, quod præceptum implēdi totam legem: illud enim non est vnum, sed plurima: vt, Vnum cole Deum, Non occides, &c. sed est præceptum illius actus, qui non secum admittit peccatum: & ideo habet, tanquā circunstantiam, obseruationem aliorum mandatorum. Quocirca sicut mandata omnia, natura lapsa, non possumus sine auxilio speciali seruare, ita neque eiusmodi actum habere referendi legitimè omnia in Deum: quod tamen poterat Adam.

Adā dupliciter potuit diligere Deū nos vno tm modo.

Quare cū duplicē ipse potuisset habere dilectionem Dei super omnia: scilicet naturalem, qua euitasset omnia peccata, & supernaturalē, qua mereretur æternam gloriā, nos non possumus habere nisi vnam supernaturalem.

S. Tho germana explicatio.

Et hic est intellectus S. Thomæ. 1. 2. quæst. 100. ar. 10. Vbi ait, hoc præceptum nō posse impleri, nisi per actum, quo homo auxilio speciali disponat se ad gratiam. Nec inde fit consequens, vt Deus præcipiat nobis impossibile, cùm promptissimum nobis offerat auxilium. Neque rursus inde sequitur, præceptum esse de habēda gratia, quod supra reprobauimus, sed est præceptum de officio nostro: quod diuinitus adiutum subsequitur gratia.

Primum corollarium.

¶ Ex his tria eliciuntur minimè silēda. Primū quod cæterorum singula præcepta impleri semper possunt extra gratiam: etiam vbi nulla subsequatur gratia: non quidem vt obsequium sit Deo acceptum, sed vt se homo à noua culpa eripiat: quoniam modus, scilicet ex toto corde, non est de essentia aliorum præceptorum. Et quidem de præceptis secundæ tabulæ, iam explicatum est. Sed id etiam asse-

Contra Durandum.

[illegible] contra Durandum de praeceptis fidei, & sacramentorum. Potest enim quis hoc imperfecto modo, implere praeceptum baptismi extra gratiam, ut si baptizetur, putans se nullum ponere obicem, cum tamen sua culpa laboret aliqua ignorantia alicuius peccati, in qua est quia non adhibens diligentiam quam debebat vestigandae veritatis. Et si ita dispositus accedat ad confessionem, modo immunis sit pariter a noua culpa omissionis illius praecepti hoc propter occultum obicem, non fit suscipiendae gratiae idoneus. Non nego quin suscipit sacramenta [illegible] ipse fidei, vel in suscipiente, vel in alio [illegible] praedicare: sed dico, quod poterit quis sacramentum recipere sine gratia dumtaxat [illegible] baptizatur, aut confitetur. ¶ Secundum quod ex supradictis colligitur, est, quod nullus prorsus est actus vnus singularis in viro iusto cuius similis quantum ad substantiam, esse non posset in eo qui est extra gratiam dei. Immo vero [illegible] per se notum sit celebratissimum illud axioma, quod bonum est ex integra causa, malum autem ex defectu cuiuslibet necessariae circumstantiae, nullus est actus adeo heroicus, quin mutata circumstantia, fiat malus. Actus inquam ipse dilectionis Dei, ut ex supremo in dicium capiamus inferiorum, fieret quando non oportet, erit peccatum. Utpote si quando quis tenetur [illegible] necessario officio: ut succurrere miseris extrema patienti, praedicare, seu administrare quodcunque aliud munus publicum, tunc [illegible] quietus [illegible] in contemplatione Dei, atque ea de causa debitum officium desereret, certe actus ille dilectionis peccatum esset, quia causa peccati. Quocirca nullus esse potest actus dilectionis adeo perfectus, qui si ten[illegible] viduo essentialiter bonus, sed minus cum eo [illegible] comitatu gratiae Dei. Atqui tunc fortitur simpliciter nomen dilectionis, cum nihil adest operis, quod amicitiae diuinae aduersatur.

Secundum corollarium. Quicunque actus eadem [illegible] tum ad substantiam exequi pot. vide de contritione lib. 2. capit. 14.

Actus quilibet etiam heroicus potest inquinari mala circumstantia.

Proprie diligere deum.

3. Corollarium de certitudine.

¶ Postremo denique ex istis colligimus, neminem, citra priuilegium speciale reuelationis, certum esse posse sui status: puta an sit in gratia, nec ne. Cum enim misericordia dei nostra exigat opera, quae, ut modo dicebamus, similia esse possunt in iustificato, & in eo qui ob inscitiam aliquam extra gratiam dei est, non restat vnde talem certitudinem habeat: qualis est scientiae aut catholicae fidei. Talem enim omnino amorem Dei in se experitur infidelis & haereticus, quantum ad substantiam, qualem catholicus, eodemque feruore & conatu mortem oppeteret pro sua fide. Sed de hoc iustum tractatum fecimus lib. 3. ¶ His de impletione praeceptorum & dilectione dei expeditis, citra negocium patet

Euitare peccata.

sic de euitandis omnibus peccatis: quae sit huius capitis conclusio quarta, Nemo in statu naturae lapsae valet absque auxilio speciali gratiae vitare omne peccatum. Patet ex secunda ante asserta propositione: quia si non potest propter infirmitatem naturae implere omnia praecepta, fit, ut nec possit vitare omnia peccata, non solum venialia, sed neque mortalia. Quoniam venialia, neque in gratia possumus vitare omnia, ut [illegible] dicturi fuimus. Superflua est hic distinctio quorundam inter praeteritum & futurum peccatum: videlicet, quod praeteritum non possumus vitare sine gratia, bene tamen futurum. Nam reatum praeteriti peccati non dicimur vitare, sed ab illo liberari: quod constituit [illegible] esse fieri non posse, nisi per gratiam Christi, vitari autem & caueri dicitur respectu futuri. Et de illo statuitur haec quarta conclusio: quae est Sancti Thomae eadem quaest. 109. 1. 2. art. 8. Potest enim, inquit, homo ante gratiam singula mortalia vitare, non tamen diu manere absque mortali. Et est profecto pulchra analogia, quam supponit huic conclusioni. Nempe quod quemadmodum ex eo, quod appetitus sensualis non est plene rationi subditus, non potest homo, etiam in gratia per quam subditus est deo, omnia vitare venialia: ita ex eo, quod extra gratiam ratio non est omnino subiecta Deo, qui est finis nostrarum actionum, non potest homo non aliquando offendere circa media contra eundem finem: quod est mortale. Unde super Ezechielem Grego. Peccatum quod mox per poenitentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Et Chrysost. super illud Matth. 21. Soluite & adducite mihi. Sicut nauis, inquit, fracto gubernaculo, non quo vult vadit, sed quo tempestas impellit, ita homo, diuinae gratiae auxilio perdito, non agit quod vult, sed quod diabolus ei intendit. Et hanc pariter sententiam pronuntiauit ecclesia contra Pelagium in concilio Mileuitano & in Carthagi, ut refert August. ad Paulinum. Quod liberum arbitrium non est firmum & validum ad non peccandum sine auxilio Dei: ut supra c. 21. dicebamus. ¶ Postrema denique conclusio huius capitis, ex superioribus appendix est: quod absque auxilio speciali non potest homo perseuerare in gratia, sed haec, quia de homine iam iustificato enunciatio est, ad tertium libri pertinet.

4. Conclusio.

S. Thom.

Grego.

Chrysost.

Concil. Mileu. & Cartha.

Postrema conclusio.

Quo aduersarijs respondetur. Cap. XXIII.

Superest in hoc postremo capite nonnullis ex theologis contra sentientibus respondere, ac demum Lutheranis satisfacere. Scot. fuit, & q cius

Scot.

eius authoritatem sequuntur, vnde Lutherani scandalum acceperunt, vt vniuersitatē theologorum Pelagianæ hæresis insimularent. Hic enim lib. 2. dist. 28. inter loquendum de præcepto, quod est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, dicit: quòd quandocunq; voluntas exequitur actum huius præcepti, licèt informis, disponit se de cōgruo ad gratiā gratificantem, cui oblatæ, vel resistit, & peccat: vel consentit, & iustificatur. Tria ergo vel quatuor videtur asserere. Primū, quòd posit homo habere dilectionem dei, etiam executiuam illius præcepti (vt verbo eius vtamur) ex puris naturalibus: quoniam quæstio est illic, vtrùm naturali facultate liberi arbitrij posit homo vitare omnē peccatum. Secundò quòd talis dilectio est dispositio sufficiens ad gratiā, quippe quam cōsequitur gratiā, nisi homo resistat: Atq; adeò meritum eius de cōgruo. Et ita propter eius authoritatem fermè tenet schola nominalium. Et Adrianus quolibeto. 7. quæst. 4. Et tandem videtur respondere affirmatiuè ad quęstionē, quod potest homo naturaliter omne peccatum vitare. Et ita tenet Durand. eadem dist. saltem de peccatis, quę sunt cōtra decalogum; & contra totum ius naturæ: nam de præceptis sacramentorū secus censet. Sed primū omniū, vt hoc cum Lutheranis expostulemus, est ô pars aliqua scholasticorū; in suspicionem illis veniret de crimine Pelagiano, cur in vniuersum Republicæ catholicorū illud impingunt? Habebāt S. Thomam, & complures alios, qui secus censent: vt monstratum est: Et præterea Scot. nō asseruit, dilectionem dei super omnia esse naturalem homini lapso, nisi loquendo de illo simplici actu; quē supra diximus, nō esse simpliciter dilectionem: Nam tertio, dist. 27. vbi in disputationē mittit, an necessaria sit infusa charitas ad diligendū Deum super omnia, respondet cum temperamento, profectò vt S. Thom: scilicet quòd homo in statu naturæ institutę potuit ex puris naturalibus diligere Deum super omnia. Et quamuis in hoc non omnibus sit probata sententia Scoti, quòd ille actus dilectionis ex facultate naturæ, sit dispositio & meritum de cōgruo ad gratiam, non tamen exinde in Pelagianos incurrit, vt sui interpretantur. Quoniam in merito de congruo nihil agnoscunt debiti vel iustitię vt dicebat Pelagius. Tametsi de hoc verborū tinnitu, paulò post lib. 2. prolixius acturi sumus.

Explicatur sñia Scoti, quā sequūtur cōis schola theologorum.

Adrian.

Durand.

Quō potest Scotus diligi posse deū super omnia ab homine lapso.

Meritum de cógruo non habet rationem debiti.

1. Argum.

¶ Interim ad duo argumenta quę contra nos propriè extare videntur, respondendum restat. Primum est. Si mandata implere possumus, quātum ad substātiam actus, per naturalem virtutē liberi arbitrij, neq; modus ille charitatis supernaturalis est in omnibus necessarius, fit, vt per eandem naturalem virtutē possimus amicitiam Dei & ęternam hęreditatem promereri: quod est Pelagianum. Nāq; vt huiusmodi præmia mereamur, satis est implere mandata: iuxta illud, Vos amici mei eritis, si feceritis quæ præcepta sunt vobis. Et iuxta illud, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quòd si quis responderet, quòd Christus redemptor noster intelligebat de obedientia mandatorum; quæ fit ex gratia & charitate, profectò talis respōsio principiū petere videretur: nam idem esset tunc dicere, vos chari mei eritis & amici, si in charitate & amicitia mea permanseritis. Adde, quòd cùm gratia Dei sit acceptatio ad gloriam, perinde esset dicere, si vis ad vitam ingredi serua mandata, ac si dictum esset, si vis ad vitam ingredi, esto per gratiam acceptus ad vitam. Et tamen Christus intendebat consequentiam facere ab obseruantia mandatorum ad gratiam & gloriam; Quasi obseruantia esset medium seruandæ gratiæ, & via veniendi ad gloriam. Atq; adeò qui concedit, mandata seruari posse ex viribus naturalibus, in scopulum Pelagianorum videtur impingere. Ad hoc respondetur, quòd qui concederet, omnia prorsus præcepta impleri posse quantum ad substantiam actus, per naturalem facultatem, extricare se ęgrè possent ex hoc loco, nisi aliqua effigie petitionis principij. Tametsi non esset omnino petitio principij sensus ille, Si feceritis amore mei præcepta mea, eritis amici mei, & habebitis vitam æternam. Attamen nos faciliùs respōdemus, quòd neq; quantum ad substantiam actus possumus naturaliter implere omnia absq; auxilio speciali, neq; præceptum dilectionis, quantum ad modum, qui necessarius est. Quocirca verum est, vt quicunque præcepta seruauerit, iam innitatur ope & gratia diuina. Et idcirco nullatenus sequitur posse quempiam ex naturalibus; vel gratiam assequi; vel gloriam. At restat adhuc argumentum supra factum ex Marsilio, nempe quòd inter præcepta vnum debet esse, vt qui est in peccato, disponat se perfectè ad gratiā: aliàs complendo mādata peregrinaretur semper extra gratiam Dei. Hic primum in confesso est Christianis, quòd sit necessarium agenti in peccato permittere se Deo, vt eius fauore disponatur ad gratiam, & recōcilietur: aliàs superuacaneum esset, reliqua seruare. Necessarium inquam necessitas finis, sine quo de præterita culpa damnabitur. An verò sit singulare præceptū, vt noua sit culpa, non habere tātam

Ioan. 15.

Matth. 19.

Respōsio ex sentētia Scoti.

Non facilè soluit hoc argumentū Scotus.

Rñsio iuxta placitum D. Tho.

Replica.

Responsio.

dispositionem, quam sufficit ad gratiam, nihil hic disputamus: sed tamen neque conuincitur præfato argumento. Nam sensus quidem genuinus illius verbi, Si vis ad vitam ingredi serua mandata, est, vt qui nunquàm in vita vllum fregerit, intrabit ad vitam. Etenim qui ab infantia sua nihil mali fecit, vt iuuenis ille euangelicus de se aiebat, eidem neque in lege naturali Deus deesset, quo minus ad se traheret. Qui tamen aliquod transgressus est, licet omnia alia seruauerit, propter illud præteritum, mulctabitur vita æterna: nisi mentem mutauerit ¶ Eidem præterea assertioni, reputa quòd non sit necessarium omnia præcepta implere ex charitate, saltem ad euitandam nouam culpam, opponitur locus ille, Omnia in gloriam Dei facite. Sermo hic tamen, vel præceptum potest esse, vel cõsilium. Sed & fieri quidpiam in gloriam dei, non vnum sed duos potest habere intellectus. Primus est, vt deo vere opus placeat, acceptumque sit ad vitam æternam, alter vt illud opus genere suo sit bonũ, & honestum, vnde videntes dent gloriam Deo iuxta illud, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrum qui in cælis est. Si accipiatur gloria primo modo in sensu, vt sit præceptũ, tunc dicendum est, quod cum sit affirmatiuũ nõ obligat (vt aiunt) pro semper: sed pro tempore quo obligat præceptum dilectionis. Et hæc est expositio S. Tho. loco citato. 1.2. qõ. 100. arti. 10. Potest tamen accipi in sensu, vt sit consiliũ & hic videtur propinquior literæ: scilicet, siue comeditis, siue bibitis, &c. omnia actu referatis in deũ. Potest tertiò deniq; quod forsan est vero propius, accipi gloria secundo modo, vt sit sensus, neq; talia sint opera vestra quæ non possint in Deum referri (qualia sunt peccata) & quæ genere suo honesta feceritis ne referatis in vestram gloriam vanam, sed qualia genere suo sunt, ita faciatis, vt in gloriam dei cedant.

Si vis ad vitam ingredi.

2. Argu. 1. Cor. 10. explicatur Omnia in gloriã dei facite.

Primus sensus.

Matth. 5.

Secundus.

Tertius.

Cui est soli honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Finis libri primi.

FRATRIS Dominici Soto Segouiensis, ordinis Prædicatorum.

De natura & gratia, Liber secundus.

De dispositione ad gratiam. Cap. I.

Librum ergo primũ, Deo perfectore, cõpleuimus: quo de triplici hominis habitu pro angustia ingenij nostri disputauimus. Nẽpe si in pura nudaq; natura fuisset cõditus, quæ nã libero arbitrio officia posset cũ generali influẽtia dei, & vbinã speciali egeret. Atq; si in iustitia originali perstitisset, quid suapte etiã natura valeret, & ad qd indigeret gratia. Ac demũ quousque hoĩs lapsi naturalis facultas sufficiat in bonis morib⁹, & in qua re deficiat. Subsequit̃ consilio, vt de iustificatiõe eiusdẽ hominis p Christum seruatorẽ nostrũ dicam⁹. Quatuor enim hos hominis status statuimus præsenti opere efformare. At quũ iustificatio vna est, qua iniustus mutata mente in gratiã Dei recipit: altera verò, qua iustus iustis operibus iustificatur adhuc, in hoc secũdo libro de prima: in tertio demũ, de altera erit sermo. Sanè vt in hoc causas, rationes, modũ, & ordinẽ diluti demus, quibus lapsus homo iustificat̃: atq; in tertio potestatẽ, facultatẽq; iustificati expẽdam⁹. Quocirca in enarratiõe fermè ambo & apologemate positi sunt sextæ sessionis. S. nr̃æ Trid. Synodi: quæ est de iustificatiõe. Atqui quãuis in superiori nõ defuerint nobis Lutheranorum incursus, qbus cũ idcirco fuit crebrò cõfligẽdũ, hi tñ libri sunt, in quibus maiora subeũda nobis sunt cũ illis certamina. Hi qppe in illa inextricabili & molestissima quæstiõe totus versat̃, an sola fide iustificemur: ac fermè tertius in illa, an sola fides sit, qua legẽ implem⁹. Illa enim vocula, sola fides, eo est vsq; penitus nescio à quo irato Deo obtrusa istorũ mẽtibus, vt nõ iã intra verba, sed toto concusso orbe armis de illa depugnet̃. Quãobrẽ, vt in operis vestibulo præfati sumus, hoc potissimũ loco deinceps versabimur, vt enarrem⁹ modũ, quo FIDES PER CHARITATEM OPERATVR. Est itaq; in tria mẽbra dissecta meditatio hæc iustificationis: Qñ cõsyderanda sunt opa: primũ, quæ antecedẽtia sunt iustificãti gratię: mox, quæ in ipso coeunt iustificationis momẽto: ac demũ, quæ

Epilogus.

Vide præfat. lib. 1.

Iustificatio duplex. c. 6. huius libri.

Propositum libri.

Trid. Syno.

Argumen. Sol.

Opera triplicia in disputatione de iustificatione.

quæ in homine iã iustificato subsequũt. Aiũt enĩ Lutherani præcedẽtia, omnia esse mala: cõcurrentia, nullius esse efficientiæ ad recuperandam gratiã: atq; subsequẽtia, nullius esse meriti ad vitã ęternã. De primo genere diximꝰ lib. 5. de tertio, dicturi sumus in postremo: ac de secundo, in hoc medio. At opera præcedentia, alia sunt merè naturalia, quæ nõ fiunt tanquã propriæ dispositiones ad gratiã: de quibus mõstratum est, nõ esse cuncta, peccata, sed nõnulla moraliter bona: alia verò sunt; quibus gratiæ ineundæ adparamus. Atq; ab his proficiscatur oportet disputatio præsens. De quibus trina est qõ examinanda. Videlicet, an valeat se homo pręparare ad gratiã: an id quidẽ absq; speciali auxilio dei: an deniq; hmõi opera: quę anteueniunt gratiã, sint meritũ aliquod eiusdẽ gratiæ: saltẽ de cõgruo. Prima quęstio inter catholicos citra controuersiã diffinita est ad partẽ affirmatiuã, licèt vtrũ id possit naturaliter, nõ inter oẽs cõueniat. Sed Luthe. fuit, vt c. 19. referre cœpimus, qui nescio quo prætextu extollendę gratiæ Christi, dispositionem omnẽ; & præparationem respuit in nobis. Cuius verba iam c. 15. ex suo arti. 36. à nobis allata sunt. Vbi ait, Liberum arbitriũ post peccatũ res est de solo titulo; & dum facit quod in se est, peccat mortaliter. Et ar. 6. Cõtritio, inqt, quæ paratur per discussionẽ, collectionẽ; & detestationem peccatorũ, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderãdo peccatorũ grauitatẽ, multitudinẽ, fœditatẽ, amissionem æternæ beatitudinis, & acquisitionẽ ęternæ damnationis: hæc cõtritio facit hypocritã, imò magis peccatorem. Hæc Luthe. Atqui hoc loco nũquã hactenus ista familia cessit, quin verò abhorrent audire dispositionis præparationi suæ nomẽ: inclamãtes in suis omnibus colloquijs & apologijs, inde turpiter extenuari gratiã Christi. Hunc verũtamẽ nos locũ bona iam ex parte cõstituimus ca. 14. vbi demõstrauimus, liberè nos à Deo moueri, dũ nostrã in nobis operatur salutẽ. Et deinde ca. 19. vbi dilucidauimus, nõ omnia opera extra gratiã peccata esse, quinimò nõnulla fieri mõ quodã posse bona: quare breuior modò faciliorq; erit expeditio. Potissimũ; quia infra de dispositionibꝰ in particulari, & sindiuiduo redibit sermo. Sit ergo cõclusio catholica Luthecanæ cõtraria, nẽminẽ suæ volũtatis vtentẽ arbitrio cum deo recõciliari, nisi motione liberi arbitrij dispositũ & præparatũ: vt Sinodus Synodus definiuit. Huius mihi equidẽ prima ratio ex rerũ natura, & fide sumitur. Cũ nanq; (quod cõtra istos nũquã nõ est inculcãdũ) virtutes quas natura docet, nõ reijcit: sed quę p se nõ sufficiũt, pficit. Est aũt mortalium animis nullũ aliud ius pęnitius insitũ, q̃ in amicitijs recõciliandis, necessariã primũ esse iniuriarũ in eo qui intulit, pœnitentiã: vt in eo q accepit, cõsequat obliuio, qua ratione odiũ radicitus cõuulsum, locũ faciat amori: ergo & Deus naturę perfectior eandẽ à peccatoribus exposcit animi præparationem. Nisi q cordiũ ipse inspector falli nõ potest specie vlla pœnitẽtię foris cõficta, nisi in aĩo sit intus vera. Neq; vero p hoc q equã detrahit gręę, & misericordiæ Dei, nõ solũ q proxima dispositio à pręueniente deo in nobis fit, vt ca. sequẽti dicturi sumus: verũ etiã q nõ ita huiusmodi preparamenta cõstabiliuimus, vt inter nos dũ inimici eius sumus, & Deum, vlla sit vera ratio iustitiæ, vsq; dũ per misericordiã suã acceptabi sint opera nostra. Quare absq; argento, ait Propheta, redimemini. Et, Venite, emite absq; argẽto; & absq; vlla cõmutatione vinũ & lac. Sed ais; Christus iam pro nobis mortuus est, pretiũ delictorũ totius mũdi persoluens: quid opus vlla est nostra dispositione? Nimirum q vti opera nostra nullius fuissent valoris, nisi pretium ipse persoluisset: ita neminem pretiosus idem sanguis abluit, nisi assentiẽtem & cooperantem: præterquam paruulos, qui ab originali culpa, quam aliena voluntate contraxerant, absq; propria voluntate sacramento lauantur. Id qd ca. citato libri superioris. 15. cõpluribus testimonijs, & rationibꝰ suffulsimus: Sanè, q cum homines simus, atq; adeò liberi iuxta nostrã naturã à Deo mouemur. Hac enĩ de causa; nulla irrationaliũ creaturarũ capax est gratię Dei: qa neq; idonea est, vt rõne ducatur. Ob idq; vt illas in suos ipsarum fines, iuxta naturam suã naturaliter mouet (quare nec laudi illis est moueri, nec vituperio, si non moueãtur) ita nos ad se, qui finis noster est, iuxta ingeniũ nostrũ libere trahit: vt assẽsus noster, & obsequentiũ cooperatio laudi nobis detur: refutatio verò, crimini, & probro. Quas, aliasq; id genus causas diffusissimè ibidem suis numeris locupletauimus. Atqui nisi assensum cooperationẽq; liberi nostri arbitrij operaretur deus, quid ad ostiũ cordis nostri pulsare persẽuerat? Nũ effringere non posset ferreos obices pectoris nostri? Nonne qui solẽ de nihilo fecit ea potestate, vt aërem absq; eius assensu ac nutu illuminaret, dũ venit ipse lux vera, nisi spontaneã cooperatricẽ voluntatẽ nostrã præstolaretur, vniuersum genus humanũ grã sua subitò perfunderet? Profectò nihil opus esset vocare nos ad pœnitentiã, allicere vt veniremus, & vt conuerteremur ad ipsum, atq; adeò eos terroribus

Lutheranorum sñia de cũctis operibus.

c. 19. & 19.

Triplex quęstio de præparatione ad gratiam.

Luthe. negat omnem præparationem.

Cõclus. Tri. ses. 6. ca. 6. & 7. & Thos. 1. 2. q. 113. ar. 3.

Prima ratio.

Fides naturã perficit.

Explicatio cõclusionis.

Esa. 52. & 55.

Rñsio Lutheranorũ. Solutio.

Neminem Christus redemit nisi assentientem. Vide. 1. 2. q. 5. ar. 7. & q. 113. art 3.

Paruulorũ emũdatio ab originali cur absq; ppria volunta te.

Rõnes altę cõclusionis.

Apoc. 3.

toribus pcellere, qui sunt rebelles. Neq;, vt, illud Hierosolymis dixisset, q toties voluisti eos congregare, vt gallina pullos, restitissent, nisi hanc præparationē nostrā animi necessariam (vt in iure erat naturali) statuisset. Neq; obstinatio aliàs cordis nostri, culpa esset nostra, nisi nostra esset dispositio necessaria. At quia patientia, & expectatio Dei, vt author est Paulus, ad pniam nos non cogit, sed adducit: ideo qui nō cōuertūtur, furorē & iram thesaurizant in die iræ. Vnde Chryso. homil. 9. super Ioānē, deus inquit, neminē cogit, sed suadet vt rectè faciamus, & quicūq; ipsi assentiūtur, & allicit, & trahit. Propterea cū veniret in mūdum, alij eū receperunt, alij eū neglexerunt. Nullū seruorum Deus vult inuitū, nullū coactū, sed eos tantū, q sponte sua ipsum optant, ipsum amplectūtur, & gratiā se dei & virtutis habere intelligūt. Homines enī (vtpote quibus necessario seruorum opera & seruitio opus est) improbos & dicto nō audientes seruos, possessionis iure coercēt: Deus aūt, cū sibi ipsi sufficiat, & nulli' indigeat, nostræ dūtaxat, salutis gratia, oia operat, nosque ipsos nostri arbitrij, & iuris esse liberè permittit. Quòd si nolentes ad seruiendū traheret, nō secus eis deberet, ac si nullū præstitissent seruitioni. Hæc Chryso. Vnde illud cōcilij Arausicani cano. 4. q deus vt à peccato purgemur, voluntatē nrām nun expectat, nō ita audiendum est, q nō operatur assensum nostrū, sed q nō ipsum nos, sed ipse nos præuenit. Et eodem modo rñdet Aug. libr. 1. cōtra duas epis. Pelagia. 19. ad argum. qd fieri potest ex verbo euangelij, Nemo pōt venire, nisi pater traxerit, vbi cū nō ait, duxerit, videtur Christus insinuare homines nolētes, atq; adeò nō assentientes trahi. Nā trahitur quis nolēs, ducitur autē volens. Rñdet inquā, dictū esse, traxerit, non quia aliquē deus trahat inuitū, nemo, inquit, venit nisi volens: sed ne ex verbo, duxerit, occasio daretur suspicandi, q nos prius volumus, dictū est traxerit. Nō q nolētem cogat, qa impossibile est, inquit, vt quis nolens credat: sed quia ex nolente facit volentē. Vnde, vt libr. 1. cap. 15. adnotauimus, falsissimè & turpissimè Luthe. art. 36. citat August. in eodē lib. q nolētes Deus, & reluctantes cōuertat. Est ergo necessaria assensio, cooperatio, atq; adeò dispositio nostra ad nrām iustificationē. Quā ob causam Apost. ad Philip. Cū metu, inquit, & tremore vestrā salutē operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis, velle, & perficere p bona volūtate. Quasi dixisset, Quāuis deus sit qui volūtatē vestrā mouet, vos autē nihilominus debetis cum tremore per liberum arbitrium

Math. 23.

Rom. 2. a.

Chryso.

Concil. Arausic.

August.

Ioan. 6. Trahere in euangelio.

Luthe.

Philip. 2.

cooperari. Id quod sapienter Augu. c. 9. adnotauit in de gra. & libe. arbi. ¶ Quòd si motus voluntatis nostræ ad pœnitentiā, vt in primo argumēto mōstrabamus, necessaria est præparatio gratiæ: inde fit cōsequēs, vt quæ nos cūctæ in hunc saluberrimū affectum cōmouent, præparatio etiā sint nōnulla, licèt nō ita proxima & necessaria. Vti terrores inferni & iudicij dei, quinimò metus ignominiæ apud homines, & aliarū pœnarū, quæ lege decretæ sunt delictoribus & criminosis. Huius testimonia vulgatiora sunt in vtraq; pagina sacra, q vt sit opus tāta hic nos prolixitate molestos esse. Est enī veteris testamenti historijs q plurimis memoriæ proditū, vt deus hostiū pauoribus, cōminationibus, alijsq; flagellis durum illum & volubilē populū sæpe cohibuisset, & in viā reuocasset. Vnde Dauid, Cùm occideret, inquit, eos, tunc quærebant eū, & reuertebantur: seu vt alia habet lectio, reuerebātur. Et iterum. Clamauerūt ad dnm cùm tribularentur. Atqui ipse idem artifex conficiendæ medicinalis pœnitentiæ, Circundederunt me, inquit, dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circundederūt me: præoccupauerunt me laquei mortis: in tribulatione mea inuocaui dnm. Sed superuacaneū est illa mendicare, cum euangeliū sit apertū. Sanè cuius prædicatio à pœnitentia, atq; ab incussione metus gehēnæ cœpit. Ita enim Ioan. Genimina viperarum quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Et Christus ipse redemptor noster timere nos eum iubet, qui potest corpus & animam mittere in gehennā, atq; adeò perhorrēda signa extremi illius diei. Vulgaria sunt hæc. At expēdamus quomodo nostri Protestātes deludere hæc vniuersa moliūtur. Fatentur quidem in confessione Augustana, & vbiq; prædicationē euāgelicā redarguere peccata, vt perterrefacta corda ad fidē confugiant. Sed addit Melācthō in sua apologia, q anteq vincamus terrores illos per fidē, peccata ipsi etiam sunt. Et Bucer. in eo libro, quo cōpositor prodijt cōtrouersiarum, ait, q quæcunq; opera præparationis, etiam contritio ipsa, antequàm adsit fides (& intelligit, antequam adsit gratia) peccata sunt. Li. eadem semper salebra cum suis cōplicibus hærens, quod qui in peccato est, atque adeò filius iræ dei, nihil efficere potest, nisi quod ira etiam dignū sit dei. Sed huc tuos conuenire cupio. Si terrores isti inferni, quos nobis peccata nostra minantur, in hoc Christus nobis intulit, vt per illos reuocemur in fidem suam & gratiam, quo modo peccata sunt, etiā antequàm perueniatur ad gratiam?

Quicūq; fuerit parum: dacere nos in pœnitentiā vitio caret vide lib. 1. cap. 11. & nos disponit quodāmo.

Psal. 77.

Psal. 17.

Ioan. 3.

Math. 10.

Impugnatio Lutheranorum.

Melancthō.

Bucerus.

Lutherani: qui est in peccato nihil boni potest agere.

Ratio notanda.

Nun-

Nunquid deus nesciuit nos ab iniquitatibus nostris alio cōpendio dimouere q̃ in noua nos cōijciēdo crimina? Esto nō statim cōsequātur effectū suum, ideo nō peccata cēsenda? Si homo crudi pectoris verba dei audiēs in cōcione nondū emolliri satis pōt, idcirco verbū dei audisse peccatū est illi? Nunq̃ ne cōsyderastis, q̄ si terrores illi peccata sunt, peccatū etiā erit illos hominibus incutere? Atq; adeò (ne in Christum illos etiā incutientem tantā proferamus blasphemiā) saltem Ioā. dum progeniē vipera rū à vētura ira perterrefacit: & Petrus & Paul⁹ & apostoli reliqui dū peccatorib⁹ pniam prædicabant, culpa se ipsi & crimine implicabant, plebem cōmouentes ad malū? Meritò sanè censenda noua est theologia hæc, quæ vos hęc cōmenta docuit. Q̃m nulla, si dialecticā nostis, collectio est, vt sit homo si filius iræ, quæcūq; opera faciat, digna sint iræ. Hoc enim loco satis vos, credo, depulimus ca. 19. prioris libri: & iterato de eadem re vobis rñdebimus lib. 3. capi. 4. Incassum profectò positæ essent pœnæ, siue æternæ à deo, siue ab hominibus tēporariæ: iuuenum admonitiones & consilia, ac deniq; remedia oīa ad cohibendū iniquos: quinimò perniciosa essent talia instituta, si metus eorū peccata essent anteq̃ homines peruenirēt ad gratiā. Reuera clemētissimus atq; in nos benignissimus deus, vt crebrò est apud Chrysost. & cæteros Patres, nō in id potissimū supplicia inferni esse voluit, vt perditos homines cruciaret (tāetsi & hæc iustitia sua est) sed certè vt inferni pauore à delictis arceret, quos misericorditer prēmiaret. Quinimò & ciuiles pœnæ simili intētione decretæ sunt. At ex illo filio prodigo euāgelij, manifestū sumitur aduersus istos argumentū, sanè qui postq̃ dilapidauerat paterna bona, egestate cōpulsus: & pedore, & pudore, q̄ porcos pasceret, de reditu cogitauit. Nisi fortè defendere velint, quòd confusio illa & horror, quē concepit, & mendicitatis afflictio, antequàm eum pater in gratiā reciperet, peccata essent omnia. Igitur licèt metus gehēnæ, & alij id genus, in quos delicta nostra nos mittunt, non sint, absente gratia, absolutę virtutes: nō tamē protinus fit, vt sint peccata, sed sunt vtilia bona. Id quod in exēplo Aug. tracta. 9. super epistolā Ioan. de seta introducē te linum, cōspicuū est. Seta enim fragilior est ac debilior, q̃ vt possit eorū consuere, nō tamē cōsequitur, vt si nō habeat robur & firmamē tum lini: propterea sit mala, cū vtilis est inducē do lino, quod illa exclusa eorū cōtinet. Ita omnino quāuis timor qui præit charitatē, non satus nos deo cōglutinet & compaginet: vtilis tā

Dissoluitur argu. Lutheranum.

Misericordia Dei in cō stitutiōe inferni.

Exemplū de filio pdigo. Luc. 15.

August.

est illi inducēdę, quę foras misso timore, id pręstat. Quā obrem tanquā initiū sapientię, bon⁹ est timor dñi. Præterea mirabile est, q̄ lugere charorum mortes & alias calamitates, illis etiā qui sunt in peccato, nō sit peccatū: & tamē deplorare miserias, in quas nostra nos flagitia intulerunt, peccato nobis & hypocrisi imputet. Porrò dolores parturientis vtcunq; ipsam discrucient, nō æstimātur mali, qñ viam edendo fœtui aperiunt. Vnde Esa. scđm Hebraicā veritatem. Sicut quæ cōcepit, cū appropinquauerit ad partū, dolēs clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua dñe. Cōcepimus, & quasi parturiuimus: & peperimus spiritū. Vbi Hierony. Sicut ad partū, inquit, mulier appropinquans, dolore cogitur exclamare: sic nos angustia requirimus te, & à facie fortitudinis tuæ cōcepimus, & parturiuimus & peperimus, nō carnis liberos, sed spiritus. Neq; alio olim deus nutu Niniuitis terribile illud iudicium per prophetam denunciauit, nisi vt terrore illos dispo neret ad gratiā. Quare blasphemia esset dicere terrorem illis fuisse peccatū. Quin vt. c. 18. lib. 1. dicebamus, vt Nabuchodonosor, ita & Pharaonem eisdem plagis mollire curabat, nisi q̄ alter audiuit, & didicit, alter verò vidit, & renuit. Plena sunt oīa huiusinodi vulgatissimis testimonijs præparationis nræ. Et quæ proximè superioribus octo capitulis latissimè excogitauimus, cūcta in hūc locū conferri possunt. De quo proinde satis. Inferiùs nanq; tractandum nostis restat, qualis sit hæc præparatio, quotq; sint actus ex quibus constet.

Eccles. 1.

Esa. 26.

Hierony.

Iona. 3.

Quo obiectiones aduersariorum repelluntur. Cap. II.

CAusæ quibus cōcitantur isti, vt aduersus hanc nostram animi disposi tionē & præparationē tanta acerbi tate pronūcient, hæc fermè sunt. Primam con ficiunt ex illo loco Pauli, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeā, factus sum velut æs sonans, aut cimbalū tinniēs. Si habuero ,ꝓphetiā, & cætera quæ sequunt, citra charitatē, nihil sum. Ecce inquit Luthe. art. 6. Quicquid fit extra charitatē, non fit ex toto corde, & ideo hypocrisis est: iuxta illud, Populus iste labijs me honorat, cor autē eorū longe est à me. Hac enim, inquit, de causa appellat eos Christus hypocritas: hypocrisis autem peccatum est: ergo quicquid operis fit extra charitatem, est peccatū: adeoq; nulla esse potest dispositio ad gratiā. At nulla est cōsequentiæ probabilitas, si qđ fit extra charitatem, nihil est in cōspectu Dei, qđ sit protinus

Lutheranorum primū argu. 1. Cor. 13.

Math. 5. Quid sit hypocrisis Luthero.

Nulla est illatio Lutheri.

peccatum. Quicquid eñ officij à gradu illo diuinæ gratię deficit, nullius æstimatur vel pōderis vel pretij apud deū: nō tamē cōtinuò sequitur, vt sit peccatū. Quinimò longe diuersa est illic insinuatio Pauli. Propterea eñ constituit exēplum in rebus q̄ genere suo sunt bonæ: vt doceat, quod quāuis prophetia extra charitatem vere sit, ꝓphetia, sicuti fuit in Caipha illo nequā Pōtifice, & fides etiā mortua rationem suam habeat & substantiam fidei: nihil tñ sunt in iudicio & æstimatione dei ad vitā æternam. At nihilominus suo esse possunt gñe, id est, moraliter bona. Schola autē Lutherana, vt eodem loco docet magister suus, impietatē reputat, opus esse vllum naturale moraliter bonū, ita mediū inter amorē & odium dei, vt à neutro procedat. Atq; adeò negat fidē extra charitatē, fidē esse. Id qđ vsquequaq; pertendunt defendere. Vnde vtiq; colligunt, quodcunque peccatoris opus, quoniā ex amore non fit, ex odio procedere, adeoq; peccatū esse. Sed quomodo huius posśint hominib' sanę mētis fidē facere, nō video. Quibus inquā persuadeāt, vt qui alicuius flagitij reus est: verbi grã, q amorē turpē ex animo languenti, vel odium inimici eximere nō potest, quicquid is faciat gñe suo bonū: idest, si hospitalis sit erga pauperes, si beneuolus in ciues, si oret, si fidē corde & ore confiteatur, si deniq; māducet, aut bibat: hæc omnia in odiū dei faciat. Quid si perterritus iudicio diuino, cupiens pus illud euomere, & ad deum toto pectore reuerti, eleemosynas distribuit in pauperes, inedia maccrat carnē, assiduis precationibus insistit apud deū: vt virulenta illa animi ægritudine liberetur? Nunquid hæc etiā oia, quia ex vero amore dei nō fiunt, consequitur, vt ex odio procedant? Profectò non est adeò dissidendū nobis de natura humana, vt quæpiam liberū animū talis subeat cogitatio. Neq; illud Luthere, quod arbitraris, hypocrisis est: si diffinitionem Christi magistri nostri meditatius perpendas. Hypocritas enim eos appellat redēptor noster, qui aliud ex hibent foris in effectu, quàm in affectu gerant. Qui autē officia hæc, quāuis propter admixtā culpam non faciat ex totò corde: facit tamen propter honestū, vel fortè, vt adiecimus, intentione inclinandi ad se deum, cuius ope sanetur: is, inquam, non aliud exhibet foris, quàm gestat in corde: quocirca neq; est hypocrita. Quòd nisi omnis rationalis ac naturalis philosophia explosa vobis esset, cerneretis, nō omnia quæ fiunt ab homine prauo, proficisci à prauitate. Habet eñ homo, quē modò depingimus, affectum amicæ, à quo sordidus, & impudicus, vel odium inimici, à quo iniquus est: sed habet simul & distinctā aliam voluntatem faciendi quod honestū est, vel desiderium etiā resipiscendi, pugnās cum priori affectu, vnde opera illa, vtcunq; bona, dimanant. Atqui hoc interpretamēto elucescit sensus Aug. 2. epistola ad Sixtū: cuius inde verba nobis opponūt, nihil tñ nobis obstātia. Ait enim percipiendæ primæ gratiæ nulla in impio præcedere merita. Quoniā meritis, inquit, impij nō gratia, sed pœna debetur. Quibus profectò verbis nullatenus condemnantur singula opera impij: sed hoc tantùm decernitur, ꝙ nulla sunt in illo merita nisi supplicij. Etenim opera moraliter bona, neque vitæ æternæ, neque supplicij merita sunt. Quare sensus Augustini is prorsus est, ꝙ nulla habeat merita gratiæ: sed propter vnum quod habeat peccatū mortale, dignus sit æterno supplicio. ¶ Mox adferunt pro se istiillud Pauli, Lex subintrauit, vt abundaret delictum. Vnde nescio cuius arte dialecticæ, fingit Luther. omne opus antecedens gratiā, & quanecū que detestationē peccatorū, facere magis peccatorē. Ait eñ, ꝙ q̄cūq; recogitatio peccatorū ante gratiā necessario ingenerat odiū legis, propter cuius prohibitionē illa sunt peccata. Atq; ideò peccator maiori odio habet legem, q̄ peccatū cū ergo odiū legis peccatum sit, cōsequitur, vt talis memoria peccatorū magis faciat peccatorem. Quocirca, nisi fides (videlicet formata, q̄ solā admittit esse fidē) pręcedat, per niciosa est peccatorū cogitatio. Vide q̄ sit indignū argumentū, cui vlla reddatur respōsio. Imprimis lex nō fuit in hoc posita: hoc eſt, in tēta, vt hōies ad peccatū induceret, aliàs nō esset lex sancta & mādatū sanctū, vt ait Paulus: sed certè quātū ad moralia præcepta, vt hoīes bonos faceret (qđ est munus propriū legis) & quantū ad ceremonialia, vt vēturū prænūciaret Christū. At (vt vulgatisśima habet glossa) ex eo ꝙ ꝓhibebat, nō tñ extinguebat concupiscētiā, occasio erat, nō vniuersis, sed sensualibus hoibus peccādi, tū multiplicādo mandata, tū ꝙ appetit' hois vehemēti' nititi i vetita. Vñ id solū elicit, ꝙ q̄cunq; opa fiūt cōtra legē, peccata sūt. Et ꝑterea, ꝙ odiū ipm legis cuiuscūq; siue scriptæ, siue naturalis, ꝓpterea ꝙ cupiditates nr̃as cōpescat, impietas quoq; sit. At verò nō q̄cunq; execrat peccata, q̄ admisit ꝓter dispēdiū, & dāna q̄ inde passus est, odio habet legē. Quāobrē nō solū vbi nō ꝓcedit fides viua ꝓcedit aūt mortua, verū vbi nulla ꝓcedit infusa fides, sed sola naturalis notitia ꝙ deus est, & remunerator est, metus supplicij, odiūq; subinde ac detestatio peccatorū, adeò nihil adferūt mali, vt

Ioan. 11.
Lutherani negant opera moraliter bona. Vide de capit. 13. huius libri.
Lutherani negant fidē extra charitaté vide. c. 5. huius lib.
Impugnatio Lutheranorum.
Hypocrisis lib. 3. cap. 9. fo. 196.a
August.
2. Argumēt. Lutheranū.
Roma. 5.
Responsio.
Roma. 9.
Lex quomodo fuit occasio peccādi.

li, vt plurimũ etiã vtilitatis cõferant ad salutẽ.

Tertium argumentum.

¶ Tertiũ tñ locũ nemo sit qui nõ miretur, quousq; violenter distorqueãt, vt in suã sententiã pertrahãt. Locus aũt ille est de exciso palmite: qua pulcherrima similitudine vsus est seruator

Ioan. 15.

noster, Si qs in me nõ manserit mittetẽ foras sicut palmes, & arescet: & colligẽt eũ, & in ignẽ mittẽt, & ardebit. Cõmentat eñ Luthe. ar. 36. duo priora ptinere ad libe. arbi. in hac vita: scilicet mitti foras, & arescere: reliqua verò tria, nẽpe colligi, mitti in ignẽ, & ardere, ad futurũ seculũ. Vñ quicũq;, inqt, à grã hîc Dei p peccatũ decidit, tradit sathanę: qui nõ pmittat eũ conari ad bonũ: sed cogat arescere, & semp peiorẽ fieri. Attñ locus hic primũ totus attinet ad

Matth. 13.

extremũ iudiciũ. Ibi eñ vt expressit Christus exẽplo sagenæ missę in mare, exibũt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ (qđ est foras mitti) arescẽtes prę timore & expectatione horrẽdi iudicij, qđ illos manet: atq; adeò quasi in fasciculos incẽdio aptos colligẽt, mittẽtq; in ignẽ æternũ. Sed vt gratis largiamur, duo illa priora mẽbra ad vitã spectare præsentẽ: absit vt quicũq; grã Dei excidit, eousq; mittat foras in potestate sathanæ, vt nulla fiat sibi reliqua libertas redeundi in gratiã Christi, qui paratissimus est manũ cuicunq; porrigere. Nam tunc nunquã peccatores, vt ad se reuertant vocaret: qđ tñ assiduè & instãtissimè p totũ Euãgeliũ pseuerat facere. Illos verò qui nunquã de reditu cogitãt, sed ostiũ cordis misericordiæ diuinæ vectibus suarũ cupiditatũ obserant, planè concedimus, vt quos fons ille aquæ viuæ salientis in vitã æternã nõ alluit, in dies magis ac magis arescere. Reliqua Lutheranorũ argumẽta huius farinæ sunt. Haud tñ me præterit, meliusculè iã loqui Lutheranos de dispositiõe ad gratiã in libello imperatorio Ratisponẽsi: licèt nõ prorsus rẽ planè cõfiteantur: de quorũ sententia explicatior sermo cap. 12. futurus est.

De auxilio speciali Dei. Cap. 3.



HAc cũ Lutheranis prę habita disputatiõe, discutiendũ secũdo loco sequit, vtrũ dispositio hęc humanis viribus fieri possit, an necessarium sit speciale auxiliũ grę. Vbi operępretiũ est de gratia, quot sint huius nominis significatus pręnotare.

Gratiæ diuisio.

Gratia in vniuersum (quod vox per se ipsa apertè sonat) à sua causa nomẽ hoc mutuatur, vt initio superioris libri dicebamus. Est eñ donũ, qđ nõ debetur suscipiẽti, sed gra

Rom. 11. A.

tuita voluntate donat. Aliàs, vt ait Apost, si ex operibus, iã nõ est grã. Attamẽ dũ sub aliquo generali noĩe specięs quæpiã aut suppositũ aliquam prę alijs habet peculiarẽ qualitatẽ, vnde possit ppriã nomẽclaturã sortiri, nomẽ ipsum generale fit aliorũ quasi speciale. Vnaquęlibet diuinarũ personarũ est spiritus sanctus: verùm quia pater & filius notiones habent proprias, quibus nũcupantur, nomẽ, spiritus sanctus, tribuitur tertiæ psonę. Pari modo, oĩs cuiusq; generis gratia sic appellat, qa gratis data: sed qa vna est specialis gratia, qua nos sibi Deus formaliter facit gratos: secundum illud, Iustificati

Rom. 3.

gratis per gratiã ipsius, hæc ab effectu propriè denominat grã gratũ faciens: reliquis retinentibus genericũ nomẽ, vt dicãtur gratiæ gratis

Gr̃a gratis data.

datæ. At verò gratiæ gratis datæ, quæ è regione disparantur à gratum faciente, sunt dona illa, quæ cõferũtur nõ in bonũ ipsius suscipientis, sed in cõmunem vtilitatẽ: quas idcirco donari nihil vetat prauis hominib', vt dona prophetiæ, linguarũ & sanitatum, & cætera quæ refert Paul. ad Corint. Cuius diuersa ratio est gratiæ gratũ facientis: vt quæ in bonum propriè ipsius possidentis tribuitur.

Sicut de Caipha prophetãte de Christi redẽptione & morte legimus. Io. 11.

1. Cor. 12.

Auxilium speciale.

Auxilium generale.

Cõcursus aũt & subuentus Dei præuenientis cõuertentisq; ad se nos, etsi inter gratias gratis datas connumeretur, habet tamẽ peculiare nomen auxilij specialis seu gratuiti: sanè quo nos super naturam euehit. Vt discernatur à generali influxu, quo res mouet, fouetq; naturales.

Duplex dispositio ad gratiam.

¶ Mox consyderandũ secundò est, quòd dispositio ad gratiã duplex esse potest: alia, si lubet, impropria, & remotissima, neque sufficiens, neq; omnino necessaria: vtpote, quodcunq; opus moraliter bonum, quod fit ex puris naturalibus cum auxilio generali Dei propter honestum aut propter rationes aliquas, & necessitudines humanas, quæ bonæ sunt genere suo. Quæ tñ officia nõ possunt, quaten' opera sunt qualis qualis virtutis, non aliquo modo viã de se sternere ad charitatem. Et pręsertim si in huiusmodi se operibus peccator exerceat intentione inflectendi Deũ, qui durũ sibi cor emolliat ad pœnitentiam. Quẽ nimirum finem, sicuti & honestos alios, potest sibi naturaliter præstituere.

Quomodo opa moraliter bona aliquo modo ptinere possint ad gratię dispositionem.

Hæc autem naturalia opera non sunt illa, quę quasi propriam dispositionẽ statuta lege subsequatur iustificatio. Alia est dispositio ppria, & ad iustificationem necessaria. Et de hac est quæstio, vtrùm taliter se homo possit disponere ad gratiam ex suis naturalibus, vt certò semper & infallibiliter subsequatur gratia.

Sensus quæstionis.

Et sunt ex theologis complures, qui id sibi habent persuasum. Scot. 2. sent. dist. 28. (vt paulò ante dicebamus) dum loquitur de his, quæ homo potest naturaliter circa diuina præce-

Scot.

pta,hęc profert verba de pręcepto dilectionis Dei sup oīa. Quādocunq; volūtas actū huius pręcepti exequitur, licēt informis,disponit,se de cōgruo ad gratiā gratificātē, cui oblatę vel resistet,& peccabit:vel cōsentiet,& iustificabitur. Vbi tria videt affirmare. Primū,ꝙ dispositio sufficiens ad gratiā potest esse dilectio Dei sup oīa, quod inferiùs in litē repetendū nobis est: alterum ꝙ dispositio potest fieri ex puris naturalibus:cuius hic examē facturi sumus: & tertium,ꝙ talis dispositio est meritoria de cō gruo:de quo capite sequēti disseret. Et lib.4.d. 14.q.2. Potest, inqt, homo ex naturalibus cū cōmuni influentia habere attritionē,quę fit dispositio & meritū de cōgruo ad deletionē peccati mortalis. Atqui de secūdo saltem & tertio pūcto,videlicet,quòd sit aliqua dispositio gratię ex naturalib⁹, & illa sit meritū de cōgruo,

Nominales. cōplures illi adhęrent. Nā ferme nominales pręter Greg. Ariminensem. Sequitur pręterea

Adrianus. Durand. ipsum Adrianus quolibeto.7.q.4.& Dur.eadē d.q.5. Nihilo secius respōsio huius quęstionis

Conclusio. Nemo pōt se omnino ad gratiam disponere naturalibus viribus. est negatiua. Nempe quòd nemo facultate humana potest sufficiēter se ad gratiā disponere, nisi speciali auxilio subnixus ea dispositione, quam infallibiliter & certa lege subsequat gr͂a. Et ne,quę diuersę sunt quęstiones, in vnā cō glutinemus: nihil modò aio de merito cōgrui, sed id etiā affirmamus,quòd quāuis dispositio illa nō vocaretur meritū de cōgruo,non est tñ admittendū,ꝙ se homo posūt ad gratiā disponere tali dispositione. Neq; profectò negatio hęc(nisi meus me fallit scrupulus) cēsenda tantum est, vel S.Tho. vel theologorū cuiuspiam opinio: sed conclusio quę ita colligit ex sacris locis,vt ęgrè possit à viro orthodoxo refutari.

S.Thom. Ioan.6. Et q.112. artic.2. Neq; S.Tho.hāc tenet cōclusionē,solūm tanq̃ opinionem,sed reuera tanq̃ fidem Christi:vbi ait,Nemo potest venire ad me, nisi pater q̃ misit me,traxerit eū. Exordiamur ergo inde ex verbis eius.1.2.q.109.ar.6. Duplex, inquit,est pręparatio voluntatis ad bonū. Vna quidem ad bene operandū, & Deo fruendū. Quę fieri nequit sine habituali gr͂a gratum faciēte, quę principiū est operis meritorij. Porrò cōclusio hęc prima cōmunis est cōsensus theologorū aduersus Pelagiū. At talia est pręparatio ad cō sequendā & suscipiendā gratiā ipsam habitualem:quę quidē pręparatio nō fit per aliū pręcedentē habitū. Nam aliàs ante hunc secundū requireretur alius prior: & sic esset in infinitū abitio. Et neq; de hac secūda vlla est theologorum discordia. Sed oportet,inquit, pręsupponi aliquod auxiliū gratuitum Dei interiùs animam mouētis,siue inspirātis bonū propositū.

Et de hac tertia dissidēt (vt dictū est) doctores. Ratio quam adfert S.Tho.est similitudo quę dā naturalis. Cū eñ, inquit, omne agēs agat ꝑ pter suū ꝓpriū finē,qualis est ordo finiū, talis est & agentiū: quippe, vt quātò agēs superius est,tantò suas referat actiones in finē superiorem. Vt in exercitu primū agens est dux, seu princeps:cuius ꝓinde finis ꝓprius est ille,qui est supremus:scilicet,vincere: tribunus aūt qui agit sub duce,nō habet ꝓ proprio fine,& scopo,nisi peculiarē legionē gubernare ex imperio supremi ducis: & ideo ad primū ducem spectat, oēs partes exercitus disponere, quatenus meliùs ad victoriā confert. Cùm ergo Deus sit prima causa infundendę gratię, p quā cōuerti mur in vltimū finē, ad ipsum spectat disponere,& pręparare nobis animos eidem ipsi dono suscipiendo. Duran. verò & reliqui dicūt hanc Duran. impugnat Thomæ rōnem.
rationē non cōcludere, adferentes cōtrà aliud exēplum naturale. Deus enim est, qui infundit animā in generatione hominis, & tñ materia disponitur ab inferiore agēte: puta per causas naturales. Et pari inquiūt modo, licet sol⁹ De⁹ sit qui gratiam infundat,nihil obstat, quò minus se homo ipse naturali virtute disponat & accōmodet ad eandē gratiā. At verò primū si militudo hęc nihil deterit, imò potiùs corroborat rationem S.Tho. Quoniā virtus seminis Impugnatio
disponentis materiā ad infusionē animę ratio opinionis
nalis, virtus est quoq; animę rationalis, puta Durand.
hominis generātis: & ideo causa disponēs pro portionē habet cū forma,ad quam fit dispositio. Sed pręterea quicquid sit de ratione naturali:hoc est vnde isti falluntur, ꝙ putāt S.Th. illa sola ratione naturali cōniti,cū tñ res longè aliter sit: supponit enim veritatem illam tanq̃ euangelicā, quę omni porrò naturali ratione firmior est. Adducit aūt rationē duntaxat explicationis causa. Vnde cū.2.sen. d.27.&.28. S.Thom. re
opinionē cōmunē insequutus, affirmasset, tū tractat sen
ꝙ homo ex naturalib⁹ posset se disponere ad tentiā cōem
gratiam, tum quòd dispositio illa esset meritū de congruo:postmodū in summa, eloquia sacra & Patrum,cùm primis August. sententias meditatiùs explorans,vtrunq; retractauit.

¶Prima ergo ratio cōclusionis est: Disponere Prima ratio
se hominē & parare ad gratiā, nihil aliud est, cōclusionis.
quàm animū ab iniquitate dimouere, conuertereq; ad Deum,à quo gratiā recipiat: veluti si qui faciē à sole habebat auersam, ipsum respiciat,vt lumine pfundat: cōuersio aūt Deo pręuenienti tribuit in sacra scriptura: iuxta illud,
Deus virtutū cōuerte nos. Et, Cōuerte me dñe, Psal.79.
& cōuertar, Et, Cōuerte nos dñe ad te,& con- Iere.31.
uertemur. Quòd si ordine conuersu legamus Thren.5.
etiam

Iohel. 2. etiã, Conuertimini ad me in toto corde vestro.
Zacha. 1. Et, Conuertimini ad me & conuertar ad vos: il
hic solũ significatur per nos stare, quo minus à
Deo iugiter pulsante ad ostium, cõuertamur,
vt lib. superiori cap. 16. & 18. fusiùs patefeci-
mus. Eadem præterea præparatio, quia fit spi-
Tractio. ritualiter, instar corporalis motus, dicitur tra-
Ioan. 6. ctio, & tñ nemo (inquit Christus) potest veni-
re ad me, nisi pater q misit me, traxerit eũ. Ne-
que verò tuta respõsio est, quã securi quidã ex
cogitãt, vtpote q hæc & similia testimonia re
ferãtur ad infusionẽ grẽ. Quin imò hoc me cõ
trà potissimũ mouet, q infusio grẽ nõ est tra-
ctio nec conuersio, sed terminus ipsius motus.
Quare si dispositio naturaliter à nobis fieret,
Deo tñ infundẽte gratiã, nõ ꝓpriè Deus esset
q nos traheret aut cõuerteret, sed nos ipsi vir-
tute nostra reuerteremur ad ipsum, suscepturi
gratiã. Sicuti dũ ego faciẽ versus solẽ voluo, nõ
me ipse vertit, sed illuminat. Deo autẽ nõ solũ
attribuit illuminatio, quę est terminus, sed mo
tus ipse, qui est tractio & cõuersio: iuxta illud
Aug. de gra. & lib. arb. ca. 5. Nisi donũ Dei es-
set, etiã ipsa ad Deũ nostra cõuersio, nõ ei dice
retur, Dñe Deus virtutũ cõuerte nos. ¶ Secun
Secunda rõ. dò. Dispositio sufficiens, quã certò, & infallibi
liter sequit gratia, est inchoatio quædã iustifi-
cationis. Paulus aũt etiã inchoationẽ ipsam de
2. Cor. 3. negat adimitq; nobis: vt ait, q non sumus suffi
cientes à nobis, vel quicquã cogitare, quasi ex
nobis. Et nomine cogitationis designat primã
dispositionem & initium motus, qui sit recta
Ioan. 15. via ad gratiã. Quasi exponẽs verbum Christi,
Sine me nihil potestis facere. Loquitur enim
Christus illic de fructu, quem fecerimus in Chri
sto, ceu palmites in vite: cuius prima etiam in
choatio est à vite. Et ideò aduersus Pelagiũ (vt
Concil. Mileuit. patet in Concilio Mileuitano, & in Palestino,
vt refert ad Paulinũ Aug.) non solùm definitũ
est, gratiã nullis meritis nostris dari, verùm ne-
que vllum esse in nobis initiũ, sed Deũ esse in-
August. ceptorẽ: de quo se ipse etiã Aug. lib. 1. retract.
ca. 23. correxit: qui aliquãdo fuerat in illo erro
re, q saltem initium iustitiæ nostræ apud Deũ
Tertia ratio esset ex nobis. ¶ Tertiò id maximè conuinci-
Rom. 9. tur ex Paulo, vbi dũ iustificamur, vt lutũ nos
æstimat cõparatione ad Deũ. Lutũ autem nõ
solùm efformatur à figulo, sed ab eodẽ molle
fit, appraturq;, & coaptatur. Adde (vnde hoc
Cõfirmatio. maximè confirmatur) q dispositio, de qua lo-
Dispositio effectus prædestinatiõis. quimur, effectus est prædestinationis: effectus
autẽ prędestinationis, sine quæ nullã in nobis
Tho. 1. p. q. 23 art. 5. habent causam, oẽs præueniũtur à Deo, tãquã
effectus supranaturales. Accedit huc tandẽ ex
August. pressa sententia Aug. vbicunq; cũ Pelagianis

conflictatur. Potissimum lib. 3. Hypog. vbi de
vulnere, & infirmitate lib. arbi. ita expresse de
cernit, q nec valet incipere, nec perficere suffi-
cit, nisi præueniatur medicina, id est, Christi
gratia sanet: subijciens testimoniũ illud, Dabo Ezech. 36.
in vos cor nouũ & spiritũ nouum. Quod nihil
(inquit) aliud significat, nisi voluntates homi-
num lapsas, per Christum reparari & præpa-
rari. Et concludit, q à Deo præparatur volun
tas: secũdum illud Psal. Cor mundũ crea in me Psal. 50.
Deus: & spiritũ rectũ innoua in visceribꝰ meis.
Hactenus Aug. subiungens exẽplũ Petri, quẽ Luc. 22.
nisi dñs respexisset, nunquã pœnitẽtia motus
fleuisset amarè. Quod & lib. 9. super Lucã ad-
notauit Ambro. Quamobrem vbi ait Sapiẽs, Ambr.
Hominis est animã præparare, cõtinenter sub Prouer. 16.
iungit, Et dñi gubernare linguã. Et vbi ait, Cor
hominis disponit viã suã, protinus subdit, Sed
dñi est dirigere gressus eius. Nempè vt palàm
nos erudiat, quod præparatio ad gratiã opus
Dei sit vnà & nostrum: Dei scilicet speciali la- Præparatio ad gratiam opus Dei & nostrum.
uore præuenientis, nostrũ autem cõsentientiũ
& cooperantium. Vnde ipse idem Aug. qui sa
pienter hæc oĩa prospexit lib. 2. cõtra duas epi
stolas Pelagij cap. 8. Quoniã dicebat nequam
ille, saltem à nobis incipere cupiditatem boni,
hoc ipsum verbum acerbissimè retundit. Nam
tunc (inquit) sine Dei gratia cœptum esset me
ritum, cui tanquam ex debito veniat gratiæ
adiutoriũ. Contra illud, Sine me nihil potestis Ioan. 15.
facere. Et illud Pauli, Ipse qui incœpit in vobis Philip. 1.
opus bonum, perficiet vsque in diem Christi.
Et, Non quod idonei simus cogitare aliquid à
nobis, quasi ex nobis. Quare absit (inquit) vt le
gẽs in Prouerbijs, Hominis est præparare cor,
fallatur: vt existimet hoc posse sine adiutorio
gratiæ Dei. Nã ideo subditur, quod dñi est gu
bernare linguam, quasi ipse incipiat. Et tãdem
colligit, Quis potest bona cogitatiõe ab bonũ
cor præparare? Absit vt sic intelligant, nisi su-
perbi sui arbitrij defensores, & fidei catholicæ
desertores. Hęc Aug. Quibus nescio qd potuit
efficacius pronunciari ad euincendã & refutã
dam dispositionẽ gratiæ sufficientẽ, absq; prę
ueniente auxilio Dei. Est ergo cõclusio huius
capitis, quòd pręparatio & dispositio sufficiẽs Cõclusio.
ad gratiã est opus & Dei, & nostrum. Eius scili
cet præuenientis, nostrum autem consentien-
tium, & cooperantium. Nam ipse qui ait, Au- Ezech. 36.
feram ab eis cor lapideum, & dabo eis cor car-
neum, pulsando nihilominus liberũ arbitriũ,
ait, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdu- Psal 94.
rare corda vestra. Quod bene adnotauit Aug August.
in de gra. & liber. arbit. cap. 14. Quò fit, vt ipse
sit prima causa nostrarum dispositionum, nos
autem

autem tota nostræ indurationis iuxta illud,
Osee. 13. Perditio, tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Auxiliū dixit, vt cooperationē designaret liberi arbitrij. Ipse enim tantùm indurat permittēdo, vt lib. 1. c. 18. dicebamus. Hæc
Syno. Trid. est cōfessio S. Syn. præsentis Trid. Quæ statim ca. 5. declarat iustificationis exordiū in adultis à Deo per Christū Iesum præueniente gratia sumendū esse, per quā excitantē & adiuuantē gratiā ad cōuertendū se hoies, ad suamq; ipsorum iustificationē eidē gratiæ liberè assentiendo, & cooperādo disponātur. In qua confessione adnotandū est, ꝙ nullæ propriè appellātur dispositiones, nisi quæ à Deo præueniente & nobis assentiētibus fiunt. Ait enim, ꝙ sine gratia Dei mouere se homo ad iustitiam corā illo nō potest. Tametsi can. 7. cēsuerit non omnia opera ante iustificationē, quacunq; ratione facta sint, esse peccata: quia etiā si fiant naturaliter, sunt saltē moraliter bona: vt præcedenti li-
Duplex dispositio Dei. bro dictū est. ¶ At verò dispositio hæc in nobis diuina nō vno certè modo fit, sed duobus. Est enim (vt. 1. 2. q. 112. ar. 2. author est S. Th.)
Auxilium inefficax. alia imperfecta, alia verò perfecta. Imperfecta
Auxiliū efficax. quidem, non ꝙ omnis motio Dei nō sit perfecta, relata ad suum finem, sed ꝙ Deus nos per ipsam nō proximè ad gratiā, sed ad alia præcedentia bona appellit, per quæ gradatim, paulatimq; in tēpore ad ipsam perducat. Quæ quidem dispositio nec gratię quidē est meritoria, nec gloriæ. Alia verò est, quæ simul tēpore est cū gratia tantū natura pręcedēs. Quēadmodū in igne aliæ sunt dispositiones antecedētes generandā formā, aliæ verò simul tēpore coëuntes natura tñ præuiæ. Atq; hæc nimirū secunda semper est necessaria: vt ex repētina cōuersione Pauli cōpertū fit: illa verò prior, nō item. Adde ꝙ hæc necessaria præparatio licet non sit meritoria gratiæ, est tñ meritoria gloriæ, quatenus gratia informatur. Sed de hoc paulò pòst explicatiùs. ¶ Duo hic denlq; supersunt
Lutherani admittūt pœnitentiā præuiā iustificationi in adultis præueniente auxilio Dei. nobis habenda verba, alterū ad Lutheranos, alterum cū catholicis. Aduersarij illi nostri, vt iā antea fari cœpimus, in suo libello imperatorio Ratisponēsi, propius ad rē hāc videntur accedere, quàm à suo fuerant Patrono instituti. Aiūt enim perspicuū esse, ꝙ adulti nō consequētur beneficiū recōciliationis, nisi præuiante motu spiritus sancti, quo eorum mens & volūtas
Matth. 3. & 4. moueatur ad detestationē peccati iuxta verbū illud Augustini, Impossibile est nouā vitā inchoare nisi prioris nos pœniteat. Et secūdum institutū Ioan. Baptistæ & Petri Apost. quin
Act. 2. Bucerus. verò Christi prædicantiū pœnitentiam in remissionem peccatorū. Quem art. Bucer. in sua

cōcordantia iustificationis eadē prorsus ratione explicat, qua nos modò dicebamus: nimirū ꝙ necesse sit, iustificationi in nobis præire salutarē peccatorū pœnitentiā: licet nō tēpore, saltē natura. Quæ quidē, inquit, excitari in nobis, nisi p spiritū sanctū, nō potest. Sciscitamur ergo istos, si nullatenus gra iustificās cōsequitur nisi præeūte affectu hoc nostri libe. arbi. quid amplius desiderāt, vt planè cōfiteantur dispositionē requiri in nobis ad gratiā? Præsertim ꝙ in re (vt oībus locis, vbi nos hac sua confessione opus fuerit, liquebit) idem est ꝙ admittant dispositionē, vel quòd affirment; necessarium esse illum motū in nobis. Nā si necessarius est, negare non possunt, quin aliquo modo inde pēdeat nrã iustificatio. De operibus autem tēpore præcedentibus persistunt vniuersa quasi peccata dānare. Cōtra quos ex supra distinctione facta permagnū sumit argumētū. Illa enim quę nutu Dei, auxilioq; eius fiūt in peccatore, peccata nominare blasphemia est. ¶ Vt ergo
Responsio ad primum argumentū catholicorum. ad eos catholicos reuertamur, qui autores sunt huius dispositionis naturalis: potissimū argumentū eorū est hoc, Possumus ex naturalibus cognoscere peccatū esse offensam Dei, eiusq; voluntati cōtrariū: ergo possumus sub hac ratione illius pœnitere, illudq; ꝓpter ipsum sicuti propter aliā quāuis causam, detestari, ita vt pœnitētia illa nostra, sit opus moraliter bonū. Opus autem tale, maximè huiusmodi detestatio, est dispositio ad gratiā: ergo possumus nos disponere ad gratiā (vt aiunt) de cōgruo. Argumentū tñ hoc in forib⁹ statim destringit. Quoniā cū gratia iustificationis non cōprehēdatur intra naturæ fines, sed donū sit supernaturale, neq; personæ debitū neq; naturę, quāuis ratio naturalis aliquid appareat cōcludere, ad quod nos nesciam⁹ respōdere, nihilominus fide, quæ supra naturā est, docemur, ꝙ illud donum ita solus Deus largiatur nobis, vt nihil à nobis nos præstare possim⁹, ex quo donū illud necessitate vlla certitudine, aut infallibilitate cōsequatur. Aliàs necessario subsequeretur, vt nos essemus aliquo modò illius causa: vt capite sequenti adhuc pamplius patebit. Cùm tñ Deus ita vbiq; sibi adscribat esse primā causam, vt nulla in no
Ioan. 15. bis præcedat: iuxta illud, Nō vos me elegistis,
Roma. 11. sed ego elegi vos. Et, Quis prior dedit illi, & retribuet ei? Vnde patres aduersus Pelagiū nulla vtebātur ratione naturali, sed solis scripturis sacris pręliabant, vt cōstituerēt, nullā in nobis inchoationē esse ad gratiā. Vñ respondendū est, ꝙ quāuis cognoscere possim⁹, peccatū esse offensā Dei, atq; adeò ex naturalib⁹ habere detestationē, q̄ sit remota ꝑparatio, vt initio capitis
di-

dicebamus, tamen taliter nos sufficienter disponere, vt certò & infallibiliter consequatur gratia, profectò non possumus nisi auxilio diuino. Quoniam illa certitudo esse non posset, nisi propter legē Dei. Lex autem nulla est cōferendi gratiam, nisi ei quem Deus ad se traxerit.

Ad secundū argumentū.

¶ Eodē modò respondetur ad aliud argumentum de illo, qui veniens ad vsum rationis, anteq̄ admitteret lethale aliquod peccatū vel per se, vel aliorū institutione, cognosceret verū esse Deum, cui seruiendum est, quasi remunératori bonorū & malorū respondendū in quā est; quòd licet ejusmodi forsan cognitio naturalis esse posset, motus tamen voluntatis in Deū, qui vltima esset & propria dispositio ad gratiam, nisi auxilio speciali non posset illi cōtingere.

De omni statu hominis.

Et idem prorsus sentiendum est de homine in quocūq; statu poni siue in puris naturalibus creato, siue in iustitia originali perdurante. ¶ Tertium idemq; vulgare argumentum est. Deus nihil nobis præcipit impossibile: præcipit autem vt in ipsum conuertamur.

Zacha. 1.

Conuertimini, inquit, ad me, & ego conuertar ad vos: ergo conuersio quæ idem est quod dispositio, est nobis possibilis à natura. Itē quartò dictum commune est, & vniuersis receptissimum, quòd facienti quod in se est, Deus non deest: iuxta illud, Deus dat spiritum bonū petentibus se. Et, Quicquid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis.

Math. 7. Ioan. 15.

Hominē autem facere quod est in se, est facere quod suæ est facultatis: ergò homo se sufficienter ad gratiā potest disponere.

Ad tertium argumentū.

Argumenta sunt eodē loco S. Tho. ad quorū primum respondet, quòd quatenus cooperatio liberi nostri arbitrij necessaria est, præcepimur conuerti. Quod licèt non possumus sine auxilio Dei, non tamen est nobis impossibile, quia promptissimus est, nisi nos resistamus, nobis opitulari.

1. 2. q. 109. art. 6. ad secundum.

Ad secundum verò respondet. Et est profectò meditanda respōsio, quia verissima, & quæ intelligatur necessariò.

Facere hominē quod in se est.

Nimirum quòd facere hominē quod in se est, non intelligitur ante auxilium Dei, sed potiùs præueniēte Deo. Tūc enim homo facit quod in se est, quando Deo inspiranti respondet cooperans, & tunc certissima lege consequitur gratia.

Postremum argumentū.

¶ Postremum verò addiderim ego argumentum, fortè maioris ponderis. Cùm quis attritus accedit ad sacramentū, puta sine obice, sed tamen neque talem afferens dispositionem, quæ sufficeret ad gratiam sine sacramento, tunc illa videtur dispositio possibilis ex naturalibus, siquidem non est sufficiens ad gratiam, sed quæ perpetuò compateretur secum cui pauitattamen si talis attritus suscipiat sacramentum sine alia prorsus mutatione voluntatis, recipiet gratiā: potest ergo dispositio fieri ad gratiā ex naturalibus. De hoc in subsequētibus redibit sermo. Interim tamen respondebimus, q̄ omnibus argumenti partibus cōcessis, nihil contra nos concluditur. Quoniā Deus operatur illic nō per dispositionem, sed per sacramentum, quo vtitur tanq̄ instrumento ad infundendum gratiam homini, si non disposito, saltem neq; opponenti obicem.

Quomodo attrito cōfertur gratia cū nō sit dispositus.

De merito de congruo, Cap. 4.



HActenus id tantùm contendebamus, q̄ ex viribus naturalibus nulla esse potest sufficiēs dispositio ad gratiā, etiam si nullo censeretur nomine meriti. Iam verò nunc & hoc pergimus pro ingenio nostro constituere, q̄ ante iustificationem, quæ fit per gratiā gratum facientem, nihil humanis operibus inest meriti, siue cōdigni, siue congrui. Non modò inquam operibus moraliter bonis, quę naturaliter fiūt, verùm neq; illis quæ diuina ope dispositio sunt, præparationesq; ad gratiā: saltem qua ratione gratiā antecedunt.

Nullum est meritum de congruo.

Cōsultò duo hæc mēbra discreuerim: Nā postquam sub hoc ætatis tam male audit hoc meritū congrui ex puris naturalibus: sunt qui iam nō asserant illud, nisi præueniente auxilio speciali. Quā opinionem volunt Scoto applicare. Cū tamen expressè ipse loco supra citato in. 4. d. 14. q. 2. ait, q̄ ex puris naturalibus cū communi influētia potest esse attritio, quæ sit meritū de congruo ad deletiónem peccati mortalis.

Scotus concedit apertè ex puris naturalibus meritum de cōgruo ad iustificationē.

Et ad maiorē explicationem subdit, q̄ si est perfectè circumstātionata in genere moris, videtur omnino dispositio sufficiens ad iustitiam in termino illius attritionis acquirendā, quem Deus præfixit esse terminū illius attritionis. Quibus verbis notat, quòd de lege statuta est sufficiens. Et, vt nulla fiat reliqua hęsitatio subiunxit, aliàs difficile esset saluare quòd non sit acceptio personarum apud Deum. Ob idq; expressè cōcedit, q̄ talis actus ex puris naturalibus est meritū de congruo ad iustificationē. Addit deniq; q̄ ipse idem actus immutatus per assistentiā postea gratiæ sit cōtritio. Et loquitur vbi nullum intercedit sacramentum. Nihil potest clariùs dicere ad astruendum meritū naturale de cōgruo sufficiens, cui lege diuina succedat infallibiliter gratia. Et lib. 2. d. 28. idem affirmat de dilectione Dei. Quin imò nuspiam de auxilio speciali meminit, quo ad gratiam disponamur. Adeò pro constanti vbique habet, quòd naturaliter possumus disponi

poni de congruo ad iustificationem: quam solam dispositionem ipse docet. Atqui Adria. Durand. & ferme Nominales, & ita illum sentire indubiè putãt, & sentiunt ipsi. Quocirca hic prior sensus priori loco examinandus à nobis est dicturis mox de auxilio speciali. Et primū omnium si ea, quæ superiori capite dicta sunt, veritatem habent, quibus rationibus monstratum est, nullam esse dispositionem gratiæ sufficientem ex natura nostra, vehementius tutdentiusq; deuincitur, nullum esse à natura meritum congrui, quandoquidem meritum nescio quid energiæ præ se fert plus quàm dispositio. Sed vt ex proprijs disputatio instruatur, inter meritum condigni & congrui ita authores huius opinionis distinguunt. Nēpe quòd meritum de cōdigno est illud, quod secum adfert rationē debiti & iustitiæ: sicuti opus mercenarij, quo sibi ius facit ad mercedem, quæ idcirco verè sibi debetur. Meritum autem congrui est opus cui de iustitia non debetur merces, sed tantùm ex congruitate quadam. Atq; hac distinctione arbitrantur à Pelagiano contagio sibi satis cautum esse. Neque verò ego notam illam, veluti Lutherani, catholicis hominibus inuro: imò credo sanam orthodoxamque illis infuisse mentem. Atque adeò calumniam existimo, dum à Lutheranis crimen hoc illis obijcitur: quinimò propter illos, catholicis vniuersis. At verò, si meam mihi licet conscientiam exercere, quo penitius meritum hoc cōgrui consydero, eo minus videre ipsum videor congruere rationi gratiæ iustificanti. Neque solùm de nomine, sed de re quoq; subesse quæstionem intelligo. ¶ Primū ergo se mihi offert argumentum ex nomine ipso. Meritum enim latinè, nisi omnino à sua significatione præter omnem vsum longißimè abalienetur, relatiuum est præmij & mercedis. Nanque vbi nulla est ratio mercedis, nulla potest esse ratio meriti. Quinimò meritum à mercede deducitur: ergo nisi sit opus, cui aliqua ratione debeatur merces, nulla potest ratione censeri meritum. Quocirca quemadmodum vbicunq; est propriè meritū, illic est propriè debitum, tanquam omnino correlatiua, vbicūq; sit qualislibet ratio meriti, debet esse etiam tantula ratio debiti. Quòd si nulla sit ratio debiti, nec propriè neq; impropriè, profectò nec erit ratio meriti propriè vel impropriè. Statuere autem rationem aliquam debiti in operibus naturalibus, quantumcunq; dicatur impropriè, esse non potest, quin aliquid detrahatur de ratione gratiæ. Si enim (authore Paulo) vbi debitum, iam non est gratia, qua ratione propriè debitum tollit totam rationē gratiæ, vtcunq; asseratur aliqua ratio debiti, minuitur ratio gratiæ. Verba sunt Cōcilij Arausicani secundi cap. 18. Debetur merces bonis operibus, si fiant (ecce rationem meriti, quod nullum intelligitur nisi respectu mercedis) sed gratia, inquit, quæ non debetur, præcedit vt fiant. ¶ Alterum, quo primum hoc confirmatur argumentum est, mihi profectò prægrandè. Sanè quòd quanto tempore perpessa Ecclesia est bellum Pelagianum, nemini vel illorum, vel catholicorum Patrum in mentem venit huius distinctionis, certè quæ si vera esset, maximè tunc fuisset necessaria. Haud equidē ambigerim, quin si excogitare potuissent aliquod nomē meriti, quod nihil officeret rationi gratiæ, vel illo se protexissent Pelagiani, vel illo catholici Patres adtemperassent rigorem censendi cōtra illos. At verò simpliciter absq; vlla distinctione meriti in septima condemnatione Cōcilij Palestini, vt refert ad Paulinum (quoniam in Mileuitano non ita explicitum est) anathematizatur, qui dixerit gratiam Dei secundum merita nostra dari. Et idem Augu. Hypog. lib. 3. probat nullum esse meritum hominis ante gratiam, ex illo, Cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo. Insinuans quòd in peccatore, velut in mortuo nihil meriti præcedit. Ac demum ait, Audi hæretice stulte & inimice fidei veritatis. Opera liberi arbitrij bona, quæ vt fiant præparantur per gratiæ peruentum, nullo liberi arbitrij merito non damnamus. Damnamus verò authoritate diuina opera liberi arbitrij, quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanquàm meritis in Christo iusticafiri extollũtur: quis enim prior dedit ei, & retribuetur illi? Hæc Aug. Qui non omnia opera præcedentia gratiam tanq̃ mala condemnat, sed tanq̃ vllam habentia, seu rationem, seu appellationem meriti. Et super epistolam ad Galca. 4. Christus, inquit, formatur in interiori homine miti & humili corde, non se iactante de operū meritis, quæ nulla sunt, sed ipsa gratia meritū aliquod inchoante. Reuera cū dicit, nulla sunt, sed omne meritū à gratia inchoari, prorsus negat vlla gratiæ præire merita, nec de cōdigno, nec de cōgruo. Nam si meritum anteisset cōgrui, aliqua fuisset merendi inchoatio, vnde se homo posset aliqualiter gloriari. Et in epistola secunda ad Sixtū quæ est 105. Percipiendæ (inquit) gratiæ huius qua iustus fit, qui priùs erat iniustus, merita nulla præcedūt: quoniā meritis impij nō gratia, sed pœna debetur. Clarißimè ait impio nulla inesse merita, nisi pœnæ: quod nunquam dixisset si

opera

Nullum est in nostris operibus naturalibus cō grui meritū ad primā gratiā iustificantem: ergo neque meritū de congruo.

Distinctio meriti cōd. & cōg.

Primū argumentum cōtra meritum congrui.

Roma. 11.

Concil. Arau.

Secundū argumentum.

Meritum de congruo recens verbū nō Patrum.

August.

Ephes. 2.

Roma. 11.

Opera quæ gratiā præcedunt nō omnia sunt mala, sed nullū hãt meritū ad gratiā iustificantem.

opera moraliter bona quoque essent pacto merita congrui. Et de gra. & lib. arbit. capit. 6. Cùm quis, ait, ex impio fit iustus, tunc redduntur ei bona pro malis. Quod non dixisset, si aliqua ratio meriti praecessisset. Et in hoc sensu exponit illic verbum Redemptoris. Sine me nihil potestis facere: id est, nihil quod ad gratiam iustificationis quicquam conferat. Et in duobus sequentibus capitibus in hoc totis neruis incumbit, vt certissimum faciat, sine vllis prorsus meritis bonis, sed solis praecuntibus meritis malis hominem iustificari. Nescio quo colore possint coarctari verba Augustini, vt praecise loquatur de merito condigni. Siquidem meritum congrui apud istos, meritum bonum est: & tamen ipse dicit nullum praecedere bonum meritum, sed duntaxat malum. Nempe quia licet iniquus aliquod faciat opus moraliter bonum, illud tamen nullam habet vel qualitatem, vel nomen meriti. ¶ Tertia verò ratio vrgentius videtur expugnare meritũ hoc congrui. Enimuero Pelagius (vt est apud Augustinum contra duas eius epistolas ca. 7.) hoc interdum argumento vtebatur aduersus catholicos, quòd si in nobis nulla praeiret inchoatio, vel opus aliquod, quo accommodaremur gratiae, tunc gratia, fatum potius esset aut acceptio personarũ, quàm beneuolentia. Quoniã si nihil amplius in vno esset quàm in alio, reciperet tamen hunc Deus in gratiam suam prae illo: vel hoc, aiebat, esset à fortuna, vel ex acceptione personarum. Si tamen vera esset haec opinio meriti de congruo, ex inde promptum esset responsum. Nempe quòd ille reciperetur qui se de congruo disponeret, altero reiecto; qui id negligeret. Quinimò ita ipse Scot. respõdet, quippe, quòd nisi ponatur haec dispositio de congruo ex naturalibus, difficile est saluare, quòd apud Deum non sit acceptio personarum. Quod verbum, si mihi haec venia detur, omnium meis auribus pessimè insonat ab ista opinione. Etenim Augu. illic & omnes vbiq; Patres non in dispositionem vllam nostram hanc causam referebant, sed solùm in meram voluntatem diuinam. Ait enim Aug. quòd acceptio personarum nulla est, nisi vbi vlla est ratio debiti. Neq; enĩ, inquit, acceptio personarum dicenda est, quando iniquitas nulla est. Quemadmodum dum dominus ille vineae in parabola euangelica, Amice, inquit, nõ facio tibi iniuriam, si huic volo dare quod non debeo. Et ideo cùm Deus nulli quicquam debeat, ex suo beneplacito hunc trahit, illum nõ trahit. Reuera si vlla fuisset nota dispositio cõgrui illa aetate, neq; Pelagius haberet, quod arguere, neque Patres recurrerent ad beneplacitum Dei. Et ideo qui per hoc cauere Deo cogitant acceptionem personarum, quod dat gratiam propter meritum congrui, quod est proprium opus hominis, manifestè in illo merito nonnihil meditantur causae respectu gratiae. Quod credo neq; antiqui Patres, neq; Paulus ipse ferret. ¶ Postremo tandem loco arguitur ad examinandum interstitium hoc inter meritum congrui & condigni. Meritum nõ dicitur condignum, quia propriè Deus nobis aliquid debeat, vt suo exponetur loco: sed quia talem gratuito legem statuit certissimã, vt iussa sua facientibus praemia retribueret. Qui ergo dicit, posse nos ita praeparare ex naturalibus, ea scilicet sufficienti dispositione, qua posita, Deus statuerit, conferre protinus gratiam, parum abest, vt dicere compellatur, meritum esse de condigno: quale Pelagius affirmabat ante primam gratiam. Nam respondere quòd per illam dispositionem non fit propriè debita gratia de iustitia, videtur petitio principij, quippe cùm inter nos & Deum nulla sit alia iustitia vel debitum, quàm lex ipsa Dei. Profectò si Pelagio largita hoc fuisset olim Ecclesia credo fuisset contentus, quia ipse non contendebat deberi à Deo nobis gratiam propter opera, vt est inter homines aequalitatis debitum, sed quòd esset lex illa iusta Dei, vt bene agentem ex suis naturalibus, infallibiliter reciperet in gratiam suam. Igitur Patres, inter quos praecipuè Augustinum, auscultemus in locis tam multis citatis, alijsque impendio pluribus, vbi genus omne ac nomen meriti gratiae praeuium inauditum vult esse christianis. Gratia enim (inquit in exordio libri de praedest. sanct.) nulla est, si secundum merita nostra datur. Et paulò post capit. 1. Porrò, si operatur Deus fidem nostram, vt credamus, nũquid metuendum est, ne totũ facere non possit, & ideo homo si primas eius vendicet partes, vt nouissimas ab illo accipere mereatur? Videte si aliud agitur isto modo, nisi vt gratia Dei secundùm merita nostra detur quolibet modo, ac sic gratia, non sit gratia. Redditur nanque hoc pacto debita: non donatur gratis. Nota, quolibet modo, perinde enim est, ac si dixisset, vt gratia sit gratia perfecto modo, merito nullo debet praecedere modo. Atqui talis esse videtur Ecclesiae determinatio. Primum in concilio Mileuitano, quanuis non ita expresse, tamen can. 5. vbi determinatur, quòd gratia iustificationis non datur, vt quod facere per liberũ iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiã: sed simpliciter vt possim⁹: simul deter-

Ioan. 15.

Tertium argumentum.

Scot.

August.

Math. 20.

Qui asserũt meritũ congruum, affirmant aliquã causam quare alter iustificetur alter reijciatur.

Postremum argumentũ.

Lex sola est quae constituit debitũ aliquod inter nos & Deum.

August.

Concil. Mileui.

determinatur, quod ſimpliciter initiũ eſt à gratia, atq; adeò nullo præcedente merito. Attamen in cõcilio Arauſicano expreſſe eſt determinatio can.25.ſub his verbis. Hoc etiam ſalubriter profitemur & credimus, quòd in omni opere bono nos non incipimus, & poſtea per Dei miſericordiam adiuuamur, ſed ipſe nobis nullis præcedentibus bonis meritis, & fidẽ & amorẽ ſui inſpirat, &c. Eiſdemq; omnino verbis S.nunc Synodus Trident. meritiſsimò vtitur, ſeſſ.6.cap.confeſsionis.5. vbi ait, quòd exordium iuſtificationis ſit à Deo nullis præcedentibus hominis meritis. Cauſæ ego merita, & teſtes protulerim: aliorum eſto iudicium, an meritum ſit congrui repellendum, de quo neque Eccleſia, neque patres vnquàm meminerunt. Quin verò ex quo tanta his retro annis ab Aquilone conflata ſunt odia in Eccleſiam Dei. Finemq; iam faciant Lutherani hac nos ignominia afficere, neque enim catholici omnes ſunt, quibus meritum congrui probatur: neque eius authores ſenſum Pelagianum intendunt: neque Eccleſia, quicquid ſit de ſcholaſticis opinionibus, intermiſit vnquam conſiteri, nullis ſuis præcedentibus meritis homines iuſtificari per Chriſtum dominum noſtrum.

Arauſ.

Triden.

¶Quod autem multorum primum huius nò minus coniicio decepiſſe fuit quòd legit apud antiquos congruum eſſe, vt qui ſuis naturalibus bene vteretur, Deus miſericorditer ſubueniret. Congruit enim bonitati diuinæ, vt ſi homo pro ſua fragilitate facit, quod natura poteſt, De⁹ pro ſua miſericordia ſuppleat, quod non poteſt, ſuppleat inquam non ſtatim infundendo gratiam, ſed per auxilium ſpeciale adparando conuertendoq; ad ſe illum cui gratiam infundat. Congruitas ergo illa non in nobis, ſed in Deo eſt. At verò meritum quamuis addant, de congruo, niſi velint terram, vocare cælum, nõ dicit congruitatem ſolum in Deo, ſed opus in homine, cui aliquo modo debeatur gratia. Quod eſſe nullo modo poteſt, niſi in illo qui eſt in gratia. Apertiſsima ſunt verba Anſelmi proſo. cap.10. loquentis cũ Deo, Cùm punis malos, iuſtum eſt, quia illorũ meritis congruit. Cùm parcis malis, iuſtum eſt: nõ quia illorum meritis, ſed quia tuæ voluntati, & bonitati condecens eſt. Nullam ergo congruentiam agnoſcit Anſel. in meritis noſtris, ſed in ſua bonitate. Cùm autẽ quis incipit eſſe in gratia, tunc poteſt & ſibi de condigno, & alijs de congruo mereri. Quare S.Thom. licèt 1.2.abiecerit opinionem, quam viſus eſt ſequi in.2.ſenten.puta, quòd quis poſſet ſibi mereri primam gratiam de congruo (vt patet.q.114. artic.5.) non tamen negant, quin ille qui eſt in gratia, poſsit de congruo mereri primam gratiam alteri merendo, quod Deus diſponat ipſum per bonam inſpirationem & motionem. Et.3. par.quæſt.2.in S. Patribus ſubodorat aliquod meritum congrui reſpectu aduentus Chriſti: videlicet orationes ex gratia procedentes. Hoc tamen meritum non fundatur in aliqua lege ſtatuta Dei ſemper annuendi, & infallibiliter concedendi, quod petitur. Multi enim iuſti inſtantiſſimè orant pro conuerſione aliorum, qui tamen non impetrãt, vt teſtatur Propheta, vbi ait, Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me, nõ eſt anima mea ad populũ iſtum.

Deceptio de merito congrui.

S.Thom.

Hiere.15.

¶Sed vtrum ſaltem motio illa, qua homo per auxilium ſpeciale diſponitur ad gratiã, ſit meritum de congruo, vt quidam modò incipiunt euulgare? Profectò licèt hoc non inijceret tantum ſcrupulum, quantum illud opus quod fit ex puris naturalibus: nihilominus neque hoc cenſendum eſt vllo nomine meriti. Primum, quòd apud Patres nulla eſt talis diſtinctio inter meritum congrui, & condigni, quippe qui nuſquam agnoſcunt rationem meriti, vbi non ſubſit ratio debiti & iuſtitię. Diſpoſitio autem ad gratiam, quatenus vel tempore vel natura ipſam præcedit, nullam habet rationem iuris ad gratiam. Etenim nulla eſt prorſus dignitas, atque ideo neque meritum operis, niſi priùs, ſaltem natura, perſona ſit digna per gratificantem gratiam: iuxta illud, Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius: id eſt, propterea ad munera, quia priùs ad perſonam. Vnde vt eſt apud Auguſtinum conſyderare Hypog.lib.3. & vbicunq; prædicat, hominem lapſum non reſurgere poſſe, neque aliquid boni facere, niſi per gratiam Chriſti, intelligit, niſi per ipſum priùs à peccato liberetur. Identidem in hanc ſentẽtiam illud teſtimonium accerſens. Si vos filius liberauerit, veri liberi eritis. Quaſi ante gratiam iuſtificantem homo captiuus nihil meriti præſtare poſsit. Quò & illud pertinet, Et quis prior dedit illi? Et reliqua huius generis. Quinimò ſi non vis apud antiquos Patres falli, diuinam motionem hominis ad gratiam, & gratiam ipſam gratum facientem, non duas actiones Dei, ſed vnam prorſus reputant: veluti motum & eius terminum. Licèt S.Thom. explicationis gratia diſtinxerit auxilium gratiæ ab ipſa gratia habituali. Et ideo motionem ipſam non æſtimant meritum, niſi præintellecto termino: Et tunc iam non eſt meritum ſolum de congruo, ſed certè condignum, nõ quidem gratiæ, ſed gloriæ: vt ſumus non longè poſthac explicaturi. Itaque pro eodem Patres reputa-

Vtrum cum aux. ſpe. ſit me. cong.

Gene.4.

Auguſt.

Ioan.8.

Rom.11.

reputabant auxilium, & motionem dei non cadere sub merito, atq; gratiam ipsam.

Fundaméta meriti de cō gruo subuer tuntur.

¶ Fundamenta huius meriti de congruo nulla video apud authores, nisi sint illa quæ San. Thom. contra se adfert, cuius potissimum est verbum Augustini, Fides meretur iustificationem: quod est in epistola ad Paulinum. 106. Et in. 2. episto. ad Sixtum, quæ est. 105. haud dissimiliter dixerat, quòd nec ipsa remissio peccatorū sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Neq; enim nullum est meritum fidei, qua fide ille publicanus dicebat, Propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus.

Luc. 18.

S. Thom. Ad primum autem S. Thom. respōdet, quòd aliquando August. fuit in illa opinione, quòd initium fidei esset à nobis, quod primo ipso libro retract. postmodum ipse retractauit. Et ad hunc retractatum sensuum forsan pertinet & illud, quòd fides mereatur iustificationem. Non ait S. Thom. quòd formaliter August. retractauit fidem mereri iustificationem, sed ꝙ initium fidei esset à nobis. Attamē ait, eodem pertinere, quòd fides sit meritum iustificationis: & idcirco simul censetur retractasse, quòd miritum iustificationis sit à nobis, si aliquando in hoc sensu opinatus est, fidem tanquàm opus nostrum esse meritum iustificationis.

Cap. 13.

Augu. Verùm est tamen, Augustinum, obscurè profectò de gratia fidei fuisse locutum. Nam lib. 1. ad Simplicianum cap. 2. distinguit duplicem gratiam: scilicet gratiam fidei primam, quæ non sufficit ad obtinendum regnum cælorū: antequàm sacramentorum participatione in corporentur ecclesiæ: alteram verò, qua homines corpori iam, inquit, Christi, & sancto Dei templo deputantur. Quia nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. Atqui primam gratiam appellat inchoationem, conceptioni similem: secundam verò natiuitati, vt ad vitā perueniatur æteranm. Ex his autem verbis hoc nunc præcisè, quod extra controuersiam est, recipimus: scilicet, quòd possit homo recipere fidem sine charitate per auxilium speciale: quod etiam dicitur gratia Dei. Quod pro compertissimo habet S. Thom. 2. 2. quæstio. 6. artic. 2. Atq; illam nōnunquàm fortè habēt catechumeni sine charitate. Licet absq; dubio sæpenumero per votum baptismi recipiant gratiam gratum facientem, ante baptismum in re: vt infra suo loco monstrabimus. Coniectura ergo est, quòd vbicunq; August. dicit, fidem inchoare meritum, & impetrare iustificationem, loquitur de illa fide, quę tempore per auxilium Dei potest præcedere gratiam gra

Ioan. 3.

Fides sine charitate recipi pōt per auxiliū speciale.

Quid sit Aug. fidem inchoare meritū & iustificationem

tum facientem, vt lib. 1. retract. capi. 13. & crebro alijs locis. Sed tamen vocat inchoationē meriti, exclusiuè: quia scilicet fides ostēdit nobis à quo debemus petere auxilium. Et hoc etiam vocat impetrare iustificationem: non ꝙ illic sit aliqua ratio meriti. Nūquàm enim August. cogitauit meritum esse aliud ꝗ̄ de condigno: id scilicet, quod gratiæ iustificanti succedit. Vnde Hypog. lib. 3. vbi ait, quòd absq; adiutorio gratiæ nil valet homo incipere, explicat illam pręuenientem gratiam, esse gratum facientem. Præuenitur enim, inquit, homo medicina, id est, Christi gratia vt sanetur & reparetur. Quamobrem sępissimè repetit, quòd homo per peccatum captiuus, nullam ad bonum libertatem habet, nisi spiritu gratiæ fuerit liberatus ab eo, qui dixit, Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. vt patet de correp. & gra. libr. 1. & vbiq; apud ipsum. Est ergo actus fidei, inchoatio meriti. Sed si consyderetur, vt secundum naturam antecedit gratiam, est inchoatio exclusiuè meriti, non meritum, ex eo quòd est primus actus & motus, quo à Deo trahimur. Si autem pensetur quatenus sequitur gratiam, tunc planè est primum meritum. Et ille est sensus germanus Augusti. Sanè qui in epistola ad Paulinum, quæ est. 106. vbi loquitur de merito fidei, expressè ait, quòd si aliquid boni operatur homo vt gratiam mereatur, non ei merces imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si autem credit in eum, qui iustificat impiū, vt deputetur fides eius ad iustitiā, profectò anteꝗ̄ gratia iustificetur, vt iustus efficiatur, impius quid est, nisi impius? Igitur ante gratiam iustificantē nullam prorsus rationē meriti admittit: neque in actu fidei. Et subdit, Si quis autem dixerit, quòd gratiam bene operandi fides mereatur, negare, inquit, non possumus. Sed tamen qui habent fidem, qua impetrent iustificationē, per dei gratiam venerūt ad legem iustitiæ. Et paulò inferiùs explicatiùs ait, quòd fides impetrat iustificationē, sed statim mētem suam exponit: dicens, nō quòd gratiam dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. Nō ergo vult, quòd prima gratia cadat aliquo modo sub merito, sed augmētum gratię. Et loquitur expressè de gratia gratū faciēte, quippe quæ sola est, quæ perficitur in patria. Sed ne vlla restet dubitatio apud August. ipse se in libro. de spir. & lit. cap. 13. palàm exponit, vbicunque dixerit, ꝙ fides impetrat iustificationē. Non enim intelligit, quasi per modum vllius meriti: sed quia docet quomodo à Deo debeamus petere auxilium

Aug. gratiā præuenientē vocat ipsam iustificantē.

Ioan. 8.

Actus fidei inchoatio meriti, & meritum diuersis rationibus.

August.

Augmētum gratiæ cadit sub merito.

Fides quō impetret iustificationē vide ca. 21. fo. 186. A. & 188.

lium faciendi, quod lex imperat. Et pariter respondemus ad illud. 2. epistolæ ad Sixtum de merito fidei Publicani. Etenim vel sensus August. est de merito condigno, propterea quòd quando Publicanus adiuit templum, verisimile est aduenisse in gratia, veluti qui iam tunc eandem humilitatē gerebat in animo, quā oris postea confessione deprompsit. Ob idq; solū meruit iustitiæ & sanctitatis augmentum. Sed dictus est exisse iustificatus: id est fecisse opus iustitiæ: quod cap. vlti. repetemus. Vel si meritū enuncietur de operibus præcedentibus, intelligitur quòd fuerit initiū meriti exclusiuè, vt supra explicatum est de actu fidei per auxilium speciale. Et in altero istorum sensuum audiendus est August. & Cypria. & quicunque de hac re loquatur, dicentes, quòd fides est nō nullum meritū. Tametsi forsan nonnunquàm Patres loquuntur eo modo de merito, quo de homine diu viuente in peccato dicere consueuimus, postea meruisse iustificari, propter aliqua opera moraliter bona, quæ fecerat in peccato. Non quòd illa sint vllo modo merita apud deum, sed in vsu loquendi vocamus merita, bonum illum vsum naturalium: vti iam antè dicebamus in prima acceptione meriti. Inuentum ergo est nunquam antea excogitatum, quòd velit quis Augustino inurere meritum congrui: quod credo ipse nunq suspicari potuisset. Sed & de magistro sententiarū iniuria est dicere, quòd tenuerit primā gratiā cadere sub merito. Siquidem. 2. senten. dist. 26. neq; transfuersum vnguem ab Augustino deuius expresse id negat. Et distin. 27. c. 4. In bonis, inquit, merendis causæ principalitas grē attribuitur: quia principalis causa bonorū meritorū est ipsa gratia, qua excitatur liberū arbitrium & sanatur. Gratia autē qua sanamur proculdubio non est alia ꝗ gratum faciēs. Et idem repetit ca. 5. & 6. vbi explicans, quomodò fides meretur iustificationē, ait, quòd vnicuiq; virtuti proprium est per suum actū meritum esse: nempe, duce charitate. Quò tādem iam molestam disputationē absoluam, euidentissimum argumētū hoc est, neq; Augustino, nec Patribus notum fuisse aliud meritū quàm cōdigni. Quòd si de merito vllo ante primam gratiā vspiam fuissent locuti, cōfestim expressissent, nō id intelligere de merito iustitiæ, & cōdigno: sed de merito cōgrui, vel quouis alio: vt eauerēt ne hoīes facerēt Pelagianos. Cū ergo nusquā taliter de merito distinxerint, manifestissimum est, nullā eos ratione cognouisse meriti ante gratiam iustificationis.

De meri. publicani non nullo.

Inuētumme riti de congruo.

Magister sentē. nō putauit primā granā cadere sub merito.

Euidentius argumētum Patribus me ritū tantum cōdigni notum fuit.

Quo error Lutheranorum de iustificatione exponitur.
Cap. V.



EO nobis demum instituti nostri peruentum est, vbi princeps nobis est cum Lutheranis controuersia. Diximus inquā de operibus ad iustificationē nos præparantibus vsque ad punctum ipsius infundendæ gratiæ. Subsequitur ex ordine iam nūc, vt de eisdem operibus quatenus à deo præuenti nostræ cooperemur iustificationi plenius dissseram. Quod est, an sola fide iustificemur. Est autē lis hæc de sola fide, adeò, tum à suis exordijs abstrusa, tum ob diuturnam vtrinq; pugnam obuoluta ac implexa, vt ad eruendam veritatem, vix nobis aliunde pateat aditus. Quocirca si in hoc negotio, vbi sunt iam multi sapientes versati, conferre quicquam valet opera nostra, saltem conabor. statum causæ qua potero perspicuitate constituere. Scilicet & aduersariorum sentētiam & nostram via, & ordine, quibus punctis discordent, aperire. Id quod in his, quos hactenus legimus, semper desideratur. Cùm enim verbis iam ferme nobiscū isti consentiant, non ita multum conducit, testimonia & argumenta cumulare, quòd non sola fide iustificemur, nisi sensa ipsorum denudemus; quorum subinde articulos punctim petamus. Quod quia fortè non hucusq; effectum à nostris est, minus promouerūt. Eò præsertim, quòd si quos aliàs vnquam perpessa est ecclesia infestos homines, qui sola dictionis perplexitate, & caligine obtecti, depugnauerint: isti sic potissimum sola tenebrarum densitate potuerunt de hac re plebes deludere: summa ergo sunt claritate deuincendi. Vt fuerit fallacia hæc prodita explicatissimè, ita erit protinus efficacissimè conuicta. Igitur protoparens ille istorum Martinus Luthe. sin exordio statim primi tomi suorum operum, suam ipsi historiam prænarranti fides habenda est, quod postea euomuit, ab inuidia Romanæ sedis concepit, ob quæstum potissimùm (vt ait) indulgentiarum. Et quoniam sunt remissiones peccatorum, mox cœpit necessitatem operum inficiari, quæ fiunt in satisfactionē de peccatis: prædicans nullum post dimissum peccatum relinqui reatum pœnæ: eò quòd Christus pro omnibus persoluit pretium. Inde gradū fecit, vt prætextu extollēdæ fidei, opera vniuersa, vana reputaret: affirmās, sola nos fide iustificari: per hęc scilicet dū taxat, ꝙ quisque credat sibi cōdonari peccata per Christum. Tandem eo prorupit insaniæ, vt om-

Artic. de iustificatione.

Lutheranorum caligo.

Luther.

Occasio Lutheranæ factionis. li. 3. cap. 6.

vt omnia opera, etiam sanctissimi hominis, peccata æstimaret. Quin verò vna illa fide adimpleri omnia præcepta, atq; adeò q credit, liberum esse à lege: quod lib. 3. expugnandum nobis est. Igitur articulus hic multo virulentior, ac perniciosior natus, nutritusq; est aliquo tempore, quàm iam modò defendatur. Hoc enim sensu cœpit Luther. suaq; deinceps progenies profiteri, sola nos fide iustificari, quòd qui vnam hanc haberet certã firmamq; fidẽ condonari sibi, scilicet gratis peccata per Christum, nulla alia operum lege teneretur, sed quicquid operis perpetraret, si fidem retineret, neutiquã à gratia decideret. Assertiones ergo de hac re istorum non confusè, vt assolet, sed ex ordine disponam, vt gradatim meliùs perpendantur. Primum enim Luthe. in assertionibus ad Leonẽ, art. 1. fidẽ cum sacramẽtis cõparans, Nec noui, inqt, nec veteris testamẽti sacramẽta, sed sola fides iustificat. Et contraria sñia hæretica est. Est articu. 15. Ad sacramentum eucharistiæ accedentes hæc sola fides puros facit & dignos, si credant & confidant se gratiam ibi consecuturos. Secundò cõferens fidem cum operibus ait in libr. de libertate christiana, solam fidẽ sufficere ad salutẽ, opera nullo modo iustificare. Et in expositione epistol. ad Galat. Sola, inquit, fides necessaria est, cætera omnia opera liberrima, neque præcepta, neque prohibita. Et in libro de captiuitate Babylonica. Per solam fidem possumus cũ Deo agere, opera ille nihil curat, neq; illis indiget. Et de votis monasticis, Fides & opera q̃ longissimè inter se distant, & contrariantur, vt nõ possint opera absq; fidei iactura doceri: nam euangelium pugnat cum lege. Et in libello de libertate christiana, docet eũ qui habet fidem, liberum esse ab omnibus præceptis legis, neq; vllis indigere operibus vt saluus sit: sed sola, inquit, fides hæc omnia largitur abũdè. Tertiò itaq; eò ꝓgreditur, vt nulla etiã opera, quãtuncũq; praua, officere quicquam existimet habẽti fidem. Sic enim ait in sermone aduersus Carolstadium, Nullum est peccatum: nisi incrudelitas, nulla iustitia nisi fides. Ex quo in de captiuitate Babylonica, infert nulla peccata posse hominẽ dãnare, & si velit, nisi solam incredulitatẽ. Neq; habenti fidem, dubitandum est de sua salute: quia promissio sibi facta nullis peccatis est mutabilis, nisi sola incredulitate. Et in de votis monasticis, Nulla opera credenti in Christum tam mala sunt, quæ possint eum damnare, & accusare. Cætera proprijs cuiusque locis adijcientur. Hæc omnia dogmata ad literã perseuerauerũt

Quid sit Lutheranis, sola fide nos iustificari.

Assertiones Lutheranorum.

Fides Luthero oĩa adimplet, atque ideo liberat à legis obseruãtia. Vide lib. 3 c 1. fo. 191. b.

aliquãdiu tueri sui postea discipuli: atq; huiusmodi floribus opera sua cõspergere: vt est potissimũ videre apud Melancthonẽ in locis cõmunibus. In hoc tamẽ explicato sensu: videlicet, quod eatenus nulla sint alia necessaria opera præter fidem, vt nullum extra incredulitatem sit peccatum, insanissima hæresis est, & quam miraculum est mẽtem christiani hominis occupasse. Haud tamẽ noua est pestis, sed quæ ab initio vsq; nascentis ecclesiæ genus ducit. Fuit enim hæresis Eunomij, quam Augu. libr. de hæret. cap. 54. sub his verbis refert, Fertur etiam vsqueadeo fuisse bonis moribus inimicus, vt asseueraret, quòd nihil cuiq; obesset quorũlibet perpetratio ac perseuerantia peccatorum, si huius quæ ab illo docebatur fidei particeps esset. Idem affirmat Luth. Nisi quòd ait, fidem nõ debere esse otiosam: sed liberè debere christianũ exercere se in operibus charitatis erga proximos. Et in de fide & operibus cap. 14. idem August. tẽpore statim apostolorum ait, hanc ipsam hæresim eadem omnino exordia, quæ in istis modò nostris aduersarijs, habuisse. Nempe dum non intellectis, inquit, quibusdam obscuris sententijs apostoli Pauli: scilicet, Lex subintrauit, vt abundaret delictum. Et, Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis: arbitrati quidã sunt fidem satis esse ad salutem sine alijs operibus bonis, quinimò malis nihil obstantibus. Quam, inquit, ob causam aliæ apostolicæ epi. Petri, Ioannis, Iacobi, & Iudæ cõtra hanc maximè dirigũt intẽtionẽ, vt vehemẽter astruant fidem sine operibus nihil prodesse. Sicut ipse ait Paul. Fides quæ per dilectionem operatur. Et super psalm. 31. eorundem hæreticorũ verba inducit, misericordiam Dei peccatoribus ita promittentium, vt in quibuslibet peccatis perseuerantibus, tantùm credentibus, quia Deus liberat, Deus ignoscit, paratam esse dicerent, ita vt nemo esset periturus fidelium iniquorũ. Quibus respondet, quòd Deus ille iustus, quibus cantatur misericordia, & iudicium, damnabit hominem malè de se præsumentem, & ad interitum suum, misericordia Dei ipsius abutẽtem. ¶ Porrò cùm sensus hic plures cõuoluat errores, videlicet contra necessitatem sacramẽtorum, & operum, & contra præceptorum, & peccatorum numerum, & varietatem: si turbã simul totam aggrederemur, suo nos agmine obrueret. Instituit Christus sui pretiumi sanguinis ad nos per sacramenta deriuari, vt quicunque à fide peregrinaretur, nisi renatus ex aqua & spiritu sancto, non posset introire in regnum Dei: & qui lethale crimẽ admisissent, nisi

Hæresis manifesta est opera nõ esse necessaria nec aliud esse peccatum præter incredulitatẽ lib. 3. cap 1. fol. 193 b

Eunomius.

Luthero fides nõ dbet esse otiosa, sed hoc vt cuiq; libitũ fuerit, vt dictũ est, idest sine legis obligatione, sed ex solo amore lib. 3. cap. 1.

Augustin. Hæresis tpe apostolorũ ex sola fide vide. c. 21. fo. 184. b

Roma. 5. & 3.

Psalm. 100.

Multiplex error.

Cõparatio Luthe. cum euangelio.

Ioan. 3.

nisi egissent pœnitētiam, simul perijssent omnes. Deniq; nulli quantūcunq; reconciliati, nisi carnem filij hominis manducantes, & biben tes eius sanguinem, non haberent vitam in se. Oblatrat contra Luther. sacramenta non esse iustificandis necessaria, sed solam fidem. Signauit Deus ab initio in mentibus mortalium ius naturæ, vt Deū religione colerent, seq; homines præscriptis certis præceptis in pace, & trāquillitate illæsos continerent, mutuisque officijs adiuuarent: illa in duabus tabulis postea inscripsit: ac denique, cùm fides perfectio esset naturæ, in euangelio Christus innouauit: adiectis, quæ sua erat authoritas, alijs nonnullis: admonens, vt qui vellet ad vitam ingredi seruaret mandata: transgressoribus cōminatus æterna supplicia: præcipiens apostolis, vt baptizantes gentes sacramento fidei docerēt eos seruare quæcunque mandauerat illis. Obstrepit Deo Luther. nulla esse opera necessaria præter fidem, neque alia homines teneri lege. Dignoscit Apostolus complura opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, & id genus plurima: & fructus spiritus diuersos, qui sunt, charitas, pax, patientia, &c. Amputat omnia Luthe. vt nullum sit aliud opus virtutis præter quam fidei, nullumq; extra incredulitatē, peccatum. Reliqua vtique vsq; ad suas proprias sedes reponamus. Nunc in hoc libro id tantùm examinemus, an in puncto iustificationis alia sint opera necessaria præter fidem, quæ pariter nos præparent cum actu fidei. Alter ergo sensus est huius assertionis. Sola fide iustificamur. Quem iam Lutherani exactè, vt existimant limatum, tueri pertendunt. Hunc claritatis gratia, quam summopere conamur, per hasce propositiones ex sua doctrina depromptas, explicamus. ¶ Prima, omniumq; fundamentum, assertio istorum est, Sola fide per Christum seruatorem nostrum iustificamur. Quæ expresissimè (aiunt) habetur apud Paulum. Porrò qui ait, Arbitramur hominem iustificari per fidem, non ex operibus. Et, Gratia estis saluati per fidē, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est. Et hoc est punctum capitale quo dissentiunt à veritate catholica, quam nos cōtra legitimè interpretantes Paulū, propugnamus: videlicet non sola nos fide iustificari.

Luc. 13. Ioan. 6. Matth. 19. Math. 28. Galat. 5. 2. Sēsus Lutheranorū. 1. Lutherano. assertio. Roma. 3. Ephes. 2.

¶ Et quamuis series hæc & ordo minimè apud illos habeatur, tamē, vt de singulis lucidior sit disputatio, sit ad dispositionē prioris, secunda eorū propositio. Iustificari trifariàm dicitur. Quandoq; enim vsurpatur de eo, quod est cōprobari, aut iudicari, aliquē esse iustum. Secundo modo accipitur pro eo, quod est, ex iniusto iustum fieri. Et tertio modo pro eo, quod est, iustitiā iusti augeri. De quibus acceptionibus capite proximo explicatior fiet sermo.

2. Propositio. Iustificatio triplex Lutheranis, ita videtur cōce dereautor. c. 6. huius lib.

¶ Huic subijcitur tertia ex eorum assertis propositio. Cùm dicitur, sola nos fide iustificari, id sentiēdum est, tam de secundo, quàm de tertio modo iustificationis. Ita vt tam acquisitio quàm argumentum iustitiæ, soli tribuatur fidei. Quòd si opera bona illius qui iam iustificatus est, dicuntur aliquo modo ipsum iustificare, id inquiunt, duntaxat est in prima vsurpatione iustificationis: scilicet, quòd iustus per sua opera pronūciatur à Deo iustus: quia opera sua reputantur ab eo iusta, & cōmendātur, tanquam fidei testimonia. Imò verò ex pertinacia illa, quòd post baptismum concupiscentia adhuc manet peccatum, cōsequens faciunt omnia opera, etiam iustificati, esse de se peccata, nisi quòd per gratiam Christi non imputantur. Quæ quidem disputationes ad tertium librum pertinent. ¶ Quarta istorum assertio est. Nomen fidei tripliciter accipitur. Primo modo de fide historiæ. Secundo de fide promissionis. Et tertiò de fide miraculorum. Distinguunt enim tam vetus quàm nouum testamentum, Dicentes, quòd alia sunt in scriptura sacra, quæ ad historiam attinent: vt creatio mundi, inundatio diluuij, & reliquæ Patrum historiæ. Et in nouo testamento: natiuitas, vita, & mors Christi. Alia sunt quæ pertinent ad promissiones. Vt, In semine tuo benedicentur omnes gētes, Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, donec veniat qui mittendus est, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa erunt, &c. De fide miraculorum paulò pòst. Distinctio fuit primò Lutheri in de libertate christiana, & art. 1. ad Leo. quæ fuis celebratissima est.

3. Propositi. Quid sit Lutheranis solum bonis operibus iustificari. 4. Proposi. Fides triplices.

¶ Supponunt & huic distinctioni quintā propositionem. Cùm docemus, inquiunt, sola nos fide iustificari, non intelligimus de fide historiæ, qua credimus, veram esse scripturā, sed de fide: hoc est de fiducia, qua quisq; fidere debet promissionibus Dei de remissione peccatorū per Christum efficienda. Hæc illi. Sinistrè ergo putant aliqui, fidem historicam appellari ab illis fidem humanitus acquisitam, vt distinguitur contra diuinitus infusam. Quinimò fides historiæ in schola Lutherana, est quoq; diuino afflatu inspirata, sed ex parte obiecti dignoscitur à fide, quę habēda à nobis est diuinarū promissionū. ¶ Sexta eorundē propositio est, & q maximè adnotāda, sane q basis est suę cōfictæ iustificationis. Fides (aiunt) qua iustificamur

5. Proposi. Fiducia. Fides histori ca Lutheranorum. 6. Proposi.

Fides iustifi cans Lutheranis & catholica li. 3. ca 10. folio. 140. a.

camur non est fiducia sola in genere, qua confidimus, Deum paratum esse reconciliare vniuersos per Christum, si sua duritia, & culpa, non obstiterint. Sed est fides & fiducia qua quisque in particulari, & absque vlla conditione firmiter credit, certoque confidit, nunc in facto sibi remitti peccata à Deo gratis p Christum. Et quoniam assertum hoc, omnium est inter nos controuersiarum maxima, quin verò vniuersarum fouentum, radicem huius & causam sic accipito. Vbi aiunt, fide nos iustificari, non intelligunt, quòd actus ille & assensus fidei noster sit aliquo modo meritum aut causa iustificationis:imò neque dispositio aut præparatio: sed quòd sit quasi manus vel vncinus, quo apprehendimus misericordiā Dei per hoc solum, quod est assensus quo credimus Deum esse veracē & fidelem sponsorem: vti iamiam apertiùs edisseram.¶ Septima fuerit, postremaq; istorum conclusio. Tametsi fides historiæ reliquæ Euangelij, quæ donum etiam dei est, maneat vtiq; posśit absq; spe & charitate, fides tamen firma remissionis peccatorum esse neutiquam sine illis potest: sed sunt, inquiunt, indiuidui comites, illa tamen historica absq; charitate non est propriè fides.

Sēsus Lutheranæ iustificationis per fidem.

7. Propositio.

Fides iustificās Luthera norū esse nō pōt fine spe & charitate.

Status controuersiæ.

¶ Igitur quo ad pūctum principis iustificationis reuertamur, qua ex iniustis iusti constituimur, non te tædeat solertissime lector in summa etiamnum cōtueri discernereq; statum & sedem huius controuersiæ. Est enim posita (vt in fronte primi libri proposuimus) in intellectu huius verbi, FIDES QVÆ PER CHARITATEM OPERATVR. De quo verbo perquā discrepāter inter nos illosq; conuenit. Ambę enim partes cōfitemur, fide per charitatē operante, iustitiā Dei apprehendi: sed tamē hoc, apprehendi, diuersissimè à nobis ipsi vsurpant. Apprehendere nanque ipsis idē est, quod credere, assensumq; & fidē præbere fideli Deo promittēti salutem. Et illo solo actu aiunt, recipere nos gratiā, misericordiam, & iustitiā Dei: post gratiā verò cōtinuò sequi infusionē charitatis. Itaq; nullū actum agnoscunt præuiū gratiæ præter illum fidei. Cuius rationem hanc adferunt, & Luthera in de liber. chri. & vbiq; sui cōplices. Nēpe quod vna sola re opus est ad vitam, & iustitiam, puta verbo Dei. Iuxta illud, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et in Psal. Misit verbū suum, & sanauit eos. Atq; hoc verbum est, ait promissio euāgelica. Cum autem verbum, inquit, & promissio sola fide per intellectum apprehendatur, ille solus assensus apprehendit misericor-

Galat. 5.

Fide apprehēdi iustitiā quid sit Lutheranis, qd catholicis.

Solus fidei actus est prę uius gratiæ Lutheranis neq; aliā ad mittūt dispositionē. li. 3. c. 7. fol. 124 b.

Matth. 4.

Psal. 104.

Luthero sola fides promissionum Christi con-

diam: quam postea consequitur charitas, & opera. Et hac de causa in artic. 1. ad Leonem cōtendit, quòd sacramentum non confert gratiam, sed sola fides verbi Christi promittētis. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et quorum remiseritis peccata, remissa erunt. Idem docent in confessione Augustana artic. 5. In cuius apologia Melancthon, Non solùm laudatur, inquit, fides, quasi sit principium iustificationis, vt aduersarij dicunt, sed nos sic de fide sentimus, quòd propriè ac verè ipsa fide propter Christum iusti reputemur. Et iterum, Sola, inquit, fide in Christum non per dilectionem aut opera consequimur remissionem peccatorum: etsi dilectio sequitur fidem. Et infra. Sola fide apprehendimus misericordiam: quia illa accipit promissionem, qua deus pollicitus est, quod propter Christum velit propitius esse credentibus in eum. Et infra, Quia promissio non potest, inquit, accipi nisi fide. Vide quomodò semper accipit propræcise actu intellectus & absque vllo prorsus ænigmate Buce. in sua concordia controuersiarum, exponens libellum imperatorium, ait, fidem, vt fides est, vt assensio est euangelij, fidem ipsam solam: hoc est, primo & per se esse solidam plenamq; causam receptiuam primum gratiæ atque adoptionis Dei, & principis iustificationis: id est qua ex iniustis efficimur iusti: dei nde sequitur charitas, ad operandum iusta. Nota ergo quàm apertè reuera negent, fide nos iustificari per charitatem operāte, siquidem sola assensione intellectus, aiut, apprehendi gratiam: quam mox gratiam cōsequitur charitas, atq; adeò opera. Atque hac de causa, asserunt necessarium esse nexum inter fidem & charitatem. Nempe quòd fides sola assequitur primū gratiam, quam gratiam protinus cōsequitur charitas. Nos autem secū dum euangelicā veritatem, dicimus, ꝙ apprehendere gratiam, & misericordiā, non est idem quod assentire, & credere: nisi, apprehēdere, accipiatur pro eo, quod est cognoscere: vnde potentiæ cognoscitiuæ appellantur apprehensiuæ. Sed defendimus, ꝙ apprehēdere est actu credendi, sperandi, & diligendi per detestationem peccatorum, pręueniente afflatu & ope diuina, disponi, parari, trahi, venire & conuerti ad suscipiendum gratificantem gratiam. Ita vt fides non solùm post gratiam, sed in receptione ipsius gratiæ per actum dilectionis operetur. Quia de ipsa prima iustificatione loquebatur Paul. vt ait, apud Deum neq; circuncisionem, neque præputium quicquam valeret: sed fidem, quæ per charitatem operatur.

fert gratiam nō sacramēta, vid c. 16. huius, & lib. 3. c. 3. f. 99. & c. 7. & ca. 12. huius f. 147. a

Mar. 16.

Ioan. 20.

Melancthō Dilectio sequitur fidē.

Bucerus.

Cur cōiuncta sint Lutheranis fides & charitas.

Veritas catholicorum de fidei actu in iustificatione.

Fides in receptione gratiæ operatur per charitatem, vide de hoc latiùs. capitul. 12. huius libri. fol. 146. b

Quæ tamẽ istis soboles ex hoc dogmate propagetur, in subsequentibus apparebit. Huc te ergo optimè lector identidem post hac remittemus. Hanc ob oculos habebis pagellam, quã deinceps respectes.

Quo termini controuersiæ exponuntur. Cap. VI.



IN capite ergo statim disputationis duas istas voces, iustificatio, &, fides, exponere est operæpretium.

Iustificatio nomẽ multiplex c. 1. huius lib. Tho. 1. 2. q. 113. art. 1.

Iustificatio trifariam (vt in secunda sua propositione cum Lutheranis consentiamus) accipitur. Prima, genuinaq; notio huius nominis, est acquisitio iustitiæ: nempe ex iniusto iustũ fieri. Sicuti calefactio ex frigido fieri calidum. Nomina enim huius figuræ mutationem inter duo contraria significant. Secunda huic proxima notio est, vt significet augmentationem iustitiæ. In his quippe formis quæ gradus habent, nomen verbale non solum primam mutationem, sed progresionem quoq; significat. Dicitur enim etiam calefactio, intensio caloris. Quæ quidem duæ acceptiones celeberrimę sunt in sacris eloquijs. De prima ait

Ro. 4. & 6.

Paul. Ei autem qui non operatur, credenti in eum qui iustificat impium. Et, Qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Est enim iustificatio hoc primo modo, vt est in glos. super illud Roma. 8. Quos vocauit, hos & iustificauit, peccatorum remissio per gratiam spiritus sancti. Videlicet, qua gratia formaliter iustificamur virtute, & merito Christi. Vnde ad Corint. Paul. Fornicarij, inquit, idolis seruientes, adulteri, & cætera, fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Quamobrem iustificatio in præsentiarum non dicitur à iustitia speciali virtute: sed quemadmodum libro priori de iustitia originali dicebamus, vt importat rectitudinem totius hominis. Hoc nanque significatu vsurpat quoq; nomen iustitię Arist. Instar corporeæ iustificationis: tunc enim res vna cũ altera iustificatur, quãdo adæquãtur ambæ. Et quãuis inter nos & Deum, quippe vbi nõ est omnino æqualitas, integra esse nequeat ratio iustitiæ, iustificamur tamen, cum suæ voluntati subiecti, ad suam legẽ & regulam exigimur, & secundum fragilitatem nostram referimus & coaptamur. Hæc enim iustitia est, quam commemorat Paul. in initio statim epist. ad Rom. Vbi enim dicit euangelium esse virtutem dei, confestim annectit, Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ. De secundo modo iustificationis legimus, Qui iustus est, iustificetur adhuc. Et, Non verearis vsq; ad mortem iustificari. Et, Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & nõ ex fide tantũm. Quibus verbis cõtradixisset Paul. vbi ait, Arbitramur hominem iustificari per fidem, & nõ ex operib⁹, nisi Paul. de priori iustificatione: Iaco. verò de altera loqueretur. Tãetsi suo loco explicauimus, vt etiam opera nostra concurrant in iustificatione. Nisi quòd Paul. loquitur de præcedẽtibus. Tertiò modo vsurpatur præterea nomen iustificationis pro eo, quod est, reum absolui in iudicio, & pronuntiari ab illo Neq; vsurpatio hæc adeò est aliena à prima, quinimò omnino illi agnata. Quẽadmodum enim in re apud Deum iustificari, est eum, qui iniustus erat, iustum fieri: ita in foro exteriori coram hominibus, est, eum qui iniustus habetur & reus fit, secundum allegata, & probata, pro nuntiari iustum. Quo sensu ait Sapiens, Qui iustificat impium, & qui condẽnat iustum, abominabilis est vterque apud deum. Et, Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt. Ad verbum gręcum reddendum esset, Illum iustificabunt. Neq; ab hic quidem longisimè distat significatio illa psalmi. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris: id est, vt cùm homines de te iudicauerint, iustus inueniaris. Ad hunc propemodum, iustificare, significat etiam cõdemnare, seu iactare iustitiam. Secundum illud, Ille autem volẽs iustificare seipsum. Et, Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra. Hæc autẽ tertia significatio nusquã est apud Paulum, neque in scriptura: vbi sit mentio de nostra per Christum iustificatione. In quo Lutherani (quæ sua est tertia propositio) turpiter falsi, nequiter fallũt. Sed accipitur iustificatio primo modo pro vera acquisitione nouæ iustitiæ. Et vbi accipitur secundo modo, designatur quoq; vera augmentatio iustitiæ, quæ fit per opera nostra, emanantia ex gratia Dei, & nõ duntaxat reputatio seu cõmendatio iustitiæ: vt in subsequentibus fusius demonstrabitur. Vsus est ergo Paul. nomine iustificationis (si rem cõiectari nobis licet) alludens forsan ad originalem iustitiam, in qua creati sunt Protoparentes nostri. Nam quoniam illam omnes ex culpa sua perdidimus, liberationem: ab hoc nostro originali contagio significanter nuncupauit iustificationem: hoc est, restitutionem, & quadãtenus instaurationem, nõ quidem eiusdẽ prorsus originalis iustitiæ, sed tamẽ rectitudinis ho

Iustificationis diffinitio

Iustificatio vnde dicat.

Ethico. 5.

Quõ fit vera iustitia in homine cum Deo.

2. Modo.

Cõponitur Paulus cũ Iacobo.

3. Modo.

Prouer. 17.

Deut. 25.

Psalm. 50.

Iustificare iactare iustitiam.

Luc. 10. & 16.

Duplex acceptio iustitię in vsu scripturæ paulinæ.

Allusio ad iusti. orig.

Quõ iustitia restituatur homini.

minis ad Deũ, quæ illius erat forma & radix.

S.Thom.

Quocirca vt ſcitè adnotauit S.Th.1.2.quæſt. 113. Quanuis iuſtificatio noſtra, & à fide inchoetur, & conſummetur per charitatem, à neutra tamẽ harum virtutum ſortitur nomẽ, ſed à generali iuſtitia. Eò quòd fides peculiaris virtus eſt intellectus: veluti charitas, voluntatis: ſed iuſtitia totam deſignat hominis re-

Iuſtificatio ſolũ paſsiuè

ctitudinem. Hinc fit, vt iuſtificatio, ſolũ paſſiuè accipiatur pro illo motu, qui eſt in homine. Neque propria eſt diſtinctio, qua aliqui effingunt, aliam eſſe in Chriſto iuſtificationem, quæ eſt cauſa noſtræ, & aliam in nobis, quæ eſt illius effectus. Nam ſicut apud philoſophos, motus non eſt in mouente, ſed in re mota, vt calefactio non eſt in igne: ſed cauſa calefaciendi, vnde procedit calefactio, quæ eſt in aqua. Nec concederet Ariſto. quòd calefactio actio ſit in igne, ſed ab igne: ſunt enim ijdẽ motus, actio, & paſsio, licèt reſpectus actionis ſit in igne. Eodem modo neque in Deo neque in Chriſto eſt propriè iuſtificatio noſtra, niſi quia in eo eſt cauſa vnde procedit iuſtifica-

Auguſt.

tio noſtri. Vnde Auguſt. de ſpi. & lit. capit. 11. exponens illud Pauli, Iuſtitia Dei in eo reuelatur &c. ait ideo dici iuſtitiam Dei, ꝙ nobis illam impartiendo, iuſtos nos facit. Et ſuper illud Pſalm. 30. In tua iuſtitia erue me. Iuſtitia inquit, Dei noſtra fit, cum nobis donatur. Et hæc de primo verbo quæſtionis, ſcilicet iuſti-

Fides indignè diſſecatur.

ficatio. ¶ Alterum verò, puta fides, non ſolùm pars aduerſa, vt in quarta ipſorum propoſitione retulimus, ſed noſtri etiam in tot diſcindũt ac dilaniant ſignificatus, fermè quot ſunt in ſcripturis verba de fide. Adeo vt vix poſsimus mente retinere tam multiiugã nominis æquiuocationem. Etenim aduerſarij quo [illegible]dẽ quæ eſt extra charitatem, fidem eſſe denegent, de

1.Cor.13.

qua tamen ait Paul. Si habuero fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum: confingunt, neſcio quam fidem miraculorum, diſtinctã à fide catholica. Et quo defendant ſola nos fide iuſtificari, diſcernunt aliã fidem hiſtoriæ euãgelicæ (quam negare nequeunt haberi poſſe extra gratiam) à ſua fide iuſtificãte, cõfinguntq́; neſcio quas

Melancthõ Buce.

alias fides: vt eſt potiſsimum videre apud Melancth. in apolog. & latius in locis communibus: & apud Bucerum in ſua modo reconcilia-

Pighius.

tione controuerſiæ iuſtificationis. Qu[illegible] Pighius etiam noſter docet fidẽ accipi pro fiducia: item pro conſcientia. At[illegible]; alios [illegible]am v[illegible]ue ad quindecim ſectiones fidei audiui mul[illegible]cantes: ſcilicet, pro authoritate, pro p[illegible]ne, pro iureiurando, & neſcio quibus al[illegible] modis. Quæ quidem varietas, & diuerſitas, præterquàm quòd abſq; ratione & arte rei ſimplici tribuitur, omnes fimbrias, & neruos diſputa-

Non et tam multiplex diuiſio fidei.

tionis fidei præſcindit. Cùm enim Chriſtum vnam fidem catholicam, quam baſim ſtructuræ chriſtianę, præiecerat, quàm plurimis priuilegijs donaſſet, vt illam in animos mortaliũ altius imprimeret, quiuis locus ſcripturæ, vbi tale aliquod priuilegium, & virtus fidei commendatur, facile iam eluſus repellitur. Sanè cũ quilibet fingit, hoc, vel alio modo vſurpari illic, quam ſemel lacerauit fidem. Haud quidem inficias ierim, quin ſint primum omnium ho-

Homonymia explicanda.

monymiæ, & amphibologiæ explicandæ, ne diſputatio hoc vitio laboret: ſunt tamen iudicio, & arte dignoſcendæ. Agam priùs cum noſtris. Nam de notionibus, quibus hoc nomine vtuntur Proteſtantes, paulò inferiùs futurus eſt ſermo. Igitur quãtum meditari poſsũ, duplex tantùm ſignificatus eſt in hoc nomi-

Fides bifariam dicitur.

ne fides. Significat enim & virtutem moralẽ, quæ eſt in voluntate, & intellectualem, quæ eſt in intellectu. Quæ quidem explicatio ex ipſa ſtatim nominis etymologia perlucet. Etenim & Cicero priùs, lib. 1. de officijs, & poſtmodum epiſto. 19. ad Hiero. Auguſt. in duab⁹ ſyllabis, quarũ prima eſt à fio, ſecunda verò à

Fides quia fit qđ dicit.

dico adnotarunt, fidem eò dici, quia fit, quod dicitur. Vnde fides primum omnium ſignificat conſtantiam, & veritatem, quæ in dictis qđpiam aſſerentis, aut promittentis, ineſſe debet: quæ nimirum moralis virtus, fidelitas etiã nun-

Fides moralis virtus.

cupatur. Qua de cauſa ait illic Cicero, Fides eſt dictorum, & conuentorum conſtantia & veritas: quæ quidem eſt totiùs iuſtitiæ fundamentum. Ob idq́; in pactis, vbi eſt vtrinq; mutua

Fides diſtinguitur à promiſsione.

promiſsio, dixit ille. Accipe, daq́; fidem. Fallũtur ergo, niſi ego fallor, qui dicunt vno modo accipi fidem pro promiſsione vel ſponſione. Nam promiſsio res eſt prior fide. Etenim cũ quis quid pollicetur, dicitur promiſsione illa dare, aſtringere, & obligare ſuam fidẽ: quã poſtea liberat, cùm implet promiſsionẽ, vel violat, ſi non implet. Non tamen dicitur, obligare, aut dare promiſsionem, ſicut nec dicit, implere fidem, ſed promiſsionem. Eſt ergo fides non promiſsio, ſed veritas firma, quæ ſeruanda eſt ob promiſsionem, & quam promittentes quodãmodo impignoramus. Et ideò qui iniuria ab aliquo circumuenitur vel defraudatur, implorat deorum hominumq; fidẽ: quod eſt, conſtantiam & veritatem. Neq; opus eſt aliam fidei acceptionem fingere pro authori[illegible]ius, cui credẽdũ eſt. Quippe cùm in hac [illegible], quam modò diximus, conſtantiam, &

veritatem. Inde enim quiſq; dignus eſt, cui adhibeatur fides, quòd conſtans & verus exiſtimatur, vt faciat quod dicit. Qua qui caret conſtantia, dicitur carere fide. Vt, Frōti nulla fides. Et hoc modo dicimur derogare fidem eius, cui facimus ne adhibeatur fides, & reconciliare fidē eius, cui facimus vt detur fides. Et bona dicitur fide quis, quid gerere, aut poſsidere, dum ſine dolo malo id facit. ¶ Secundo modo accipitur fides, vt eſt intellectualis virtus. Nempe aſſenſus quem præbemus enuntianti aut promittēti nobis aliquid. Quæ quidem notio ex priori naſcitur. Cum enim ille, quē fidem primo modo habere ſcio (id eſt dictorum conſtantiam & veritatem) mihi aſſerit quicquā, aut promittit, perſuadet quidē mihi, quod dicit: & (quod idem pollet) facit mihi fidem: hoc eſt, generat in me aſſenſum, quo illi credo. Qui quidē proinde aſſenſus dicitur fides. Tametſi idiomatū illi moroſi obſeruatores aiunt, huiuſmodi aſſenſum non tam propriè nuncupari fidem. Dicitur nanque græce πίστις ἀπὸ πέπεισμαι, quod eſt perſuaſi, & fidem feci. Et ideo πίστις potiùs (aiunt) trāſferēda eſſet latine, perſuaſio quàm fides. Imo grammaticiſsimi quidā dicunt, non poſſe reddi vna voce latina. Et de hoc cōplent longiſsimas paginas. At verò tametſi Quintilia. tranſtulerint perſuaſionem, nihilominus latini etiam celebratiſsimi appellant, fidem. Et quidem merito. Nam vt apud latinos fides, ita & apud Græcos πίστις tam paſsiuè accipitur, quàm actiuè. Eſt enim apud illos πίστιν διδόναι, καὶ δέχεσθαι, quod nos vertimus fidem dare & accipere. Et ideo illa perſuaſio, quæ mihi fit ab alio, optimè dicitur fides, quam ipſe mihi facit, & ego illi habeo. Vnde habere, ſeu adhibere fidem, credere eſt. Vt apud Terentium. Si hæc fidem habeat ſe iri propoſitum tibi. Et apud Poëtam, Credo equidē, nec vana fides, genus eſſe deorum. Et Cicer. in Topic. Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Et idem in officijs, His, inquit, fidem habemus, quos plus intelligere, quàm nos arbitramur. Et quanuis doctores ſancti primi fuiſſent, qui rem hoc nomine donaſſent, ſatis haberet notio hæc authoritatis. Eſt enim apud omnes eccleſiaſticos ſummo conſenſu recepta. Duos ergo videmus huic nomini fides, ſignificatus, ſatis eſt. Nempe vt ſit fides, quam mihi quiſpiā dat, dum quicquā aſſerit, aut promittit, & quā ego viciſsim do illi, dum credo. Has duntaxat notiones edocet Auguſt. de ſpir. & lit. cap. 31. his verbis, De hac enim fide nunc loquimur, quam adhibemus cum aliquid credimus: non quam damus cum aliquid pollicemur: nam & ipſa dicitur fides. Sed aliter dicimus. Nō mihi habuit fidem: aliter autem, Non mihi ſeruauit fidem. Nam illud eſt, non credidit quod dixi: illud, non fecit, quod dixit. Secundum hāc fidem, qua credimus, fideles ſumus deo: ſecundum illam verò, qua fit quod promittitur, etiā deus ipſe fidelis eſt nobis. Hoc enim dicit apoſtolus, Fidelis deus qui non vos permittit tentari ſupra id quod poteſtis. Tantum Auguſt. Animaduertamus ergo, duobus modis dici fidem. Primo, qua deus eſt nobis fidelis, altero, qua nos ſumus Deo. Vno cap. 3. ad Rom. deſignat Paul. vtranq;. Vbi enim ait, Quid, ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit? Abſit, ibi fides accipitur primo modo pro fide qua Deus eſt fidelis in ſuis promiſsionibus, quæ porrò non pendent ex operibus noſtris, vt Iudæi putabant. Et ideò ait, quod quamuis quidam non crediderint promiſſionibus Dei, nec legem eius ſeruauerint, firma tamē veritas manet in ſuis dictis, vt faciat quod dixit. Vbi autem paulò inferius ait, Iuſtitia autem dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum, loquitur de fide ſecundo modo: nimirum qua nos credentes fideles ſumus Deo, quæ quidem cauſa eſt, & fundamentum iuſtificationis noſtræ. Ex his primò colligitur, quod non eſt neceſſarium vt alio modo accipiatur fides pro fiducia: vt tam noſtri quidam, quàm aduerſarij omnes pro comperto habent. Nam fiducia, res eſt alia à fide & proles eius. Nec per ſe propriè eſt virtus, ſed virtutis modus. Eſt enim vt ſcienter ait S. Thomas. 2. 2. quæſt. 129. roborata ſpes ex aliqua firma opinione: ſeu robur ſpei, pertinēs ad magnanimitatem. Inde enim quod fidem habeo dictis aſſerentis, aut promittentis, ſpero, & fido ita fore. Quinimò quanuis ex fide naſcitur à charitate poſtmodum augetur & perficitur. Et ideo fiducia à fide nomen trahit, ſicuti effectus à cauſa. Quam obrem firma, certaque fides exprimitur nomine fiduciæ: veluti cauſa, nomine effectus. Id quod ex exemplis ipſis, quæ iſti multiplicatores ſignificationum fidei adferunt, palam conſtat. Aiunt enim hoc modo accipi fidē pro fiducia: vbi ait Iacobus, quòd is qui à deo quicquam poſtulauerit, poſtulet in fide, nihil hæſitans, ita accipi quoties in euangelio exigebat fidem ab illis Chriſtus, qui ad ſe veniebant petitum ſanitatem: & vbi ait, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti, tranſi hinc, &c. Et vbi ait Paul. Si habuero omnē fidem, ita vt montes transferam, &c. Cùm tamen ſit manifeſtiſsimū

Margin notes (left column): Fides intellectualis. — Fides pro aſſenſu naſcitur ex cōſtantia & veritate. — πίστις. — Poëtarum teſtimonia. — Duo ſignificatos fides. — Auguſt.

Margin notes (right column): 1. Cor. 10. — Roma. 3. — Fides apud Paul. pro cōſtantia promiſsionis diuinæ, & noſtra credulitate. — Fides nō accipitur pro fiducia rectè. ca. ſequ. — Fiducia aliud à fide. lib. 3. ca. 13. fo. 257. b & ca. 10. folio. 243. b — Iaco. 1. — Matth. 17. — 1. Cor. 13.

stissimum in his omnibus locis accipi fidem pro fide catholica: id est, pro assensu firmo, certo & constantissimo, quem debemus, præbemusque dictis Christi. Enimuerò cum hæc fides esset fundamentum, qua nititur tota salus nostra, vt crederemus Christum esse Deum, atque adeò vera esse omnia quæcunq; nos euangelizando docuisset, in corroborationem huius fidei faciebat omnia miracula. Quæ Patribus & theologis receptissima doctrina est. Atq; ex illo loco congruentissima, vbi dimittens Apostolos prædicatum Euangelium sic eos instituit. Signa autem eos qui crediderint, nempe qui fidem catholicam susceperint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &c. Quare mirari satis nequeo, cum quòd aduersarij nostri aliam fidem miraculorum excogitauerint, quàm catholicam, tum maximè quòd nostri doctores aliã agnoscant, vbi ait Christum, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, transibit: cui cõcinit illud Pauli, Si habuero fidem, ita vt montes transferam: aut vbicunq; in Euãgelio miraculum facturus, fidem exigebat. Illud enim de Centurione salutem puero suo deprecante, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel, de qua rogo fide quàm de catholica intelligitur? Sicut & illud ad cæcos, Creditis quia hoc possum facere vobis? Quibus respondentibus, vtique domine, subdit, secũdum fidem vestram fiat. Sed hoc est, quod illos decipit, quod, vt paulo antè dicebamus, aliquando gradum ipsum certissimæ fidei explicant nomine fiduciæ, vt eodem capite, Cõfide fili. Non consyderantes, quod fiducia solùm commendatur tanquam signum firmissimæ fidei. Et ideò potius nomen fiduciæ accipitur pro fide, quàm nomen fidei pro fiducia. Quocirca eadem est fides catholica, quam modicam reprehendit in Petro, quem erudiebat futurum caput Ecclesiæ, & quam in Chananæa, magnam commendauit ad confusionem populi Israel. Neq; alia quidem est, de qua ait, Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis. Credere enim non significat, nisi assensum quem præbemus promittenti: vnde si firmus est, progignitur fiducia. At verò, si quis arguat contra, non esse petendi necessariam persuasionem, quod sit impetraturus quicquid petit: quippe quæ esse potest falsa, & tamen est semper necessaria fiducia: ergo illic fides accipitur pro fiducia. Hunc ego etiã redarguam. Nunquid minus absurditatis habet, fiduciam, qua quis fidit se obtentum ire

Mar. vlt.

Non est distincta [illegible] qua fides miraculorum [illegible] 3. ca. 10 [illegible] 133 b

Matthæ. 17.

1. Corin. 13.

Matthæ. 8. & 9.

Certissima fides nomine fiduciæ explicatur in scriptura Matth. 14. & 15.

Mar. 11.

Fides postulantium.

quicquid à Deo petierit (si modo id rectè postulet) falsam esse posse, quàm fidem, qua idẽ credit? Profectò quàm certa & firma debet esse fiducia petentium, tam certa esse debet fides. Nam si fiducia ex fide nascitur, quo pacto erit fiducia firmior fide? Attamen fidem hanc explicat Seruator noster, Amẽ amen dico vobis, quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Amen amen, verbum iurantis est. Petere autẽ in nomine Christi, est petere ea, quæ ad salutem animæ pertinẽt, quãdo & vbi oportet. Et in tali articulo tam fides, quàm fiducia certissima esse debet, in alio verò vtraq; erit falsa. Vnde Iaco. vbi ait, Qui postulat à Deo, postulet in fide nihil hæsitans: procul dubio de fide quã pollicenti Deo debemus palam loquitur: & idcirco addit, nihil hæsitans. Quo enim quisq; gradu credit, eodẽ & confidit. Admonet ergo Iaco. vt nemo quicquã postulet, nisi quod certò credit ad salutẽ sibi conferre, & tunc nihil hæsitet. Vel si non sit ita certus, nõ habeat aliam, vel fidẽ, vel fiducia impetrandi, nisi sub conditione, si id quod petit, tale est. ¶ Quod demum addit idem Alber. fidem etiam accipi pro cõsciẽtia: vbi ait Paul. Omne quod non est ex fide, peccatum est, esset qui negaret: quoniã forsan sensus Pauli, nõ est nisi, omne quod est cõtra fidem Christi, peccatum esse. Sed tamen vt demus, accipi illic pro conscientia, profectò non differt à fide, nisi vt particularis cognitio quæ applicatur ad opus distat ab vniuersali. facere enim contra conscientiam, est facere cõtra, quam fides docet. De alia vero diuisione fidei acquisitæ, & infusæ satis hîc fuerit prænotasse, quòd hæc nomina non coniunctunt actibus, sed habitibus: quorum primus à Deo infunditur: alter vero humano vsu acquiritur. Horum cap. [illegible] mentio redibit. Obiectum autẽ actus & habitus promiscue apud philosophos eodẽ nomine fidei nominantur, eo quod actus circa obiectum versetur, & habitus [illegible] actum. Hac enim notione vsurpamus fidẽ dicentes omnia quæ sunt in sacra pagina, esse fidem catholicã: scilicet, quia sunt obiectũ fidei. De illis vero tribus membris, credere Deu, Deo, & in Deum, ratio locum d[illegible] quo dicamus,

Quomodo petentiũ fides, & fiducia debeat esse certissima.

Ioan. 16.

Iaco. 1.

Fides distinguitur à fiducia.

Rom. 14.

Fides infusa & acquisita nomina sũt habituũ non actuum.

Obiectum & habitus fidei

De fide sine operibus quidnam conferat. Cap. [illegible]

HIs explanatis iustificationis fideiq; notionibus Luth. machinas illa propositionũ serie demoliri incipiamus. Prima statuitur cõtra Lu[illegible]tum, quod in quinta, & sexta

Prima propositio catholica.

propositionibus explicuimus. Fides catholica, christianæ familiæ necessaria, vtpote qua christiani censemur, non est specialis illa, qua indubitato credit quisque, ac constituit sibi remitti peccata propter Christum, & esse in gratia Dei: sed illa potiùs persuasio diuina, atque assensus, quem debemus, præstamusque Deo, omnium in genere, quæ ab ipso sunt Ecclesiæ reuelata per Christum, perque eius Prophetas, Euangelistas, & apostolos: inter quæ & promissiones ipsæ diuinæ connumerantur. Duo hic enunciamus. Primũ est, quòd nullatenus duæ, sed vna penitus fides est, qua credimus vniuersa reuelata, siue historiæ sint, siue promissiones, siue præceptiones aut consilia. Eiusdem enim habitus virtus est credere, quòd Abraham genuit Isaac, & quòd in illo promissus est nobis redemptor: quòd Christus carnem suscepit, & quòd credentibus & baptizatis promiserit salutem. Atque eiusdẽ fidei est actus credere promissiones illas, & quascunque alias, quæ sunt in sacra pagina, factas esse à Deo, quod ad historiam pertinet: & certò credere verissimas esse, & firmissimas, quod propriè pertinet ad finem promissionum, vnde spes nobis erigitur. Secundum, est quòd promissionum assensus, ad fidem catholicam pertinens, non est specialis ille, quo quisque de se credit, seu recipere modò, seu habere iam gratiã, sed ille in genere quo firmiter credimus Iesum Christum vniuersalem esse redemptorem, vnum mediatorem Dei & hominum: & ideo nisi eius merito, nemini vllam condonari noxam: sed quicquid peccatorum à lapsu vsque Adam remissum est, & remittetur, virtute sanguinis sui remitti. Atque adeò nemini, nisi per ipsum, ad æternam hæreditatem accessum patere. Quod autem huic modo, illive beneficium hoc impertitur, quia potest quiuis diuinæ inspirationi obsistere, coniectura humana est: quod capite de hac re proprio edisserendum restat. Cõclusio hæc cum primis ex diffinitione ipsa apostolica fidei demonstratur. Est enim fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Id est, habitus, seu vis, virtusque mentis, qua licèt obscurè, certò tamen, & firmiter assentimur his, quæ speramus aperte videre. In qua diffinitione designatur primò firmitas assensus: cuius causa dicitur substantia: id est inchoatio rerum sperandarum, quæ robur habet & firmamentum ex obedientia libertatis. Nam rerum, quæ nec videntur, nec ratiocinatione demonstrantur, nunquam haberemus tam firmum assensum, nisi in captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi. Designatur præterea subiectum fidei esse intellectiuam potentiam, obiecti autem rationem ad omnia patère, vniuersaq; ambire, quæcunque à Deo cælitus sunt reuelata: siue res gestæ sint, siue mandata, vel monita: siue sua promissa. Hæc enim omnia in spem nos futurorum mittunt. Quocirca in eodẽ symbolo vtrique copulantur articuli: scilicet & qui historiales sunt: vt quòd Christus natus est & crucifixus: & præterea qui de sanctorum communione, & remissione peccatorum constituuntur, tãquam sub eodem obiecto fidei comprehensi. Et confirmatur argumentum. Ratio christianis credendi, est summa infallibilisque Dei veritas: hęc autem eadem perlucet in reuelatis omnibus, siue ad historiam pertineant, siue ad promissiones. Eadem ergo vniuersorum fides est. Cuius vna eademq; perexigua particula est de promissionib⁹: sanè quas credimus nõ solùm verè esse factas, sed esse firmissimas, quãtum est ex parte Dei, nisi nos renitamur. Quòd autem fides illa specialis commentitia istorum in sexta propositione asserta non pertineat ad fidem catholicam, hoc certè persuasu facillimum est. Fides enim catholica ex sola diuina assertione, vel promissione pendet: quòd autem quisque aptus sit & idoneus promisso beneficio suscipiendo, ex humano assensu, & cooperatione etiam pendet. ergo huius fides non est catholica. Hoc autem quod dicimus tale est. Fides catholica, quam qui non firmiter teneret, hæreticus esset, ea est prorsus, quòd Deus præsentissim⁹ nobis sit, ac prõptissimus, nisi per nos steterit, salutem in nobis operari: eandemq; vnicuiq; assentienti impendere. Porrò autem, quòd quisque credat salutem se modò assequi, addit insuper assensum se præbuisse Deo, neque digito eius mouentis obicem opposuisse vllum. Quoniam (vt superiore libr. constitutum est) neminem Deus coactu, sed liberè trahit. Et ideo cùm certitudo hæc humanum conatum exigat, non potest certitudinẽ catholicæ fidei adæquare. Connexi ergo errores sunt, & inseparabiles, quòd iustificatio nostra ex sola diuina pollicitatione absq; operibus nostris dependeat, & quod certus fieri quisque possit per fidem, se esse in gratia. Atq; adeo nemo potest ambo hæc simul sustinere: nimirum, quòd à libero nostro arbitrio quoquo pacto dependeat, & quòd possit quis fieri certus, nisi Deo specialiter reuelante.

¶ Accedit & huc argumentum, quòd fides catholica vna est, quę vniuersam Christi familiã obligat, si ergo fides esset catholica, me esse in gra-

Vna tãtum Fides est.

Lib. 3. ca. 10.

Prima ratio à diffinitione.

Fidei diffinitio explicatur ex D. Tho. 2. 2. q. 4. artic. 1.

Cõfirmatio argumenti. Tho. 2. 2. q. 1. art. 1.

Contra speciale fidem.

Fides Catholica.

Lib. 3. c. 10. fo. 39. b

Cõfirmatio argumenti. Quòd non possit secundũ fidem cognosci hominem esse in gratia.

in gratia, omnes profectò astringerētur idem reddere, uti ego. Ad hæc. Qui de fide chatolica anceps est, & dubius, hæreticus censetur: qui verò ambigit qualis sit apud Deum, non est cur habeatur hæreticus, sanè qui de promissionibus Dei nihil formidat, sed cum iustissimo Iob veretur opera sua, sine quibus certi sumus, minimè nos esse capaces beneficiorum eius, quæ ad gratiam pertinent iustificationis. Legifer enim noster Christus neminem certiorem facit, aut credere iubet, iustum vel fieri, vel esse, sed id tantùm, quod qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et id quidem nisi prauam obiecerit voluntatem: nam nisi pœnitentiam, ait alibi, egeritis, omnes simul peribitis. Neque prædicat, appropinquare regnum cælorum, nisi pœnitentiā agentibus. Id quod ipsimet aduersarij profitentur. Nusquam autē de se quenquam definire præcepit certitudine catholicæ fidei, vel legitimè baptizatum esse, vel pœnitentiam egisse. Profectò non video quomodo agnoscentes nemini conferri gratiam antequā pœniteat, renitere queant, quòd per fidem homo sit certus de sua salute. Aiunt, Quoniam pœnitentia non est causa, at est tamen requisita: de qua an sit legitima, haud quaquam habemus reuelationem fidei. De hac autem certitudinis disputatione integrum est inferiùs capitulum, lib. 3. Nunc autem id tantùm constituimus, quod nugatoria sit illa distinctio fidei, in historicam & iustificantem. Incōgruens ergo est diffinitio Caluini, quam lib. de institu. relig. christ. tribuit fidei. Nempe quòd sit diuinæ erga nos beneuolentiæ firma, certaque cognitio, quæ gratuitæ in Christo promissionis veritate reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur. Nam si ad promissiones in genere referatur, non est nisi pusilla portio catholicæ fidei: si verò ad illam suam specialem certitudinem, quam de se quisque habet, extra limites est eiusdem orthodoxæ fidei. ¶Secunda propositio. Fides, spes, & charitas virtutes sunt non ratione modò, sed re, obiecto etiam & subiecto discretæ. Hanc contra septimam suam propositionem obfirmamus. Nam animaduerte optime lector: ne quā semel diuulgare cœperunt, vocem desererent (nimirum quod sola fide iustificamur) quibus illam retinere commentis conati sunt. Primū quia viderunt fidem catholicam non sufficere ad iustitiam, cœperunt illam appellare fidem historiæ, effingentes fidem, quæ iustificat, nō esse nisi illam, quam Deo habemus pollicenti remissionem peccatorum per Christum. Et hactenus, licèt ramum fidei à iusta arbore detruncantes, tamen intra fines fidei errabant. Verùm quia neque illam satis esse intellexerunt, transgressi iam lineam veræ fidei, meditati sunt illam specialem, quam modò refutabamus. Sed quia hoc etiam loco depulsi sunt: conuicti scilicet, quòd potest quis certò se credere esse in gratia, qua tamen vana credulitate decipiatur, adtexere cogitarunt rationi fidei, spem quoque & charitatem: quin verò & opera. Quasi hæc omnia censeantur nomine fidei. Atq; huc pertinet, quod modò referebamus ex Caluino: scilicet, quòd fides & mentibus, id est, intellectibus: & cordibus, id est, voluntatibus obsignatur. Sed audi Philippum in apologia confessionis Augustanæ. Habētur enim in. 5. art. eiusdem confessionis hæc verba, Omnes perterrefactæ mentes, sciant se debere credere, quòd certò donetur ipsis remissio peccatorum propter Christum, non propter ipsorum merita, aut dignitatem. Hi omnes certo consequuntur remissionem peccatorum. Et cùm hoc modo consolamur nos promissione seu Euangelio, & erigimus nos fide, simul datur nobis spiritus sanctus. Eadem verba repetit Philipp. in apologia. Sed proximè à tergo eiusdem pagellæ ait, quòd fides quæ iustificat non est tantùm notitia historiæ, sed est assentiri promissioni Dei. Subiungit autem, Et nequis suspicetur, tantùm notitiam esse, addemus amplius, est velle, & accipere oblatam promissionem remissionis peccatorum, & iustificationis. Eademq; innouat Buce. verba in suis nuper concordantijs. Expende manifestā contradictionē. Priùs dicit fidem illam specialem, qua certò credimus donari, &c. sufficere ad salutem, & iustificare nos. Et confestim addit, velle, & accipere promissionem, cōcludi in ratione fidei. Tales sunt istorum apologiæ. Si fides sufficit, quomodò requiritur volūtatis actus: qui alterius est potentiæ? Aliā ego tamē maiorē absurditatem video in hac suffarcinata diffinitione fidei. Quæstio erat, Per quid recipimus beneficium iustificationis à Deo nobis promissum? Et respondent, Per solam fidem. Sed dum hanc fidem qualis sit instamus inquirere, respondent, quòd sit non solùm assentiri promissioni Dei promittentis nobis gratis remissionem peccatorum, sed & velle, & accipere oblatam promissionem. Ergo perinde est, ac si dicerent, quòd recipimus beneficium iustificationis per hoc quod volumus ipsum, & tādem accipimus. Recipimus deniq; gratiam iustificantem, quia recipimus promissionem. Ecquis non cernat cæco nos verborum inuolucro ab istis complicari, & ceu vertigine circumuol-

Marginal notes: Altera confirmatio. — Iob. 9. — Doctrina Christi. Mar. 16. — Luc. 13. Matthæ. 3. — Nugatoria nominatio fidei histori cæ. — Caluinus. — Secūda propositio. — Fidei, spei, & charitatis differentia. Tho. 2. 2. q. 17 art. 6. — Techne Lutheranorum ut defenderent solam fide iustifica ri. — Caluī. — Melancth. — Lutheranorum contra dictio. — Petitio principij.

Quomodo recipiatur iustificationis beneficium. cumuolui, dum idē nobis per idem diffiniunt? Nonne luculentiùs dixissent, illud nos beneficium accipere actu, quo per speciale auxilium Dei credimus Deum esse, & remuneratorem esse, vnà cùm actu spei, quo nos per idem auxilium erigimus, atque actu charitatis, quo nos erratorum pœnitet, adhibito sacramento, vel baptismi, si ab infidelitate conuertimur, vel pœnitentiæ, si relapsi resipiscimus? Sed respōdent, Omnes istos actus complectimur nomine fidei. Contra hoc ergo responsum opposuimus secundam propositionem. Quis enim hanc ferat theologiam, vt in diffinitione fidei, actus spei, & charitatis cōglutinentur? Etenim substantia fidei suam habet legitimam rationem in persuasione & assensione intellectus, cuius proprium obiectum est verum, quod à Deo reuelatum est. Reliqui verò habitus ad voluntatem attinent. Spei nanque & charitatis obiectum non est ratio veri, sed boni, quod obiectum est voluntatis: sicuti intellectus, est verum. Erigimur enim formaliter non per fidem, vt isti putant, sed per spem in bonum illud diuinum, licèt fides nos illuc dirigendo ducat. Erigimur inquam desiderando, & appetēdo: charitas autem amor eiusdem boni est, beneuolentia & amicitia. Quare in patria fide per visionem depulsa, spes simul cessabit: charitas verò perspectu ipso Dei adeò non abscedet, vt sit mirificè perficienda. Spectatio creaturæ ait Paul. reuelationem filiorum Dei spectati spes autem quæ videtur nō est spes: nam quod videt quis quid sperat? Et alibi, Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt. Ex quibus colligit fidem, spem, & charitatem non solùm tres esse res, sed illarum esse maximam ac præstantissimam, charitatem. Non modò quia fides & spes, temporariæ sunt charitas verò perpetua, sed quia aliarum omnium est forma virtutū: qua absente, nulla æstimatur virtutis pretio. Hac de causa, vbi de ratione præcise fidei sermo est Paulo: Accedentem, inquit, ad Deum oportet credere quia est, & quia remunerator est. Ecce totam substantiam fidei. Vbi autem de fide cum sua societate quę ad iustitiam vnà requiritur: Neq; circuncisio, inquit, aliquid, valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Vnde super Psalm. 31. August. Quod credit quis, fidei est, sed quod operatur, Charitatis est. Porrò, nisi tā hostiliter isti ex suis gymnasijs vniuersam eliminassent philosophiam, nunquam virtutum rationes ita confuse permiscerent: sed cuique suam tribuerent. Sunt enim, vt iustitiæ, temperantiæ, &

Primum argumentum.

Ratio fidei.

Roma. 8.

1. Cor. 13.

Qua ratione loquatur Paulus de fide sola, & quæ ad iustitiam spectat.

Augustin.

aliarum virtutum essentiæ & finitiones variæ, ita & fidei, spei, & charitatis. At verò respicienti exemplar, quod capit. 5. præfiximus mentis istorum, facilè erit perpendere hominum inconstantiam, & contradictionem. Vbi enim aiunt, sola fide iustificari, rationem magistri sui eam adferunt, quòd solùm verbum promissionis Christi est illud, quod nostram operatur salutem: verbum autem sola fide apprehenditur, ergo sola illa iustificamur. Vbi manifestè vsurpant fidem pro sola assensione intellectus, vt distinguitur contra omnem aliam virtutem, & opus. Quamobrem aiunt illam fidem non solùm fundamentum, sed totam apprehensionem salutis esse, & gratiæ, quam gratiam, aiunt, subsequitur charitas. Postea verò, vel suimet ipsorum obliti, vel certè conuicti, quòd illa fides non sufficit, consuunt rationi fidei, spem & charitatem, & pœnitentiam. Quis non istorum vertigum depræhendat? Atqui per hæc detexitur aliùs ipsorum cauillus, qui in omne se latus vertunt, vt voci suæ, sola fide, aliquid obtendant. Quia enim sentiebant se iam de hoc loco deiectos, nempe quòd ratio fidei cæteras virtutes complecteretur, aiunt saltem esse connexas. Hanc autem connexionem: si recolis bone lector, non ita intelligunt, quòd illæ virtutes præueniant gratiam, vt secundum Euangelicam veritatem nos à Patribus docti sumus, sed quòd sola fides accipit gratiam iustificantem, trahētem secum charitatem. Verba enim sunt Melāthonis supra citata, Sola fide, non per dilectionem consequimur remissionem peccatorum: etsi dilectio sequitur fidem. Nisi quòd iam Bucerus in sua reconciliatione velle videtur persuadere, quòd etiam si requirerentur omnes ad consequendam gratiam, sint nihilominus, fides, spes, & charitas, tres quidem virtutes, sed tamen inter se connexæ, ita vt neque charitas sine fide, neque fides insit absque charitate. Neque alio vtitur teste quàm vno exemplo, quod à magistro suo suscepit in de capti. Babylonica. & putat irrefragabile. Cogitemus, inquit, hominem sanæ mentis & fame grauiter laborantem, & huic mortem metuenti aduenire, qui eum ad aliquod paratum, lautumque conuiuium vocet, sitq; ille cui miser fidem indubitato accommodet, possit ne, inquit, huiusmodi famelicus non statim illa fide fiduciā desiderati cibi concipere, ac quàm possit properè ad conuiuium illud accurrere, simulque & conuiuatorem illum toto corde amare, & colere, cupereque illi qua posset regratificari. Humiliter proponas, inquit, ani-

Lutheranorū incōstantia.

Lutheranorū euasio.

Quomó cōnexas existimeni Lutherani, fidem spem & charitatem. vide c. 15 huius fol. 151.

Melanch.

Bucer.

mo alicui ex periculoso morbo laboranti, & extrema expectanti adesse medicum, qui certissimam salutem promittat: Ita, inquit, qui fidem habet Euangelio, non potest non certò sperare oblatam salutem, eiusq; omnia mandata perficere, ac denique toto se pectore ad ipsum conuertere. Quis enim, inquit, non in seipso experitur, se non posse non amare, & colere eum, quem non dubitat ingentia sibi bona polliceri, & certissimè præstiturum? eiusq; etiam consilia atque præcepta se cupidè sequi, quem non dubitet sibi vera, & salutaria consulere, atque præcipere? Sed primum omnium anceps est exemplum hoc Buceri. Quinimò magis à nobis quàm ab ipsis pugnat. Nam vt donemus, connexas esse dictas virtutes propter exemplum infirmi, qui si ita crederet, ilico omnia faceret, quæ iuberet medicus: inde non colligitur, quòd sola fides esset salutis causa, sed quòd fides pareret fiduciam, & fiducia obedientiam: quæ proxima esset causa. ¶ Attamen neque id certè largimur: sed tertiam contra hoc exemplum statuimus propositionem. Fides, spes, & charitas adeò non ratione modò, sed re etiam seiungũtur, vt poßit esse fides, imò etiam spes, absque charitate. Et quoniam hic est locus vnde nos acerrimè & validissimè oppugnare censent, paulò hic contrà nos pluribus insistemus. Nihil nunc disputamus, an fides vel spes absque charitate, verę sint virtutes. Quoniam vt lib. 1. cap. 21. dicebamus, nullum officium in absentia charitatis dignum absolutè est appellatione virtutis. Et præterea cùm fides fundamentum sit charitatis, non potest charitas infusa esse absque fide. Sed quòd fides solitaria esse possit sine charitate, probatur. Ratio & essentia fidei non solùm alia est à ratione charitatis, sed natura sua prior, neq; ab illa depẽdens, quia tota, vt dictum est, consistit in intellectu, cuius operatio anteit operationem volũtatis: ergo nihil vetat quo minus & prior gigni possit, quàm charitas, & illa abeunte superstare. At quia rationes istiusmodi nõ tanti æstimãt, quo argumentationem Buceri simul diluam, alia ratione arguitur. Fides, esto, voluntatẽ excitet ad appetentiam boni, quod ostendit, nullam ei tamen vim infert, sed semper voluntas, quæ sua natura est, manet libera: ergo quantũcunq; fidem adhibeamus Deo inuitanti nos ad cæleste conuiuium, cõminanti nobis æternas pœnas, & pollicenti requiem à laboribus nostris, nihilo secius liberum est homini præsentia bona sensualia illis anteferre. Non quòd natura fidei non sit à terrenis nos ad æterna

Anceps exemplum.

Tertia propositio.

Fides sine charitate esse potest.

Primum argumentum.

Secundũ argumen.

euocare, sed quod instantia hęc & sensibus obuia vehementiùs nos ad se dimouent. Eò præsertim quòd homines promittunt sibi post lapsum resipiscẽtiam, & diuinum fauorem, quò possint in amicitiam Dei restitui. Quapropter nulla est repugnantia, quòd quis habeat fidem certam & constantem, ita vt pro eius confessione ceruices gladio subijceret, & nihilominus persistat in aliquo peccato. Quin verò, neq; in humanis contrarium est semper exemplum, quod Bucer. magnificat. Reperiri enim potest infirmus extrema patiens, cupidißimus etiam vitæ: cui tamen si medicus tali conditione offerret salutem, vt permitteret serrari os cruris, aut incidi partem, qua posset lapillus extrahi, aut aliquid huiusmodi terribilium perpeteretur: reuera vitam prius repudiaret. Quemadmodum de Mario legitur, qui obligato vno crure iussus alterum extendere, Non est, inqt, tanto dolore digna salus. Neq; in hisce modò terrificis curationibus, sed in affectionibus leuioribus comperimus homines, qui certissimi cùm sint, mortem sibi suis voluptatibus cõsciscere, nihilo magis cohibẽtur. Ita planè de fide nos experiẽtia docet: nimirum quòd licèt christiani homines firmã fidem habeant bonitatis diuinæ futurorumq; bonorum, & malorum: tamen, vel quia angusta sibi apparet pietatis, & religionis ianua, asperaq; & accliuis semita, vel quia laqueis seculi huius irretiti sunt, & cupiditatibus implexi, non se ita inde possunt extricare, vt sequantur quod optimum iudicant. Vbi splendor ipse diuinitatis felices illos cælicolas perfundit, videntes Deum sicuti est, illic nulla esse potest diligendi cunctatio, aut mora. Nam conspectus ille fontis omnium bonorum non potest non beatos in amorem rapere, atque ita deificatos spontanea quadam amicitiæ necessitate cum Deo prorsus deuincire: vbi nullus segnitiæ locus, ægritudo animi nulla: nihil deniq; quod perpetuam illam reuerentiam filialem remorari queat. Veruntamẽ cogitatio hæc nostra per speculum in ęnigmate non adeò efficax est: & ideo neque semper bonorum operum ferax. Aliàs non solùm neminem decidere de gratia Dei sineret, sed & in optima semper summaq; officia teneret intentos christianos vniuersos, Paulinoq; colligatos nodo: quem neq; mors, neq; vita, neq; instantia, neq; futura poterant separare à charitate Dei. At non omnes rapti sumus vsque ad tertium cælum. Mittunt nos ad locum illum Euangelij, vbi rogati duodecim discipuli, an vellent & ipsi abire, responderunt, Domine, quò ibimus: quia verba vitæ æternæ habes?

Cõtra exemplũ Bucer.

Dictum Marij.

Status gloriæ. lib. 3. ca. 2. fo. 193. b Thom. 1. 2. q. 4. art. 4. & q. 5. art. 4. et q. 10. arti. 2. libr. 3. ca. 7. fol. 216.

Rom. 8.

Probant Lutherani eum qui credit non posse non amare. Ioan. 6.

Et

Et inde nos intelligere iubent, quo pacto, qui credit, non potest non amare. At nihil nos inficiamur, quin sæpissimè fides charitatem ingeneret, hæc est enim natura sua: sed id defendimus, quòd non semper vbicunq; est, tantundem potest, obsistētibus affectionibus carnis. Remittamus nos eos vicissim in alium locum, vbi iuuenis ille qui præcepta seruauerit à iuuentute sua (aliàs non dixisset Euange. Mar. 10. Christus respexit, & dilexit eum) & ideo cum fide viua accessit sciscitatum Christum, quid faciendo vitam æternam posslideret. Ille, inquam, absque dubio credidit redemptori, quòd si venditis, erogatisque bonis sequeretur ipsum, perfectus esset: & tamen ingens opum amor, in quibus animum habebat infixum, fidei præualuit. Vnde non planè tanta coniectura fit, quòd fides sua non fuisset magna, quàm quòd amor ille opulentiæ diffluentiæq; bonorum esset ille maximus. Enimuerò eadem fides vbi non offendisset tantam difficultatem, ilico potuisset iuuenem à seculo conuellere. Neque illum necessum est dicere gratiam Dei propter illum teporem fidei amisisse. Quandoquidem non præceptum, sed consilium erat: si vellet perfectus esse. Vt lib. 3. dicetur. ¶ Igitur vt ampliùs hæc omnia lucescāt, variæ diuersæq; sunt qualitates gradus & habitus fidei, qui sibi, salua eius substantia accidunt. Est nanque quandoq; sana & firma, aliquando verò infirma & imbecilla. Ait enim Paul. Infirmum in fide assumite. Et, Increpa illos durè, vt sani sint in fide. Incusat rursus Christus seruator noster in Petro trepidantem modicam fidem, laudatque in Centurione & Chananæa fidem magnam. Appellat denique Iaco. fidem mortuam, eam, quæ deserta est à charitate: & Paul. viuam, quæ per charitatem operatur. Nam sicut motus corporis indicium est vitæ animalis, ita & vitæ spiritualis, testes sunt officia, quæ fiunt secūdum Deum. At verò vt non omnis remisio & languor fidei, lumen extinguit diuinæ gratiæ, ita nec mors ipsa talis iudicanda est, vt substantiam rationemque eiusdem fidei absumat, & expungat habitum. Quin potest mortua robustior esse quàm viua, licèt tunc non sit melior: imò neque sit omnino virtus. Petrus quanuis non habuit gradum illum firmatę fidei, vt constanter graderetur super aquas, non protinus arbitrandus est mortaliter deliquisse. Id quod & de iudene proximè commemorato pariter dicebamus. Quinimò sunt homines tepidi, neq; ita multum validi in fide: perdurantes tamen in gratia, eò quòd non obijciuntur magnis periculis cadendi. Sunt contrà, multò valētiores, qui nihilominus, ingente occasione de subito oblata, impetu passionis præcipitantur. Iuxta verbum illius Comici. Quāuis de subito facile est facere nequiter. Ceu qui trucidatum charissimum filium cernens, aut violatum thorum, in homicidam, vel in adulterum irrueret. In Dauide exemplum est, Nunquid dum ardentissimo amore succensus elegantis Bersabeæ adulterium cum ea patrauit, fidem perdidit? Minimè gētium. Imò fidem habebat insignē. Haud enim fuit dubius, quin Deo peccasset, vt postea lachrymabiliter confessus est. Sed ingentem conflictum carnis sustinere non valuit: valuisset, inquam, per gratiam Dei, si strenuè pugnasset, sed tamē victus est. Haud equidem diffitemur, si solum fidei ingenium spectes, quo fuerit ipsa maior, maiorem ingenerari charitatem. Nam, vt in lib. de voca. gen. author est Ambro. fides genitrix bonæ voluntatis: & iustæ actionis dicitur. Et super Ezech. Homil. 22. Grego. Tantum, inquit, in hac vita amamus, quantū credimus: & quantum amamus, tantū de spe præsumimus. Sed sunt tamē carnalia, & secularia impedimēta, quibus fides præpeditur: quibus superandis aliæ sunt necessariæ virtutes prçter fidē. ¶ Cōfirmatur deniq; assertio nostra irrefragabili testimonio Pauli, Nā si habuero, inquit, omnē fidē, ita vt mōtes transferā, charitatē autem non habuero, nihil sum. Nō ergo modò fides, sed maxima esse potest absque charitate. Hic locus est, quem intuentes manifestissimè rem conuincere, deludere summoperè moliuntur, nescio qua fide miraculorum conficta, præter fidem iustificantem. Quemadmodum enim cernentes assensum scripturæ sacræ haberi posse absque charitate, aiunt non esse illam, qua iustificamur, sed esse fidem historiæ: ita audientes ex Paulo, omnem fidem reperiri posse sine consortio charitatis, aliam fidem excogitant miraculorum. Profectò si ita liceret cauillari scripturas, & locis singulis de fide noua eam vsurpatione lacerare, & ludificare, omnis deperiret ratio explicandi naturam, & qualitates fidei. Primum, quænam nominatio est fides miraculorum. Si dixisset gratia miraculorum, ceu gratia sanitatum, vel donum miraculorum, sicut donum linguarum, posset verbum intelligi de aliqua tantùm gratia gratis data. Dum tamen ait Paul. nihil aliud quàm omnē fidē, quæ alia potest intelligi, nisi catholica, cui tanquā fundamento legis euangelicæ priuilegium hoc congruit miraculorum. Aliàs posset etiam appellari spes vel charitas miraculorum

Marginal notes: Quāuis sua pte nostra fides charitatem generet, id tamen nō semper contingit nobis obstantibus. — Matth. 19. — Diuersę qualitates fidei. — Roma. 14. Tit. 1. — Mortua fides robustior, non tū melior viuēte neq; omnino virtus. — Dauid. — Fides gignit bonam volū tatem c. 11. fo. 186. b. — 1. Cor. 13. — Primum argumentum.

Explicatio Pauli.
Matth. 17.

lorum. Item verbum Pauli, allusio est prorsus ad illud redemptoris, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit. Vbi manifestus est sermo de fide catholica. Siquidē inter exprobrandum incredulitatem apostolorum, qui illa causa non eiecerant dæmonium, adiecit illud verbum. Enimuero, vt paulò antè dicebamus, constantissimum est, & receptissimum, virtutem miraculorum, neque Christum vsurpasse, neque discipulis impertisse, nisi ad confirmādam fidem, quæ rationibus naturalibus nequiuerat persuaderi. Id quod supra verbo Christi commonstrauimus, delegantis apostolos ad disseminandum verbum: vt ait, Signa autē eos qui crediderint, hæc sequētur, &c. Quinimò ab initio statim olim reuelatę fidei mos diuinus fuit illam confirmare portentis & miraculis. Ita enim Abrahæ pollicitus est ex sene, sterilique Sara genus illi propagare super arenam maris. Et intemeratæ virgini, quo angelus fidem mysterij adstrueret, alterius miraculi anus prægnātis meminit. Igitur ipsi fidei, cuius testificandæ causa erāt edenda miracula, eadē est collata vis & potestas: tamē eò esset vsq; fœcūda, vt certā fiduciā pareret impetrandi. Et hoc est quod ait apostolus, Omnē fidē, id est, fidē in eo summo gradu, qui transferendis montibus est necessarius: tametsi iam modò, vbi non est hæc necessitas asserendæ fidei miraculis, nō se tam crebrò exerat virtus hæc. Sed quid opus est aliunde testes citare? nonne Apost. explicatissimus est de qua fide loquatur? Cū enim concludit in calce illius capitis, fidem, spem, & charitatem tria esse, cæterisq; maiorem charitatē, an negare quis poterit sermonē habere de tribus theologicis virtutibus: atq; adeò de fide catholica, quæ prima earum est? In toto ergo capite de eadē proloquitur, quā ita cōfert cū charitate, vt quocunq; gradu solitaria sit, nō sufficiat ad amicitiā Dei. Sed operosa charitas, quæ patiens est, & benigna, reliquis oībus virtutibus subministrēt esse diuinū. Et hac ratione illi tribuit, q̄ omnia credit, & omnia sperat. Et prætereа quia per charitatem, & fides excrescit, & spes. Eodem pertinet illud Christi, Nō omnis qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit volūtatem patris mei. Multi enim dicēt in illa die, Domine, dñe, in nomine tuo prophetauimus, & cætera: qui tamē non intrabūt in regnū cælorum. Dicere nanq;, Dñe, domine, ad fidem catholicam pertinet, qua cognoscimus, Deum esse verum dominum. Neque ita cognoscimus, vt dæmones: nam illi non dicunt dñe, quia non credunt ex obedientia. Dicere autem domine, est propria fides christiani: non acquisita solùm, sed qua captiuantes intellectum, assensum præbemus diuinæ maiestati suam professi legem. Quæ esse nihilominus potest absque charitate. Et ideo subinfert redemptor noster, Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti: qui autem audit, & non facit, assimilabitur viro stulto. Vbi audire, idem est, quod credere & suscipere fidem. Vnde apud Lucam ille seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis. Nam procuidubio cognoscere voluntatem, est fidem habere. Huc etiam attinet parabola inuitatorum ad cœnam magnam: qui certè nihil de conuiuio dubitantes, excusauerunt sese, negotia secularia prætendentes. Duo tamen hîc sunt vel tria istorum obiecta, ad quæ necessarium est respondere. Primum, cùm fides sit donum Dei, quemadmodum charitas, cur nō pariter cum charitate mortali quolibet crimine expungitur? Responsio in promptu est.

Mar. vlt.
Gēne. 18.
Luc. 1.
Omnē fidē.
Explicatissimus Paul.
Matth. 8.
Fides dæmonu & Christiani.
Audire.
Cur fides nō perditur cū charitate.

Quòd charitas indiuiduus est gratiæ comes. Est enim gratia qua dilecti sumus Deo, & charitas qua ipsum diligimus. Et vt habetur in Euangelio, Qui diligit me, diligetur à patre meo. Quare qua contrarietate peccatum mortale opponitur gratiæ, aduersatur & charitati. Fides autem, & spes, & reliquæ virtutes morales suas habent proprias rationes distinctas, quæ de se non dicunt, neque amicitiam, neque gratiam Dei. Quare vt abscedens charitas per peccatum furti, non secum aufert habitum castitatis, ita neque habitum spei, aut fidei: sed manent omnes informes, atque adeò indignæ virtutum simpliciter nomine. Sed hæresis vel apostasia, quæ è regione obstat fidei, excludit infusum eius habitum. Hæreticus enim in vno articulo, quanuis aliorum habeat acquisitam fidem, non tamen illos credit propter formalem rationem fidei catholicæ: nēpe quatenus à Christo per sanctam Ecclesiam reuelati sunt & propositi. Deficiente autem ratione fidei, aboletur & fides ipsa.

Charitas comes gratiæ indiuiduus.
Ioan. 14.
Fides spes sine charitate
Sola hæresis vel apostasia excludit fidem.

¶ Alterum dubium est maioris pōderis apud istos, nimirum, quòd fides mortua non sit fides. Hoc enim insonat nomen mortuum, homo nanq; mortuus nō est homo. Et prætereа arguunt quòd eiusmodi fides nihil differat à fide dæmonum. Vno enim contextu ait Iaco. quòd fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa: & quòd ille qui hoc modo credit, nihil egregius facit quàm dæmones, qui credunt & contremiscunt. Hæc tamen ambo citra

Fides mortua propriè est fides.
Iaco. 2.

ex parte hominis:& hoc Pelagiani putabant esse liberum arbitrium. Sed hoc est falsum: quia cùm homo credendo eleuetur super naturam suam, oportet, quòd hoc insit ei ex supernaturali principio interiùs mouēte. Hæc S.Tho. Et profectò non solùm propter S.Thomā & propter Augustinū, cuius eadem est vbiq; indubitata sententia, hunc sensum, legitimū fuerim arbitratus: verùm salua illustrium authorum examinatione, non planè video, quomodo sit satis tutum aliter sentire. Quare S.Tho. non hanc recitat, quasi opinionem, sed quod contrarium existimet Pelagianū. Sanè quòd sensus Pelagianorum asserentium, initium fidei esse à nobis, non esset alius, q̄ quòd posset quis audiens prædicationem fidei tanta certitudine naturaliter assentire, quanta est in fide catholica: & quòd gratia non præstaret, nisi vt faciliùs id homo posset. Quod quinto canone damnatum est in concilio Mileuitano. Sed Augustinum de hac re auscultemus. Is enim quamuis alibi frequentissimè, tamen in li. de prædest. sanct. cap. 2. sub hac forma proponit quæstionem. Prius itaq; fidem, qua christiani sumus, donum dei esse, debemus ostendere: si tamen diligentiùs id facere possumus, quàm in voluminibus tot, tantisque iam fecimus. Nota fidem qua christiani sumus. Sanè quæ dubio procul absq; gratia, & charitate esse potest. Quòd si tibi prima fronte appareat, id tantùm Augustinum sibi velle, quod fides infusa sit à deo, à qua christiani sumus, non tamen negare, quo minus actus credendi possit esse à natura, contemplare attentiùs mentem eius, & cernes vlterius progredi. Nemini enim dubium esse potuit, quin habitus infusus, si talis esset, à solo deo infunderetur: sed vult cōstituere, quòd ad credendū actu illa omnia, quæ ad religionem christianam pertinēt, & ita firmiter vt christianum decet, necessariū sit speciale auxilium dei, siue per habitum, siue per actum. Nam August. nihil vnquam solicitus est discriminari inter actum & habitū. Atqui sensus hic lucidissimus erit consyderanti, quā illic causam tractet. Etenim postquā Pelagiani coacti sunt hæresim suam retractare nempe gratiam dei secundum merita nostra dari id saltem retinere conabantur, quòd initium fidei esset à nobis. Quo errore laborauit & ipse Augu. antequam esset Episcopus, vt eodem lib. cap. 3. & lib. 1. retract. ca. 23. confitetur. Postea verò factus Episcopus (vt ibidem & lib. 2. de bono perse. ca. 20. ait) illum deposuit errorem. Atq; id ipsum est, quod illic edisserit: nimirum, quòd nec initium fidei sit à nobis. Nihil de habitu meditatus, sed credere ipsum, qd est, inquit, cū assensione cogitare ea, quæ pertinent ad religionem, nemo potest nisi per auxilium dei. Quia non sumus idonei cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Neq; aliud est, quod condemnat illic aduersus Pelagium. Aliàs illa assensio fidei esset alicuius meriti, cui aliquo pacto deberetur gratia. Et ideo de illo etiam assensu citat illud Pauli, Quid habes qd non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Innuens, quòd nōnullam sibi posset vsurpare gloriam, qui naturaliter diceret se assentiri euangelio. Accumulat præterea alias complures authoritates. Vt illud, Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: donum enim dei est. Tametsi hic locus vt ipse August. Hypog. lib. 3. exponit, de fide omnino iustificante, quam gratia subsequitur, intelligatur. Sed apertius est illud? Vobis donatum est pro Christo non solùm vt credatis in eum, verum etiam vt patiamini pro eo. Et, Misericordiam consequutus sum, vt fidelis essem. Non ait, Quia fidelis eram. Adducit etiam illud, Hoc est opus dei, vt credatis in eum, quem misit. Tametsi profectò non plenè possum hunc sensum conijcere ex illo loco euangelij. Est enim respōsio illius, quod discipuli interrogabant, Quid faciemus, vt operemur opera dei? Vbi nō quærebant opus, quod esset effectus dei: sed quod esset præceptum eius, & sibi placitum. Et ideo respondit, Vt credatis in eum, quē misit ille. Ex illo præterea Lucæ eadem veritas corroboratur, Domine adauge nobis fidem. Quasi eius ipsius esset virtus, quòd crederent. Atq; ex illo maximè quod August. Hypog. lib. 3. in eandem sententiam enarrat. Vbi confesso Petro, Tu es Christus filius Dei viui, respondit dominus, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Vnde colligitur, fidem donum esse Dei. Quocirca fateor me intelligere non posse, quomodo glossari possit, quòd sit donum non simpliciter necessarium, sed ad maiorem, seu perfectionem, seu facilitatem. Nam hoc ipsum verbum, donum dei, propalam significat nullatenus quēpiam id posse naturaliter. Etenim cùm dicit Paul. Non ex vobis, sed donū dei est, quid aliud exprimere voluit, quàm q nisi ex dono dei, fides & gratia haberi nō posit? pari ergo modo, vt ait, Vobis donatum est pro Christo non solùm vt credatis in eum, quid aliud est quàm dicere, non alia via credere potuistis? Quare optimè illic ad notauit August. verbum Pauli, Charitas cū fide à deo patre

Marginalia: Scoti sententia non satis tuta. — August. — Sensus August. contra Pelagium. — Sacra testimonia quæ efficiunt Aug. fidē esse donū dei. — 1. Corint. 4. — Gratia saluati estis per fidem intelligitur de fide iustificante. — Ephes. 2. — Philipp. 1. — 1. Timo. 1 — Ioan. 6. — Luc. 17. — Matth. 16. — Glossa Scoti malè tuta. — Ephes. 6.

patre & domino Iesu Christo. Quasi dixisset, non solùm charitas, sed etiam per se fides, puta assentiri euāgelio à solo deo esse potest. A solo inquam præueniente. Nam vt vtroq; loco citato, ait scilicet libro. 1. retract. & libr. de prędest. fides opus Dei est & nostrum. Nostrum scilicet propter arbitriū voluntatis: qa nisi nobis assentientibus & cooperātibus, credere nō possumus. Obidq; exigitur à nobis, atq; idcirco infidelitas peccatum est. Dei autem est opus, quia nisi ipso peculiari nos afflatu adspirante, & mouente, nihil possumus.

Fides opus dei et nostrum. hinc Tho. 2. 2. q. 1. art. 4. dicit ad credendum requiri voluntatē.

Quomodo autem & gratia & virtutes opera dei sint, & nostra, tum satis multa meditati sumus libro priori, capit. 15. & tribus proximis, tum etiam paulò pòst repetendum nobis est.

Cōtra Scot. et Durandū

¶ Est præterea magnum argumentū aduersus illos, qui dicunt, fidem nostram authoritate humana gigni, puta parentum, vel prædicatorum, qui nos erudiunt: & quod peius multo est, authoritatem ecclesiæ appellant, humanā. Etenim si propter solam authoritatem hominum ego assentirem euāgelio, reuera propter eorundem authoritatem, si mihi contrarium dicerent, mutarem fidem. Contra admonitionem Pauli, Si ego vel angelus de cælo aliud euangelizauerit, anathema sit. In summa credere prorsus euangelio est dispositio, & quidē maxima ad gratiam: ergo iuxta id quod diximus ca. 3. non potest esse nisi per auxiliū speciale dei. Quare S. Synod. Tridē. optime can. 6. ait, quòd excitati diuina gratia fidem ex auditu concipimus. & can. 3. qui ex cōcil. Arausi. cano. 25. desumptus est, neminem sancitur sine spiritussancti inspiratione, & adiutorio posse credere, sperare, &c. sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur.

Gala. 1. Credere est dispō ad gratiā, ergo nō est ex viribus hūanis. Syn. Tridē.

¶ Respondēdum est illis ergo, quòd quamuis quis incipiat credere propter parentes vel pædagogos, vel alios prædicatores, non tamen credit, propter eorum authoritatem, sed credit illis tanquam ministris ecclesię. Neq; habitus fidei aliam habet inclinationem, nisi sub illa ratione. Authoritas verò ecclesiæ, non est humana: sed diuina, quæ errare non potest. Facile ergo est reliqua eorum argumenta diluere.

Respōdetur aduersarijs.

Primum est huiusmodi. Audientes concionem euangelicam possent tantam habere fidem concionatori, vt propter eius authoritatem cuncta crederent. Sicuti possunt eandem fidem præstare Liuio, aut cuiuis historico sola naturali facultate intellectus: atque illi potissimum, qui audientes Christum, cernebant eius doctrinam testimonijs & miraculis confirmari: igitur non est simpliciter necessaria infusa fides.

1. Argu. aduersæ partis ad pbandū q infusa fides ad credēdū non sit necessaria, sed ad modum.

Porrò autem responsio huius est, quòd audientes prædicationem modò, vel Apostolorum olim, aut Christi, poterant quidem naturali lumine assensum aliquē opinionis aut fidei humanæ habere, qualem habemus Iosepho vel Liuio: eam tamen fidei certitudinem, quæ christianis est necessaria, minimè, nisi numine aspirati. Exigitur enim à christiano, non solùm aliqua, sed omnia quæ in vtroque sunt testamento (saltem in genere) & quæcunque ecclesia explicauerit, esse de fide, adeò firmiter & certò credere, vt scientiam si opus fuerit, quam philosophi putarent demonstratiuam, abneget. Qualis est collectio illa. Hæc essentia diuina est filius, eademque est pater, ergo pater est filius. Ad quam sanè certitudinem tantorum supernaturalium mysteriorum vires ingenij naturales minimè sunt efficaces.

Alia responsio.

Fides hūana circa res fidei.

Fides catholica.

Quàobrem si puer ante vsum rationis ab infidelitate raptus (quod est alterum eorum argumentum) inter christianos educaretur, possset quidem humanam opinionē habere christianæ doctrinæ: veruntamen qualem modò præfati sumus certitudinem, minimè: nisi vel baptizatus, vel aliter cælitus adiutus. Vnde si iam ætate progressus, bona fide crederet se esse baptizatum, licèt non res ita esset, posset cum illa credulitate per auxilium Dei iustificari, & tunc cùm gratia infunderetur ei & fides.

Puer ante vsum rationis 2. Argum.

De hæretico autem iam paulò antè diximus, quemadmodum fide acquisita naturaliter potest credere aliquos articulos. Illa tamē non est legitimè christiana: quia non est integra.

Hæreticus.

¶ Hoc tamen est tertium argumentū contra necessitatem infusæ fidei. Si ethnicus audiens prædicationem euangelicam, eam plenè susciperet: id est, omnia certa fide amplexus, peteret baptismum, cū obice tamen, quia non vult odia ponere, quæ omn suo exercet inimico, videtur tunc habere fidem; tamen sine dono supernaturali. Quoniam fides non infunditur, nisi simul cū gratia, cuius tamen ille nondum est compos.

3. Argum.

Fidei infusio.

Respondetur, quòd quamuis si ecclesiæ constaret, & obicem adferre ad baptismū, arcendus esset à sacramento: quippe quod nemini debet ministrari, nisi cui creditur per illud conferri gratiam, quæ supremus est effectus sacramēti: attamen si cum tali fictione baptizaretur, reciperet informē fidem. Vt author est Sanctus Thom. 2. 2. quęstiō. 6. art. 2. ad tertium argumētū: vbi ait, recipi posse à Deo donum fidei absq; charitate. Etenim qua ratione fieri potest, vt charitatē restincta, sit fides superstes: fieri etiam potest, vt fidem quis suscipiat ante charitatem.

Responsio.

Fides informis infunditur sine charitate.

Vnde

De presbyt. nõ bap. c. veniens de cõ secra. di 4.
Dubitatio.

Vnde cap. veniens. de presby. non bapt. generaliter habetur, quod per sacramẽtum fidei (quale est baptismus) efficitur quis membrũ Christi. Et postmodum recedente fictione, recipit illa gratiam: vt docet August. cap. tunc valere. de consecra. distin. 4. Sed quid si ethnicus ille sic dispositus esset in nemore, vbi nõ est copia aquæ: nunquid cùm primùm totam legẽ probaret, per votũ baptismi reciperet fidem? Nam si id neges, inde fit consequens opinio, quam reprobamus: quoniã tunc naturaliter tam firmiter credit, quàm post susceptum baptismum.

Solutio. Fides quõ infundit̃ p baptismum in voto.

Respondetur, quòd ante baptismũ in re non est verisimile per baptismum in voto, infundi habitũ fidei, nisi infunderetur gratia: quia ille non est christianus. Et talis habit⁹ non infunditur, nisi vel ratione baptismi, vbi fit homo christianus: vel ratione gratiæ, quæ secum adducit virtutes. Et ideo vel ille nõ credit tam firmiter tunc, quàm christianus, vel suppeditatur sibi desuper auxiliũ speciale ad actum credendi.

Aliud arg.

Quod si quis adhuc opponat nobis hominem in puris naturalibus, vel ante aduentum Christi inter gentes, vel nunc in illo orbe, vbi nulla est eius notitia: is enim sola cognitione naturali, quòd deus est & remunerator, posset auxilio speciali tangente volũtatem reconciliari deo. Quod videtur insinuare Aposto. vbi exprobrat naturalibus philosophis, quòd cùm deum cognouissent, non sicut deum glorificauerunt.

Roma. 1.

Et paulò post, Gẽtes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt, faciunt. Loci isti Pauli statim cap. 15. presiùs sunt tractandi. Interim tamen respondetur, quod esto, cognitio naturalis sufficeret ad salutem, cum auxilio mouente volũtatem, illa non fuisset fides Christi expressa: quammodò constituimus esse donum dei.

Qualis fides sit donũ dei

2. Propos. Fides informis cõstituit hominẽ verè christianũ. Syno. Trid.

¶Secunda propositio. Fides hæc absq; gratia & charitate sufficit hominem cõstituere christianum & membrum Christi: non solùm ficte, vt Lutherani prædicant, sed propriè legitimè, & verè, vt cap. proximo dicebamus, determinatum esse à concil. Triden. can. 28. quãtum ad veritatem substantiæ fides licet careat perfectione, & vita, quæ fidei extrinsecus accidit à charitate.

1. Ratio.

Prima huius ratio ex superioribus fontibus deriuatur. Si enim fides absque charitate propriè & quantũ ad suam internã substantiam vere est fides & christianus idẽ est quòd fidelis, per illam est quicunque christianus.

Secunda.

Sed patentius eadem ratio formatur. Christianus est, qui Christi est, nempe qui eius est membrum, qui in suam militiam nomen dedit, eiusque se familiæ addixit, atque legibus obstrinxit: vnde non apostatauit: quicunq; autem baptismatis sacramento initiatus est, membrum eius per fidem efficitur: iuxta illud, In vno spiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati sumus, neque quodlibet committat peccatum, fidem denegat: ergo per fidem informem est homo christian⁹.

1. Corin. 12

Sed aiũt, Nemo fit Christi membrum, nisi per gratiã. Nam quicunque (ait Paulus) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus per baptismum in morte, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Roma. 6.

Ioan. 15

Accedit similitudo vitis, & palmitum, qui non sunt membra vitis, nisi dũm eius humore viuunt: sicuti neque oculus mortui (ait Aristote.) est oculus. Ac demum ad Ephes. ait Paulus quòd Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neq; rugam.

Ephes. 5.

Responsio

Hæc autem argumentatio, si satis illi modo facere conaremur, extra fines nos præsentis instituti educeret ad articulum de ecclesia: quam isti, propter huiusmodi testimonia, nullam, quæ vera sit, admittunt, nisi internam. Nempe cœtum eorum penitus, qui cordis sanctitate pollent.

Ecclesiaque sit Lutheranis.

Quantum tamen ad nostram spectat assertionem, hoc si dicamus abundabit. Nimirum quòd Christo bifariàm inserimur, vt membra, vno modo per fidẽ quã suæ adscripti Reipublicæ vltro illi præstamus sacramentoq; astringimus.

Duplex mẽbrũ Christi.

Quemadmodum, dum Paul. vbi Roma. 1. in sermonem incidit de obedientia fidei in Gentibus, subdit, In quibus estis & vos vocati Iesu Christi: id est christiani, per hoc, quòd eandem obtulistis fidei obedientiam: in captiuitatem (vt ait ipse alio loco) redigentes intellectum in obsequium Christi.

2. Corin. 10

Sed aliter sumus illi insiti, & compacti per charitatem. Vnde, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Roma. 8.

Et prima copulatio ordinatur ad secundam. Ad hoc enim configuramur Christo crucifixo in baptismo, vt opera carnis mortificemus. Vnde, Qui christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.

Galat. 5.

At verò in consequens est, vt qui à fine & scopo fidei aberrat, fidem protinus amittat.

Quomodo amittatur fides per peccata.

Enimuero licet quolibet delicto fidem eatenus frangimus, quod non omnino facimus vt promisimus, haud tamen vsquequaq; denegamus fidem, quò minus simus semper lege astricti: instar Reipublicæ ciuilis. Non enim qui vnum crimen cõmittit,

mittit, à republica protinus abſcinditur: ſed ſi
eſt perfuga, vel prorſus rebellis. Vnde Chri-
Math. 18. ſtus, Si eccleſiam (inquit) non audierit, ſit ti
bi tanquam ethnicus, & publicanus: ergo quã-
diu eccleſiam quis audierit: fidelis & catholi-
cus chriſtianus eſt. Quocirca quẽadmodum fi
des mortua, vt ſupra diximus, non ficta, ſed ve
ra ſecundum ſubſtantiam eſt, ita & chriſtian⁹
charitate vacuus, chriſtianus nihilo ſecius eſt.
Neq; ſimilitudinem omnino gerit oculi mor-
Oculus mortui. tui. Nam oculus totum compoſitum dicit ex
corpore & anima, qua proinde decedẽte, non
eſt oculus. Secus de fide, quæ viuit per aliam
virtutem. Neque palmes euangel[illegible]us cumpri-
mum abſentia gratiæ areſcit: diſſecatur à vite:
ſed manet inſitus per fidem, quæ fides eſt ge-
nitrix charitatis, vſque ad finem ſeculi: quãdo
huiuſmodi ſteriles palmites abſcindentur, &
in ignem mittentur. Vel quouſq; authoritate
Similitudines euangelicæ. eccleſiæ amputentur. Idem docemur in ſimi-
litudine areæ: vbi cum tritico commiſcentur
paleæ, & ſagenæ miſſę in mare ex omni gene
re piſcium congregãtis, & eiuſmodi alijs: quas
non eſt præſentis loci percenſere. Et Paul. ec-
2. Timo. 2. cleſiam comparat magnæ domui, vbi non ſo
lùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea,
& fictilia: quædam in honorem, quædam in
contumeliam. Illud autem vbi repræſentat ec
cleſiam ſinẽ macula & ſine ruga, effectum iri
intelligit per Chriſtum in extremo iudicio:
Rō eccleſiæ militantis. quando reddet regnum patri. Interim tamen
ratio chriſtianæ reipublicæ, fide militantis
in hoc conſiſtit, quòd ſacramenta, leges, ma-
giſtratus, cæremonię, vniuerſa deniq; exerci-
tia in hoc inſtituta ſunt, vt homines pietatem
colant, virtutem ſectentur, & charitate (quę fi
nis eſt perfectionis) cor perinundẽt, quò poſ-
ſint purificati æterna illa viſione beari. Quo-
circa qui hanc fidem tenent, etſi nõnunquam
à recta deflexerint, chriſtiani cenſentur: niſi à
fide deficientes, ab eccleſia vel deceſſerint, vel
eijciantur. Eadem eſt ſentẽtia tum Patrũ alio-
rum, tum etiam Auguſtini in de fide ad Petrũ
& de vera religione: & ſæpe contra Donati-
ſtas: & in libro de baptiſmo, cuius verba de cõ
De cõſe. d. 4 can. eſt, vnitas. ſecra. diſt. 4. can. eſt vnitas. referuntur. Eſt vni-
tas eccleſiæ, quę latè patet, in ſacramentorum
videlicet ſocietate & cõmunione, quę comple
ctitur cum granis etiam paleas: quãdo eas cor
poraliter mixtas ita patitur, vt neq; illas iuſti
vitent, neq; ab illis iuſti vitentur. Sic ſunt in
eccleſia homines mali, vt in corpore humano
humores mali, qui interdum exeunt de cor-
pore. ¶ At verò princeps omnium argumen-
Præcipuum argumentũ tum, quo veritas hæc conſtabilitur, eſt. Quòd

niſi fides informis chriſtianos efficeret, qui re-
uera eſſent membra Chriſti, fieret, vt cùm
prælati, & ſacerdotes in peccato eſſent morta
li, abdicarentur ſacerdotio: ſaltem quãtum ad
eccleſiæ iuridicam gubernationem. Nam pro Ioan. Huſſ.
fectò cum caput (verbi gratia) quod digniſſi in cõcil. Cõ
mum eſt mẽbrorum, eſſe nemo poſſit, niſi qui ſtãt. p mul-
verè eſt membrum: vbi non eſt vera ratio mẽ tos art. præ
bri, nec vera ſubeſſe poteſt ratio capitis. Qua- ſertim ſeſſ.
re neq; Papa in peccato eſſet verè Papa, neq; 8. art. 8 ſeſſ.
verò cæteri epiſcopi retinerent gradus ſuos. 15. art. 20
Porrò hæreſiarcha ille famigeratiſſimus Ioan 21. & 24.
nes Huſſ. optimè iudicauit conſequentiſſimũ et idẽ fuerat
eſſe, quòd ſi eccleſia ſolùm eſt illa nobis igno dãnatũ à Ni
ta, quæ intus charitate niteт, nemo in peccato colao. et he-
verè cõpos eſt eccleſiaſtici muneris. Ob idq; bet. 1. q. 1. ad
aſſerto priori, alterum ſubinde adiecit. Noſtri quales.
verò recentiores Huſsitæ (nam & hoc nomi- Lutherani.
ne gloriatur Marti.) id quod antecedit, luben
tiſſimè in odium eccleſiæ (vt aiunt) papiſticè
prædicant: quòd verò conſequitur, palliant.
Nam poſtquam in ſeptimo artic. cõfeſſ. Aug.
confeſſi ſunt, eccleſiam eſſe congregationem
membrorum Chriſti: hoc eſt ſanctorum, qui
verè credunt, & obediunt Chriſto, ſubſcripſe
runt in articul. 8. quòd mali, & hypocritæ qui
ſocietatem habent externorum ſignorũ, poſ-
ſunt adminiſtrare ſacramenta, eadéque ab il-
lis recipere nobis licet. Quoniã vt addit in apo Lutherani ad
logia Melancthon, miniſtri funguntur vice miniſtrare poſſũt ſa
Chriſti. Sed profectò vt ſint dialecticæ negli cramẽta ma
gentiſſimi, tamẽ non poſſunt cernere vim cõ- li & hypocri
ſequentiæ. Si enim fides ſine charitate, vt nul- tę.
libi non inculcant, nõ eſt vera fides, ſed ficta: Cõuincitur.
atque adeò (vt verbis Melancт. vtar) in qui-
bus nihil agit Chriſtus (videlicet charitatis)
non ſunt membra Chriſti, euidentiſſimè col-
ligitur, vt prælati extra gratiam, nõ ſint veri,
ſed ficti. Ob idq; non eſt cur per illos deus cer
tius cõferat effectus ſacramentorũ, q̃ per alios
qui nõ gerunt formã miniſtrorum. Sed quid
pluribus opus eſt, nõne Lutherus bene nouit
conſequentiam? & articu. 25. aſſertionum, vbi
ait, Papam non eſſe Papam, ſi non amat Chri
ſtum. Et Lutherani nunquid per ironiam & Lutherus.
ludibrium appellant miniſtros, eoſdem, quos
extra gratiam appellant hypocritas? Expen-
dantur verba Philippi. Rectè, inquit, poſſu- Verba Melancthon.
mus ſacramentis vti, quæ per malos admini-
ſtrantur. Nam & Paul. prædixit futurum, vt
Antichriſtus ſedeat in templo Dei: hoc eſt, in
Eccleſia dominetur & gerat officium. At de
hoc in articulo de Eccleſia.

De cau-

De causis iustificationis.

CAP. IX.



HAC de fide præstituta veritate quòd sit exordiũ christianæ pietatis, sufficiẽs nos christianisimo adseribere, subsequitur, vt ad causas iã iustificationis eluoidandas

In iustificatione reperi tur quadruplex genus causæ atque adeò, omne quodcũque aliud.
Quatuor genera causarum.
Finis iustificationis pro ximus.
Roma 8.

descendamus. Primã ergo, ceu basim, propositionem iaciamus. In opere hoc diuinæ miseri cordiæ, qua filij Adæ Deo reconciliamur, veluti in effectis naturæ, genus omne causæ est cõsyderare. Nõ modo inquã quatuor primaria, sed tibi etiã ipsis cognata. Est enim causa finalis, tam proxima, q̃ suprema: mox efficiẽs, & instrumẽtalis, deinde materialis, & dispositiua: adhæc exemplaris & formalis. Finis proximus iustificationis nostræ est nostra ipsorum glorificatio. Nam quos vocauit (ait Paulus,) illos & glorificauit: id est, ad hoc iustificauit, vt glorificaret. Supremus verò est deus ipse: quippe qui (vt lib. 1. capit. 3. dicebamus) in hunc finẽ creauit tam hominẽ, q̃ angelum, vt suam illis diuinam felicitatem impartiens, modo quodam dilataret, & propagaret. Id quod & cap. 3. denuò repetẽdo explicuimus. Nimirum, q̃ deus nõ propter creaturas primũ, sed propter se, tũ hominẽ cõdidit, tũ & fabrefecit mundũ: videlicet vt gloria esset sua patentior, & nomẽ celebratissimũ. Vnde Apost. de extrema die mentionẽ faciens, qua Christus operis redẽptionis postremũ actũ perficiet. Deinde, inquit, finis: cũ tradiderit regnũ deo & patri. Et rursus, Cũ subiecta fuerint omnia filio, tunc ipse filius (scilicet inquantũ homo & sanctorum caput) subiectus erit ei (sanè cum beatis omnib⁹) qui subiecit sibi omnia: vt sit deus omnia in omnibus. Hic ergo est supremus finis redẽptionis mundi, & glorificationis, non solùm hominum, sed etiã angelorum. Atqui vt ipse supremus est finis, prima etiã est causa efficiens: vnde omnis pendet authoritas. Est enim teste Ioanne, Alpha & O. Vnde. Dominus Deus auxiliator meus, ideo nõ sum cõfusus. Iuxta est qui iustificat me: quis contradicet mihi? Ecce domin⁹ Deus auxiliator meus, quis est quis condẽnet me? Quibus ferme verbis Paul. Deus qui iustificat impium, quis est qui condemnet? Ille enim est, cui soli peccat: vt confitetur Dauid: & idcirco idẽ est, qui cõuersus viuificat nos. Quò nimirum alludebãt Iudæi, dicentes. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Ac si dixissent, quòd dei est, sibi vsurpans. Nam legerant in psalmo, Gratiam &

Finis creatio nis rerum.
1. Cor. 15.

Causa efficiens.
Esa. 50.
Apocaly. 1
Roma. 8.
Psalm. 50.
Luc. 7.
Psalm. 83.

gloriam dabit dominus. Sunt enim quædam participatio diuinæ naturæ: & ideo facultatẽ creatæ excedunt. Secundum autem Deum, Christus etiam inquantum homo, est causa suo modo & ordine efficiens. Primum, quia commeruit nobis salutem: per quod meritũ tanquam mediator Dei & hominum fecit nobis ipsum propitium. Iuxta illud Ioannis. Aduocatum habemus apud patrem, Christum nostrum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed p̃ totius mundi. Et Paul. Iustificati gratis per gratiam ipsius, quæ est in Christo Iesu: quem p̃posuit deus propitiatorem in sanguine ipsius. Nec sine mysterio congeminauit, gratis, per gratiam ipsius. Poterat enim nobis Deus gratis condonare peccata absq; aliquo redẽptionis pretio, vbi nulla esset ratio iustitiæ: attamen æquissimus simul, ac benignissimus, Ita gratis id fecit, vt tamen per iustitiam mediatoris Christi perficeret. Sane, quem gratis nobis debit, & cuius nos rursus gratis efficit mẽbra. Neque verò tantùm est causa per modum meriti, sed quodammodo causa efficiens quasi instrumentum viuum, & organum diuinitatis: vt perdoctè adnotauit S. Tho. 1. 2. quæstio. 112. articu. 1. Quod ego ita interpretor, Christo domino nostro, quatenus redẽptori, non solùm conueniebat mereri nobis gratiam, virtutes, & gloriam, sed eadem de causa, sic omnem potestatem in cælo, & in terra recipere, vt ipsi competeret omnia dispensare, & distribuere: quæ pertinent ad nostram salutem, tanquam iudici vniuersali. Vnde Apost. Vnicuiq; nostrum data est gratia, secundum mẽsuram donationis Christi. Propter quod scriptum est, Ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Itaque non solùm gratiam nobis & reliqua dona elargitur, sed homines etiã iustificat, inquãtùm homo. Non quidẽ propria virtute, sed tã quam organum & viuum instrumentum dei. Et hoc est quod ait Apostolus. Vnus deus, vnus mediator dei, & hominum Christus Iesus. Quòd si mihi morosi, & importuni, quòd obiiciam prodierint philosophantes, quod gratia gratum faciens à deo creetur: ad quã idcirco productionẽ humanitas non potest attingere: quia authore ipso eodẽ S. Tho. 1. p. q. 45. ar ti. 5. creatura neq; instrumẽtum quidẽ esse potest creationis. Responsum sibi potent, quod quẽadmodum naturale agens non pertingit creationem animæ, sed infusionẽ, vt totum cõpositum sit homo: ita neque Christus est causa gratiæ, sed infusionis eius, vt homo sit gratus

Christus causa efficiens.
1. Ioan. 2.
Roma 3.
Quo poterat nobis cõdonare peccata sine pretio redemptionis.
1. ad Tim. 2.
Quid cõferat Christus nobis.
Ephes. 4.
Christus inquantũ homo iustificat nos.
Argumentũ
Christus causa infusionis gratiæ non ipsius gratiæ.

tus. Quia ipsi incumbit trutina sua librare & perpendere, quantùm gratiæ vnicuiq; iuxta dispositionem, qua se auxilio dei præparauit, debeatur. Sicuti ad ipsum spectat in iudicio extremo sententiam proferre, & pœnas damnatis, atque præmia iustis decernere & suo quæque

Sacerdotes causa gratię. Gńr capkis Tho. q. 84. art. 5. ad. 3.

ordine collocare. Sunt præterea, & sacerdotes, ecclesiæ ministri causa gratiæ tãquam vice Christi fungentes. Quemadmodum enĩ à Deo in Christũ, ita & ab ipso in sacerdotes deriuata est hæc potestas: vt Christus ipse redemptor noster palam affirmat. Data enim

Matth. 28.

inquit, est mihi potestas in cælo, & in terra: sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos.

Ioan. 20.

Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis, retenta erunt. Haud sanè tamen tam amplam habent, tãque liberam huiusmodi potestatem, quàm fuit in Christo. Ille nanque nihil pendebat à sacramẽtis: vt potè sine quibus gratiam contulit Magdalenæ: & Paralytico,

Sacramenta Vide Tho. 3. p. q. 62. art. 1.

& quàm plurimis. Hæc enim erat gratia capitis. Ministris autem modum præscripsit, vt nõ nisi per sacramenta iustificent. Quare & hæc sunt quoq; instrumenta gratiæ. Non vt ministri, sed vt inanimata organa, quibus passio applicatur nobis. Ait enim Paul. Secundum suã

Ad Tit. 3.

misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritussancti: præpositio autem illa, nota instrumenti est.

Ephes. 5.

Et ad Ephes. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vbi & materia, & forma exprimit sacramenti. Et super Ioannẽ Augu. Vnde tanta vis aquæ, vt corpus tangat, &, & cor abluat?

Sacramenta vetera. Gala. 4. Tho. 3. p. q. 61. arti. 4. ad. 2. & q. 62. ar. 6. Roma. 4.

Et in hoc differunt à sacramentis veteris legis: quæ ideo adpellat Paul. infirma, & egena elementa, quòd nulla illis vis inesset iustificandi. Circuncisio enim non erat instrumẽtum, sed signum fidei: cuius fidei virtute conferebatur gratia. Ita enim de Abraham loquitur Paul. Signum accepit circuncisionis, signaculum fidei. Sacramẽta verò nostra, quia signa iã sunt passionis exhibitæ, quasi quæ ex latere Christi dormientis fluxerunt (vt est in glossa ad roma. 5.) non indicia modo sed efficacia sunt gratię. Etenim cùm Christus morte sua, vitam spiritualem nostram fuerit operatus, ad similitudinem vitæ animalis virtute nobis eiusdem passionis dispensauit per sacramẽta. Ba-

Rõ sacramẽtorum. Tho 3. p. q. 65. art. 1.

ptismus enim est quædam spiritualis regeneratio: ita enim vt modò dicebamus, appellat eum Paul. lauacrum regenerationis. Cõfirmatio est augmentum quoddam, & robur gratiæ: sicut adolescentia vitæ. Iuxta illud Lucæ: vbi

Luc. vlt.

admonitu sunt discipuli, iam baptizati, sedere in ciuitate, quoadusq; inducerentur virtute ex alto. At sacrosanctum sacramentum corporis & sanguinis, est quædam iugis, quotidianaq; alimonia. Nisi enim mãducaueritis, inquit, car-

Ioan. 6.

nem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quæ quidẽ sacramenta tria, nisi renatus homo aliquãdo relaberetur, satis erant quantum ad personã cuiusq; propriam. Sed propter peccatum, quod est quædam infirmatio, adhibitum est sacramentũ pœnitentię, quo pretiosus, saluificusq; sanguis Christi, applicatur per modũ medicinæ: iuxta precationem Psalmistæ, Sana ani-

Psalm. 40.

mam meam, quia peccaui tibi. Et tandẽ extrema vnctio, qua reliquiæ, si quæ sunt peccatorum, prorsus absterguntur: secundum illud Ia-

Iacob. 5.

cobi, Quòd si in peccatis est, dimittentur ei. Sacramentum autẽ ordinis institutum est in bonum cõmune. Nimirum vt gratia suppeditet. Ecclesiæ ministris ad generandum spiritualẽ prolem. Quẽadmodum sacramentũ matrimonij, vt dignè ad laudem dei propagetur animalis vita. Conferunt autem sacramẽta hæc gra-

Sacramenta cõfe. grat. Tho. 3. p. q. 62. arti. 4.

tiam, eo modo quo supra de Christo dictum est. Vtpote quæ non creationẽ gratiæ attingunt, sed instrumenta sunt quibus homo est deo gratus. Cuius exẽplum in virtute seminis generatrice hominis præsto est, quæ non est animæ generandæ causa, sed hominis. Neque aliam virtutẽ in illis agnosco, quàm quòd pro-

Virtus sacramentorum.

pterea homo, quia baptizatus est, vel sacramẽtaliter absolutus, reconciliatur deo. Nam quid opus est dicere, huiusmodi virtutem, qualitatẽ esse, re distinctam ab aqua & verbis? De hac sacramentorum virtute nõnullus paulò post in eundus nobis superest conflictus cum Luthe-

Causa materialis.

ro. Tertio loco est causa materialis. Non inquã anima vel potentiæ, quæ gratia & virtutibus perfunduntur: illa enim subiecta potiùs sunt, q̃ materia. Sed causam materialẽ appellamus, dispositiones, & pręparationes ad gratiã, qui sunt actus fidei, spei, & charitatis, seu pœnitentiæ. De eiusmodi autẽ causis dicere hic nõ oportet explicatiùs: eò quòd non eædem prę requirũtur in omni genere iustificationis, sed per capita sunt singulæ ex ordine discutiẽdæ.

Causa exemplaris. Christus recepit gratiã virtute vnionis. 1. 2. q. 3. arti. 7.

Exẽplaris autẽ iustificationis nostræ causa, est iustificatio ipsa Christi: inquantũ homo est. Ipse enim fuit primum exẽplar: sanè qui non per modũ meriti, sed virtute vnionis gratiam dei recepit, vt homo esset naturalis filius dei: cuius nos instar gratiam, & gloriam recipimus, plus, minusve: qua adoptamur in fi-

Roma. 8.

lios, hæredes quidem Dei, vt ait Paulus, cohæredes autẽ Christi. Si tamen cõpatimur, vt cõglorifi-

glorificemur. Itaq; & ad exemplar illius debemus pati, si volumus secundum suam gloriam glorificari. Vnde subdit, Prædestinauit nos Deus conformes fieri imagini filij sui. Imago enim exemplarem causam significat. Et ideo in baptismo cōmorimur, & consepelimur ad similitudinē mortis, & sepulturæ suæ, & pariter resurgimus ad similitudinē resurrectionis. Si enim, ait Paul. complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Et, Qui reformabit, inquit, corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suæ. Hæc omnia rationem præ se ferunt exēplaris causæ. Atq; adeò gratia eius exemplar est nostræ: & gloria, itidem gloriæ. Sancta verò Synodus can. 7. vbi has causas de narrauit, gloriam Christi cōiungit in causam finalē cum gloria dei: vel quia exēplaris quodammodo est finalis, vel fortè propter gloriam corporis, & nomen, quòd est super omne nomen, quod illi accessit per modum præmij, merito redēptionis. Postremum denique locum habet causa formalis: puta gratia, & virtutes, quibus infusi iustificamur. At verò neq; de causis formalibus possumus hic exactè dicere, quoadusq; modos singulos iustificationis, cap. sequētibus exponamus. Est enim nobis de causa formali, & cum Lutheranis pmagna, & inter nos nōnulla discordia. Ordo hic causarū & series ex analogia sumitur, tū naturalium, tū artificialiū. Agēs enim ꝓposito fine, per instrumēta disponit materiā, vt instar ideę, & exemplaris propositi inducat formam.

Roma 6. Philip 3. Syn. Tridē. explicatur. Causa fina Causa formalis. Analogia iustificationis ad res naturales.

De iustificatione infantis ante vsum rationis. CAP. X.



Vniuersa principia hæc præmeditati, ad punctum deniq; & articulum iustificationis instructiores descendimus. Hæc autē non vno, sed quatuor modis, si perspicuitatē exoptas, celebratur: iuxta differentias hominū, quibus hoc recōciliationis beneficiū impenditur. Est enī iniustorum quatuor genera cōtemplari. Primū, infantium ante vsum rationis, qui originali sunt culpa maculati. Secundū est eorum, quibus vsus iam rationis emicat, cum sola tamen eadem originis tabe: sanè qui nondū male vsi sunt propria voluntate. In tertio ordine sunt, qui originale peccatū indeletum actualibus cumularunt. At demum in quarto sunt Christiani, qui à gratia baptismatis delabūtur. Atqui de primo genere priori lib. c. 11. & 12. cum Lutheranis abundè disputauim⁹, atq; eō stituimus, in baptismo plenissimè remitti originale: eò vsq;, vt nulla prorsus reliqua fiat ratio culpæ. Hic aūt vbi de dispositionibus est sermo, duos diuersos errores subnotare restat. Primus est Lutheri, qui adeò tenax est, & propugnator suæ illius particulæ, Sola fide, vt in vtrunq; extremū absurdè peccauerit: dum & adultis, præter illam, nullum aliud opus proprium necessarium existimat ad iustificationem, & infantibus docuerit esse necessariam. Quin verò pariter vt adultos, ita illos existimat non sacramento, sed sola fide iustificari. Hic enim est articulus eius primus inter assertiones ad Leonem: cuius iam supra meminimus. Hæretica est, sed vsitata sententia, sacramenta nouæ legis dare gratiam. Et paulò pōst. Neq; enim baptismus saluat, sed fides baptismi. Neque verò (vt fideliter illic explicat Roffe.) loquitur de habitu fidei cœlitus infuso, sed ait etiamnum in infantibus inesse actū credendi viuacissimum. Id quod in suo Homiliario euangeliorū dominicalium apertè prædicat: & secundum ipsum alij etiam suæ scholæ in multis locis. Tametsi in confessione Augustana, & cæteris colloquijs id silenter prætermiserint. Fuit enim figmentum illius hominis, quòd gratiā non suscipimus per sacramētum: sed per fidem quam damus verbo, nō ministri, sed Christi ipsius: vbi instituit sacramenta, puta. Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis. Quorum remiseritis peccata. Qua scilicet fide assentientes, promissionē esse firmam, iustificamur. Ita se exponit in eodem articulo, & in suis Galatis: cuius ludicra, & quidem ridicula verba sunt, inter exponendū illud. 3. ca. ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei. Ait enim vsq; adeò verùm esse, & fidē omnibus esse necessariam: puta viuacissimum actum, neq; posse nisi ex auditu haberi, vt etiā infantes eam ex auditu consequantur. Et obijciens sibijpse, quòd nihil audiunt, respondet, verbo dei nihil esse surdum: sed simul dum aures pulsat, intus spiritum infundi. Nescio profectò vbi potuit, non dico beneuolas, sed patulas aures aucupari, in quas eiusmodi exonerare portentum. Quis enim, vt ante me alius dixit, tam est ab omni sensu alienus, cui metuendum sit posse persuaderi, quod paruulus, cui non modò nulla notitia dei, vel boni, vel mali discretio, verùm neq; vllus rationis vsus, vllius ve rei cognitio inesse potest, auditu concipiat actum fidei, per quē iustificetur? Adde quòd hæresis præterea illa, quòd sacramenta nulla sint causa iustificationis, sed sola fides verbi, ma

4. Modi iustificationis Iniustorum quatuor genera. Error Lutheranorum. Cap. 5. huius In infantibus putat Lutherus esse actum credendi. Lutheri figmentum. Marc. 16. & 10. Portentum Lutheri. Paruuli non cōcipiunt audito fidem cuius habēt viuum actū Hæresis Lutheranorū.

nifestè pugnat, non modò cum euangelio, sed secum ipsa. Enimuerò si fides illa vera est, qua assentimur Christo dicenti, Quorum remiseritis peccata, verum est enunciatum suum: puta quòd ministri ecclesiæ remittunt peccata. Et si vera est fides, quam eidem præstamus, dicenti, Nisi quis renatus fuerit. Et, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, consequens fit, vt lauacrum ipsũ regenerationis, & sacramẽtum corporis causa sit iustificationis. Hoc em est, quod ipse affirmat. Admirabilis fuit audacia (vt ab alio verbo temperẽ) illius hominis. Ad probandum, quòd non per sacramẽtum, sed per fidem illorum verborum Christi iustificamur, citat testimonium illud August. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Acsi loqueretur illic de verbo Christi, & non esset euidentissimum, quòd loquebatur de verbo ministri, Ego te baptizo. Et, Ego te absoluo, quod tanquam forma sacramenti cõfert gratiam. ¶ Igitur vt secundum orthodoxorum veritatem de primo iustificandorũ genere cõclusionem statuamus. Paruuli nõ possunt ꝑpriè dici fide, aut quouis alio suo actu aut peculiari dispositione iustificari: sed solo sacramento fidei, tanquàm instrumẽto passionis Christi: quo, nullum adferentes obicem, in adoptionem filiorum regenerantur. At verò dubium restat, quod nobis obijcit locus euangelij, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Vbi tam necessaria profertur fides, quàm baptismus. Quin verò in subtexta negatione sola resumitur absq; mentione baptismi. Qui verò enim, inquit, non crediderit, condemnabitur. Vbi adnotauit Lutherus solam fidem esse necessariam. Sed tamen vt ad hoc vltimum, primùm respondeamus, affirmatio, fida interpres est negatiõis: vt intelligatur pariter, Qui verò non crediderit, vel baptizatus fuerit. Sed quantùm ad catholicos spectat, dubium restat, an pueri etiam comprehendãtur sub illa vniuersitate, Qui crediderit: cũ (vt modò dicebamus) per se notissimum sit, nullum, dum baptizantur, habere actum fidei. Augu. lib. 1. de pec. me. cap. 26. Inter exponendũ eũdem locum Marci. Quis, inquit, nesciat, credere esse infantibus, baptizari? Quod verbũ quidam ex nostris nõ planè probant: puta, quòd credere, sit baptizari: nam vnum est actio intellectus, alterum, sola passio: quæ idcirco, tanquàm duo, connumerantur in euangelio. Explicuerat autem Augu. paulò antè in eodem libro, scilicet, ca. 19. eandem infantium credulitatem, hisce verbis, Paruuli fidem per verba gestantium quodammodò profitentur. Et idem

Sacramenta sunt causa iustificationis.

Vera sñia de paruulis. Paruulorum iustificatio. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 3. ad. 1.

Marc. 16. Dubium. Qui crediderit, &c. Tho. 3. p. q. 68. ar. 8. ad primum.

Luthe.

August.

ferme repetit ad Bonifacium: vbi ait, In ecclesia saluatoris paruuli per alios credunt, sicut ex alijs, quæ in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Sed neque huiusmodi interpretamentum apparet omnibus satis congruens. Nam, credere, cùm sit actus intellectus, quomodò quis potest per alium, nisi deformi abusu verbi? ¶ Hanc ob rem, bipartiti sunt expositores illius loci euangelij. Quidã enim aiunt quòd pueri credunt per fidem infusam. Isti tamen iudicio meo longe absunt à germano sensu euangelij. Vbi enim ait Christus, Qui crediderit, nullo modo designat habitum infundẽdum à deo: atque illum minimè, qui natura sequitur infusionem iustificantis gratiæ: sed planè actum, qui sicuti baptismus ipse, à baptizando exigitur tanquam necessaria præparatio ad gratiam. Eò vel maximè, quòd illi habitus infusi paruuli non sunt tam ab antiquo tantaque certitudine in ecclesia cogniti, quàm est fides catholica. Quoniam neque cõcilium Viennense illos probat, nisi tanquam opinionem probabilissimam. Licèt iã nunc maiori fulciantur authoritate.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c.

1. Expositio reprobatur.

¶ Alij sunt, qui hac de causa existimant verbum illud, Qui crediderit, de adultis dũtaxat qui sunt rationis compotes enunciari. Neque omnino absq; probabilitate, si præcedẽtia verba respicias. Est enim contextus, Euntes prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, &c. Euangelium autem non prædicatur nisi auditum habentibus, & rationis iudicium. De illis ergo intelligitur, Qui crediderit. Paruulis autem satis est si baptizentur. Sed profectò vbi rem pensiculatiùs consydero, interpretationem hanc probare non possum. Primò, quia verba sunt vniuersalia: perinde atque illa, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Neque est verisimile, quòd vbi Christus tradebat apostolis formam, & modum euulgandæ, & propagandæ fidei, si sub illis verbis omnis ætas mortalium, & conditio non comprehenderetur, quin simul explicaret, paruulis baptismum sufficere. Et quod me maximè vrget, nunquam ecclesia ab apostolis ipsis edocta, susceptores puero decerneret, qui suo ipsius nomine interrogati an crederet, responderent, credo, nisi quod apostoli ipsi verbum illud intelligentes ad vniuersos pertinere, illa cæremonia puerũ significarent credere. Neq; temerè sanè August. sed sciẽtissimè tanquã rem magni momenti, tantopere studuit explicare, vt paruuli credant. Cuius sententiam probatissimã habet. S. Tho. 3. p. q. 68. eo artic. quo de baptismo paruulorũ differit. ¶ Igitur

2. Etiam reprobatur. Habitus infusi quõ cõcedẽdi. Vide Trid. sess. 6. c. 16. et demũ sic videtur loqui cõcilium illud.

1. Argum.

Secundum.

S. Tho. ar. 9. in respõsionibus argu.

¶Igitur quantum ex verbis Augustini conijcere possum, credere, vt est vniuersis necessarium ad iustitiam, idem est, quòd Euangelium solenni professione suscipere. Nisi quòd adulti suscipiunt actu credētes, & confitentes fidē, atque obligantes se legibus Christi: pueri autem suscipiunt eandem fidem per obligationem, qua verbis susceptorum, quæ sua propria censentur, astringuntur. Sicuti minor ætate obligatur verbis tutoris. Et ita intelligo Augustinum, dicentem ipsos credere, id est, suscipere solenniter Euangelium per verba gestantium. Quocirca quodammodo recipiunt Euangelium per auditum parentum, qui adhibentes ipsi fidem, se suosq; liberos, quos habēt in legitima potestate, baptizant. Atq; hinc palàm colligitur, hæresim esse manifestariā Anabaptistarum, qui autumāt pueros, vbi primū illuxerit rationis vsus, conueniendos esse, & sciscitandos, habeant neratum, quod parētes de ipsis fecerunt. Quinimò sunt iam verè obligati, & idcirco compellendi ad fidem, legemque seruandam, quam susceperunt. Vnde quando ait Aug. pueros credere idem esse quod baptizari, non intelligit aliud, nisi quòd idem valet illis baptizari, per quod sacramentum legibus Dei obligantur, quod valet adultis credere. Etenim Hypog. lib. 5. palam ait, quòd paruuli assumuntur in fide credentium, non obedientia voluntatis, sed dilectione nimia: videlicet Dei, qui absq; aliquo eorum actu, in suam illos recipit amicitiam. Hæc Aug. Habemus ergo, quòd paruuli sine aliquo proprio actu vel dispositione, quam ipsi adferant, sed solū per alios obligati, sacramento sanctificamur. Et quanuis sine illa solennitate baptizentur: baptizator, tanquā Ecclesię minister, ipsos obligauit.

Anabaptistæ. Trid. sessio. 7. can. vltimo de baptismo. &. qui ibi animaduertisti, Tolet. 11. cap. 2. August.

Conclusio de infantiū iustificatione.

An pueri sine baptismo saluentur.

¶Sed altera in altero extremo est quorundam opinio. Hi nescio quo protecti pietatis obtentu dicere audent, pueros qui casu aliquo absq; baptismo moriuntur, nihilòsecius misericordia Dei, quæ defectū supplet baptismi ab originali liberatos, ad regnum admitti cæleste. Atque idem censent tam de pueris iā in lucem editis, quàm de illis qui in maternis vteris ante lucis vsuram de vita decedunt. Et quoniam de hac re per ora vulgi circunfertur doctissimus Caietanus, illum nomino: quem semper tamen, non nisi honoris gratia nominare soleo. Is enim, aliàs profectò omni authoritate dignus, super. q. 68. 3. p. (sub correctiōe tamen, &, quæ sua erat religio ac modestia nihil pertinaciter asserendo) vtrunq; ceu probabile profert. Ait enim art. 2. quòd in casu necessitatis, nempe vbi non est aquæ copia ad salutem puerorum (& loquitur de illis qui iam nati sunt) sufficere videtur baptismus in voto parentum: præcipuè cum aliquo exteriori signo. Et postmodum art. 11. addit (sub eadem censura) paruulos in maternis vteris periclitantes, posse pari modo saluari per sacramentum baptismi in voto parentum cum aliqua benedictione seu oblatione ipsius ad Deum, cum inuocatione Trinitatis. Sicut diximus, inquit, de pueris, qui non possunt baptizari. At verò, salua sēper doctoris eximij authoritate, haud dubito vtranq; partem opinionis suæ falsam esse: nescio verò priorine sit digna calculo, saltem in illis, qui, quod ipse temperatissime insinuauerat, iam modò incunctanter asseuerāt. In quorum potiùs gratiam, quàm vt ipsis contradicam, pressiùs rem hanc edisseram. Et primum omniū vtroq; articulo Caietanus apertissimè contradicit diuo Thomæ, cuius agit interpretem. Nam priori loco, vbi ait, votum nonnunquam baptismi sufficere ad salutem, ne cui relinqueret occasionē suspicandi, quòd sufficeret votum parentū, palam explicat, vbi non est copia baptismi in re, necessarium esse votum suscipiēdi in ipso baptizando. Ait enī, Sicut cùm aliquis baptizari desiderat. Quare pueris nullam reliquam facit salutis viam. Et secundo loco, pueris nondum natis, nisi quib⁹ ex priuilegio donatum est in vtero gratiā recipere, nullū tribuit remediū salutis: eo quòd non possunt baptizari: quod secundum Euangelium necessarium est. Atque ne citra sacrā scripturam vel vniuersalem consensum Ecclesiæ, liberum esset dicere, quempiam in vtero sanctificari, aut gratiam recipere, exprimit in solutione ad primum argumentum, restrictionem de sanctificatis in vtero: nempe, qui in ecclesia tales habentur. Porrò autem August. vt gradatim ascendamus, innumeri sunt loci, qui bus idem inculcatissimè repetit. Primus est, vulgatissimus ille canon de fide ad Petrum relatus inter decreta. d. 4. de consecra. Vbi ait, Firmissimè tene non solùm homines ratione vtentes, verùm etiam paruulos, qui siue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur: siue iam de matribus nati, sine sacramento baptismi, quod datur in nomine patris, & filij, & spiritussancti, de hoc sęculo transeunt, sempiterno igne puniendos. Quòd si cauilletur quis, non esse ita certum opus illud Augustini, idem ferme meminit, vbicunque in certamen descendit contra Pelagium. Ille enim (vt patet Hypog. lib. 5.) non negabat pueros baptizandos esse vt intrarēt regnum cælorū quia illud expresse habetur Ioan. 3. sed dicebat

Caietanus.

Caietani opinio falsa. S. Thom. explicatur.

Pueris sine baptismo nō est reliqua salutis via.

August.

Pelagius de fœlicitate paruulorū decedētiū sine baptismo. Pelagij sententia de paruulis sine baptismo decedentibus.

bat decedentes ante baptismum in aliquā trāsmigrari mansionē, vbi haberent felicitatē vitę æternæ: eò quòd nullum secundum ipsum contraxissent peccatum. Animaduertat ergo oculatissimus quisque, adeò semper fuisse constitutissimum in Ecclesia, nullum paruulum absque baptismo in re (sanè quem non potest habere in voto) intrare regnum cœlorum: vt neque ipsi Pelagiani, negantes peccatum originale, ausi fuerint contra id dicere. Quis ergo nunc ausus erit catholicus, agnosces originale vulnus, illò mittere in baptizatum, quò hæretici, ipsum negantes, nunquam cogitarunt? Hac de causa August. non adeò incumbebat persuasioni, quòd paruulus decedens ante baptismum nullus reciperetur in regnum: nam id tanquam euangelicam confessionem habebat: sed quòd extra regnum nulla esset vita felicitatis æternæ. Vnde in loco citato primùm instruit disputationē ab illa vniuersali sententia antiquæ legis. Infans, qui circuncisus non fuerit, disperibit anima illa de populo suo. Cùm ergo similis sit in Euangelio, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum, fit, vt sicut ex illa nullus excipiebatur, ita ex hac neminē sit fas eximere. Erat enim illa huius figura. At quia fingebant locum alium, vbi paruuli sine baptismo haberēt vitam æternam, totos neruos intendit August. vt demonstraret, præter regnum & gehennam nullum esse penitus nisi purgatorium. Atq; ideo illas mansiones, quas ait Christus in domo patris multas esse, omnes pertinere ad regnum: quò absque baptismo nemini patet accessus. Et subdit elegantissimum dilemma. Cùm idem Seruator noster vtrumq; dixisset, & quòd in domo patris sui mansiones multæ essent, & qui non renatus fuerit, nō intrabit in regnum cælorum: elige, inquit, hæretice, vtrùm ex duobus defendas. Si enim dixeris extra regnum, quod est domus patris, aliquam esse mansionē, vbi sit vita æterna, priori sententiæ contradicis. Si tamen in mansionem regni paruulum absq; baptismo miseris, secundæ aduersaris. Non verba prorsus, sed sententiam refero Augustini. Idem argumentum ex professo locupletissimè persequitur lib. 1. de pec. me. à cap. 20. vsque ad finē libri. Cuius plura verba, ne satietatem lectori faciam, non referam, quàm quæ cap. 27. concludit super illud, Qui habet filium, habet vitā: &, qui non habet filium, non habet vitam. Nō solùm (inquit) igitur regnum cælorum, sed nec vitam paruuli habebunt, si filium non habebunt, quem, nisi per baptismum eius, habere non possunt. At verò vt Augustinum, quispiā forte suæ propriæ sententiæ posthabere potuerit, tamen credere nequeo authores huius, quem reprobamus, opinionis æstimatē inspexisse, vt fuerit condemnata aduersus Pelagiū. Hæc enim verba sunt Innocentij Papæ in epistola rescripta concilio Carthaginensi, & Mileuitano, quæ refert August. contra duas epistolas Pelagianorum lib. 2. cap. 4. Illud verò quod eos vestra fraternitas asserit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmijs etiam sine baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. Quibus subscribit August. quòd prævaricator esset Ecclesiæ Romanæ quicunque ab illa sententia deuiasset. Et contra Iulianum lib. 3. statim cap. 1. ait, quòd Pelagius timens ipse dānari, damnauit eos, qui dicunt infantes, etiam si non baptizentur, habere vitam æternam. Et inferiùs cap. 12. eandem repetens sententiam. Vnde Pelagius, inquit, quod supra commemoraui, eos qui dicunt infantes, etiam si non baptizentur, habere vitam æternam, in ecclesiastico iudicio, nisi damnasset, damnatus exisset. Haud equidem nescio, alia ratione fuisse dānatum Pelagium: nempe quia negabat originale peccatum. Attamen cùm sententia & forma ipsa damnationis ea sit, puerum scilicet nō baptizatum posse habere vitam æternam, videre nō videor quomodò possit catholicus vllam inde exceptionē cogitare, nisi quam spiritus sanctus Ecclesiæ reuelasset. Nam duo errores eodē verborū fulmine percelluntur, & quòd non sit peccatum originale, & quòd absq; baptismo possit remitti. Quocirca queadmodū ex prima parte non est liberum quenquam excipere, nisi quatenus Ecclesia vel definiret, vel permitteret, ita neque ex altera. Ex quatamen neminem hactenus exemit. Mox post authoritates sanctorum, & ecclesiæ determinationem expendenda sunt verba ipsa Euangelij. Cùm enim vniuersales sint sentētiæ Seruatoris, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: Et, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Et, Oportet vos nasci denuò, nunquid plusquam temerarius ausus est, ne dicam, contradictio scripturæ, quempiam inde subducere absque expressa reuelatione Dei per Ecclesiæ scitum? Profectò non dubito, quin ad istos vsq; exceptores pertingat, quod ait Paul. Si ego vel angelus de cælo aliud euangelizauerit, q̄ euangelizauimus, anathema sit. Quapropter non possum non demirari, q̄ facilè, quàque audenter consueuerint nōnulli, vniuersales sentētias scripturæ glossare, quòd intelligantur de lege. Quibus nihil, inquiunt, obstat

Marginal notes: Animaduer te. — Catholica veritas de paruulis decedentibus ante baptismum. — Genes. 17. — Dilemma August. — Ioan. 5. — Condēnatio Pelagij. Innocētius. — Caietani sententia de paruulis nō baptizatis dānata est ab ecclesia. August. — Verba euangelij. — Hæreticū videtur dicere pueros ante baptismum decedentes admitti ad regnum cæleste. — Quorūdam audacia, & euasio.

obstat oppositum: secus quandoq; contingere, vel ex priuilegio, vel ex misericordia Dei. Cùm tamen synceritas scripturæ ea sit, vt nisi exceptio ipsa eodem sacro eloquio exprimatur, vel per ecclesiæ fiat authoritatem, sacrilega sit, & prævaricatrix eiusmodi glossa. Nunquam enim Augu. ausus esset ex vniuersitate illa, Deum nemo vidit vnquam: Et, Non videbit me homo, & viuet, subtrahere probabiliter Mosen vel Paulum, qui vidissent Deum, nisi de primo legisset in eadē scriptura, puta Exo. 33. quòd videret posteriora Dei: & de altero, quod raptus in tertium cælum, vidisset arcana Dei. ¶ Sed vt ad locum euangelij reuertamur. Si fas esset affirmare, alicui remitti peccatum originale sine baptismo in re vel in voto suscipiendi, pari facilitate posset quis etiam dicere, quòd aliquis impœnitens ex misericordia Dei possit ab actuali liberari. Nam verba eadē sunt, Nisi quis renatus fuerit: Et, Nisi pœnitentiam egeritis. Deo autem nihilo plus repugnat remittere actuale sine pœnitētia, quā originale sine baptismo. Et quanuis actualis sit maior, etiam originalis est vera culpa.

Quando sit scriptūda exceptio in sacra scriptura.

Ioan. 1. Augustino quomó qui dam viderint Deum. Exód. 33.

Neq; sine pœnitentia actuale peccatū remittitur, neq; sine baptismo originale.

¶ Hoc autem quod subijciam est argumentum, quod quando solum existeret, satis nemini posset mihi persuadere: videlicet ecclesiæ consuetudo. Nanque nisi baptismus ita esset necessarius, vt absque illo nemo quoquo pacto posset seruari, nunquam Ecclesia instituisset paruulos baptizari: quæ tamen institutio est apostolorum: dicente Dionysio capit. vltimo ecclesiasticæ hierarchiæ, Diuini nostri duces, scilicet Apostoli, probauerunt infantes recipi ad baptismum. Et est argumentū huiusmodi. Paruulis ante vsum rationis nulla erat religio baptizari, quinimò longè fuisset decentius expectare, vt sua se sponte, & arbitrio addicerēt legi, quam erant obseruaturi. ergo nisi iudicassent apostoli periculum illis imminere dānationis, si illa ætate de vita subriperentur, aut sufficere votum parentum in tempore baptizandi, nunquam sacramentum illis decreuissent. Atque hanc rationem explicat August. in epistola ad Hieronymum, quæ est. 28. cuius idcirco verba in hunc locum reseruaui. Quisquis, inquit, dixerit, quòd in Christo viuificabuntur, etiam paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de hac vita exeunt, hic profecto, & contra apostolicam prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam. Vbi propterea cum baptizandis paruulis festinatur, & curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo viuificari non posse. Qui autem non viuificatur Christo, restat vt in eadem dānatione maneat. De qua dicit Apost. Per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem. Consydera pie lector, vt opinio quam refellimus, & Apostolicæ prædicationi, & Ecclesiæ institutioni contraueniat: quæ propterea festinat, & currit ad baptismū paruulorum, quia sine dubio credit aliter non posse saluos esse. ¶ Neque certè deest redargutio etiam scholastica aduersus istos. Nam vt de illo qui est in ventre matris, loquamur, demus, matrem quæ periculum foetus persentiscit, ea benedictione vti erga ipsum, quam isti volunt. Tunc iuxta suam sententiam recipiet gratiam. Sit postea casus, quòd non moriatur infans, sed nascatur incolumis. Profectò nihil tunc esset necessarius baptismus: siquidem nascitur in gratia. Eodem modo arguam de illo, qui natus est, si vbi non est copia aquæ, per illam benedictionem recipiet gratiam. Nō enim opus esset amplius baptismum adhibere: nam Patres non obligasset Ecclesia baptizare puerum, nisi vt conferatur illi gratia. Secùs est de adulto, qui non potest saluari, nisi voueat baptizari: & ideo tenetur postea implere præceptum. Illi veruntamen qui respōderent, huiusmodi pueros per solum aduentum mortis eodem momento, quo decedunt, iustificari, in eptiores, vt bona venia dixerim, si proferrent, quàm cum quibus seriò esset agendum. Nam si intelligerent, habituros gloriam, qui non discesserunt in gratia, non essent audiendi. Si verò fingerent, quòd gratiam susciperent in illo puncto, vt is est gratia, quæ martyribus impenditur plenissimæ remissionis, temeraria esset assertio, quòd paruulus, nō occisus pro Christo per fortuitam mortem absque aliquo actu proprio, vel sacramento extrinsecus ad hibito, abstergeretur originali macula. Postremum denique argumentum est eiusmodi. Cùm nullum iam modò post aduentū Christi sit aliud remedium vel sacramentū conferendæ gratiæ regenerationis, præterquàm baptismus, reuera si ex misericordia Dei posset quis absque illo gratiam recipere, æqua esset omnium sors, atque adeò nihil illis officeret negligentia parentum, sed siue proponerent illos baptizare, siue non: siue iam illos ducerent ad baptismum, & morte in via prærriperentur: siue aliquo alio casu inscijs parentibus subitò morerent, nemo periret: q̄n verò nullū esset discerniculū, parentibus ne esset fidelibus natus, an infidelibus. Quia ipsi nulla lege tenētur aliquid agere: ob idq; nisi baptismus ipse in re necessarius illis esset, nihil noceret incuria parentum: neq; vicceuersa citra exhibi-

Argumentū præcipuum. Ecclesiæ cōsuetudo.

Apostolorū institutio est puerorū baptismus. Argumentum ex traditione Apostolorum.

Argumentum scholasticum.

Falsa respōsio.

Postremum Argumētū

Votum suscipiendi baptismum in parentibus non sufficit parvulis.

hibitionem baptismi, aliquid prodesset eorum solertia, & pietas. Siquidem nulla est illic ratio meriti. Et quòd sufficiat votum in parentibus conferendi, est nouum inuentum: non solùm nullibi apud Patres repertum, verùm & ipsis, & ecclesiastico instituto, & certè Euangelio dissonantissimum. Concludamus ergo vbicunque vel in concilijs, vti nunc in nostro Triden. cap. 4. vel apud Patres habetur, baptismũ sufficere in re, vel in voto, intelligendum esse præcise de voto suscipiendi, quod habet baptizandus ipse. ¶ Argumentum in contrarium vnicũ est, idemq; quodam pietatis velamine obtectum. Haud enim condecens iudicant diuinæ bonitati, vt ordini illi, & statui puerorũ, qui antequam sint idonei baptismo; in vtero moriuntur, Deus non prospexerit, instituendo remedium aliquod salutis. Et idem fermè est de illis, qui iam in lucem exclusi, vel aquæ inopia, vel alia negligentia absque baptismo immaturi obeunt. Sed miraculum est, quod genus hoc pietatis pientissimi Patres Ecclesiæ nunquam agnouerint. Tunc vel maximè quãdo Pelagiani hoc eodem Achille tam erant Ecclesiæ infesti: vt est videre in locis supra citatis apud Augustinum: videlicet contra duas epistolas Pelagianorum libr. 2. capit. 7. Dicebant enim gratiam Dei potiùs fatum esse, vel acceptionem personarum, si ex duobus adultis absq; vllo merito alteri opitulatur Deus, vt cõuertatur, alteri verò minimè: & ex duobus paruulis absque vnius diligentia, alteriusve negligentia, primus abluitur baptismo, & alter relinquitur. Quibus respondet August. nullam esse causam, nisi voluntatem Dei, qui nemini est debitor: & ideò, nemini facit iniuriam, si hunc eligat, illum verò deserat. Et idem fusiùs adhuc disserit libr. 1. de peccat. me. ca. 21. vbi ait, Cur ad illum veniat, ad illud non veniat, occulta esse causa potest, iniusta non potest. Huius enim profunditatis stupore perculsus Paul. aiebat, O altitudo diuitiarum. Subdenda ergo, inquit, sunt colla authoritatibus scripturarum. Et reuera, si argumẽtum hoc tam esset vrgens, quàm illi arbitrantur, latissimè pateret, etiam ad eos vsque, qui adulta sunt ætate. Dum enim ex gentibus, vel quibusq; infidelibus alios lux fidei in viam iustitiæ perducat, casu quodam mirabili, & secundum iudicium nostrum, fortuito, alijs in sua caligine relictis, atque inter christianos, duorum eodem lecto pari culpa sordentium, subitaneum fulmen alterum extinguat, alter verò sospes, metu perculsus, fructus deinde agit pœnitentiæ: in quã rogo causam possumus referre, nisi quod Iacob dilexit, Esau autem odio habuit? & quod ex eodem lecto, ex eodem agro, ex omni denique ętate, sorte, & negotio mortalium vnus assumetur, & alter relinquetur? Et sicut in adultis propriæ cuiusq; culpę imputadũ est, quòd nõ assumatur, ita & in paruulis culpæ ab Adã cõtractæ. Sinit enim Deus naturã suis motib' agere. Nullam ipse fecit legẽ, quòd aliqui vitã finiant in vtero, vel ante baptismũ. Et ideò si aliquis naturaliter moriatur, nihil suæ detrahitur bonitati. Vltimum pertrahit argumentũ Caietan. à lege veteri. Tunc enim paruuli vita ante octauum diem defuncti fide parentũ, alio ritu applicata, quam circuncisione mundabãtur ab originali: simile ergo confitendum modò est, de mortuis ante baptismum. At verò argumentum nullum est, quinimò in ipsum authorem reuoluitur. Tunc enim propter læsionem legis erat interdicta circuncisio ante octauum diem. Et ideò author ipse legis Deus non debuit destituere remedio paruulos præraptos morte. In lege verò euãgelica, hoc poti' quod nullus præfinitus est dies baptismo, sed quam primum editus fœtus baptizari permittitur: quinimò in necessitate iubetur. Testimonium est, quòd nisi per ipsum baptismum in re, nemini paruulorum salus pateat.

Votũ suscipiẽdi baptismum baptizãdi solùm prodest si id illi habeant non alij pro illis.

Respõdetur aduersarijs.

August.

Testimonia scripturæ.

Rom. 9.

Caietan. argum.

De adultorum iustificatione in genere. Cap. 11.

Sermonem autẽ de adultorũ iustificatione incẽtibus, supponendũ id primũ nobis est, quod lib. 1. de libe. arb. cõllineauim', seu potiùs à S. Patribus dubio procul cõstitutũ esse mõstrauimus. S. ad nostrã iustificationẽ, nõ vi, aut, sicuti res inanimes, quę naturali instinctu mouẽtur, nos ptrahi, sed ita liberè, vt inspiratione Dei, & abijcere possim', & amplecti. Quę nõ modò Tridẽ. Syno. aduersus Lutheranos, sed antiquissima est contra Pelagianos sententia: vt illic ex Augustino in epistola ad Paulinũ referebamus. Fuit enim nona cõdẽnatio Pelagij, q̃ dicebat non esse liberum arbitriũ, si Dei indiget auxilio. Et erat sermo de iustificatione. Atq; etiam supponẽda est altera pars liberi arbitrij, quã ibidem quoq; cap. 18. tractauimus: scilicet, quòd neminem Deus vnquam ita deserit, cui non sit præsto subuenire iugiter ad ostium pulsans. ¶ Mox præfigenda est prima conclusio de omni genere iustificationis. Primùm opus, quod ad nostrã iustificationem à nobis requiritur, est fides. Axioma est hoc apud Paulum celebratissimum, ac replicatissimum. Nam sine fidei, inquit, impossibile est placere Deo. Et, Accedentem ad Deum

Cap. 15. 16. & 17.

Liberè mouemur ad iustificationẽ.

Tho. 1. 2. q. 113. artic. 3.

Syno. Trid. Lutherani.

Hæresis Pelag. contra libe. arbi.

Omnibus præsto Dei auxilium.

Cõclusio. 1.

Hebr. 11.

Deum oportet credere, quòd est, & quòd remunerator est. Quin verò in ipsa descriptione fidei, qua dixit esse substantiam sperandarum rerum, id ipsum (vt superiori capite præfati sumus) designauit. Substantia enim nihil aliud est, quàm stabilimentum, quo structura rerũ sperandarũ nititur, & fundatur. Quocirca longa illa repetitio fidei Noë, Abrahæ & reliquorum Patrum, nihil aliud est quàm explicatio eius quod dixerat, Accedentem ad Deũ oportet credere. Non enim fidei totam causam adscribit iustitiæ, sed initium. Nẽpe, quòd iusti vniuersi ex fide ducti iusta operati sunt. Et eodem pertinet, quod ait, Arbitramur hominem iustificari per fidem, & non ex operibus, & alia supra numerum his similia, de quibus interpretandis subijciẽdum nobis est postea capitulum minimè paruũ. Sunt & quàm plurima veritatis huius testimonia in Euangelio: præsertim apud Ioannem, qui de mysterio fidei præ cæteris diuinissimè disseruit. Ab eo enim statim sermone incarnati verbi, continuò ait, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Et iterum, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Et interrogantibus, quid facerent, vt operarentur opera Dei, respondit Christus, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille. His enim & talibus admonebat mortales, ostium regni cælestis non patere aliunde, quàm si fidem sibi haberent. Neque id tantùm in lege Euangelica, sed in omni æuo à lapsu primi hominis, vsq; ad finem mundi. Adeò (vt sicuti paulo ante dicebam⁹) de infantibus, sanxerit apostolica Ecclesia, vt non nisi fidem protestantes solenniter baptizentur. ¶ At causas veritatis huius operæpretium est perpendere, quæ ex triplici capite deriuantur. Primum idemq; maximum est, quòd cùm deus per Christum sit author nostræ iustificationis, primum obsequium nostrum esse debet, fidem illi habere reuelanti sese nobis, pollicentiq; gratiã suam, tanquam vero Deo (vt ait Paulus) remuneratori nostro. Per quam fidem in familiam eiusdem redemptoris Iesu Christi recipimur. Secunda causa est, quod cùm (vt cap. 3. prioris libri commonstrauimus) finis ad quem destinati homines sumus: ita nostram exuperet facultatem, vt neque ipsum cognoscere naturaliter valeamus, vt homo, nisi præmonstrato scopo, nequeat actiones suas rectà intendere: necessaria fuit nobis fides, quæ index illius esset. Tertia demum huiuscausa, quàm maximè

Sententia. Paul. ad Hebræ. 11.

Fides iustitiæ initium.

Ioan. 1. & 3.

Ioan 6.

Fides in omni lege semp fuit necessaria.

Cur fides sit fundamẽtũ.

ad intelligentiam dicendorum conferens, est hæc. Cùm spes præmij sit, quæ potissimũ animos adhibet ad patientiam laborum, & præmium illud æternę felicitatis tam esset non solùm à sensibus nostris, verùm & à cogitatione longè absens (quis enim crederet, quòd tam eximia nos merces nostrorum operum maneret?) omnino fuit necessarium, tum id nobis reuelari, tum nos etiã Christo suisque apostolis de hoc fidem præbere, vt inde animaremur ad obseruantiam legis, qua illuc eramus perducendi. Neq; enim decuit, illa nobis priùs sempiterna bona coram manifesta luce vel scientia repræsentari, tum quia visio (vt ait Gregor.) meritum adimeret, tum præsertim, quia cùm visio ipsa sit meritorũ præmium, nõ quidem anteire, sed subsequi debet in fine decursi stadij. Fidem ergo necessarium fuit præmitti, quæ & primum esset fundamẽtum nostræ à Deo recipiendæ iustitiæ, & dux deinceps rectè agendi. Docuit itaque nos Christus super naturalia ad modum naturæ. Nam vt est in Analyticis, oportet addiscentẽ primùm credere. Et ita magister Deus, Omnis, inquit, qui audit à patre, & didicit, venit ad me. Atq; ideo fidem Paul. appellauit, substãtiam rerum sperandarum. Tu ergo circumspecte lector, ex hinc intellige, viam sterni ad interpretandum illud, Iustus ex fide viuit: & similia. Sensus nãque (vt cap. postremo fusiùs patebit) est fidẽ esse fundamentum vitæ: non autem totam vitam, vt Lutherani credunt. Cùm enim fuerit semper Germana nobilitas libertatis plurimum, ac fidei cultrix: de vtroque Inuidia Satanæ deiecti sunt, vt & liberum arbitrium abnegarent, & fidei, de qua aliter depelli nequiuerant, iustam lineam transilirent: seu èquam cũ iniuria aliarum, itidem diuinarum virtutũ nimium extollerent. ¶ Est verũtamen pretium operæ de fide & remedio in iure naturæ adnotatiunculam præmittere. Fuit nanq; in omni seculo ab Adam vsque præuaricante necessaria fides Dei, quæ significationem quampiam vel vmbratilem haberet Christi, atque adeò trinitatis, nonnullam. Nam de fide Adæ ante peccatũ, nihil ad præsens. Verbum quippe illud Petr. Non aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, non ad hanc tantùm ætatem Euangelicam refertur, sed ad seculum omne post lapsum. Quoniam nemo vnquam reconciliationis gratiam, nisi per Christum, accepit. Vnde Paul. Deus nos, inquit, liberauit, & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secũdum propositum suum, & gratiam

Quia merces est terminus meriti, et cõsummatio 1. 2. q. 114. arti. 9. & 10.

Doctrina Christi.

Ioan. 6.

Germanorũ nobilitas.

De fide in genere naturæ.

Act. 4.

Tho. 1. p. q. 8. art. 1. ad primum.

2. Timot. 1.

tiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Quapropter cùm ante passionem exhibitam nulla poterat esse in re virtus Christi, præter eius fidem, consequentissimum est, quod semper fuerit necessaria.

Roma. 3.

Et huius emphasim habet verbum illud, Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. Et ideo detinebãtur Patres in limbo expectantes solutionem pretij, cuius fide fuerant seruati. Eodem pertinet, vt author est Augustin.

Hebr. 11.

Hypog. lib. 3. ditissima illa fidei soboles Hebr. 11. quæ per omnes mundi ætates effloruit. Ea enim ratione demonstrat Aposto. fidem esse sperandarum rerum substantiam & robur sine qua impossibile est placere Deo, quòd accedentem ad Deum oportet credere, quia est & requirentibus se remunerator est: nõ solùm hoc tẽpore, sed fide, inquit, intelligimus aptata esse secula verbo Dei. Cuius locupletissimũ supponit exemplum ab Abel orsus & Enoch per Noë, Abraham, & reliquos Patres discurrens vsq; ad omnes prophetas: qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Et ad Hebræ. 13. Iesus Christus heri & hodie, & ipse in secula. Hæc veruntamen fides (vt author est. 2. 2. quæstio. 1. S. Thom.) tametsi quantum ad substantiam, eadem fuerit semper, tamen quo ad expressionem, neq; cunctis seculis eadem fuit neque in aliquo tempore eadem est in singulis minoribus personis necessaria, quæ in quibuspiam primoribus. Eadem inquam semper est fidei substantia: quia vbi vnus Deus est (vt ait Paul.) non potest nisi vna esse fides. Actus vero huius fidei, ille omni æuo fuit necessarius qui est credere, quod esset Deus, idemq; remunerator: in quorum primo membro omnia reconduntur mysteria diuinitatis; & in altero, omnia incarnati verbi. Hæc autem progressu temporis explicata sunt: atque adeò clarius, quo propius ad ortũ ipsius solis Iesu Christi Domini nostri accedebatur, vbi sunt patentius reserata.

artic. 7. S. Thom.

Fidei differentia secũdum variã rationẽ temporũ & personarum cõditionem.

Fides necessaria in omni tempore.

Hebr. 11.

Vnde ad Hebræ. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus; sed à longe eas respicientes. Viceuersa quantò nunc sumus ab eodem Christi splendore elongatiores, tanto in nobis magis elanguescit fides. ¶ Igitur in ea quis fortè fuerit opinione, quam nos in scholis nonnũquàm defensauimus, & in prima huius operis impressione Veneta probatiorẽ arbitrati

Cur fides languescat in nobis.

Locus hic emẽdatur ab ipso authore secundũ suũ ipsi⁹

Lib. II. Cap. XI.

sumus: videlicet, quòd non esset in iure naturæ singulis de plebe alius radius lucis necessarius, quàm naturalis: propterea quòd illis gentibus, vbi non erat deprauata natura, vitiorũq; caligine obducta, hic radius videtur efficax ad cognoscendum de Deo quod est, & quòd remunerator est: vbi cognitio confuse implicatur Christi. Et, quod magnum præterea est argumentum est, quòd tunc nulla erat reuelatio particularior eorum quæ necessaria erant ad salutem facta publicitus, quàm illa quæ fiebat per lumen naturæ: ergo nihil aliud Deus exigebat cognitionis, neq; videtur aliud fuisse necessarium. Etenim in lege scripta & nunc explicatiùs in euangelica reuelata nobis est per legem fides trinitatis, quam naturaliter habere non possumus: obidq; taliter iubemur credere, qualiter nobis paratus Deus est succurrere vt credamus. Opinari ergo quis fortè posset, quòd cùm tunc nec tale fuisset præceptum, neque talis per legem reuelatio, nõ fuisset alia necessaria cognitio fidei quàm naturalis. Tametsi semper fuisset necessarium singulare auxilium supernaturale Dei mouentis affectum: quia iustificatio semper fuit opus supra naturam. Quam opinionem videtur tenuisse S. Thom. super Paulum ca. 2. super illo verbo, Naturaliter quæ legis sunt faciunt. At verò re meditatius perpensa, abijciendam existimo opinionem hanc, & alteram amplectendam: videlicet, quòd neque in lege naturæ satis fuerit naturale lumen ad illam cognitionẽ fidei, quæ necessaria est ad salutem: quæ opinio fuit post S. Thom. 1. 2. q. 113. art. 4. Enim vero præterquã quod periculosum esset tantum cognitioni naturali arrogare, Patres hoc supernaturale mysterium iustificationis non tam rationibus, quã sacris elogijs adstruebãt, captiuantes nimirum intellectum in obsequiũ fidei. Et aduersus Pelagium non solum sancitum est, iustificari hominẽ absque operibus, verùm quòd neq; initium fidei à nobis est cõtestante Apostolo, minimè nos sufficere cogitare aliqd à nobis, quasi ex nobis. Et ad Ephes. Gratia estis saluati per fidem, & hoc nõ ex vobis: vbi fides asseritur gratiæ donum. Et Aug. Hypognost. libro tertio. Fide, inquit, non alia nisi quæ nunc est, salui facti sunt omnes sancti, qui ab exordio vsque ad finem mundi salui facti faciendiq; sunt: cùm ergo hęc sit supernaturalis, fit vt semper talis fuerit: quę licèt publicè non esset per legem diuinitus promulgata, infundebatur tamen latenter seruantibus ius naturæ. ¶ Sed nunquid aliquis erat in illo statu vel odor originalis peccati, cuius reme-

Scholium.

Rom. 2.

S. Thom.

Retractat sententiam author.

In lege naturę satis nõ est naturæ lumen ad fidei cognitionem, quæ ad salutem exigitur.

In Arausic. conc. c. 5.

Ephes. 2.

Vide alia testimonia supra c. 8.

Dubitatio de orig.

remedium aliquod infantibus adhiberent? Nã hęc res erat supernaturalis. Negari nõ potest, quin ab Adam generationum successione, ali qua notitia originalis maculę perdurasset vs- que ad Noë, qui multa etiã supra naturã edo- ctus à Deo fuit. A quo vsque ad Abraham, ea dem, licet sub vmbra, deriuata est cognitio. Is enim peculiare recepit sacramentum circunci sionis contra originale peccatum. Postmodũ verò humano iam genere fusiùs in orbem pro pagato, & disperso, prӕterquàm in populo Israel, non est adeò verisimile, quòd fuerit ex pressa eius cognitio: maximè vbi vitia cœpe- runt crebrescere, & rationis lumen obtenebra re. Tametsi apud aliquos perstiterit: vt libro priori ostendimus de Iob maledicente diei in qua natus esset, & asserente, nõ esse super ter- ram, neque puerum vnius diei absque pecca- to. Neque adeò in alijs nationibus fuit eadem notitia obliterata, quin aliquandiu permane- ret vestigium aliquod, & genus fortè quod- dam oblationis, & quodammodò sacramenti, quo bene institutӕ Reipublicӕ paruulos suos Deo dicarent. Quinimo ius naturӕ, quanuis nulla esset talis notitia vitiatӕ originis, vt ita fieret admonebat. Sicut enim legitur de sacer dotio Melchisedech offerentis panem & vi- num, ita conijcendum est de sacrificio pro o- riginali reatu. Vnde Gregorius, vt refertur de consecratione, distinctione quarta. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides (nempe ap plicata per aliquod genus religionis) vel pro maioribus virtus sacrificij: vel pro his, qui ex Abrahӕ stirpe prodierunt, mysterium circun cisionis. Haud tamen cum illis consenserim, qui opinantur in statu naturӕ vnum fuisse sa cramentum, abluendo originali peccato insti tutum à Deo. Quandoquidem nulla est talis historia. Neque est verisimile, quòd nationes diuersӕ tali communi sacrificio vterentur om nes, Nisi fortè prope tempus Adӕ vel Noë an te dispersum genus humanum. Sed vnaquӕ- que gens, naturali iure edocta, suum institue- bat ritum. Quoniam cùm illud gratiam non conferebat, sed signum erat illius obumbratӕ fidei Christi, cuius virtute emundatio fiebat peccati, nihil obstabat, quò minus non à Deo immediatè, sed ab humana Republica insti- tueretur. Hӕc de illo statu naturӕ cogitasse satis sit. De quibus cũ nulla extet historia, quasi per transennam iudicamus. In lege verò scri- pta lumen fidei explicatius emicuit, sed in Euangelio explicatissimè, quàm per ӕnigma sicam potuit cognitionem. At verò quemad- modum de statu naturӕ diximus, ita & in le- ge scripta, & in nostra, plura tenentur expli- citè maiores credere, quàm singuli de plebe. Vt omni seculo verum habeat analogia illa Iob, Boues arabãt, & asini pascebantur iuxta illos: id est, ex sapientum meditatione rude vulgus pabula sumit.

Qualis fuerit semper Originalis peccati cogitatio.

Non fuit in lege naturӕ idẽ sacramẽtum abluẽdo originali peccato à Deo institutum.

In omni lege plura tenentur credere maiores explicitè. Iob. 1.

De iustificatione adulti à solo originali. CAP. XII.

HIsce prӕmeditatis, vnde exordium re uertamur. Porrò vt tres varias iu- stificationis dispositiones, quas, causas vocamus materiales, in adultis expẽda mus. Primus est eorũ ordo, qui vbi ad rationis vsq; participium adolescunt antequã propria contrahant actualia delicta, in gratiam Dei re cipiũtur. Statuamus ergo hominem legitima ӕtate cum solo originali, quem Deus ad se tra hat. Nihil modò anxij teneatur ne, vbi primũ quis venit ad vsum rationis, conuerti (vt vult S.Thom.) an verò (quod alij magis probãt) possit aliquo tempore sola originis labe sor- dere. In hoc peccatore primum omnium ne- cessaria est fides: vt capit. iam proximo satis monstratum est. In iure quidem naturӕ con- fusa: nunc verò in lege euangelica expreßior Christi. Et hӕc fuerit hic prima conclusio.

Qua de causa secundũ Ecclesiӕ saluberrimũ institutũ, cathecumeni, etiã si voluntatẽ reli- gioni prӕstiterint, remorãdi sunt à susceptio- ne baptismi, dũ catechizantur. Haud tñ huic de quo loquimur homini vlla est pœnitentia necessaria. Nãq; tñ abest, obligari quępiã ad originalis culpӕ pœnitentiam, vt neq; posit. Eorum eñ quę à natura accidunt, tristitia nos quidẽ potest, & dolor, vt verecũdia premere: pœnitẽtia verò, cũ sit dimotio animi inde, vbi erat infixus, esse nequit, nisi earũ rerũ, quas no stra spõte fecimus. ¶ Sed tamẽ, vt secundã sub ijciamus conclusionẽ, neq; solus fidei motus sufficit eidem homini, qui à solo originali mũ- dãdus est: imò exigitur ab eo actus spei, & itẽ dilectionis: qui vti ca. 7. dicebamus, non sunt necessariò connexi, sed sua singuli libertate fiunt. Ex hinc enim deuiare à vero incipiunt Lutherani. Sanè vbi docẽt: fidem solam esse, qua misericordiam dei apprehendimus, spem autem & charitatem subinde naturaliter con sequi. Nos verò contra agnoscimus fidei mo- tum, primum esse necessarium, at quoniã pos sibile est, vt qui credit, non diligat (quemad modum illic edisserebamus) adjicimus ne- cessarios esse cum illo, qui est fidei, actus prӕ- terea

Tres variӕ dispositiões adultorũ ad iustificatio- nem.

Primus ordo adultorum.

1. Cõclusio.

Catechumeni institutio ante baptismum.

Pœnitentia non potest esse de origi nali.

2. Cõclusio. Credere, spe rare, & dili- gere opor- tet eum qui adultus ab originali mundatur.

Lutherani.

Spes, & charitas nõ sunt cum fide cõ nexӕ.

terea spei, & charitatis. Quòd autem tres saltē hæ motiones sint necessariæ in eo qui rationis cōpos conuertitur, probatur primò manifesta ratione.

Primum argumentum

Fidem ex eo à nobis exigit Deus, vt tum spe eorum, quæ nobis pollicetur, tum maximè ob suam ipsius infinitam quam nobis retegit bonitatem, ipsum deamemus: primū omnis cognitio boni honesti ad eius amorem ordinatur: præterea quia ratio ipsa propria fidei, quatenus est rerum sperandarum cognitio, idipsum præ se fert, quod sit suapte natura propter spē, atque amorem Dei: fit ergo, nisi sequantur spes & charitas, vt fides non sufficiat ad salutē.

Tho. 1. 2. q. 113. art. 4. ad. 1. & q. 114. artic. 4. ad 3.

Et confirmatur explicatiùs hęc ratio, vt iam supra insinuabamus.

Cōfirmatio.

Auersio à Deo affectu potissimùm voluntatis fit, per hoc quòd ad creaturas animo peruertimur: quemadmodum ille qui vultum auertit à sole: ergo conuersio, quæ motum contrarium dicit voluntatis nostræ in Deum, ipso trahente, nobisq; liberè venientibus, contrarius debet esse motus voluntatis in Deum: siue ab originali solo, siue ab actualibus reconciliemur. Nam & originale per euersionem Adæ contrahimus. At quia amare sine præuia cognitione nō possumus, & ad eum diligendum quem offensum habemus antea nos oportet spe aliqua suæ benignitatis erigi, fit, vt priùs fidei, mox spei, ac deniq; charitatis motus in nostra conuersione concurrant. Per quos quidem Deus, nobis cooperantibus, ad se conuertit, vt gratiam infundat. Igitur absque vlla probabilitatis specie cōmentatus est Luthe. sola fide apprehendi à nobis gratiam, & iustitiam, spem verò & charitatem subsequi: non animaduertens, quòd conuersio desinet motum, quo animum dimouemus à terrenis, & admouemus Deo.

Lutheri deceptio.

Tho. 1. 2. q. 113. art. 4.

Per hoc autem, quòd quis Deo credat, nisi spe & amore feratur in eum, non conuertit in ipsum totum animum: qui tamen antequam conuertatur, nō potest gratia perfundi. Dispositionem enim ad gratiam optimo exemplo sapienter explicant theologi: vt author S. Thom. 1. 2. q. 109. arti. 6. Est enim gratia velut lumen solis, quod nullus vultu excipit: nisi qui se in ipsum verterit. Sed quia id nemo per se facere potest, Deus ipse nos, consentientes tamen, ad se conuertit, vt gratiam infundat. Qui quidem motus conuersionis dispositio est, & præparatio ad gratiam.

Dispositio ad gratiam. S. Thom. Consensus noster Deo vocanti obediens, est præparatio ad gratiam.

Quamobrem non solum fidei, sed & spei, & charitatis actus debet saltem natura ipsam antecedere. Hac de causa in scriptura iustificatio nostra nunc fidei, nunc spei, nunc verò charitati adscribitur. Arbitramur enim (inquit Paulus) hominem iustificari per fidem, & non ex operibus. Et, Gratia estis saluati per fidem, & non ex vobis. Dei enim donum est. Atq; alia hoc genus quamplurima, quæ cap. vlti. commemorabimus.

Fidem antecedūt saltē natura spei, & charitatis actus.

Rom. 4.

At verò ad Roma. 8. Spe, ait, salui facti sumus. Et Ioan. Omnis qui habet hanc spem in eo (scilicet, quoniam videbimus Deum sicuti est) sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Sed & de charitate ait Paul. quòd plenitudo legis est dilectio. Et, Finis præcepti est charitas. Et expressè Ioan. Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Et, Qui non diligit, manet in morte. Et Christus ipse seruator noster, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Rom. 13. 1. Ioan. 3.

Hæc autem & his similia testimonia de actibus fidei, spei, & charitatis enunciantur: qua ratione nos ad gratiam præparant, suo quisque ordine, & gradu. Mouemur enim fide in Deum, assensionem illi præbentes de ijs, quæ nobis tum futura reuelauit, tum speranda promisit: spe verò, dum ita credentes animos illuc sursum attollimus: charitate deniq;, dum ei, quem in se bonum, in nosq; proprium ac beneficū credimus, voluntatem nostram affigimus. His enim tribus salus nostra fundata est, farta, & tecta. Vnde fides non tota machina, sed exordium est pietatis, & fundamentum Christiani ædificij: vt ait libr. de prædestin. sanct. August.

Fides exordium.

At charitas (vt ait Paulus) est vinculum perfectionis, atq; adeò proxima dispositio ad gratiam: veluti nexus ipse, & nodus, quo cum Deo compingimur.

Charitas proxima dispositio ad gratiam.

Adeò, vt sapiēter adnotauerit in epistola ad Paulinum August. quòd cùm fidem donum Dei appellauerit Paulus, charitatem tamen Deum ipsum nuncupauit Christus. Deus, eñ, inquit, charitas est, &, qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Est enim Deus in nobis sicuti anima in corpore, cui dat esse, & viuere: nos verò in ipso velut corpus in anima, vnde salus nostra pendet: cuius coniunctionis copula est charitas.

Deus charitas. Qua ratione in nobis sit Deus, & nos vicissim in illo.

Quis ergo hæc consyderatè meditatus dicat, sola nos fide gratiam Dei apprehendere? Atqui in eo maximè sensu, quo aduersarij id astruunt: scilicet, sola mentis assensione, qua verba promissionum Dei credimus esse vera. Loca verò scripturæ, vnde aduersarij nostri falsi sunt; capit. 18. exposituri sumus.

Sola fides.

Nunc interim satis sit commonstrasse, fidem non solam iustificare, id est, non solam exigi à nobis vt iustificemur, verùm & spem etiam & charitatem. Hoc enim Galatas commonefaciebat Paulus, vbi aiebat, quòd in Christo Iesu, neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ

Non exigitur sola fides, sed etiā spes & charitas. Gal. c. 5.

per

Fides quæ per charitatem operatur. per charitatem operatur. Ac si dixisset, quam uis fides absq; charitate, fides quidem sit secû dum substantiam & proprietatem, nunquam tamê iustificat: nisi per charitatem operetur.

Obiectio. ¶ Sed erit fortè, qui nobis hîc obuiam occurrat. Actus illi præparatorij fidei, & spei, & charitatis, quatenus sunt gratiæ præuij, informes quidem sunt, nullamq; proinde habentes rationem meriti: fides autem quæ per charitatê operatur, est illa meritorum ferax, quæ natura subsequitur gratiam: fides ergo quæ disponendo iustificat, non est illa, quæ per charitatem operatur: vel saltem, vt aliqui sibi persuadent, prius natura iustificat, quàm per charitatem operetur.

Responsio. At non est argumentum, propter quod debeamus negare, quin fides iustificans sit eadem, quæ per charitatem operatur.

Fides iustificans illa tamen est quæ per charitatem operatur. c. 5. huius libri. Enimuerò cû ex sententia Pauli, præter hanc frugiferam fidê, actiones reliquæ nullius sint valoris: actus verò dispositorij permagni sint momenti, & suo ordine causæ (scilicet, dispositiuæ) iustificationis, côsequens fit, vt fides iustificans sit illa quæ per charitatem operatur.

Animaduertendum. Est ergo animaduertendum, eundem prorsus ordinem inter se habere fidei, spei, & charitatis actus in eodem articulo têporis, secundum quòd natura præcedunt gratiam, quo ordine infunduntur, operanturq; habitus ipsi natura sequentes eandem. Et ideo sicut fides habitu gratiæ formata meritoriè operatur per charitatem, ita & actus fidei gratuito auxilio dei elicitus prius natura per charitatem actû disponit ad gratiam. Velut per actum pœnitentiæ,

S. Thom. Vnde Sanctus Thom. 3. par, quæst. 68. artic. 2 pro confesso habet, quòd ille qui per votû baptismi in gratiam Dei recipitur, iustificatur per fidem, quæ per dilectionem operatur. Quin verò Paul. & Patres nihil discernunt de hac prioritate naturæ. Sed quia ijdê ipsi actus disponentes, quatenus statim informâtur gratia, meritorij sunt gloriæ: fides ipsa dum iustificat, per charitatê operatur. Ex hac ergo fallacia procedebat argumentum, qua quis deceptus putaret aliquod esse instâs, in quo actus fidei, qui proxima est gratiæ præparatio, inueniatur absq; gratia: quod tamen denegandum est. Quoniam prioritas naturæ (vt Physicorum verbis vtamur) nihil aliud est, quàm si dicas, qa homo actibus fidei, spei, & charitatis conuertitur in Deum, recipit gratiam, quaijdem actus informantur, vt capit. adhuc. 14. peramplius explicatur. Vnde August. tum aliâs vbicunq; de fide iustificante loquit, tum ex professo de spir. & lite. cap. 32. eidem fidei per dilectionem operanti, cui adscribit laudes omnes, quæ de fide extant apud Paul. adscribit etiam iustificationis munus. Hæc est enim inquit, fides, qua salui fiunt, quibus dicitur, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc nô ex vobis. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operib⁹ bonis. Postremò hec fides est, quę per dilectionem operatur. Et Hypog. lib. 3. vbi enarrat catalogum eorû, quos Paul. fide saluos commemorat, ait, non solùm fide, sed gratia: quia nec sine fide gratia, nec sine gratia fides: dicente Aposto. ad Timoth. Superabundauit autem gratia cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. Et expressê de fide, & oper. capit. 24. ait, quòd vbicunque Paul, dicit per fidem nos iustificari, salubrem illam, & euangelicam diffinit, cuius opera ex dilectione procedunt: & fides, inquit, quę per dilectionem operatur. Quin vero nullo opus habet expositore Paul. Cùm enim fide antiqui per circuncisionem applicata iusti ficarentur, docet idem in nobis efficere fidem quæ per charitatem operatur. Vnde ait, Quoniam si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. Et paulò inferiùs. Nam in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur. De illa ergo fide iustificante loquebatur, vbi ait, non iustificare, nisi dum per charitatem operatur. Qua de causa August. ca. 13. Huius, inquit, fidei per charitatem operantis, omnes christiani filij sumus, seu ab illa progeniti. Igitur adeò sancta esse debet catholicis confessio hæc, quod nostra iustitia est Fides quæ per charitatem operatur, vt de verbis istis inter nos & Lutheranos nulla sit discordia, sed de re ipsa & sensu. Atque hoc est thema, quod hoc libro denarrandum proposuimus, hicq; præsens locus, vbi explicatur punctum discordiæ. Illi enim aiunt, sola fide, vt est assensio, & persuasio mentis, credentium verbum promissionis Christi esse verû, percipi misericordiam & gratiam, quam gratiam sequitur charitas operans. Quare licèt verbo dicât, iustificari hominem fide quæ per charitatem operatur, re nihilominus dicunt, fide prius natura quàm actus spei & charitatis accedant, iustitiam haberi. Nos autem sententiam Paul. confitentes, & venerantes, profitemur actibus fidei, spei, & charitatis liberè à deo trahi, ad ipsumq; conuerti, à quo gratiã iustificationis recipiamus. ¶ At verò, quò ad nostrum hominem regrediamur, qui sola infectus originis tabe reconciliari cupit, cùm plures sint actus charitatis, hic illi propriè necessarius est, vt Deo se soli colendo addicat: cuius

Galat. 5. Aug. oct[o] fi. lij fidei. Hebr. 10. ad calcê. Discordia inter nos et Luthe. c. 13 ad calcem.

mandata, vniuersis posthabitis mundi rebus, obseruare proponat. Quæ quidem dispositio sufficiens erat in lege naturæ, per quam Deus hominem ab originali mūdatum in gratiam suam reciperet. Attamē in lege iam nunc euāgelica, necessarium insuper est votum baptismi: quin & baptismus ipse, vbi adsit facultas. Etenim, vt inter enarrandum causas iustificationis supra dicebamus, sacramenta sunt instrumentales causę, per quas prouidētissimè Christus instituit applicari nobis sui sanguinis pretium, ad diuersos vsus spiritualis vitæ. Sanè vt nunquàm nobis memoria excideret, inde ab ipso deriuari ad nos omnem iustitiā. Vnde sacrosanctum mysterium instituens eucharistiæ, Hæc, inquit, facite in meam commemorationem. Inter effectus autem spiritualis vitę primus est regeneratio, qua efficimur mēbra Christi, & protestatio christianæ fidei: quorum vterque est à sacramento baptismi. Nam nisi quis, inquit, renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. Et, Qui crediderit, & baptizatus fuerit (scilicet in protestationē eiusdem fidei) saluus erit. Quare, vt loco citato dicebamus, pestilens est error Lutheri, dicentis, non sacramēto, sed fide quam habemus dictis Christi, iustificari.

Qōo necessarius baptismus in euangelio Chri.

Sacramentorum institutio.

Lucæ. 22.

Ioan. 3.

Marc. vlti.

¶An verò baptismus in voto sufficiat, olim fuit in ecclesia dubitatum. Quam Magister sentē. quæstionem disputans in. 4. distinctio. 4. affirmatiuam partem indubitatò tenet. Sūt nihilò secius, quos iam nunc in cōcilio sic sub murmurare de hac re audiuimus. In euangelio nihil de voto scriptum est: sed de re baptismi, Nisi quis renatus fuerit: nō est ergo res certa, vllum esse propositum & voluntatem, quę absq; baptismo sufficiat ad salutem. Hi verum tamen vel ex vsu ecclesiæ rem satis debuissent habere persuasam. Si enim votum absq; re baptismi non sufficit, non deberet, quinimò nō posset ecclesia arcere catechumenos à sacramento: sed cum primùm quis postularet: iure diuino absq; mora conferendum esset: quia ecclesia non potest effectum diuinæ misericordiæ remorari. Cùm autem saluberrime differt petenti, certissima est, quòd apud deum volūtas pro facto reputatur. Etenim non vt homo ea tantùm videt, quæ apparent, sed cor penitissime intuetur, atq; adeo recipit. Et, Cū auerterit se impius ab impietate sua, quā operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam, ipse animā suam viuificabit. Et sensus est, in quocunque momento. Imò secundum quod August. sæpe citat, In quacunque hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordabor. Et

Sacramenti votum.

Vsus ecclesiæ docet votū baptismi vbi nō adsit illum suscipiendi facultas, sufficere ad salutem.

Scripturæ testimonia.

1. Reg. 16.

Ezechie. 18. & 33.

Dauid, Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quinetiam si scriptura id nō attestaretur, lumen ipsum naturale id nos de Deo patefaceret, quod vbi non adest rerum possibilitas, ex nulla re mundi, præter ipsum & nos ipsos, voluerit gratiam suam dependere. Vnde Paul. Si volūtas, inquit, prompta est, secundùm id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet. Et ad rem nostrā proximè. Nō, inquit, qui in manifesto Iudeus est, neq; quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in absondito Iudęus est, & circūcisio cordis in spiritu, non litera: cuius laus nō ex hominibus, sed ex Deo est. Ergo quanuis in euangelio nihil exprimatur de voto baptismi, manifestum per se est, quòd vbi res ipsa non est possibilis, vel iure differtur, voluntas habet effectum respectu gratiæ iustificantis. Quocirca Ambros. de Valētiniano, Quem regeneraturus, inquit, eram, amisi. Verùtamen ipse gratiam, quam poposcit, non amisit. Et August. in. super Leuiticum. 84. Inuisibilis, inquit, sanctificatio nonullis adfuit, & profuit sine visibilibus sacramentis. Et subdit exēplū in Cornelio. De quo ait, quòd ipse, & qui cū eo erant, cùm iam inuisibiliter infuso sancto spiritu sanctificati apparerent, baptizati sunt tamen. Et in ex positione inchoata super epistola ad Roman. expressè idē affirmat, quòd Cornelius spiritum sanctum antequàm baptizaretur, accepit: vt ex textu etiam Actuū. 10. colligitur. Porrò & Paulus, & Eunuch⁹ Cādacis reginæ, & eorum multi, qui baptizantur adulti, verisimile est tales venire ad baptismū, vt iam gratiam receperint. Quanuis & sæpe baptismus ipse primam gratiam conferat. Et idem determinauit sancta Synod. sessio. 6. cap. 4. vbi ait, sufficere votum baptismi: & capit. 6. vbi ait, sufficere propositum suscipiendi baptismum. At illud autem, quod habetur de eccles. dogma. cap. 74. scilicet, nullum catechumenum quanuis in bonis opribus defunctum vitam ęternam habere, excepto martyrio, vbi tota baptismi sacramenta complentur, respōdent theologi (vt cernere est apud San. Tho. 3. par. q. 68. artic. 2.) quod intelligitur de his qui super originale actualia etiam peccata cumularunt. Neque simpliciter negatur, illos cōsequi vitam æternam, sed quòd statim illuc euolent, vti martyres: aut illi qui in re susceperunt baptismum. Quoniam sacramentum nisi re ipsa susceptum, non remittit omnē pœnam: illi autem qui à fide iustificantur per charitatem operante, saluabūtur quidem: sed per purga-

Psalm. 31.

Ratio naturalis.

2. Cor. 8.

Roma. 2.

Cōclusio de voto baptismi.

Ambros.

August.

Baptismus cōfert primā gratiā. 3. p. c. 60. art 4. Syn. Trid.

Respōsio de catechu.

Catechumeni decedentes antequā baptizētur nō statim in cælū euolāt, nisi cōtritio deleat omnē pœnam.

purgatorium ignem. Nisi & peccata mortalia non fuissent adeò grauia, vel contritio tanta, vt pœnas etiam omnes lueren t. De paruulis autem alia est ratio, quia ipsi nō possūt baptismum suscipere in voto: vt capit. proximo disserebamus. Et est sententia Magistri loco citato. ¶ Postremum vtique reliquum est dubium de illo qui hoc iam tempore euāgelico in vltimis insulis, vbi lex euāgelica ignoratur, iure vsus optimè naturali cōuerteretur in deū, Vtrùm ne ille absq; vllo voto baptismi saluus fieret? ¶ Atqui interrogatio hæc ab illa pendet, an esse modò posit in eiusmodi abditissimis mundi angulis inuincibilis ignoratio fidei Christi, legisque euangelicæ. Supponamus ergo ex capite proxime superiori, neminem absque supernaturali fide, saltem confusa in gratiam nunc cum deo reponi, sicut neque id vllus poterat ante aduentum Christi, sed loquimur de fide expressa partis. scilicet Atqui probabilitas affirmatiuæ partis, scilicet quòd talis ignorantia inuincibilis habeatur, est quòd forte prædicatio euangelica ad illas vsque partes, quæ modò ab Hispanis repertæ sunt, & ad antipodas nondum penetrarunt. Et Paulus ait, Quomodo credent sine prædicante? Et redemptor noster, Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatū non haberent. Atque hoc maximè secūdum Augustinum, qui illud psalmi, In omnem terram exiuit sonus eorum, censuit non esse omnino cōplendum vsq; ad finem mundi: iuxta illud, Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc erit consummatio. Et quanuis sequamur opinionem Chrysost. qui tenet iam esse prophetiam impletam, nihilominus extat argumentum: quoniam nationes illas, quæ à trecentis vel quingentis annis nihil huius sanctæ prædicationis audiuerunt, quanuis in principio ignorantia non excusaret, iam nihilo secius excusare videtur, perinde ac si nulla illuc aduentasset prædicatio. Item qui in illis modò locis legitimè seruasset ius naturæ, statim per auxilium dei, qui non differt brachium suum porrigere assentienti, reciperetur in eius gratiam: & tamen non est facilè creditu, quòd ita de repente illuminaret eum, vt fidem christianorum sub hoc expresso titulo & nomine agnosceret, sine aliquo doctore: vt de Cornelio ad quem missus est Petrus, legimus. Obhuiusmodi argumēta sunt qui opinentur, cùm primùm quis à christianis semotissimus faceret per auxilium Dei quod in se est, potiretur reconciliationis grā, sicuti in lege naturæ: haud tamen sine eretur à Deo ab hac luce demigrare, antequàm vel per hominem, vel per angelum illum imbueret euangelica fide Christi: quia, Non est aliud nomen sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. At verò quòd absq; tali fide expressa quis recipiet gratiam, sine qua tamen non potest recipere gloriam, non est facile persuasu: nam hoc quod modò ex Actibus apostolorum citatum est, nō videtur tantùm intelligi de adeptione gloriæ, sed de consecutione gratiæ, quæ verè est salus nostra Est enim sensus, quòd nullus potest gratiam inire cùm deo, nisi in solo nomine Christi: & præterea vel ignorantia huiusmodi est vincibilis, & culpæ: & tunc, non solùm gloriam, verùm neq; gratiam obtinere quis potest absq; hac expressa fide: vel est inuincibilis & excusans, & tunc nō modò gratiam, verùm & gloriam adipisci potest absq; illa. Respondēdum igitur est ab illo qui tenet ignorantiā esse inuincibilem, quòd verbum Petri in Actis vel intelligitur sic, quòd sine aliqua fide Christi confusa, quæ semper ab orbe condito fuit necessaria, nemo potest saluari: in quo sensu legit hanc authoritatem S. Thom. 3. q. 68. art. 1. Vel si de fide expressa intelligatur, glossandū est de illis qui illā audierint, vel sua culpa audire renuerint. Aut certè amplectenda est altera pars, quæ cōsonātior alicui videri potest Pau lo ad Rom. 10. Nempe quòd nulla sit modò ignorantia inuincibilis huius expressæ fidei. Nā si insulares nihil de illa audierint, sua fuit culpa, nō quidem proximè ad prædicationē relata: quia nullū viderunt prædicatorē, quem renuerent audire, sed culpa cōtra ius naturæ, quā si legitimè seruassent, Deus illos irradiasset lumine fidei. Sed tunc dicendū, quòd antea fuissent illustrati tali lumine, q̄ reciperent gratiam: quādoquidem carere hac fide peccatū. Istud autē loco citato Rom. 10. pressius dispu tabamus: super qua re mallem aliorum audire sententiam quàm meam præcipitare.

De ignorantibus euangelium.

Et hic quoque locus lucidius emendatus est ab ipso authore Nullus sine fide christi saltim cōfusa recipitur in gratiā dei

Roma. 10.

Ioan. 15.

Aug. sententia de diuulgatione euangelij.

Psalm. 18.

Matth. 25.

Chryso.

Argum. quæ colligunt nō esse nūc quibusdā necessariā fidem Christi expressam.

Quorundā opinio de insulano hoie faciēti quod in se est.

Act. 4.

Nō facile persuadetur nisi fide expressa cuiquā cōferri gratiā.

Augu. in eā sententiam.

De adultorum iustificatione ab actualibus. CAP. XIII.

IN tertio ordine sunt adulti, qui ab originali vnà cum actuali veniunt ad fidem Christi. Sanè in quibus eædem sunt prorsus dispositiones necessariæ, quæ in homine nunc proximè descripto requiruntur: vtpote, actus fidei, spei, & charitatis. Nisi quòd ista charitatis motio alia ab istis delictoribus exigitur, q̄ ab illo qui nullū cōtraxerat actuale delictū. Est enim

Adultorum iustificatio ab originali et actualibus peccatis.

Charitatis qualis actus

illis necessaria poenitentia, quæ actus est etiā dilectionis dei: contra quem fuerat commissū peccatum. Nō inquam præter actum charitatis alter pœnitētiæ requiritur: vt cùm in superiori iustificatione requisiti fuerint actus tres, hic adijciamus quartum. Quia in nulla recōciliatione necessarius est, nisi vnicus actus charitatis: sed tamen ille in diuersis, diuersus.

R6 prima.

Ratio prima conclusionis huius, illa planè est, quam cap. 1. ex rerum natura deducebam. Est enim naturale ius gentibus vniuersis per se notissimum, vt nemo in amicitiam eius redeat, cui offensionem intulit, nisi eū facti poenituerit. Cùm ergo Deus perfector sit naturæ, in quacūque lege voluit idem erga se esse obseruatissimum.

Testimonia. Gen. Eccles. 12. &. 17. Genes. 6.

Iuxta illud. Altissimus odio habet peccatores, & misertus est poenitentibus. Et, Pœnitentibus dedit viam iustitiæ. Neq; alia extitit Deo causa illius tremendi cogitatus, Pœnitet me fecisse hominem, quàm quòd flagitiosissimum illud genus hominum impœnitens esset. Si enim per poenitētiam crimina sua deleta curassent, nūquam ipsos Deus deleuisset à facie terræ. Atqui vtraq; sacra pagina huius testimonijs dispersa est

Hiere. 18.

Hieremiæ, Si poenitētiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus illam, agam & ipse poenitentiā.

Ezech. 18. &. 33.

Et, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet, & nō morietur: omniū iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor.

Psalm. 6. Ione 3.

Plura sunt, vulgatioraq; testimonia veteris legis (vt in strato Dauid, lachrymis poenitentiæ die ac nocte rigato, in sacco & cinere Niniuitarum: & alijs id genus poenitentiæ in signibus) quàm vt opus huc sit cuncta coaceruare.

Math. 3.

Sed & Ioannes, quem Deus angelum in mundum præmiserat præparatum vias Christi, inde præconium veritatis orsus est, vt pœnitentiam agerent, quos in figuram euangelici baptismi aquis Iordanis tingebat. Idemque prothema suæ prædicationis accepit Christus ipse dominus noster.

Math. 4.

Nempe, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Apertissimè nimirum docens, virtutē sanguinis eius (quod nomine regni cælorum designabat) neq; per sacramētum quodpiam, neq; vlla quauis alia via in quēquam mortalium, qui propria voluntate deliquisset, diffusum iri, nisi deleto per poenitentiam peccato, quod est diuinæ gratiæ inimicum. Idq; deinceps fuit apostolorum institutum.

Actu 2.

Vnde sciscitantibus Iudæis corde compunctis. Quid faciemus viri fratres? respondit Petrus, pœnitētiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum spiritus sancti. Ex prædicatione ergo baptistę, & ex his verbis Petri clarè liquet poenitentiam esse necessariam, non solùm peccatorum, quę post baptismum patrata, confessionis sacramento sunt remittenda, verùm eorum quæ sine confessione abstergēda sunt in baptismo.

S. Tho. rationes.

¶Cuius causas subscribit S. Tho. 3. p. quęstione. 68. articul. 4. Primùm ex vulgato illo Augustini, Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Vbi aliqua designatur necessaria cooperatio, qua se peccator disponat per poenitentiam. Deinde, quòd per baptismum efficitur homo mēbrum Christi: secundum illud,

Gala. 3.

Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis: talis autem regenerationis omnis iniquitas est impedimentum: nam quæ participatio iustitiæ (vt ait Apostol.) cum iniquitate?

1. Cor. 6. August.

Vnde August. in lib. de poenitentia, cap. 2. de eisdem ipsis, qui ad baptismum accedunt, enuntiat, quòd nullus voluntatis suæ arbiter constitutus, cū accedit ad sacramentum fidelium (scilicet baptismum) potest vitā nouam inchoare, nisi eum veteris vitæ poeniteat.

Argumētū.

Præterea sacramentum baptismi institutum est ad abstergendum peccatū: qui autē aduertit se in peccatis esse, neque vero animo illa respuit, is, si non in forma, saltem in virtute retinet: & ideo obicem opponit effectui sacramēti: quod proinde ecclesia non debet illi conferre, ne sit in eo falsitas.

Roma. 6.

Consepelimur enim, vt ait Paul. per baptismum cum Christo, vbi moriendum idcirco nobis est peccatis, quæ tamen sola displicentia perimuntur: sicuti complacentia perpetrantur.

Confessio qualis ante baptismum.

Vnde art. 6. eiusdem q. repetit S. Tho. quòd ante baptismum licèt non sacerdoti, saltem Deo tenetur homo sua peccata recogitando cum dolore confiteri.

4. Ordo iustificandorum. Iustificatio ab actualibus post baptismū commissis.

¶At verò, vt de ambobus simul commodiùs, luculentiusque disputemus. Quartus denique ac postremus gradus iustificādorū, est illorū, qui à gratia baptismatis relapsi, misericordiā Dei, nisi in finē desipuerint, resipiscūt. In quibus eædem fermè ipsæ dispositiones quæ in illis de quibus modò dicebamus, præter debent gratiæ iustificanti, vel proportione similes.

Dispositiones.

Primùm enim requiritur actus fidei, & spei. Licèt cùm Christianus in peccatis habitus huiusmodi habeat informes, forsan non necesse habet semper nouo auxilio ad eliciendos actus: eo tunc dum conuertitur: vti sumus quamprimùm dicturi.

Charitatis actus.

Est tamen semper necessarius charitatis actus

ex actu

ex auxilio Dei qui proxima est dispositio. Actus tamen iste charitatis respectum debet habere ad peccatum, vt sit etiam actus pœnitentiæ: pœnitere enim diuinæ offensæ actus est charitatis. De qua re præter illa quæ adducta sunt, est etiam sententia Christi, Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Et, Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Vnde & Petr. non solùm baptizādis, sed Mago etiam Simoni baptizato, Pœnitentiam, inquit, age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Tandem, vt tribus præcedentibus generibus peccatorum necessarium diximus esse baptismum, ita huic necessarium est pœnitentiæ sacramentum. Etenim vt baptismus integra nauis est ad seruandum inter fluctus huius seculi innocentiam, ita & pœnitentia secunda est tabula post naufragium, vt Tertullianus primùm lib. de pœnitē. & super Danielem postea Hierony. authores sunt.

Pœnitētia actus charitatis explicat hoc cap. 16. Lucæ. 13. & 24. vlt.

Actu. 8.

Pœnitētię sacramētū necessariū in re vel in voto Vide Trid. sess. 6. c. 14

2. Tabula post naufragium.

¶De hac autem pœnitentię dispositione paulò est limatiùs disserendum. Et quidem cōtra Lutheranos abundè iam supra diximus. Tria enim præter alia illis sunt lubrica loca, ex quibus in hunc proruunt errorem, vt huiusmodi dispositiones repellant. Primùs, quòd omnia opera per naturæ facultatem, & generalē Dei influentiam à nobis exhibita, ceu peccata condēnant. Quod & in calce superioris libri, & sequenter in capite secūdo huius ꝓ nostro ingenio expugnauimus. Secunda erroris fuit causa est, quòd vel nō cōsyderant, vel nō recipiunt, dispositiones ad gratiam nō esse solius nostri arbitrij opera, sed dei nobis peculiari fauore opitulantis. In qua fallacia circumuoluitur Luther. artic. 6. suarum assertionum. Nēpe quòd vti Pelagiani, ita nos nobis arrogemus dispositionem, quæ sit meritum gratiæ. Vtrūque nos tamē paulò antè commōstrauimus. Sanè, & quòd dispositiones non nostra præcise, sed dei sint opera nobis singulariter succurrentis: & quòd nulla ratione, qua gratiam pręcedunt, sunt meritoria. Quòd si aliqui dicunt, illa esse nonnulla merita, impropriissimè id tamen. Tertia delusio istorum est, saltem Lutheri, art. 7. Quòd nullus est necessarius actus charitatis in conuersione, qui feratur in peccata, & sit detestatio retroactæ vitæ. Sed optima, inquit, pœnitētia, noua vita. Atque ex his demum cōficiunt sola nos fide iustificari. Docētes, quòd quicunq; fidē adhibuerit dictis Christi, pollicentis nobis remissionem peccatorū

Tria Lutheranis errandi principia.

1. Damnant moralia opera.

2. De dispositionibus ad gratiam.

Dispositiōes à deo et nobis fiunt, nec sunt meritoria quatenus gratiam præcedunt.

3. De pœnitentia præteritæ vitæ li. 3. c. 10. fo. 144

atq; ita crediderit, vt certò fidat sibi nunc peccata condonari, misericordiam dei, & gratiam tali eum fide ex templò recipere. Nō quòd ea dem fides aliquo modo sit vel dispositio vel meritum, sed quod per eam applicetur nobis misericordia, & passio Christi modo, cap. 5. & 11. exposito. Quod quidem figmētum adeò est multiiugum, vt necessariū illud nobis fuerit per diuersa capitula membratim discerpere. His ergo, quæ dispersim hactenꝰ cōtra hāc solam fidem coniectati sumus, colophonem tandem adhibeamus. Primùm, quod aiūt, nulla opus esse erratorum pœnitentia, id iam apertissimis scripturæ testimonijs, & rationibꝰ naturalibus supra reprobatum est.

Vnde confiant Lutherani nos sola fide iustificari.

¶Sed pondera suorum argumentorum libremus. Ait Luther. nouam vitam optimam esse pœnitentiam. Nam metanœa, inquit, quam nos resipiscentiam appellamus, hoc tātùm significat, quod est transmentatio: id est, mētis mutatio: quæ vox solū præ se fert, vt qui propositum hactenus malum habuit, in futurum habeat bonum: nulla habita ratione præteritorum pœnitudinis. Secundùm illud Pauli, In Christo Iesu, neque circuncisio, neque præputium aliquid valent, sed noua creatura. At verò, vt totum hoc illi donemus, quod ait de voce metanœa, & de nouitate vitæ, hoc prò nobis apertiùs, quàm contra facit. Nā nouū hominē nemo priùs induit, quàm pręteritum exuerit: secundùm illud Pauli, Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, Et Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Et, Veritas est in Iesu, deponere vos secundum pristinam conuersationē veterem hominem: qui corrumpitur secundū desideria erroris. Et subnectit, Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouū hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia: exuere autem veterem hominem, & deponere veterem conuersationem, non fit nisi per detestationem prioris vitæ: renouari ergo in nouam vitam vtrūque terminum dicit: scilicet, & à quo (vt philosophi loquuntur) & ad quem. Et ideo nisi animum quis à peccatis dimouerit per contrariam volūtatis motionem quàm fuerant commissa, non renouat vitam: neque iuxta verbum Pauli, fit noua creatura. At verò prouerbium illud: quòd vera pœnitētia est noua vita, aduersus illos profertur, qui cum crebro bonū concipiunt propositū, pœnitētiamq; incepent, identidem relabuntur. Admonemur enim illo dicto, tunc nostrum propositum firmas iecisse radices, quando fructus fecerit nouæ vitæ. Neq; verbū metanœa

Lutheri argumenta.

Metanœa. Tho. 3. p. c. 85. ar. 3.

Galat. 6.

Refutatio.

1. Cor. 5.

Roma. 13. Ephes. 4.

Noua vita continet detestationem peccati & honestā rationē viuendi Tho. 3. p. q 85. art. 2. Vitæ renouatio.

aliud equidem designat. Nam transmentatio respectum quoque insinuat præteriti. Nimirū quod ex abominatione ante acti mali, mentem vertamus in bonum. Vnde & Metanœa poëtis ipsis dea erat pœnitentiæ præteritorū. Vt in Ausoniano illo carmine est videre. Sum dea cui nomen nec Cicero ipse dedit. Sū dea quæ facti, nō facti; exigo pœnas: Nempe vt pœniteat, sic Metanœa vocor. Contra illud autem, quod sola fide, misericordiam dei apprehendamus, neque tamen per modum, vel dispositionis vel meriti, primum argumentum est, quòd non est vel explicatu, vel intellectu possibile, quo pacto fide, vel quauis actiōe nostra, præsertim, quam à nobis Deus requirit, gratia nobis infundatur, & misericordia applicetur, nisi vel per modum dispositionis (quod nos dicimus respectu primæ gratię) vel p modum meriti, quod fit in eius augmēto. Tertiꝰ profectò modus, neque excogitabilis est. Etenī nisi actio nostra dispositio esset, vt quid Deus vteretur ea ad effundendum in nos benignitatem suam? Est enim iam nobis locis compluribus constitutum, actum illum fidei liberè à nobis produci præueniente speciali auxilio dei. Quod si ita est, monere, mouereque illud Dei, vt in ipsum credamus, & ita credentes secum reconciliemur, quid aliud est quàm nos ad gratiam disponere? videlicet ad se conuertere (quod iam pridem exponebā) vt gratia suffundamur? Vel explicent nobis, quid aliud est, fide nobis misericordiam applicari. Hinc protinus gradus facillimè fit, vt demōstretur, solam fidem non esse totam dispositionem. Nanque secundum suam substantiam solùm dicit assensionem intellectus, qua firmissimè credimus, tam ea quæ nobis deus reuelauit, verissima esse, quàm etiam & illa certissima, quæ nobis pollicitatur. At inter ea, quæ nobis reuelauit, illud firmissimum est, vt quotquot pœnitentiam non habuerint pereant, Præter alia huiusmodi testimonia, scripturæ quàm plurima. Neque tamen simpliciter nobis spondet remissionem peccatorum, sed illa conditione, si pœnitentiam egerimus. Etenim si pœnitentiam, inquit propheta, egerit gens illa, agam & ipse pœnitentiam. Et Christus dominus, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Ergo non satis est fidem adhibere Christo, nisi illa faciamus quę fides ipsa nobis ostendit. Neque aliter fidere illi certò possumus, promittenti nobis veniā, quàm si nos præparauerimus per pœnitentiā: seu (vt tutius loquamur) assensum ei præbuerimus, operanti cooperantes: siquidem imparatis nihil est pollicitus. Fit ergo manifestè, vt non sola fide, sed & spe, & charitate, atque adeò, vt adsunt actualia peccata, actione pœnitentiæ disponamur, moueamurque in deum. Vt hic etiānum, præter alios, legitimus sit sensus illius euangelij, Cū venerit ille, arguet mūdum de peccato: nempe, quòd aliàs nō pateat diuino flamini via, qua se ad pectora nostra insinuet, quàm redarguēdo nostra delicta. Eius enim afflatu assensuque nostro, iuxta Baptistæ admonitionem, peccatorum tumores demolimur, atque rectas, planasque vias adultanti deo sternimus. ¶ Sed aiunt ex fide eodem continuo momento naturaliter consequi spem, & charitatem. Hoc tamen suum verborū obtēdiculum iam supra reuelauimus. Non enim ita aiunt, spem, & charitatem comitari fidem vt omnes requirantur ad recipiendam gratiā, sed quòd fidem sequitur gratia, & gratiā spes & charitas. Quocirca semper retinent, quòd sola fide iustificemur. Nos autem qui eas catholicè confitemur, requisitas esse priùs natura, q̄ gratia infundatur, iam supra satis cōmōstrauimus, non esse necessariò consequentem charitatem ex fide. Sed neque si id gratis largiamur, vlla profectò probabilitate conficiēt, solam esse fidem, qua iustificamur. Enimuerò officium ipsius non requiritur, nisi ratione actus charitatis: quia non possumus ignotū amare. Vt enim in suum nos Deus amorem allice-ret, reuelauit nobis speranda. Quare licèt actus fidei sit primus, tamen pręparatio ad gratiam non perficitur nisi per actum charitatis. Si ergo fides nunquā ante iustificat, quàm per charitatem operetur, vt iam pridem dicebamus, cur illi soli, etiam si naturali consecutione comitaretur charitas, tribuitur iustificatio, & nō etiam, imò potiùs charitati? ¶ Ad hæc (quod postremum hic argumentum est) fiducia illa, quam isti appellant fidem, quanuis partim nascatur ex fide, quam Deo sponsori damus: maximè tamen augetur, & constabilitur ex charitate, & bonis operibus. Et ideo si bene perspicerent, sua illa firmissima fiducia non est, qua iustificamur, sed pręsupponit potiùs, iam nos fide per charitatem operante iustificatos. Hoc enim designat Paul. vbi post illud verbū iustificati ergo ex fide (scilicet per charitatem operante) pacem habeamꝰ, statim subdit, Habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Quasi firmissima spes ex charitate procedat. Imò propterea de charitate enūtiat ad Cor. quòd omnia credit, & omnia sperat, quod cæterarum virtutum habitus ipsa nu-

Ausonius. Necessaria est dispositio ad apprehendendā iustitiā. Vide huius ca. 3.
Fides est dispositio ad primam gratiam, & est meritoria in augmento gratiæ.
Luc. 13. Hierem. 18. Matth. 3.
Non satis est fidem adhibere Christo, nisi eget ris quę fides præcipit.
Lib. 3. c. 10.
Non sola fide.
Ioan. 6. Vbi explicatur incredulitatem esse peccatū quia peccasse homines qui Christū non receperint coniecturus erat spiritus sanctus.
Luc. 3.
Cauillus Lutherano.
Lutherani quo sequuntur fidē, spes & charitas.
Virtutis actꝰ requisiti priores sunt grā secundū naturam.
Perficitur dispositio per charitatem.
Postremum argumentū.
Roma. 5.

August.

nutrit,& corroborat.Et hoc eſt,quod Augu. in eochiridio,cap.8.ſignificat.vbi ait,quòd ſicut amor non eſt ſine ſpe,ita nec ſine amore ſpes:nempe illa,qua ex operibus per gratiam dei factis ſperamus vitam æternam.Et ſuper pſalm.31.ipſa,inquit, charıtas bene operantis,dat nobis ſpem bonæ conſcientiæ.

¶Attamen vt Lutherum iam miſſum aliquãdo faciamus,eius poſtea diſcipuli demirandi ſunt,qui non videant,vt iam de hac re conuicti idem prorſus nobiſcum ſentiant,& tamen ſolo diuerſo nomine antiquum palliantes errorem:perſuadere ſuis populis pertendunt,ſe perſeuerantes euangelicos,nos verò Pelagianos eſſe pertinaces.

Confeſsio Auguſt.

Enimuerò in confeſsione Auguſtana,artic.4.expreſsis,replicatiſq; verbis fatẽtur requiri pœnitentiã ad iuſtificationem,licèt gratiã dicant gratis donari:hoc eſt, nõ pendere ex cõditione dignitatis noſtræ, nec dari propter vlla præcedentia opera, aut dignitatẽ ſequẽtiũ.

Luther. idẽ cũ catholicis in his ſentiẽtes verbis differunt.

Et in Apologia Melãcthõ. Fides,inquit,de qua loquimur, exiſtit in pœnitentia:hoc eſt,concipitur in terroribus conſcientiæ,quæ ſentit iram dei aduerſus noſtra peccata.Propterea enim aiunt prędicationem euãgelij inchoari à pœnitentia,vt perterræfactæ mentes confugiant ad fidem.

Admittunt pœnitẽ. Lutherani ſicut catholici li. 3.cap.10. Quomodo differant.

Admittunt ergo pœnitentiã omnino requiri ab illo qui fide eſt iuſtificandus,atque adeò imponentem nunquã fide iuſtificari poſſe.Quo ergo differunt à nobis cõfitentibus diſpoſitionẽ ad gratiam?Forſan quia terrores omnes illos cẽſent ante gratiam eſſe peccata:quod nos tamẽ crebrò antè confutauimus:non ſolũ quia etiam ſine auxilio ſpeciali timere malum,bonũ morale eſt,ſed quòd actio illa,quæ propriè & ꝓxima eſt diſpoſitio,per auxilium ſpeciale fit: & ideo peccatum non eſt.Et quanquam fortè ante iſti auxilium ſpeciale nõ agnouerint, iam tamen compulſi ſunt palàm fateri,vt cernere eſt in libello imperatorio Ratiſponenſi articu.5.

Libellus Ratiſ. de auxilio ſpeciali.

Cuius verba ſunt, Perſpicuum eſt, ꝙ adulti non conſequuntur hæc beneficia Chriſti, niſi præueniente motu ſpirituſſancti,quo eorum mens,& voluntas moueturad deteſtationem peccati.Et ſubijciunt authoritatẽ euãgelij,& Auguſtini.

Buce.

In quorum verborũ enarratione Bucc.Adulti,inquit,hæc Chriſti beneficia non conſequuntur,niſi præueniente motu ſpirituſſancti,quo eorum mens,& voluntas moueatur ad deteſtationem peccati. Nam omnino ſalutaris peccatorum pœnitentia,quam neceſſe eſt,ſi non tẽpore,natura tamen iuſtificationi in nobis perfectè præire, excitari in nobis niſi per ſpiritum ſanctum nõ poteſt.Nunquid verba hæc ſunt,quibus Sanctus Thom.& doctores noſtri vtuntur?

S.Thom.

Igitur in re nullum eſt interuallum,niſi quòd nos illos præuios motus,licèt non merita, diſpoſitiones tamen ſignificanter appellamus:illi verò verbo tenus negant.Sed locum hunc prouidens lector memoriæ commendato.

Cõtra certitudinẽ grãæ, ex aduerſariorũ ſententia collectũ argumen.

Nam ex hac pœnitentia,quam iam neceſſariam cõfitentur,validiſsimum cõficiendum nobis eſt argumentum lib.3.cap.10.contra ſuam certitudinem gratiæ.Nunc autem ſatis eſt conſtituiſſe locum hunc diſpoſitionum non ſolùm ex ipſis veritatis principijs,ſed ex aduerſariorum etiam datis, & aſſertis.

¶Id denique in calce ex iſta diſputatione colligendum eſt,ꝙ iuſſus de hac re dicere in S.Synodo præfatus ſum.

Syno. Trid.

Nempè,quòd non ſatis Lutheranis cõtradicitur,ſi pronuntietur,ſpem, & charitatem coire cum fide in articulo iuſtificationis. Nã id plus æquo ipſi largiuntur: tantùm abeſt, vt negent. Aiunt enim (vt ſæpiſsimè adnotauimus)gratiam, quæ ſola fide apprehenditur, ſubſequi protinus ſpem, & charitatem. Et ideo Melancthon in apologia vtrũque dicit.Primùm quòd fides non ſolùm eſt principium,& exordium,vt nos dicimus, ſed quòd propriè ac verè ipſa ſola fide propter Chriſtum iuſti reputamur.Et pauló poſt, Impoſſibile eſt dilectionem Dei diuellere à fide.

Punctũ contradictionis Lutheranorũ,idẽ ca.12 præcedẽti.

Pũctum verò contradictionis,hoc eſt,quòd quẽadmodum actus fidei informis, ſaltem natura, antecedit gratiam, ita neceſſe eſt antecedant actus ſpei,& charitatis.

Fides nõ eſt totus ſed primus actus quo cõuertimur.Th.1.2 q.113.art.4 prima cõuerſio in deum fit per fidem iuxta illud Hebr.11. accedentẽ, ad deũ oportet credere.

Itaque fides non eſt totus,ſed primus actus,quo conuertimur. Id quod perſpicienter in ſua confeſsione ſeſſ. 6.confeſſa eſt S.modò Synodus Tridentina, capi.6.vbi de illis, qui ab originali ſimul & actualibus reconciliantur,ſic habet, Diſponuntur ad ipſam iuſtitiam,dũ excitati diuina gratia,& adiuti,fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum,credentes vera eſſe quæ diuinitus reuelata,& promiſſa ſunt: atq; illud imprimis, à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, & redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: & dum peccatores ſe eſſe intelligentes à diuinæ iuſtitiæ timore (quo vtiliter concutiuntur)ad conſyderandam dei miſericordiam ſe conuertendo in ſpem eriguntur: fidentes,deum ſibi per Chriſtũ propitium fore,illumque tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiont: ac propterea mouentur aduerſus peccata per odium aliquod & deteſtationem:hoc eſt, per eam pœnitentiam, quam ante baptiſmum agi oportet. Denique dum proponunt ſuſcipere baptiſmũ, inchoare no-

Syno. Trid. Qualis fidei actus requiratur in iuſtificatione impij,ſic intelligendus Th. 1.2.q.113. artic.4.ad.3.

re nouam vitam,& seruare diuina mandata. Et de illo qui à lapsu post baptismũ in gratiã redit, capit.14.Qui verò ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt,rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo per pœnitentiæ sacramentum, merito Christi, amissam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio,quam secundam post naufragiũ deperditæ gratiæ tabulam sancti Patres aptè nuncupauerunt.Et can.9.Si quis dixerit, sola fide impium iustificari,ita vt intelligat nihil aliud requiri,quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur,& nulla ex parte necesse esse, eum suæ voluntatis motu præparari atq; disponi,anathema sit.

De differentia inter attritionem, & contritionem. CAP. XIIII.

Strinximus,quantum nostrũ fuit pusillum ingeniũ Lutheranos de huiusmodi dispositionibus ad gratiam:superest nõnulla dissoluere dubia,quæ inter catholicos restant.Diximus enim actualium delictorum necessariũ esse ad salutem actum pœnitẽtiæ,tam in illo qui sacramento baptismi regenerãdus est, quàm in illo qui iam christianus per sacramẽtũ pœnitentiæ in viã redit. Dubitatio ergo est prima, vtrũ actus cõtritionis requisitus sit ab vtroq;, an verò attritio satis sit. Et præterea vtrũ pari omnino detestatione sit vterq; præparãdus, antequã salutẽ recipiat. Cui dispositioni præmittẽdũ breuissimũ verbũ arbitror de illo,qđ inter attritionẽ, contritionẽq; est interstitiũ. Scotus & qui ei adhærescunt,nihil vidẽtur inter attritionem,& contritionem discriminari, quàm quod attritio sit detestatio peccatorũ per naturalẽ facultatem generali auxilio fultam,quam ipsi vocant meritũ de congruo: contritio verò,est idem ipse actus informatus gratia. Verba Scoti sũt in.4.dist.14.quæst.2. Peccator potest ex naturalibus cũ cõmuni influentia consyderare peccatum cõmissum,vt offensiuum dei,& vt contra legem diuinam, & vt auersiuũ à deo,& vt impeditiuum præmij,& vt inductiuum supplicij: & sub multis talibus rationibus. Et potest voluntas ipsum sub aliqua illarum rationum,vel sub multis illud peccatum sic consyderatum detestari:& ille motus potest continuari, & intendi ante infusionem gratiæ. Et paulò inferius, Et si manet idem motus,qui prius fuit attritio, in illo instanti fit cõtritio:quia in illo instanti fit cõcomitans gratiæ. Itaq; ex parte obiecti nihil distinguit inter attritionem,& contritionem. Quandoquidem attritionem hanc, dolorem astruit esse peccati:siue quia offensiuũ Dei, siue quia impeditiuum præmij:siue quia inductiuum supplicij. Nisi quòd quaten⁹ à natura proficiscitur,est attritio:& quatenus gratia informatur contritio.¶Tria hic sunt, quæ alijs non probantur,neq; profectò mihi quidem. Primum,quòd ait,actum à natura,sine peculiari ope dei profectum,meritum quoquo pacto esse iustificationis,de quo satis supra ca.4. diximus. Secundum,quòd ait, continuationẽ actus per aliquod tẽpus,atq; adeò intensionẽ necessariam esse in eo q ad gratiã disponitur. Hoc enim profectò,salua doctoris authoritate,vt ipse fuit primus,qui excogitauit,ita nulla ratione probat(neq; sanè apparẽti vlla potuit) sed merè gratis affirmat. Ex sacra verò scriptura,non modò nullus illi suffragatur locus,verùm refragantur pleriq; multi. Si enim authoritates superiori capite inductas respexeris, id facilè cernas. Illud nanq; Hieremiæ, Si egerit gens illa pœnitentiam,agam & ego: & illud Ezechielis, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis,quæ operatus est: omniũ iniquitatum eius non recordabor, nihil de continuatione,aut intensione insinuãt, sed de numero peccatorum. Nempe,quòd in quacunque hora, & eadem ratione,in quocunque momento iniquum pœnituerit offendisse Deum, obtinebit veniam. Et in psal. Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meã domino,& tu remisisti impietatẽ peccati mei. Quæ verba subitaneam actionẽ præ se ferunt. Et, Factus est de cælo repente sonus,tanquam adueniẽtis spiritus sancti. Vbi ait glossa, quod nescit tarda molimina spũs sancti gr̃a. Et ideo S.Tho. Patrum vestigia sequutus, qui de huiusmodi gradualibus intensionibus nihil nos docuerunt. 1.2.q.113.art.7.ait, Iustificationẽ in instanti fieri posse. Atqui de infusione quidẽ gratię,neq; Scot.ipse ambigit,quin tẽporis momẽto fiat, sed & de dispositiõe ait S.Tho. ꝙ licet deus nos quãdoq; successiuè disponat nempè dum non statim nos ad actum charitatis,qui ꝓxima est dispositio gr̃æ numẽ adspirat,sed ad alias virtutũ actiones:p quas tan quã per gradus,ꝑducit ad gr̃am, subito nos tñ sępenumerò disponit. Et ratio est, ꝗa actui mẽtis,seu intellectus,seu voluntatis,cũ sit spũalis, nõ repugnat fieri in instãti. Maximè cũ eiusmodi dispositio à deo pręcipue fiat,cuius potẽtia est infinita. Cui possum⁹ exẽplũ solis simillimũ accõmodare. Est enĩ deus vt sol,cuius lumen

Quæstio.

Scot decẽtr. & attri.

Meritum de congruo.

Expẽsa Scoti sententia.

Tria nõ probãtur in sententia Scoti.

1.

2.

Gradualis intentio cõtritionis Scoticæ improbatur, & merè gratis cõceditur, quod nõ oportuit factum in recanta.

Hiere 18.

Ezech. 18. &.33.

Psalm.31.

Actu.2.

S.Thom.

Scoti & Thomæ dissidiũ.

Exẽplum solis.

men est gratia. Et ideo quemadmodũ vbi primùm quis solem conspexerit, irradiatur lumine: ita cũ quis primùm assenserit cooperando motioni diuinæ, absq; vllo prorsus tẽporis interuallo perfundit gratiæ fulgore. Cuius quidem veritatis, vel hoc maximum est argumẽtum, ꝙ aliàs si tempus est aliquod, quo necessariò debeat continuari contritio, vnum debet esse omnibus præfixum. Si ergo esset decima (verbi gratia) pars horæ, tunc si quispiam repentina inuasus morte inciperet pœnitere, obiretq; ante illum certum limitem, non esset illi possibile remedium per cõtritionem, quod esset assertu impium. Neque verò satis respondetur, quòd posset per intensionem actus, extensio recompensari. Quia huius nullum est fundamẽtum. Esset enim mirabile dictu, quòd si duo inciperent pœnitere eadem intẽsione, quæ certo tempore continuata sufficiẽs esset, ille qui ante illum terminum moreretur, ob solum defectum temporis, absque venia periret, alter verò eodem actu obtineret gratiam. Intẽsio ergo vel duratio non est necessaria ad remissionem culpæ, dummodo ex obiecto sit verus actus contritionis. Facit tamen per multũ vtraq; ad quantitatem gratiæ, vt docet S.Tho. 1.2.q.89.art.2. ¶Tertium, quod in opinione Scoti adnotabamus, est, quod attritionem & contritionem non ita dignoscit, vt ratione obiecti disparentur: sed solum ex causa efficiẽte. Vtpote quòd attritio naturaliter fiat: contritio verò, ab habituali gratia informante. Nam auxilium speciale, quo disponamur ad gratiã (vt cap.3.&.4.dicebamus) nusquã apud ipsum legitur. Igitur vt punctum rei attingamus, bifariàm inter attritionem & contritionem differt. Primùm intrinsecè ex parte obiecti. Sanè quòd contritio sit dolor peccatorum propter Deum, vel (quod tantundem, & quidem significantiùs pollet) quatenus sunt offensa Dei: attritio verò est dolor peccatorum, non qua ratione sunt offensa Dei, sed quatenus nobis nocua. Nimirum quia causa sunt pœnæ, aut in futuro seculo. Distinctio hæc inde constat, quòd nomine contritionis, vniuersis, tum Patribus, tum theologis scholasticis, venit actus pœnitentiæ perfectus, quo peccata remittuntur. Vt enim hactenus commõstratum est, pœnitentiæ sacra pagina tribuit remissionem peccatorum, tanquam proximæ ex parte nostra dispositioni: proxima autem dispositio, vbi habemus etiam hucusque constitutum, actus debet esse charitatis: porrò autem actus charitatis non est ex genere suo attritio: nam qui peccata abominatur, ea tantùm ratione, quia

Argumentũ. *Euasio repellitur.* *Cõclusio cõtra Scotum.* *Tertium in probandum in Scoti sententia.* *Inter attri.& contri. differentia.* *Scotus negat auxiliũ speciale ad dispositionẽ quia hãc dixit viribus naturæ nostræ possibilẽ nobis, vt in ca. primo animaduertit author.* *Cõtritionis nomen.*

nocent, non tam Deum diligit, quàm pœnas odit: ergo contritio solùm est detestatio peccatorum, quatenus offensa sunt Dei: sanè quæ amor quidam eius est: vterque enim est actus amicitiæ: scilicet, & lætari de bonis amici, & de suis quoque iniurijs dolere. Ob idq; Sanct. Tho. 3.p.q.85.ait. pœnitentiam esse speciem quandam iustitiæ: qualis iustitia (secundum Philosophum.5.Ethi.) inter nos & Deum esse potest. Quippe cuius officium est, emendare vitam, resarciendo iniuriam Deo illatam. Sed imperatur nihilominus actus eius à charitate, eò quòd est displicentia iniuriæ illatæ amico. Et explicatiùs art.5. inter enumerãdum dispositiones ad gratiam, Quintus, inquit, actus, est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet secundum seipsum, & non iam propter supplicia. Insinuans pœnitentiam illam quæ à timore pœnæ progignitur, non esse actum charitatis: quia non contritio, sed attritio est. Atq; inde patet nominum etymologia. Est enim attritio in corporibus, dum mola (verbi gratia) frumentum terræ in frustula terit: contritio verò, vbi iam est in pulueres comminutum. Vnde tracta analogia, aiunt theologi contritionem esse odium & detestationem peccati supra omne quod odibile est: attritionem verò odiũ eius non supra omne odibile. Quod non est referendum ad intensionem & feruorem actus. Nam potest quis mœrore longe maiori afflictus esse ex metu inferni, quàm alius ex eo quod in Deũ deliquerit. Sed est iuxta ea quæ diximus intelligendum: scilicet, quòd per contritionem abominamur delictum, summa, iustissimaque ratione qua est abominandum: id est, qua diuinę voluntati aduersatur. Quamob rem includit propositum, nunquam amplius vllum admittendi, pro quacunque re mundi, quod aiunt, appretiatiuè odisse super omnia. Attritio verò, nõ tãta est execratio. Qui enim non dolet nisi propter pœnas, quantum est ex natura rei, vbi non esset pœna, non vitaret delictum. Tametsi dum attritus non habet in affectu, quòd aliàs, nisi supplicium incurreret, propter Deum non cessaret malefacere, attritio bona est, tanquam initium pœnitentiæ: si verò adiecta esset illa exceptio in affectu, mala esset prorsus & iniqua.

¶Neque verò silentio duxerim prætereundũ, quod ex nominalibus quidã addubitant, num in ratione contritionis necessarium sit propositum cauendi à vitijs in futurum. Atque id negant, ex eo quòd in biblijs sacris nihil competiãt de huiusmodi proposito. De quo, ꝑfectò, si exie meum iudicium vllius esset momenti,

Actus charitatis quomodo sit contritio. *S.Thom.* *Pœnitẽtia à timore pœnæ orta non est à charitate.* *S.Thom.* *Etymolo.* *Attri. & contri.* *Attritio bona & mala. vide lib.1.c.22.&.c.19.* *Nominales.*

condemnandi essent: non solùm quia error est, sed quia perniciosus. Est enim ignoratio nominis pœnitentiæ. Porrò quæ, vt supra dicebamus, idem sit quod mentis mutatio: atque adeò vtriusque temporis respectum complectens. Vnde veluti supra Lutherum vrgebamus, quod non potest esse resipiscentia & propositum bonæ vitæ in futurũ, nisi vbi animus per pœnitentiam diuellatur ab erratis præteritis, ita viceuersa & aduersus istos astruimus, quòd nequit esse pœnitentia præteritorum sine proposito cauendi in futurum. Quomodò enim quenquã pœnitere potest, Deũ offendisse, cui non fuerit intentio mutandi vitam? aut qualis illi potest esse intẽtio mutandi vitã, cui non est propositum declinandi à malo, vt regrediatur in viam? Et quanuis nomen per se ipsum pœnitentię aperte præ se fert huiusmo di propositum, haud tamẽ illud subticuit propheta, vbi ait, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, Ecce respectum præteriti: & custodierit omnia præcepta mea, En propositum in futurũ: & fecerit iudicium, & iustitiam, Ecce propositum satisfaciendi: Ille, inquit, vita viuet. Et Christus ipse pœnitentiæ magister, mulieri de adulterio ad se delatæ, Vade, inquit, & amplius noli peccare. Propositum ergo huiusmodi exigitur à pœnitẽte. Nam pœnitẽre est peccata respuere & execrari: respuere autem malum, non solùm ad præteritum, sed ad futurum potiùs refertur. Vnde S. Thom. locò proxime citato. 3. p. quęst. 85. ex eo probat pœnitentiam esse actum iustitiæ, quòd munus eius est recompensationem facere iniuriæ illatæ. At optima compensatio est emendatio vitæ: quatenus pœnitens, inquit, assumit moderatũ dolorem de peccatis præteritis, cùm intentione remouendi ea. Verba eius sunt art. 1. Differunt ergo natura sua, contritio & attritio ex eius obiecto diuerso. Sed tamen est præterea adnotandum, quod vtraque elici ab homine potest, vel ex viribus naturalibus cum auxilio naturali Dei, vel ex singulari eius succursu. Enimuerò non solùm naturaliter potest quispiam mœstitia affici, quòd supplicia fuerit peccando commeritus, sed potest etiam naturaliter pœnitere, quòd Deum offenderit. Etenim cùm possit quicunque naturaliter pœnitentia duci, quòd amicum læserit, cur etiam non poterit similem detestationẽ habere peccati, eò quòd fuerit contra diuinam voluntatẽ commissum? Quãdoquidem immensa illa bonitas, non modò lumine fidei, sed etiam naturæ nobis innotescit. Neque opus hic existimo, veritatem hãc pluribus persuadere. Quippe cùm libro priori cap. 20. & duobus consequentibus: pro virili mea id confecerim, quod quemcunque actum potest habere ille qui est in gratia, potest etiam quantum ad substantiã operis, elicere peccator ex puris naturalibus. Huiusmodi autem pœnitẽtiæ actus naturalis, quanuis ratione obiecti sit contritio, non tamen est sufficiẽs dispositio ad gratiam, sed potest esse in eo, qui est in peccato. Saltem vbi adest ignorantia aliqua vincibilis. Potest enim quis dolere, quòd Deũ offenderit, quinetiam proponere, quantum in sua est cognitione, offendicula omnia vitiorum vitare, qui tamen nõ facit quicquid debet, vt viã veritatis agnoscat. Vti vsu venit infidelibus, & hęreticis, atque in vniuersum ijs, qui ignorantia crassa laborãt. Econuerso attritionem etiam habere quis potest ex timore inferni, per auxilium speciale à Deo incussũ, quæ tamen non erit proxima dispositio, & sufficiens. Per se saltem absque sacramento. Nam de dispositione ad sacramentum statim dicemus. Ex his oritur secũda distinctio inter hos actus extrinseca ratione gratiæ. Vt omnis dolor peccatorum, siue attritio, siue cõtritio, ex parte obiecti, qui est absque gratia, dicatur hoc modo attritio: & omnis dolor, ille etiã qui est attritio ex parte obiecti, vbi informatur gratia, dicatur hoc modo contritio.

Nominaliũ perniciosus error.

Pœnitentiæ ratio à notatione.

Sacra testimonia cõtra nominaliũ sententiam.

S. Thom. Pœnitentia actus iustitię elicitus.

Quomodo viribus naturæ possit homo præstare actum cõtritionis & attritionis.

Secunda distinctio inter attritionem & contritionem.

De differentia inter baptismum & sacramentum pœnitentiæ. Cap. 15.

POst hæc, quæ præsenti erant negotio necessaria, dubitatio incidit, vtrùm eadem omnino peccatorũ detestatio requiratur in præparatione baptismi, quæ requisita est ad sacramentum pœnitentiæ. Prima conclusio, qua de baptismo inter theologos omnes conuenit, est, quòd dolor qualiscunque necessarius sit suscipiẽti. Nam est sententia Petri, Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ: Augustino interprete, quòd nullus voluntatis suæ arbiter possit, neque per baptismũ, vitã inchoare nouã, nisi quem veteris pœnituerit. Et quanuis sint, qui Scoto hanc opinionem inurant, quòd satis sit nullum adferre obicem: puta complacẽtiam peccati, quanuis nulla adsit detestatio: videlicet si baptizandus absque vllo actu accedat respectu peccati, profectò hoc nusquã elicitur ex ipso. Quin verò. 4. senten. d. 4. q. 5. expressè ait, quòd qui accedit ad baptismum cum obice infidelitatis, vel aliquod habens peccatum, quod tunc actu committit, vel quod prius com-

Cõclusio de bapt. pœnitẽtia.

Act. 2.

Scotus est in eadẽ sententia.

commisit, & nullo modo sibi displicet, nullo modo recipit gratiam: iuxta verba August. in de pœnit. Nullus ad sacramentum fidelium ac cedens potest nouam vitam inchoare, &c. Atqui d. 14. eiusdem lib. q. 4. quamuis dicat, quòd ad suscipiendū gratiam per baptismum, sufficit accedere sine fictione, cum intentione suscipiendi sacramentum Ecclesiæ: subdens, q̄ solùm requiretur opus exterius cum amotione interioris impedimenti, ipse se paulò inferiùs declarat. Dicens, quòd non requiritur tanta attritiò, quanta est illa, quæ, secundum suam opinionem, sufficeret sine sacramento: sed licèt sit parum attritus, etiam attritione quæ non habet rationem meriti de congruo, volens tamen recipere sacramētum, per ipsum recipiet gratiam. Caietanus. 3. par. q. 86. super art. 2. videri quibusdam posset dicere, quòd sufficiat receptio ipsa baptismi in remissionē peccatorum loco pœnitentiæ. Attamen reuera non intendit negare, quin requiratur aliqua attritio ad tollēdum obicem: sed ait, quòd perfecta ratio pœnitentiæ, quæ complectitur propositum nouæ vitæ, completur per hoc, quòd quis recipit sacramentum baptismi in remissionem peccatorum. Itaque propositum baptismi valeat pro eo q̄d est, nouæ vitæ. Quod si quis contenderet, absque vllo actu displicentiæ, dignè adiri baptismum, manifesti conuinceretur erroris, ex testimonijs & argumentis, quæ præcedentibus cap. contra congeminaui mus. Opponet autem hic forsan nobis textum illum capituli, maiores. de bapt. & eius effectu. Tunc characterem sacramentalis imprimit operatio, cùm obicem contrariæ voluntatis non inuenerit obsistentem. Responsio tamen est, quòd ad characterem baptismi, sufficiens est voluntas suscipiendi baptismum. Et ideò si quis absque vi illata, dum baptizatur, tacet, silentium illud & permissio reputatur consensus abijciens talem obicem. Tollere autem obicem peccati (quod requiritur ad suscipiendam gratiam) non solùm dicit meram negationem complacentiæ peccati, sed detestatricem actionem. Qualis verò detestatio exigatur, hoc est dubium. Porrò Scot. apertè asserit, non solùm sufficere attritionem, verùm neque tantam exigi, quanta est dispositio ad gratiam. Et S. Tho. 3. par. quæst. 68. art. 4. ad. 2. argum. loquens de baptismo, ait, quòd Christus dupliciter operatur ad gratiam: vno modo per seipsum (scilicet sine sacramento) & sic præparat volūtatem hominis, vt bonum velit & malum odiat. Quod planè intelligit de perfecta contritione. Alio modo operat per ministros exteriùs adhibendo sacramenta: & sic operatur perficiendo exteriùs id quod est interiùs inchoatum. Et ideò non est exhibendum sacramentum baptismi, nisi ei in quo interioris conuersionis aliquod signum ap paret. Dicendo, inchoatum, & aliquod signum, ad differentiam interioris perfectæ conuersionis, sentit, quod sufficit attritio. Itaque non sit tanta dispositio necessaria ad sacramentum, quanta illa est quæ per se sufficit. Consonat sibi in arti. 6. vbi ait, quòd sufficit baptizando, vt sua peccata recogitans, de eis doleat iuxta verbū Augustini, de inchoante nouam vitam. Est ergo secunda conclusio, quòd ad baptismum non est necessaria contritio. Cuius ratio est, quam ipse idem explicat in. 4. sent. d. 4. q. 2. art. 1. Videlicet, quòd cùm baptismus de se sit institutus ad regenerandum hominem, & remouendum peccatum, non expostulat detestationem, tāquam per se causam, vel vt sit simul cū ipsa causa, sed vt obicem tollat: nempe cōplacentiam peccati, quod baptismus ipse auferat. Et ideo dist. 6. q. 1. art. 3. ad quintum argumentum repetit, quod ad baptismum nec charitas, nec contritio requiritur: sed sufficit attritio. Quòd si nos quispiam contradictionis redarguat ex eo quòd præfati sumus, cuicunq; recōciliando necessarios esse motus fidei, spei, & charitatis. Respondetur, quòd absq; sacramento requiritur actus charitatis, qui sit vera cōtritio: petenti autem baptismum satis est inchoatio charitatis per attritionem, quæ perficitur ablutione ipsa: qua velut instrumento passionis Christi infunditur cum gratia charitas.

Scoto nō ea dem requiri tur attritio in baptismi susceptione, & per se.

Caietanus.

De bap. cap. maiores.

Qualis detestatio requiratur in eo qui adultus baptizatur vide. lib. 3. c. 13.

Scotus.

S. Thom.

2. Cōclusio. Ratio.

Argumenti responsio.

¶Hoc tamen posset restare dubiolum, an sufficeret attritio, quam accedens conscius est, esse attritionem, & non contritionem. Porrò quia scit se nō dolere propter Deū, sed ꝓpter timorem inferni, & ita palàm patefacit, & confitetur Ecclesiæ: videtur sanè iste non talis accedere, cui sit ministrādum sacramentum. Nā, vt supra diximus, & Augustinus sæpe cōmonefacit, & theologi in. 4. dist. in. 4. & S. Tho. 3. p. q. 68. art. 4. admonet, peccatores nō sunt baptizandi. Ille autem quem constat non pœnitere propter Deum, indubitatus est peccator. Et inde augetur dubitatio, quòd profectò qui taliter affectus accederet ad sacramentum pœnitentiæ, neutiquam absoluendus esset, postquam non vero corde se accusat offendisse Deum. Crediderim nihilominus, sub periculosiorum censura, baptizandum esse eiusmodi notum attritum, propter causam prædictam. Nempe quòd de se baptismus sit regenerationis sacramentum ordinatum ad remissionem

Dubiū. An sufficiat cognita attritio ab eo q baptizādus est.

Respōsio sa toris, qd con scius de attritiōe sit baptizandus.

cuiusuis peccati, vbi non reperit complacētiæ obicem. Complacentia verò satis tollitur per quemcunq; dolorem. Accedit authoritas sancti Thomæ citata.3.par.dist. 68.vbi ait, quòd sufficit in baptizãdo apparere aliquod signū interioris conuersionis. Loquitur ergo de innotescente attritione. Et quæst.76.art.3. ad secundum constituens differētiam inter eucharistiam & baptismum ait, quòd cùm baptism' sit spiritualis regeneratio, ordinatus, vt faciat ex peccatore iustum, non inconuenienter eodem accedit qui habet conscientiam peccati mortalis. Secus de sacramento eucharistiæ, in quo porrigitur Christus tanquam cibus & alimentum iam viuentis per præcedentem gratiam. Vnde S.Synodus Tridentina sess.6. cap.6. ante baptismum solùm requirit motū aduersus peccata. Per odium, inquit, aliquod & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quem ante baptismū agi oportet. ¶ Sed arguis. Igitur idem affirmare licet de illo, qui accedit ad pœnitentiam, quãdoquidem & illud institutum est ex genere suo, ad remouendum peccatum. De hoc aliorum fortè diuersum erit iudicium, meum autem est, ni fallor, quòd sit inter tria sacramenta, scilicet eucharistiæ, baptismi, & pœnitentiæ, ita hoc loco discernendum, quòd ad baptismum sufficit attritio: etiam si sit cognita, vt dictum est. Ad eucharistiam verò nemo licitè aduenit cùm conscientia peccati mortalis, atque adeò neq; est sufficiens attritio, sed requiritur quòd bona fide existimet se in gratia existere. Ita enim ait S.Thom. loco iam modò citato, & q. deinceps proxima.80.art.4. de quo inter patres & theologos summus est consensus: iuxta illud Pauli, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat. Vbi ait glossa, indignè manducare, qui vel in crimine, vel irreuerenter accedit. Atqui ratio diuersa vsus horum sacramentorum sumenda est ex fine diuerso, ad quem sint diuinitus instituta. Nanque cùm baptismus sit institutus ad regenerandum infidelem, spiritualiter mortuum, non requirit de se, quòd qui petit, sit in gratia, sed quòd non opponat obicem. Eucharistia verò, cùm sit illis cibandis constitutum, qui per gratiam iam, vel baptismi vel pœnitētiæ, vita funguntur, depostulat, vt à nemine sumatur, nisi qui se existimat per gratiam viuere. Pœnitentia verò medio quodam modo se habet. Nam licet sit sacramentum remissionis peccatorum, sicut baptismus, ille tamen est sicut generatio, vbi non concurrunt actus re-

S.Thom.

Syn.Trid.

Argumentū de pœnitentia.

Discrimē inter sacramēta.

Ad baptismū sufficit attritio etiā cognita.

Ad eucharistiæ susceptionē oportet existimet bona fide se esse in grā.

1.Cor.11.

Finis triū sacramentorū

Baptismi, eucharistiæ.

Pœnitentiæ.

cipientis, vt pars sacramenti: hoc autē est quasi medicina concurrentibus actibus pœnitentis, vt materia. Et ideò vsus non est vtriusq; idem. Quoniam ab baptismum nulla est, vel accusatio, vel confessio necessaria: qualis tamen in sacramento pœnitentiæ deposcitur. Qui autem sciret se non detestari peccata propter Deum, eius profectò non esset vera accusatio in confessione: siquidem accusatio non est nisi de offensa Dei, & quatenus est offensa. Quare qui non ita in pectore gereret, sed solùm propter pœnas doleret, falsò diceret, se accusare peccasse in Deum. Atque adeò si ita mihi certò constaret, grauissimè formidarem, sic affectum absoluere. Tametsi nisi manifestissima essent indicia, semper in re dubia credendum est, legitimam esse contritionem: quoniam difficillimū est diiudicare rationem doloris, sit ne propter Deum, an propter alias causas. ¶ Confirmatur nunc maximè hæc sententia authoritate concilij Triden. Sanè, quòd cùm capit.6. censuisset, ad baptismum satis esse adferri odium aliquod, cap. tamen.14. ait, pœnitentiam post lapsum multò aliam esse à baptismali, & continere cor contritum. Quod ergo S.Thom. & fermè doctores consentienter aiunt, per sacramentum pœnitentiæ nonnunquam ex attrito fieri contritum, intelligendum existimo, quando aliquis accedit attritus, putans se esse contritum. Tunc enim licèt attritio interna non sufficit, tamen quia ille bona fide accedit, recipiet gratiam per sacramentum. Id quod & sacramento etiam eucharistiæ congruit: vt loco citato. q.79. art.3. author est S.Thom. vbi ait, quod eucharistia confert primam gratiam ei, qui licèt sit in peccato mortali, tamen facta diligentia, nullius recordatur. Vel quanuis nō sit sufficienter contritus, reuerenter tamen accedit. Intellige, quia non certò diiudicat dolorem suum non esse veram contritionem. Vnde quando S.Patres constituunt, non esse conferendum sacramentum illi, qui est in peccato, sic interpretandum est. In baptismo quidem, de illo, qui habet propositum peccandi. In eucharistia verò & pœnitentia, de illis qui petūt cum conscientia peccati. Sed tamen inter eucharistiam & pœnitentiā hoc est interstitiū, quòd ante eucharistiam requisita est probatio, per omne remedium quod est contra peccatum: scilicet, per pœnitētiam, tam virtutem quàm sacramētum. Haud quidem sum extra metum, quòd mihi quis forsan obijciat Sanct. Tho.3.p.q.80.art.4.ad.2.arg. vbi sacramento eucharistiæ vtrunq; simul è regione opponit: scilicet, & baptismū, & sacramentum pœnitentiæ

Vera detestatio peccatorum quãlis exigenda à pœnitēte.

Non absoluendus qui certo cognoscitur, no habere contritionem, sed attritionem.

Synod. Trid.

Ex attrito contritus.

Qui bona fide accedit ad pœnitentiam aut eucharistiā, sed non sit contritus suscipit gratiam.

Quibus cōferenda non sint hęc tria sacramenta.

Præparatio ad pœnitentiā requisita.

S.Thom.

tiæ

tiæ: commonefaciens, quòd eucharistia nõ debet dari nisi liberatis à peccato: alia verò duo concedi posse febricitantibus febre peccati. Quia istæ duæ, inquit, sunt medicinæ purgatiuæ: illa verò confortatiua. Ex quo apparet cõsequens, attrito, etiam conscio, conferendum esse sacramentum pœnitentiæ, sicut baptismi. Negauerim tamen cõsequentiam. Nihil enim aliud sibi vult, nisi quòd sacramentum pœnitentiæ conferendum est illi, qui se vt peccati reum pœnitens accusat, sicuti baptismus largiendus est peccatori. Eucharistia verò nõ nisi illi, qui per pœnitentiam absolutus gerit iam, secundum suam conscientiam, formam hominis iustificati. Neque verò ignoro Nominaliũ quorũdam opinionem, docentium quòd quicunque existimat se esse contritum, reuera obtinuisse iam veniam, atque adeò quòd nullus cogitans contritionem se adferre ad sacramentum, per ipsum recipit primam gratiam: quin verò iam recepit per suam illam bonam cogitantiam. Quorum causam nullam aliam subijciunt, quàm quòd aliàs esset homo ille extra remedium: maximè vbi non esset possibile sacramentum. Quoniam si quis arbitratur se esse contritum, non restat illi iam aliquid faciendum, imò nec potest, aiunt, aliud facere, quippe qui credit iam totum fecisse. Horum ideò memini, quoniam in capitulo de certitudine gratię facesseret nobis aliquid negotij hæc opinio, si vera esset. Sed profectò demiror quàm sint isti tenui ratione persuasi. Etenim nescio quomodo non patenter videant, posse latere in tali credulitate fallaciam, sicut in alijs cogitationibus. Atque eam duplicẽm. Primum in disquisitione peccatorum, an fuerit legitima. Verbi gratia, quando perditissimus homo recogitat sua peccata, quæ commisit, tum plurima, tum grauissima, facilè ac temerè credit se fecisse legitimam diligentiam, quã tamen non fecit pro quantitate criminum, & diuturnitate temporis, quò cessauerat confiteri. Et præterea etiam si diligens fuerit exquisitio, forsan dolet non propter Deũ, sed propter infernũ, aut propter alia damna quæ accepit, qui dolor non sufficit ad remissionem culpæ, sed leuiter iudicat contritionem esse. Profectò isti tales antequam sacramentum suscipiant, non erunt in gratia. Deridiculum enim est, quòd sola ignorantia sufficiat ad remittenda præterita peccata: cùm tamen cõtritio non sit actus intellectus, sed voluntatis. Sit, exempli gratia, qui reuera habet solam atritionem peccatorũ, & ita de se ipse credit. Is secundùm istos non est in gratia. Fac ergo interroget ignarum doctorem, an ille suus dolor sit cõtritio sufficiẽs, à quo falsò persuadeatur, esse sufficientem, nũquid propterea, quòd iste attritus mutauit credulitatem, idem actus voluntatis immutatus, qui antea erat attritio, efficietur sufficiens contritio? Minimè gentium. Sed tamen iste bona fide accedens ad sacramentum pœnitentiæ, recipit primam gratiam, per quam fiet ex attrito contritus. Est igitur consequentia fallacissima (quod repetendum nobis est in de certitudine gratiæ.) Iste putat habere contritionẽ, ergo est contritus. Quòd si interroges, Quid ergo aliud debet facere? Certè conteri, vel suscipere sacramẽtum, aliàs peribit propter peccatum, quod ante commiserat. Quinimò hæc est vna causa, quare Augustinus dubitauit de sero pœnitentibus. Frequentes enim sunt in articulo mortis, quibus animo repræsentatur, se dolere suorum criminum, qua ratione fuit Deus offensus, & tamen non dolent, nisi quòd incurrerint in gehennam. Atque eadem est causa, quare tanti tunc habentur sacramenta per quæ sæpe fiunt ex attritis contriti. Imò verò addiderim, tam crassam posse esse ignorantiam illius, qui putat se esse cõtritum, vt sit nouum peccatum accedere ad sacramentum: & tunc neq; per sacramentum recipit gratiam: perinde enim esset acsi accederet, sciens nõ esse contritus. Sed quando ignorantia excusat à nouo peccato: porrò quia probabilitas est fecisse quod debuit, tunc licet dolor per se non sufficeret remittere præterita peccata, cũ non sit contritio, tamen quia ignorantia est inuincibilis, bona fide acceditur: atque adeò per sacramentum recipitur prima gratia. ¶ Aliud superioris germanum dubium est, quomodo attritio fiat contritio. Videlicet, vtrùm actus ipse qui erat dolor propter pœnam aduenien te gratia, mutet obiectum, vt fit propter Deũ. Ita quidem nonnulli, etiam scholæ S. Thomæ imaginantur, quod tamen intelligere nequeo. Enimuerò gratiæ munus penitus est, facere hominem amicum, ac subinde informare eius opera genere bona, vt quæ antea non erant grata, efficiantur grata. Mutare autem obiectum actus, hoc certè est abijcere vnum, & substituere alium nouum: quod licèt quandoque contingat in eo qui suscipit sacramentum, non tamen est semper necessarium: sed eodem ipso actu interno voluntatis, quo quis accedit ad sacramentum, sæpissimè recedit: vt experientia monstrat. Quin verò est demonstratio, quòd non semper actus mutetur. Nam potest quis attritus accedere ad sacramentum, qui illo tunc articulo temporis, quo absol-

Ad locum Thomæ.

Nominales existimant eum qui se putat contritum cũ non sit ante susceptũ sacramentũ recipere primã gratiam. Ratio eorũ.

Nominaliũ sententia improbatur.

Dolor de cõmissis peccatis ex inferni pœnis, & alijs dãnis perfectus nõ sufficit ad remissionẽ culpæ.

Contritio actus voluntatis.

Consequentia fallax.

Puto me habere contritionẽ, ergo sum contritus.

Cur dubitat Aug. de sero pœnitentibus.

Ignorantia crassa in accedẽte ad sacramentum.

Ignorantia quæ eũdem potest excusare.

Quõ ex attrito fit contritus.

Thomistarũ quorundam sentẽtia reijcitur.

absoluitur, cessauerit omnino habere actū pœnitentiæ vel per diuagationem mentis, vel per abruptionem cogitationis: tunc vtique manifestum est, non commutari actum: & nihilo secius euadere potest ex attrito contritus.

Autoris sententia.

Quomodo attritio fiat contritio.

Fit ergo attritio, contritio extrinsecè, per hoc, quod idem ipse dolor propter pœnas adueniēte gratia, per sacramentum efficitur Deo gratus. Tametsi nonnunquam etiam auxilio Dei mutetur finis doloris.

Contritio duplex.

Qua de causa statuimus superius vnam cōtritionem intrinsecè ex obiecto, & aliam solùm extrinsecè, ratione informantis gratiæ. Quemadmodum illum, qui iam iustus est, potest nō solùm propter Deum, sed etiam nonnunquam memor inferni meritoriè pœnitere. Quod autem ait S.Tho. in.4.dist.17.q.2. attritionem non fieri cōtritionem, sed per diuersos actus ex attrito fieri contritum, intelligit de contritione, quæ intrinsecè ratione obiecti, est cōtritio, & elicitur ex infuso habitu charitatis, & de attritione, quæ ex timore inferni potest naturaliter elici. Horū enim actuū, cū specie differant, neuter in alterum transit.

An alius actus charitatis, quàm contritio sufficiat. Cap. 16.



HÆc veruntamē ex superioribus enascit dubitatio de præparationib⁹ ad gratiā. Vtrū alius actus charitatis, qui formaliter nulla sit detestatio peccatorū, sufficiat ei ad salutē, qui actualis delicti reus est. Cui primum omniū interrogationi consentienter theologi prima conclusione respondent, per illustrem illum charitatis actū martyrij, absq; vllo peccatorū respectu, dūmodo non adsit propositū mali vllum, aut cōplacentia, aut vincibilis ignorantia (vti est in hæretico) benignissimè cōdonari omnia, etiam pœnas: vt supra ex libro de ecclesiasticis dogmatibus citatū est.

1. Cōclusio de marty. vide lib.5.c.6. ad calcem.

Et de Cypriano ait August. quòd si quid illi erat purgādum, passionis falce ablatum est. Vnde de celebra missa.c.cum Marthæ, Iniuriam facit martyri, qui orat pro eo.

Augu de Cypria. de cele. miss. cap. cū Marthæ.

Porrò priuilegium hoc indultum est præclarissimo illi actui fortitudinis propter excellētiam charitatis, qua nemo habet maiorem, quàm vt animā suam ponat quis pro amicis, atq; adeò pro amicorum summo Christo. Cùm enim erratorum pœnitētia actus sit charitatis, consentaneū rationi iudicarunt Ecclesiæ Patres, vt qui in agone positus passionis pro confessione christianæ fidei (quod heroicū est charitatis officium) nō esset astrictus ad cogitationem peccatorum. Sed sicut aqua baptismi tinctos ait Paul. commori Christo, & cum illo vnà sepeliri, ita martyr suo sanguine rubricatus, vnà æstimetur crucifixus cū Christo, atq; adeò eundem assequi vberrimū fructum gratiæ remittentis peccata plenissimè. Hæc enim est ratio quam S.Tho.4. sent. d.4.q.3. & illic theologi assignāt huius comparationis martyrij cū baptismo. Nempe, quod quam Christi passionē baptismus sacramentaliter repræsentat, eandem refert & martyriū realiter.

Theologorū ratio.

Et ideo character quidē qui ad sacramentalia pertinet, non imprimitur martyri: qui idcirco si Christianus nō fuerat: & resurgeret, baptizādus est. Copia verò gratiæ, nō modò par martyri, verū longè cumulatior, quàm baptizato impenditur.

Martyr non christianus resurgēs baptizādus est.

¶ At dubium aliud est præcipuum, an citra martyrium quiuis actus charitatis, quantocunq; sit excellentissimus, absq; formali detestatiōe peccati sufficiat peccatori ad salutem.

An citra martyrium.

Apparet nanq; id affirmare Scot. in.2.d.28. vbi inter loquendū de præcepto charitatis, ait, quòd quandocunq; voluntas actū huius præcepti exequit, licèt informis, disponit se de cōgruo ad gratiā gratificantem: cui oblatæ, vel resistit, & peccat mortaliter: vel cōsentit, & iustificatur.

Scot.

Et quāuis ipse nihil explicet, an ille qui se disponit sit in peccato, neque de actu charitatis, an debeat esse pœnitentia, sunt tamen qui ita opinantur, vt actus charitatis absq; pœnitētia formali sufficiēs dispositio sit ad gratiā. Tametsi alij hoc nō cuicūq; actui tribuāt, sed cuidam egregio. Causam nullam pro se adferre possunt aliam, quàm si ita ratiocinentur. Pœnitentia ex eo postulatur ab eo qui est auersus à Deo, quia est actus charitatis contrarius inimicitiæ: sed quicunque actus charitatis pariter est eidem oppositus: ergo quicunq; erit, si nō formalis, saltem virtualis pœnitētia. Et præterea, quicquid sit de omni actu charitatis, tamen videtur rationi cōsentaneum, quòd possit quispiam esse tam excellentis dilectionis, vt secum nullum admittat peccatum, sed omne depellat. Illū ergo actum saltem qui habuerit, nulla opus habebit alia actione pœnitentiæ. Huc accedit prouerbium Sapientis, Vniuersa delicta operit charitas. Quod & Petr. Apostolus resumit. Et verbum Redemptoris, Qui diligit me, diligetur à patre meo. Et de peccatrice. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Et Pauli conuersioni nulla videtur præfuisse pœnitentia.

Testimonia scripturæ.

¶ Sunt veruntamen testimonia scripturæ, quæ longè vehementiùs vrgent aliam partem, quinimò (ni fallor) persuadent. Et ideò discer-

Reprobatio dictæ sententiæ.

Qũãdo sufficit act⁹ charitatis pro cõtritione.

discernendum est. Nanque vbi præhabita diligenti indagatione, nullum memoriæ occurrit lethale peccatũ, clara res est, sufficere actũ charitatis ad remisionem eorum, quæ memoria exciderint. Neque forsan in alio quàm in isto casu senserit Scot. sufficere actum charitatis. At verò vbi vlla est peccatorum memoria, vel per legitimam diligentiam haberi potest, nullatenus auderem affirmare, quòd absque formali actu pœnitentiæ sufficiat, citra martyrium, quicunque alius actus, vel charitatis, vel cuiusuis alius virtutis. Neque vllus, crediderim, timoratæ conscientiæ poterit eam vnquam, si conscius est peccati, aliter pacare. Neque profectò tantum me mouet, vel sanctus Thomas, vel alius eiusdem ordinis, quàm testimonia scripturæ cum rationibus, quæ supra cap. decimotertio in confirmationem pœnitentiæ accersiuimus ex vtroque testamento. Etenim præter Hieremiam, & Ezechielem, & in actibus apostolorum Petrum, nullatenus impio, nisi per pœnitentiam pollicitantes remisionem, reuera, dicente Christo, si pœnitentiam non habueritis, omnes simul peribitis, nescio quis posit absque pœnitentia salutem promittere. Præterquam, quòd Ioannes, & post Redemptor idem noster, nullum indicabant ingressum peccatoribus ad regnum cælorum, nisi per vnam pœnitentiã. Vnde sanctus Thomas. 3. part. quæst. 86. articulo. 2. incunctanter affirmat, imposibile esse peccatum actuale mortale, sine virtute pœnitentię remitti. Cuius dilucidam subnectit rationem ex differentia inter gratiam Dei, & gratiam quæ est inter homines. Gratia enim hominis non sufficit in eo, quem secum reconciliat, bonitatem aliquam, sed præsupponit verã vel apparentem. Ob idque homo nonnunquam inimicum sibi in gratiam restituit, qui nihil est internè mutatus, Deus autem nõ præsupponit bonitatem, sed faciendo hominem bonum, reddit sibi amicum. Cùm autẽ offensa Dei ex diametro aduersetur gratiæ, neminem Deus in suam gratiam recipit, nisi mutando eius voluntatem: puta, dimouendo eam à bono commutabili, cui inhærebat, & vertendo ad se. Dimouetur autem nemo, nisi per detestationem peccati, contrariam voluntati, per quam fuit commissum: ergo pœnitentia est necessaria. Quæ idcirco dicitur cõuersio: iuxta illud Psalmi, Deus tu conuertens (secundum aliam literam) viuificabis nos. Et. 1. 2. quæst. 113. art. 5. idem prorsus constituit. Sanè quod nõ potest esse cõuersio sine motu liberi arbitrij in peccatũ: qui est terminus à quo conuersionis. Nam actus charitatis in Deum, solùm habet respectum ad terminum ad quem. Et arguens quod solus actus charitatis sine formali pœnitentia sufficiat, ex illo, Charitas operit multitudinem peccatorũ, respondet, propterea operire, quia ad ipsam pertinet, non solùm persequi vnum oppositorum, puta, Deum, sed fugere ab alio, scilicet, à peccato, per actum pœnitẽtiæ, qui imperatur à charitate.

Citra martyrium nõ sufficit sine pœnitẽtia actus charitatis in eo, q habet memoriam peccati.

Testimonia sacra.

S. Thom.

Differũt gratia inter homines, & Deũ & nos. Tho. 1. 2. q. 110. ar. 1.

Responsio Argumentorum.

¶ Et eadem respõsione dissoluitur primum argumentum supra factum. Cõcedimus enim charitatem contrariam esse inimicitiæ Dei. Sed tamen hoc idcirco verum est, quia vbi non est peccatum, resistit, ne admittatur quoadusque ipsa superetur: & vbi est, expellit illud per actum pœnitentiæ. Et pariter respondetur ad aliud argumentum de actu egregio charitatis. Nam primùm nemini concedã, quòd posit esse aliquis actus tam insignis charitatis, quin sibi secundum substantiam posit esse in hæretico, & in quocunq; peccatore: saltem qui ob aliquam crassam ignorantiam inquinatus est peccato: vt lib. 1. capit. 22. fusius dissertum est. Sed esto, fautorib⁹ illius opinionis largiremur, esse talem quempiam actum, qui vbi inesset, omni resisteret tentationi, nec culpam admitteret, hoc tamen restat illis probandum, quòd nunquam conficient. Nempe, eum qui in peccato iacet mortali, posse venire ad talem actũ charitatis, nisi per actum formalem pœnitentię. Et pari modo ad aliud, Qui diligit me, diligetur à Patre meo, respondetur, quòd quanuis quicunque Dei dilector ipsi sit vicisim dilectus, tamen nemo dum est in mortali delicto, nisi à pœnitentia exordiatur, ad dilectionem Dei conscendere potest. Quòd si me percontantur, vnde hoc habemus tam compertum, respondeo, quod qui necesitatem pœnitentiæ defendimus, causam (vt aiũt) agimus obsignatis tabellis. Non solùm, quia ius naturale, & ideo diuinum id exposcit, vt qui iniuriam intulit, non nisi pœnitendo in amicitiam posit restitui, verùm etiam quia expressè ait Christus, Si pœnitentiam non habueritis, omnes simul peribitis. Neque alijs, quàm pœnitentiam agentibus, promittit regnum cælorum: præter alia supra citata testimonia. Et (vt capit. 10. dicebam) temeritas est ex eiusmodi vniuersalibus vllam facere exceptionem citra ecclesiæ authoritatem. Sed aiunt, actum charitatis esse virtualiter pœnitentiam. Idem posset quicunque dicere de oratione, vel de quouis alio egregio actu virtutis. Cùm tamen S. Patres hoc priuilegium in vno tantùm martyrio agnouerint propter solam illam causam, quòd re ipsa repræsentat pasio-

Quomodo charitas sit cõtraria inimicitię Dei.

Insignis actus charitatis secũdum substantiam potest esse in peccatore.

Fallacia in opinione prædicta.

Replica.

Falsa respõsio.

Temerè excipiũt Theologi quippiã à propositionibus Christi vniuersalibus.

passionem Christi: sicut sacramentaliter repręsentatur per baptismum. Id quod nulli actui virtutis, qui non sit perpessa morte consecratus, conuenit. Vnde oculatè profectò Sanct.
S.Thom. Tho. in 4. distinct. 4. interrogans, cur cùm alij possint esse actus excellentissimæ charitatis: vt virginitatis votum, aut strictissimæ religionis, aut peregrinandi ad prædicandum Euangelium, huiusmodi tamen actibus & officijs non tribuatur, vt possit sine pœnitentia remittere peccata, sicut martyrio: respondet, quia per hæc non commorimur Christo, vti per martyrium. Certè, quò magis cogito, minus probabilitatis video in hac opinione, quòd
Christus nõ remisit sine pœnitentia. actus charitatis sine pœnitẽtia sufficiat. Quin etiam Christus, qui excellenti potestate vtebatur in condonandis criminibus absque sa-
Ioan. 8. cramento pœnitentiæ: vt in adultera patescit,
Luc. 7. & in peccatrice, nunquam creditur remisisse, nisi mutando interne animum per pœnitentiæ virtutem. Ait enim Grego. in homilia de Magdalena, quòd per gratiam traxit intus, quam per misericordiam suscepit foras. Et vocat gratiam, pœnitẽtiam, quam lachrymarũ profluuium indicabat. Atqui de conuersione
Conuersio Pauli. repentina, stupendaque Pauli, quam Luther. obijcit arti. 7. asserit, vbi nulla, inquit, interfuit pœnitentia, eo quòd subita luce circunfulsus, charitate indutus est: dicẽs, Domine, quid me vis facere? De illa inquam conuersione ait August. ad Bonifacium de correp. Donatistarũ, quòd timor illic præcessit amorem. Cuius verba sunt. Quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem. Id quod historia ipsa testatur. Siquidem in terram prostratus stupens, ac tremens prius dixit, Quis es tu Domine, quàm, Quid me vis facere? Quorum primum verbum timoris est, & pœnitentiæ, alterum verò amoris.
¶ Addiderim demum, quòd (nisi mea me inscitia cæcat) non video, quomodo opinio hæc differat ab errore illo Lutheri. ar. 7. suarum assertionum, quem cap. 12. reprobatum curabimus: scilicet, Optima pœnitentia noua vita. Nam per hæc verba ipse non negabat actum charitatis necessarium: imò affirmabat propositum in futurum parẽdi Deo, & custodiendi legem. Sed de hoc nihilominus reprehensus, & damnatus, quòd negabat necessariam esse pœnitentiam retroactæ vitæ. Si autem tu dicas, actum charitatis in Deum, pœnitentiam esse virtualem, idem ipse concessisset. Vbi ergo damnatur non requiri pœnitentiam, expresse pronuntiatur, quòd non sufficit aliquis actus charitatis, quem quis posset fingere esse virtualem pœnitentiam, sed quòd formalis sit necessaria contritio. Ait enim Augu. lib. 1. de nup. & concup. cap. 26. super illud Ecclesiasti. 21. quòd si à peccando desistere, hoc est, non habere peccare, sufficeret, tantùm hoc nos moneret scriptura, Fili, peccasti, non adijcias iterum. Non autem sufficit, sed addidit, & de pristinis deprecare, vt tibi remittantur. Exigitur ergo pœnitentia præteritorum. In summa cùm sacramentum pœnitentiæ positum sit in remissionem peccatorum, nemini patet salus, nisi per ipsum saltem in voto, quod tamen votum suapte natura, nisi præcunte detestatione peccati, non est legitimum. Quare sancta modò Synodus Triden. sess. 6. cap. 6. necessariam astruit pœnitentiam ante baptismum, & cap. 14. expresse ait, quòd non sufficit cessare à peccatis, sed quòd sit detestatio requisita. ¶ Suboritur autem ex hac altera dubitatio. Vtrùm præter actum pœnitẽtiæ requiratur alius charitatis, propterea, quod dictũ est semper dispositiones ad gratiam esse actus fidei, spei, & charitatis. Secundum autem Ioannem, Qui non diligit me, manet in morte. Et secundum Paul. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autẽ nõ habuero, nihil mihi prodest. Vnde colligit Augustinus, de vera & falsa pœnitentia, cap. 17. absq; charitate infructuosam esse pœnitentiam. Respondetur nihilominus, quòd quanuis frequentissimè præter cõtritionem peccatorum alius charitatis actus Deum præcise habens obiectum interueniat, veruntamen solus ille contritionis est simpliciter necessarius: quoniam idem ipse, actus est charitatis. Id quod & Augustinus eodem loco exponit, dicens, quòd ille vertitur à peccato, qui qua cunque de causa vult dimittere peccatum: ille autem conuertitur, qui iam totus & omnino vertitur: scilicet, qui iam non tantùm pœnas non timet, sed ad bonum domini contendere festinat: id est, qui peccata propter Deum, & cum proposito parendi execratur. Hũc enim reputat actum charitatis. Et S. Th. 1. 2. q. 113. non ponit nisi duos motus liberi arbitrij in iustificatione: primũ in Deum per fidem & desiderium iustitiæ, quod pertinet ad spem: & alterum detestationis peccati. Ita enim habet articulo 4. & 5. Et in 6. ait, quatuor enumerari in iustificatione: scilicet: infusionem gratiæ, motum fidei, & motum in peccatum, & remissionem. Et statim art. 7. ad. 2. explicat, quomodò simul potest esse vnus actus, quo peccatũ quis odit propter Deum, sicut vnũ corpus eodem motu recedit ab vno termino, & accedit ad alium. Et dialectici eodẽ assensu aiunt assentiri conclu-

Margin (right column): August. — Syn. Trid. — Dubiũ præcipuum. — 1. Ioan. 3. — 1. Cor. 13. — S. Tho.

conclusioni propter præmissas. Idem ait.3.p.
quæst.85.ar.3.nempe, q actus pœnitentiæ si
mul est,& charitatis, quatenus est displicentia
offensæ Dei,& species iustitiæ,quatenus est re
Actus sex in justificatióe. compensatio iniuriæ. Et articulo quinto ex-
plicatissimè ait,quòd primum principiũ actio
num, quibus ad gratiam disponimur, est diui-
na operatio. Secundus motus fidei: tertius ti-
moris: quartus spei: & quintus est motus cha-
ritatis, quo alicui peccatum displicet secũdum
seipsum, & non iam propter supplicia. Vide
quomodo actum charitatis appellet ipsam cõ
tritionem. Sexto loco ponit timorem filialem
& reuerentialem Dei. Sed tamen non est sem-
Cótritio est vltima dispositio ad gratiam huius.c.14. per necessarius ante iustificationem. Nam con
tritio ipsa, vt habet eadem.3.p.quæst.89.artic.
1.est vltima dispositio ad gratiam: quam alij,
inquit, actus præstãtioris charitatis subsequũ
tur. Et ita necessariò dicẽdum est. Nam vt cre-
brò iam diximus, Pœnitentia est cui tribui-
Quomodo pœnitentiæ tribuatur remissio peccatorum. tur remissio peccatorum. Pœnitentiæ (in-
quam) sacramento principalius virtute cla-
uium: virtuti autem pœnitentiæ secundariò,
tanquam proximæ dispositioni ex parte no-
stra, vt perquã scienter concludit idem Doct.
sanctus, eadem.3.part.quæst.86. artic.6.Vn-
Syn.Trid. de verbum illud Synodi cap.6. Diligere inci-
piunt, ac propterea mouentur aduersus pecca
ta, nõ est sic intelligendum, quòd semper sint
necessarij duo actus. Quoniam pœnitere est
Epilogus dispositionum inceptio dilectionis. ¶Igitur, vt quæ de dispo-
sitionibus fusè dispersimus, in pauca referam,
quasdam appellauimus remotissimas. Nempe
omnia opera moraliter bona, quæ naturali fa
cultate fiunt. Illa autem, quia non dimanant
ab influxu speciali spiritus sancti, non censen-
tur propriè inter dispositiones. Sed illa dun-
taxat opera, hoc nomine secundum proprie-
tatem veniunt, quæ peculiariter attingẽte nos
digito Dei exhibemus. Inter quas tamen aliæ
sunt remotæ & imperfectæ, neque semper ne-
cessariæ, aliæ verò proximæ, efficaces, & om-
nino requisitæ. Harum discrimen inde sumi-
tur, quod vt.1.2.q.112.art.2.&.q.113.art.7.
S.Thom. author est S.Thom. quãdoq; Deus paulatim,
& per gradus successu temporis, disponit ho-
minem, non quidem statim mouendo ad fidẽ
per charitatem operantem, sed ad fidem fortè
informem, vt ad Simplicianum quæstio.2.ait,
August. de catechumenis Augúst. in initio suæ conuer-
sionis, vel ad alia opera misericordiæ, seu alia-
rum virtutum, quibus, cor durum mollescat.
Aliquando verò de repente mouet ad actum
eiusmodi fidei, & charitatis, vti in Paulo.
Dispositiones ergo illæ insufficientes virtutũ

sunt actiones. Inter quas regulariter concur-
rit seruilis metus: item, humilitas, secundum il-
lud Iacobi, Deus superbis resistit, humilib' au- Iacob.4.
tem dat gratiam: & crebrò actus misericordię,
iuxta illud, Per misericordiam & fidem purgã Prouerb.15
tur peccata. Quinimò, & actus nonnunquam
charitatis informis, vnde non pullulat contri
tio. Dispositiones autem necessariæ & proxi- Dispositiones necessariæ & proximæ.
mæ, sunt actus fidei, spei, & charitatis. Enimue-
rò neq; sine istis esse potest salus, & istis præ-
sentibus, si fiant deo specialiter mouẽte, etiam
si nullus præcesserit seruilis metus inferni, ne-
que alia prorsus liberi arbitrij motio, eodẽ in-
stanti temporis ex necessitate subsequitur gra
tia: non quidem necessitate coactionis, sed in-
fallibilitatis: vt author est S.Thom.1.2.quæst. S.Thom.
112.artic.3.& theologi. Quare miraculo mihi
est doctissimus, & aliàs consyderatissimus Ca- Caieta.notatus.
ietanus in.1.quæstion.de contritione. vbi ait,
posita sufficientissima præparatione ex parte Posita sufficienti hominis dispositione statim infunditur gratia.
hominis, & cum auxilio speciali Dei, non esse
omnino certum eodem momẽto infundi gra-
tiam, sed quandoque deum pro suo benepla-
cito iustificationem per aliquam moram tem
poris differre. Vniuersa nanq; elogia supra ci
tata de pœnitentia cõsonantissime dissonant
huic assertioni. In quocunque enim momẽto
ingemuerit peccator, & assensum præbuerit
euocanti deo, certissima lege iustificatur. Qui
enim infallibilem legem causis naturalib' po-
suit, vt positis sufficientibus dispositionibus,
eodem instanti induceretur forma, firmiorem
posuit in operibus gratiæ. Et reuera, causa, vn-
de in hanc sententiam permotus fuit, minoris
est probabilitatis, quàm conclusio. Ait enim
quòd aliàs si certitudinem haberemus eodem Deceptio Caietani.
instanti, quo parati sumus, gratiam quoq; re-
cipere, eãdem haberemus certitudinẽ quòd su
mus in gratia. Nititur enim falsissimo funda-
mento, quòd possimus legitimæ nostræ præ-
parationis habere certitudinem. Sed tam de Nõ possum' nræ dispositionis certitudinẽ habere lib.3.c.11.
conclusione, quàm de ratione latiùs in fine ter
tij libri, cap. de certitudine gratiæ. Cùm autem
statuimus hos motus necessarios, non intelle-
gimus formaliter semper in eodem instanti, Motus actus que necessarij ad iustificationẽ impij satis est virtualiter præstari.
sed satis est virtualiter fieri. Etenim fieri po-
test, vt christianus habens fidem, & spem in-
formes, qui diu fuit, quasi parturiens, imperfe-
ctè pœnitens, repentino flagrore charitatis
prorumpat in subitam pœnitentiam in virtu
te præeuntium motuum fidei, & spei: licèt for
maliter tunc non eliciat illos actus, credo &
spero in Deum: sed satis est, quòd eius memi-
nerit misericordiæ.

De causis formalibus, quomodo gratia & virtutes distinguuntur. Cap. 17.

SAtis deniq; nobis de dispositionibus, quæ ad causam materialem reducuntur iustificationis, disertum nobis est. Nam etsi nostri fuerit animus, exactissimè scholarum more discussionem singulorum facere, pretium tamē operæ existimaui, paulò rem pressius vrgere; quàm qui stylo ferme oratorio præcisis testimoniis Patrum, hoc ætate rem theologicam tractant. Hac enim ratione non modo controuersię apertius elucidabuntur, verum etiam, illis definitis, commoditas erit materiam hanc habere suis numeris absolutam. Quare eandem phrasim in subsequētibus persequemur. Sequitur ergo de causis formalibus; quæ cum eiusmodi dispositionibus continuò connectuntur: quales sunt gratia, & virtutes. De quibus primum cum nostris colloquendum nobis est, ac deinceps cum aduersariis. Igitur de gratia & virtutibus non semper olim res certa fuit, essentne habitus infusi. Imò vsq; ad ætatem illam Magistri senten. res erat dubia. Nisi quòd pars affirmatiua plausibilior erat & plurimum probata. Vnde in cap. maiores, de bapt. & eius effectu, vtraque simpliciter pars sub quadam probabilitate denarratur: nisi q pontifex illam postremo loco tanquam vero magis cōsentaneam ponit. Et primum de gratia quanuis omnibus fidei catholica sit gratia nos saluari per fidem: vt ait Paul. An vero qualitas sit animæ; re ipsa ab anima distincta: veluti sunt habitus scientiæ, non adeò res est scripturarum elogiis constitutissima. Nam, quòd frequentissimum est, gratia nos Dei vocari, saluari, & glorificari, idem est quòd gratis, sine nostris meritis. Ita enim promiscuè ait Paul. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Neq; antiqui Patres ita multū clarè loquuti sunt de gratia, tanquam de vno quodam habitu, & qualitate. Atqui si res ex humana gratia coniectanda esset, contraria pars potius esset probabilior. Cū enim quis in gratiam principis, aut vllius amici recipitur, nulla sibi noua qualitas accrescit: sed per hoc solū gratus sum ego amico meo, quia obiectū sum amoris erga me sui & ipse vicissim mihi gratus, nō per amorem suū, aut aliam formam quæ sibi insit, sed quia ego per amorem, qui in me est, diligo ipsum.

De habitibus virtutum [margin]

Cap. Maiores. de bapt. & eius effec. E cōcil. V.ē nen. qđ habetur clem. de sum. trin. § ad hoc. [margin]

Ephes. 2. [margin]

Quid ∂ gratia fides doceat quid re uocet à nostris in quæstionem. [margin]

Roma. 3. [margin]

Humana cōiectura. [margin]

Magister. [margin]

¶ Iam verò de charitate Magister sent. lib. 1. distinctio. 17. ita sentit, vt audenter refutet esse habitum infusum, sed charitas, inquit, est ipse spiritus sanctus, qui nobis illabitur. Non quòd adeò desipiat, vt actus nostros charitatis qui accidentia sunt, ipsam esse cogitet substantiam spiritus sancti: sed id tantūm arbitratus est, quòd spiritus sanctus non excitet nos & moueat ad amorem Dei, & reliqua charitatis officia, per aliquem in nobis immanentem habitum, sed per se ipse proximè: vt de auxilio speciali loquuntur theologi. Hanc opinionem sibi in animum induxit propter verba Augustini. 8. de trini. cap. 8. vbi inter exponendum illud Ioannis, Deus charitas est, ait, quòd qui proximum diligit, consequens est, vt dilectionem ipsam diligat: nam dilectio Deus ipse est. Et inferius, Qui cognoscit fratrē, quem diligit, cognoscit, & charitatē ipsam, quæ deus est. Idem repetit libr. 15. ca. 17. vbi ait, Ita deus dicitur charitas nostra, sicut deus est spiritus. Atq; adeò manifestum est (inquit Magister) non esse aliam in nobis charitatē, præter personam ipsam spiritus sancti. Tametsi de reliquis virtutibus: puta, de fide, & de spe, expresse in. 3. sententi. docet esse habitus infusos: sed hoc solum negat de charitate, & fortè de gratia, propter suam excellentiam. ¶ At verò hoc idiomate Augustini, nō modò tunc Magister, sed & nunc plerique decipiuntur: vt capit. 20. circa iustitiam imputatam iteratò admonebimus. Fuit enim August. ab ineunte adolescentia Platonis philosophia intinctus, qui ideas separatas censebat esse indiuiduorum formas, quas ideas idem August. agnouit esse diuinā ipsam essentiam, vt theologi profitentur. Et idcirco cùm quicquid in nobis insit perfectionis vt sapientia, iustitia, charitas, & id genus reliqua, participatio quædam sit eiusmodi perfectionū quæ sunt in deo, crebrò vtitur illo modò loquendi Platonico, q nos simus boni bonitate, quæ est deus, & sapientes, sapientia, quę est deus. Atq; eadem phrasi ait charitatem nostram: videlicet, qua deum diligimus, esse Deū ipsum: vt fidus eius interpres diuus Tho. 2. 2. q. 23. cognouit. Haud tamē respuit, neq; verò denegandū est, quin in nobis sit habitus charitatis infusus, vt illico apparebit. Quamobrē iure, & meritò repulsus est in hac parte Magister ab omnibus theologis. Sanè, qui de gratia & virtutib⁹ tribus saltē theologicis (quicquid sit de aliis moralibus) vna mēte confitentur, esse habitus infusos. Id qđ cū optima ratione, tū etiā sacrorū elogiis cōfirmāt. Sed vt à rationibus gratię, & charitatis exordiamur, videre est primū, quo discrimine discernantur. Durand. 2. senten. dist. 26. nō punctim dignoscit inter gratiam, & charitatem. Quin prauè de illis diiudicat: existimans, quòd sicuti gratia sumus grati

Sētā Magistri explicatur. [margin]

August. 1. Ioan. 4. [margin]

August. sententia. [margin]

Plato. [margin]

S. Thom. [margin]

Theologorum sententia cōmunis de infusione trium virtutum theologicarum. [margin]

Durand. de gratia & charitate. [margin]

grati deo formaliter, ita per charitatem, quæ in nobis est, sumus illi chari. Quòd si verum esset, non solùm re, verùm neq; ratione differrent, sed solo nomine, vt ipse fatetur: imò altera redundaret. Nam esse quempiam Deo gratum, idé est, quod esse illi charū. Est nihilominus per se manifestum interuallum inter gratiam & charitatem, quòd gratia est forma, qua dilecti sumus Deo. Et ideo peculiariter dicitur gratia, non solùm, quia gratis (vt reliqua omnia charismata) donetur nobis; sed quia nos formaliter deo gratos reddit. Velati (vt sic loquamur) qui obiecta sumus dilectionis diuinæ, per quam (quæ sua substantia est) nos diligit. Charitas verò est habitus suffectus nobis ad diligēdum deum. Ita vt per gratiam sumus nos chari deo: non quòd per illam nos formaliter diligat (hoc enim facit per suum amorē) sed quòd illa nos amando perfundit, qua dicamur dilecti, & grati sibi. Per charitatem autem nos eum vicissim redamamus, & ipse fit nobis charus. Est enim charitas (vt. 3. libr. de doct. christ. cap. 10. definitor est August.) motus animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se atq; proximo propter Deum. Vnde grecè, diuersæ sunt voces, χάρις & ἀγάπη. Hæc gratiæ, & charitatis differentia, cùm probè, & scitè perspecta fuerit Scoto in. 2. dist. 27. profectò demiror, cur in eandem opinionem deflexerit, quòd charitas & gratia sint ijdē prorsus habitus, sola ratione distātes. Nam de Durando, & alijs, quibus hoc discrimen non fuit perspectum, potiùs mirandum est, cùm solo nomine apud illos differant, cur posuerint vlla ratione duas. Expendamus ergo tantisper causas vtriusque opinionis de hoc interstitio gratiæ, & charitatis. S. Thom. existimat duos esse habitus, non ratione modò, sed re etiā distinctos: vt gratia sit forma, quę dat nobis esse spirituale, & diuinum: vt pote, quo sumus formaliter accepti, & grati, eò, quod sumus ab ipso dilecti. Charitas verò est virtus, quæ nos facit dilectores, amantesque sui. Priùs enim (authore Ioanne apostolo) diligimur, quàm diligamus. Vnde. 1. 2. quęst. 110. priùs probat, quòd gratia sit aliquid in nobis, deinde quòd sit distincta à charitate. Ratio prioris membri sumitur ex discrepantia, quam inter gratiam diuinam, & gratiam humanam paulò antè cōmemorauimus. Sanè, quòd homo nō diligit amicum propter probitatem, quam in eo effecit, sed propter eam, quam in ipso apparētem videt, vel propter quāuis aliam cogitatam causam. Et ideo potest quis quēpiam habere gratum, & acceptum, sine aliqua bona qualitate, quæ in eo sit. Deus autem neminem diligit nisi propter bonitatem, quam ipse diligendo in generat. Quinimò idipsum quod nos diligit, est, dignos nos facere, & iustos, atque adeo potentes iusta, iusteq; operandi. Et ideo licèt gratia qua sum amico gratus, nihil in me qualitatis addat, ea verò qua sum Deo gratus, qualitas est mihi ab eo infusa. Non concludit ratio necessitatē: neq; verò vllus ambigit, quin absque vlla infusa qualitate posset nos deus habere gratos: sed suppositis testimonijs scripturæ, quibus infusio gratiæ insinuatur, vt cap. proximo videbitur, est optima ratio. Quomodo autem inter gratiam, & charitatem intersit, ex analogia naturalium idem S. Doctor cōiectatur. Deus enim non minori prouidētia disponit res gratiæ, quàm naturæ, quinimò multo maiori: in rerum autem ordine naturaliū, hoc perspectum nobis est, vt priùs res habeant esse per formas, deinde non solùm ipsas generali influxu iuuet, & moueat ad agendum, verū etiam virtutes singulis indiderit ad huiusmodi opera, vt sint ipsis naturalia. Hic enim genuinus sensus est illius verbi Sapientis, quòd deus attingit à fine vsq; ad finem, & disponit omnia suauiter. Nempe, quòd cùm nihil in vniuerso, neq; folium arboris, nisi ipso concurrente moueatur, tamen singulis impressit formas, & virtutes, atque adeò pondera, quibus vnamquanque rem in suum finem suauiter inclinaret. Pari ergo modo, eo tunc tēporis, quo nos iustificat, per suum in nos amorem, gratia nos informat, qua esse nobis diuinum cōmunicat, & vt ait Petr. apostolus, per tale pretiosum donum suæ nos consortes diuinæ naturę efficiat: atque adeò charitatem, & reliquos operatiuos habitus adhibet, quibus perfectè operemur iuxta conditionem eiusdem diuinæ naturæ. Et confirmatur adhuc ratio cōtra Magistrū sentēt. Nam quanuis nos spiritus sanctus moueat ad virtutum opera, facit hoc tamen (vt est apud Sapientem) suauissima dispositione. In officijs tamen, & operibus virtutum naturaliū, vt philosophi omnes, & experientia docet, non est perfectum opus, quo adusque procedat ex acquisito habitu, qui est sicut altera natura. Per habitus enim fiunt nobis opera connaturalia, atq; adeò facilia, quæ ante comparatum habitum erant difficilia. Vnde Aristotel. Virtus, inquit, est dispositio perfecti secundum naturam ad optimum actum eidem naturæ conuenientem. Multò ergo magis rationi consonat, vt in operibus gratiæ similes nobis habitus spiritus sanctus infundat. Quandoquidem nullo nos coactu

Refutatio Durādi de gra & charitate.

Gra est forma qua reddimur grati deo.

Charitas est virtus qua deum amamus.

Scot.

S Tom. de gra & charitate.

1. Ioan. 4.

Differūt dilectio hoīm inter se & qua nos deus diligit ex Tho. 1. 2. q. 110. art. 1.

Potest homo effici gratus deo ab eodē sine vllius infusione qualitatis. Vide Durādū. 1. d. 17. quæst. 1.

Sapien. 8.

2. Petr. 1.

Cōfirmatio.

Aristot. 7. Physi.

impellit, sed (quæ nostra natura est) liberè allicit, & appellit ad bonum, atque adeò ad opera gratiæ, acsi naturæ congruerent, ita dulciter promouet. Hinc sapienter colligit S. Thom. gratiam esse in essentia animæ: virtutes autem in potentijs, vt fidem in intellectu: spem autē & charitatem in voluntate. Quoniam gratia tantùm dat esse supernaturale, per quā prius natura somus accepti, & grati tanquam dilecti à deo. Et deinde sequuntur habitus in potentijs ad operandum dignè, vti decet filios Dei. Neque parum lucis adfert analogia, qua San. Thom. 1.2. quæstione. 110. patefacit, vt charitas, & & gratia distinguantur realiter. Sanè, quòd gratia sit, velut in naturalibus lumen intellectus. Vnde sicuti habitus naturales sunt virtutes illæ acquisitæ ad operandum secundum perfectionem luminis naturalis, ita charitas, & reliqui habitus virtutum diuinitus infunduntur simul cum gratia ad operādum pro portione debita ad illud esse gratiæ supernaturale. ¶ Rationes ergo restat vt expendamus, quibus Scot. & qui ei subscribunt persuasuio habent, vnum esse habitum, qui gratia sit & charitas. Sunt enim tres numero. Prima, quod quicquid excellentiæ tribuitur gratiæ, tribuitur & charitati, & econuerso. Vtraq; enim diuidit inter filios regni, & filios perditionis. Secunda, quòd vtraque est forma aliarum virtutum: quare neutra potest esse informis. Tertia, quòd vtraque coniongit nos vltimo fini summa coniunctione, quę potest esse in via. Sed profectò haud est difficile arietes hos authori suo obuertere. Ratio enim rerum, vbi non possunt separari, sumenda est inde, vbi separantur. Inter homines autem gratia, & charitas ita differunt, vt vna possit reperiri sine alia. Vsu enim sæpenumerò venit, vt quis sit alteri gratus, quem tamen non vicissim diligit, & solet quis alterum diligere, cui non est gratus: ergo quanqoam inter nos & Deum semper maritentur, sintque adeò indiuisæ sodales: quoniam, Qui diligit me, inquit, diligetur à patre meo: ratio nihilominus ipsarum diuersissima præ se fert distinctionem realem. Nam etsi vtriq; tribuitur diuidere ioter filios regni & perditionis, diuersissimè tamen, & prius natura hoc facit gratia, q̃ charitas. Ex eo enim quòd dilecti atque adeo grati somus Deo largitur nobis habitum charitatis, per quem ipsum redamemus: iuxta verbum. Ioan. Non quia nos prius dilexerimus, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Itē quanuis vtraque sit forma aliarum virtutum, & idcirco neutra possit esse informis, tamē in hoc vastissima etiam intercapedine distant. Nam gratia est forma aliarum virtutum ratione subiecti: charitas verò ratione finis. Quod est dicere. Gratia quia facit hominem gratum, tanquàm obiectum dilectionis diuinę, facit sequēter vt opera eius sint grata & accepta Deo: iuxta illud: Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: id est, & ideò ad munera eius. Charitas verò, quia habet Deum immediatè pro obiecto, habet & opera aliarum virtutum, veluti omnium regina, referre in honorem & gloriam Dei. Ac denique, quanuis vtraque nos cōiungat vltimo fini, & in hoc quoque plurimùm disparātur. Nam gratia est per quā nos Deus sibi amore copulat, gratosq; & sibi acceptos reddit: charitas verò, per quam nos ipsum amore prosequimur, iuxta illud August. in lib. de mori. eccles. Charitas est perfecta virtus animi, quæ coniungit nos deo, quia ipsum diligimus. Falsissimum ergo est, quòd vel per gratiam amemus formaliter, vel per charitatem simus formaliter grati. Quanuis per opera charitatis, tāquam per merita augeatur gratia. Sed & ex huiusmodi augmento sumitur aliud argumētū, quòd charitas & gratia distinguantur, quoniam non eadem proportione augentur. Quocunq; enim remisissimo actu charitatis statim crescit gratia. Quoniam cuicunque merito correspōdet certus gradus gloriæ ad quam statim acceptatur homo: & cum per gratiam acceptemur ad gloriam, fit, vt statim augeatur gratia. Charitas verò per actus remissiores ipsa non confestim augetur: vt S. Tho. 2.2. q. 24. & theologorū plurimi confitentur. Quoniam habitus operatiui potiùs dū remisse operantur, remittuntur. Quare quantitas gratiæ non sequitur in via quantitatem habitus; sed actuum charitatis. Sed de hoc nō statuimus hic disputare. Accedit in testimonium distinctionis gratiæ & charitatis, quòd gratia nusqoam vocatur virtus, sicut charitas, sed sub diuersis nominibus vbiq; exprimūtur, vt capite iam proximo patebit, vbi & euidentiùs commonstrabitur, habitus esse distinctos.

Gratia in essētia animę. 1.2. q. 110. arti. 4.

Rōnes Scoti diluuntur.

Rō rerū vbi non possunt separari, vnde sumenda sit.

Ad primum Scoti.

Ioan. 14.

1. Ioan. 4.

Ad secundū. Quō gratia & charitas sint formæ aliarū virtutum. cap. 18.

Genes. 4.

Augu. ex argumento diuerso.

Operibus charitatis augetur gratia.

Etiam remissimo actu charitatis augetur gratia, remittitur tamen charitas ergo distinguuntur.

De eisdem causis formalibus, quomodo iustificent. Cap. 18.

Postquam visum est, vt gratia, & virtutes distinguātur, quod necessarium erat ad intelligēdum modū diuersum, quo ad iustificationem concurrunt, duo supersunt de ipsis constituēda. Primum de infusione, & alterū de ratione forma-

formali, qua iustificāt. Et quòd sint habitus
Habitus infusi cōstituū tur sacris testimonijs. grā. s. & tres ytutes theologicæ. infusi, quanuis non antea fortè ita cōstanter,
tamen à tempore concilij Viennēsis pro com
perto habetur inter Patres, & theologos, vti il
lic decretum est. Quod quàm plurimis est sa-
cris testimonijs consonātißimum. Primum
est ad Titum, Secundum suam misericordiam
Cōsensus patrū & theologorū in hac re. saluos nos fecit per lauacrum regeneratio-
nis, & renouationis spiritussancti, quem effu-
dit in nos abundè per Iesum Christum salua-
Tit. 3. torem nostrum. Cuius simile & illud est, Cha-
Roma. 5. ritas dei diffusa est in cordibus nostris per
spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vox
enim, infusio, donum aliquod, præter motum
dei, designat, quod in nobis permaneat. Nisi
quòd primus locus ad gratiam propiùs spe-
ctat gratum facientem. Per misericordiam em̄
suam saluos nos facere, idē est, quòd per chari-
tatem, qua ipse nos diligit. Secundum verò ex
presse loquitur de charitate, qua nos ipsum di
ligimus. Ita enim ait de spir. & liter. capit. 32.
August. August. Charitas dei dicta est diffundi in cor-
dibus nostris, non qua nos ipse diligit: sed qua
nos facit dilectores suos. Tertius locus est in
1. Ioan. 3. prima Canonica Ioannis, Omnis qui natus
est ex deo peccatum non facit: quoniam se-
Gratia semē Dei. men ipsius in eo manet. Verbum, manet, in-
hęrētis habitus significationem gerit. Et quan-
uis virtutes etiamnum semina bonorum ope-
rum, sanè quorum sunt principia, dici poßint,
significantiùs tamen ac propriùs nomini se-
minis subijcitur gratia, per quam ex deo Chri
sto nascimur: sicuti naturali semine ex priori
Adam. Et præterea, quia gratia est seminatio
fructuum, sanè vnde opera nostra sint meri-
Ioan. 14. ta gloriæ. Accedit & illud, Siquis diligit me,
diligetur à patre meo, & ad eum veniemus, &
mansionem apud eum faciemus. Quod ipse
idem exponens euangelista in sua Canonica,
1. Ioan. 4. ait, In hoc cognoscimus, quòd in eo maneṁ,
& ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit
nobis. Cùm ergo Deus præter generalem illū
modum, quo vbiq; est per essentiam (vt aiūt)
præsentiam, & potentiam, singulariter in no-
bis dicatur persistere per suum spiritū & cha-
ritatem, inexplicabilis est modus alius, quàm
per habitus gratiæ & virtutum, quibus nos di-
uinitus informat. Adeò, vt S. Patres non vereā
tur dicere, quòd sicut anima est vita corporis,
ita & ipse sit vita animæ. Nempe, vt qui ma-
net in charitate, in deo maneat quadamtenus:
vt materia in virtute formæ, & Deus in ipso, vt
virtus formæ in materia. Eodē pertinet, quod
2. Petr. 1. ait Petr. Maxima & pretiosa vobis promißa
donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ cōsor-
tes naturæ. Et illud Pauli, Quicunq; in Chri- Galat 3.
sto baptizati estis, Christum induistis. Indui
enim Christum, compingi ei est, veluti mem
brum, vt qui in eo renascitur suam ipsius ima
ginem moribus exhibeat per gratiam & vir-
tutes tali genitura susceptas. Et ad Corinth. 2. Cor. 1.
Deus designauit nos, & dedit pignus spi-
ritus in cordibus nostris. Id quod repetit ad
Ephes. vbi ait, Signati estis spiritu ꝓmißionis Ephes. 1.
sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Re-
ferta est huiusmodi elogijs sacra pagina. Nam
præter hæc de gratia, & charitate, supra cap. 8.
de fide plurima adsciuimus: & idem est de spe
iudicium. Quare de gratia & tribus theologicis
virtutibus summa consensio est inter theolo-
gos, habitus esse infusos. ¶ Atqui maximum Conclusio.
argumentum in hanc sententiam sumitur ex Argumē. de pueris. ex
infantibus baptizatis: sanè, quos cùm verè san Tho. 3. p. q.
guine Christi geniti sint filij Dei, huiusmodi 69. artic. 6.
subsidia in vitam spiritualem, certum est par- Sūma cōsensio Theologorū fidem,
ticipare: & cùm maturi non sint, vt per modū
actuum suscipiant, plusquam coniectura est, spē, charitatē, esse habi-
eadem illis impartiri per modum habitus. Vn
de cùm essent quondam, qui contrarium opi tus infusos.
narentur, dicentes paruulos ex eo, quòd non
sunt habiles, & idonei ad vsum eiusmodi ha-
bituum, nequaquam illis infundi, sed tantùm
recipere remißionem peccatorum, atq; perue
nientes ad vsum rationis, tunc temporis virtu
te characteris eosdem habitus recipere, Conci Cōcil. Viennens.
lium Viennense, sub titul. de sum. trini. & fide
catho. constitutioni Innocentij in ca. maiores.
nouum, magnumq́; authoritatis pondus adhi
buit, his verbis, Nos autem attendentes effica-
ciam mortis Christi, quæ per baptisma appli-
catur pariter omnibus baptizatis, opinionem
secundam, quæ dicit, tam paruulis, quàm a-
dultis conferri in baptismo informantem gra-
tiam, & virtutes (distinguit inter gratiam, &
virtutes) tāquam probabiliorem, & dictis san
ctorum, ac doctorum modernorum theolo-
giæ magis consonam & concordem, sacro ap
probante Concilio duximus eligendum. Cō-
sentienter S. modò Synodus capit. 7. seß. 6. ait, Syno. Trid.
merito sanctißimæ paßionis Christi in ip-
sa iustificatione infundi iustitiam: hoc est fi-
dem, spem, & charitatem, quæ est sicut prima
stola euangelica, quā pro illa per Adā inobe-
dientiam perdita, renati iubentur, candidam,
& immaculatam seruare, vt eam perferētes an
te tribunal Christi, recipiant vitam æter-
nam. Et cano. 11. sub anathemate explicatiùs
censet, gratiam, & charitatem in renatorum
cordibus diffundi. Tametsi consultò de habi-
tuum nomine nihil meminerit. Et quanuis de

ſolis virtutibus in genere pronunciauerit Synodus, idem etiam ſentiendũ eſt de donis ſpiritusſancti, quæ pronunciauit Propheta ſub ſeptenario numero, requietura in flore radicis Ieſſe, ac ſubinde ſuo cuiuſque modulo, & gradu in ſingulis eius membris. Hæc enim diuus Grego. in principio ſuper Iob agnouit in ſeptẽ filijs ſuis diſtincta à tribus virtutibus theologicis per tres eiuſdem filias deſignatas. Quinimò quanuis de hoc non ſit tam vna omnium ſententia, tamen ſi fides habenda eſt S. Thomæ, quatuor præterea cardinales virtutes infunduntur cum gratia Chriſti: qui ſapientia illa diuina eſt, de qua ſcribitur, quòd ſobrietatem, & ſapientiam docet, & iuſtitiam, & virtutem. ¶ His præhabitis de infuſione, quòd primum huius capitis membrum erat, conſyderatè in cauſis formalibus iuſtificationis conſpiciendus eſt numerus, ordo, & modus ac demum, qua ſint ratione cum materialibus diſpoſitionibus contextæ. Etenim quem admodum quatuor ſtatuebamus in ſermone cauſarum materialium. Primum videlicet, ex parte Dei mouentis, ſpeciale auxilium, ac deinde tres motiones liberi noſtri arbitrij: ſcilicet, fidei, ſpei, & charitatis, ita in eodem inſtanti temporis protinus ſubſequuntur alia quatuor, quæ cauſæ ſunt formales diuinitus infuſæ, ſcilicet, gratia remittens peccatum per diuinam erga nos dilectionem, & tres habitus earundem virtutum, Deum habentes pro obiecto: vtpote, quibus in eum dignè, & meritoriè credimus, ſperamus & amorem referimus noſtrũ. Atqui quo naturæ ordine motiones illæ antecedunt gratiam, eodem prorſus infundũtur habitus in eodem inſtãti: puta, fides, ſpes, & charitas. Quocirca S. Tho. quem ordinem poſuit. 3. p. quæſt. 85. arti. 5. inter diſpoſitiones noſtras ad gratiam cum auxilio ſpeciali, eundẽ. 2. 2. q. 113. art. 8. diſponit in infuſione gratiæ, & virtutum. ¶ Sed quantum ad modum iuſtificandi, prudenter internoſcendum eſt ac diſpiciendum, quòd quanuis gratia & virtutes cauſæ ſint formales iuſtificationis, haud tamen eodem modo, ſed lõgè diuerſo. Bifariàm enim vſurpare poſſumus hoc quod eſt nos iuſtificari: vel potius eiuſdem iuſtificationis duplex eſt effectus, & ratio. Dicimur enim iuſtificari, quia nobis condonantur peccata, atque adeò grati, & accepti ideò reddimur. Et dicimur iuſtificari, quia ſimul facultatẽ accipimus ad faciendũ iuſta. Primum gratię per ſe formaliter attribuitur: alterum verò charitati, & reliquis virtutibus. Quamobrem, quicquid ſentire libuerit de gratia, & charitate, ſint ne vna, an plures, non eſt vel ſentiendum, vel affirmandum iuſtificari nos in primo ſenſu: id eſt, à peccatis liberari per charitatem nobis infuſam, niſi fortè vt effectus eſt, & miniſter gratię: vt ſtatim dicturi ſumus. Nam illa (quatenus charitas eſt) non eſt, qua à Deo diligimur: ſed qua ipſum diligimus. Et tamen non ignoſcit nobis Deus delicta per hoc, quòd ipſum diligimus, ſed quia, teſte apoſtolo Ioanne, prior ipſe diligit nos, infundendo gratiam, qua dicimur dilecti: tanquam obiecta (vt ſic dicamus) dilectionis erga nos ſuæ. Porrò idẽ docet Paul. ad Epheſ. vbi ait, quòd Deus prædeſtinat nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ (non ergo noſtræ) in laudem gloriæ gratiæ ſuæ: in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Quem ſermonem exponens Auguſt. de prædeſtina. ſanct. cap. 18. æſtimatè conſyderat illud verbum, Secundum placitum voluntatis ſuæ. Ne in tanto (inquit) beneficio gratiæ Dei placito gloriemur voluntatis noſtræ. Et præterea contemplatur, quomodo in voluntate ſua gratificauit nos. Dictum eſt enim (inquit) gratificauit, à gratia. Hęc Auguſt. Colligamus ergo, quòd ſicut in prima iuſtificatione, qua conſtituimur ex iniuſtis iuſti, nõ iuſtificamur per noſtram iuſtitiam, ita neq; merito amoris noſtræ volũtatis, etiam ſi à deo ſit infuſus, ſed per gratiam voluntatis ſuæ. Iuſtificamur autẽ per habitus primùm cooperando noſtrę iuſtificationi: deinde vt iuſtè, id eſt, dignè & meritoriè credamus, ſperemus, & amemus, ac deni que operemur: quod quiuerat nemo ante gratiam. ¶ At verò ad pleniorem rei huius intellectum, notandum eſt: primùm, quod alia ratione charitas, quàm gratia opponitur peccato. Charitas enim aduerſatur illi, ſicut amicitia inimicitiæ in eodem ſubiecto. Qui enim diligit Deum, non offendit ipſum. Gratia verò & peccatum intrinſeca ratione formali contraria ſunt tanquam diuerſa obiecta reſpectu dei. Exiſtere enim hominem in peccato, eſt ingratum eſſe, inuiſumq;, & offenſum deo: eſſe autem in gratia, eſt eſſe gratum Deo, & acceptum. Quoniam intrinſeca ratio peccati non conſiſtit, vt nõnulli cogitant, in hoc, quòd ſit acceptũ ad pœnam: ille enim eſt eius effectus. Sed quanuis nullum in peccatorem decretum eſſet ſupplicium, qui feciſſet contra eius volũtatem, ingratus illi eſſet. Quo fit vt gratia gratum faciens ex diametro opponatur peccato, atque adeò formaliter per modum contrarietatis expellat ipſum, vt author eſt Sanct. Tho. 1. 2. quæſtio. 113. articul. 2. Neque aliter profectò

Eſa. 7.

Eſa. 11.

Quę dona & virtutes p̃ter theologicas infundũtur cũ grã.

S. Tho. 2. 2. q. 63 ar. 3.

Sapien. 8.

Quatuor de cauſis formalibus cõſyderantur.

Coherẽtia inter ſe actus diſponentes ad gratiã & virtutes quę cum eadẽ infunduntur.

Ordo.

S. Tho.

Modus iuſtificationis.

Gratis & virtutibus diuerſo modo sũt cauſæ formales iuſtitiæ. Iuſtificationis duplex effectus.

Dicẽdũ non eſt liberari nos à peccatis p infuſã charitatem.

1. Ioan. 4.

Epheſ. 1.

Charitas & grã oppo. peccato.

Rõ peccati.

Grã gratum faciens tanq̃ formale contrariũ expellit peccatũ.

fectò expelli potest. Non dico ita necessariam esse gratiam, vt sit qualitas, nã fine illa potuit nos deus facere gratos, sed loquendo (vt aiunt) formaliter de gratia, nihil aliud est, Deum nobis peccata remittere, quàm in suam nos gratiam recipere. Scio Scotum in.4.dist.1.q.6. & dist.14.&.16. contrarium opinari de potentia saltem Dei absoluta. Quia sicut potuit, inquit, creare hominem in meris naturalibus sine gratia & peccato, ita potest & peccatum taliter remittere, vt restituatur sine gratia ad pura naturalia. Sed profectò cõtrarium est multò probabilius. Nempe, quòd quanuis possit homo condi in naturalibus, tam culpa, quàm gratia vacans (quod est medium inter ista contraria) in quo homine, vt primum peccatum nullam expelleret gratiam, ita neq; si primum reciperet gratiam, illa depelleret peccatum, tamen postq̃ quis illud cõmisit, certè malè est intelligibile, quòd possit remitti, nisi per dilectionẽ, qua Deus eum diligat, qui sibi erat offensus, atque adeò per hoc, quòd recipiat eũ in gratiã. Est veruntamen de potentia Dei absoluta vanum disputare. ¶ Vt ad rem igitur redeamus.

Scotus.

Non probatur sententia Scoti dicẽtis hominẽ sine gratiã restitui posse ad naturalia.

Secundò notandum, quemadmodum gratia priùs natura infundatur, quàm virtutes. Nam per hoc, quòd nos Deus diligit, confert nobis omnia bona. Quod est validissimum argumẽtum, gratiam à charitate distingui. Si enim gratia priùs infunditur, quàm fides, & fides q̃ charitas, quomodo gratia potest esse idem, quòd charitas? Profectò faciliùs adduci possem, vt crederem, gratiam, nullam esse qualitatem distinctam, quàm vt opinarer, eandem esse, quæ charitas. Pari iam facilitate Melancthon, & reliqui aiunt, gratiam non esse charitatem, sed fidem. Quod planè, etiam si opinio sua vera esset, quod sola fide iustificamur, falsum nihilominus esset. Quoniam si fides est, per quã apprehendimus misericordiam, eadẽ est per quã apprehendimus gratiam, atque adeò fides nõ est gratia ipsa. ¶ Tertiò hic tandem, quò de causis iustificationis summum addamus verbum: consyderatè cernendum est, quo se habeant modo, naturales dispositiones ad causas formales. Et primò vtrum idem sit motus dispositionis ad gratiam, & quo nos Deus iustificat. Atqui secundum Scotum, & illos qui introducunt meritum congrui, nulla est difficultas: quoniam motus dispositionis est à facultate ipsa, & vigore naturæ per solum concursum generalem Dei: post quem Deus per se solus infundit gratiam iustificantem. At verò, si verum est, quod supra capit.3. constituebamur: scilicet, quòd dispositio ipsa est

Gratia prius natura infũditur quàm virtutes.

Fides est grã Lutheranis, idẽ ea.&equ. Improbatio.

Ordo causarũ mate. ad for. in iustificatione.

An idẽ motus sit dispositionis ad gratiã & quo iustificamur : cot.

motus Dei peculiariter nos trahentis, dubium est, vtrùm deus infundendo gratiam moueat nos simul ad recipiendum eam, vel priùs nos moueat, quàm infundat. Et ratio dubitandi ex vna parte est, quòd dispositio debet præcedere formam, Et ita S. Thom. 1.2. quæst. 109. articul.6. dicit, quòd præparatio ad gratiam fit per auxilium speciale, quasi sit alius motus præuius. At verò ex altera parte difficile est explicatu, postquàm dispositio, & ipsa iustificatio eodem momento fieri possunt per infinitã vertutem Dei (vt author est idẽ S. Tho. eadem. 1.2. quæstio. 113. articu.7.) quomodò eodem puncto temporis possibile sit, vt priùs ordine naturæ sit motus dispositionis, quàm infusio gratiæ. Et augetur dubium ex dictis eiusdem in eadem quæstio. proximè citata, ar titul.6. vbi ait, quòd iustificatio est quidã motus, quo anima mouetur à deo ad remissionẽ peccati. Ad quam proinde quatuor requirun tur: scilicet, gratiæ infusio, quæ accipitur ex parte motionis diuinæ: secundò motus liberi arbitrij per fidem in Deum: tertiò motus eiusdem liberi arbitrij in peccatum: & quartò tanquam effectus est remissio peccatorum. Et idem expressiùs adhuc repetit artic. 8. dicens, quòd Dei mouentis motio est gratiæ infusio præcedens motus nostros. Ex quibus verbis consequens apparet, dispositiones illas liberi nostri arbitrij nullatenus præcedere infusionem gratiæ. Et præterea colligitur, quòd non est aliud auxilium speciale, quàm ipsa infusio gratiæ. Ecce, quòd Protestantes initio execrari cœperunt in doctrina scholastica: scilicet, quòd per eam theologia iustificationis in istos anfractus philosophiæ conijceretur, vbi non potest planè intelligi: cùm tamen res est, quæ plebibus plana, ac peruia deberet esse.

¶ Ad hoc tamen, quia punctum hic delitescit huius controuersiæ, per dispositas propositiones, ex ordine respondebimus. Primum, non sunt omnia mysteria populis prædicanda, & euulganda, quæ in scholis vtiliter discutiuntur. At sunt nihilominus nonnulla creditu necessaria in materia iustificationis, quę nequeũt nisi per philosophiam explicari. Prędicandum inquam, plebi est, quòd vt nemo rationis compos valet, nisi per gratiam christi iustificari, ita nullum deus vi cogit, sed iuxta suam naturam liberè ad se trahit. Et præterea, quòd cùm sit virtutis infinitæ, subitò potest honestare pauperem, hoc est, simul & cor hominis emollire, & à peccato diuellere, atque sibi per gratiam reconciliare. Et hoc satis est, populus auscultet & credat. Maiores autem, qui expositi sunt,

Solutio quęstionis. 1. propositio

Quæ sint annuntiãda plebi de homine iustificatione.

1. Petr. 3.

sciti sunt, vt rationem reddant eius, quæ in nobis est fidei, nihil aliud quàm operæpretium faciunt, si per philosophiam, licet non vulgo, sapientibus tamen explicare student, quemadmodum in vno instanti hæc cohæreant, vt à Deo moueamur, & simul eius recipiamus gratiam. Sicuti iam ipse Bucer. fatetur pœnitentiam ordine naturæ præire gratiæ per instinctum spiritusſancti. Sit ergo secunda propositio. Auxiliū speciale, per quod disponimur ad gratiam, nōnunquā potest tempore ipsam præcedere. Diximus enim paulò ante præparari nos quandoq; à deo gradatim antequam perueniamus ad veram contritionem, quę est dolor peccatorum propter deum. Eodem enim instanti quo per motum specialem Dei hæc fit, infunditur gratia. De alijs ergo dispositionibus tempore præcedentibus liquidum est, vt sint diuersi motus per auxilium speciale ab infusione gratię, sed de vera contritione, quæ simul fit cum infusione ipsa, qualis (exēpli gratia) fuerit conuersio Pauli, subnittam tertiam propositionem, quam fuisse arbitror, & mentem S. Thomæ, & omnino rei veritatem. Nempe, quòd Deus infundendo gratiam simul mouet, ac præparat liberum arbitrium ad acceptandum. Verba sunt S. Thomæ quæstio. iam nunc citata, artic. 3. Atqui parum refert, sint ne duo motus, an vnus, quo nobis, & gratiam infundit, & auxiliatur, vt moueamur in ipsum, eundem acceptantes, & recipientes. Quāobrem motus liberi arbitrij non pręcedit gratiam simpliciter ordine naturæ, sed cum limitatione: id est, in genere causæ materialis. In genere enim causæ efficientis, gratia præcedit. Appositissimum arbitror exemplum de vento, qui dum impetu ingruit in fenestram clausam, intrando aperit, & aperiendo intrat. Nihilominus in genere causæ efficientis, non quia aperit intrat, sed motu quo intrat, aperit. In genere autem causæ materialis, prius natura est apertio: quoniam nisi aperiretur fenestra, aula non reciperet ventum. Ita ergo in proposito non est intelligendum, quòd priùs natura simpliciter, in genere causæ efficientis moueamur à Deo, quàm gratia infundatur, sed infundendo mouet nos, vt recipiamus. Et hic est sensus verborum Sanct. Thomæ eodem art. 8. & ad secundum argumentū, vbi ait, quòd dispositio respectu subiecti præcedit receptionem formæ: & hoc modo dispositiones præcedunt gratiam: si tamen consyderemus ex parte agentis, prius natura est infusio gratiæ, per quā mouet subiectū, vt recipiat. Atq; idem est, quod aiunt philosophi, formam sub-

Bucer. pœnia præcedit grām ordine naturæ huius c. 13.

2. propositio

Simul gratia & pparatio

3. Propositio S. Tho. 1. 2. q. 113. articu. 3.

Quō motus liberi arbitrij præcedit grām. Tho. 1. 2. q. 113. art. 8. ad. 1.

Simile à vēto.

Exēplū ex Philosophis.

stantialem secum adferre suas dispositiones: vt forma ignis substantialis secum adfert calorē, qui manet in igne genito. Nam quæ præcesserunt in aqua, ipsa corrupta, corrumpuntur: si accidentia sint in toto composito.

¶ Per hæc soluitur insigne dubium, de quo nō parua fuit disputatio inter theologos Concilij, an fides, spes, & charitas, quæ infunduntur in iustificatione, sint censendæ causæ formales iustificationis. Atque adeò, vbi ait Paulus, Arbitramur iustificari per fidem, vtrùm fidei nomen designet causam formalem, an verò solam dispositionem. Ad hoc inquam dubium egomet mihi ita respondeo. Imprimis gratia ipsa, vt monstratum est, propriissimè est causa formalis iustificationis, qua scilicet remittūtur peccata, & ex iniustis efficimur iusti, atq; adeo nominamur, & sumus accepti Deo ad vitam æternam: tanquam filij ad hæreditatē. Habitus autem virtutum: puta, fidei, spei, & charitatis, nullaten⁹ isto modo sunt causa formalis, non solùm quòd posteriùs ordine naturæ infundantur, quàm gratia, sed quia per se ipsi, nec remittunt culpam, nec faciunt hominem gratum, sed solùm facilē, quinimò potentem ad credendum, sperandum, & amandum dignè, & meritoriè. Qua ratione propriissimè dicuntur inhærens iustitia. Est enim iustitia authore Aristo. virtus, qua quis aptus est, & propensus ad ea facienda omnia, quæ iusta sunt. At verò de actibus earundem virtutum dubitatio est, an causæ censeri possint formales remissionis peccatorum. Potest enim cuipiam fortè probatior apparere pars negatiua: eo, quod eiusmodi actus præcedant gratiam in genere causæ materialis. At verò cuiuscunq; scholæ sequamur viam, citra controuersiam consentiendum est, actus virtutum esse modo quodā causas formales remissionis. Non principales & per se, sed tanquam ministri seu instrumenta gratiæ. Nemo enim theologorum negare potest, quin contritio: puta dolor, quatenus gratia informatus: sit causa remissionis peccatorum. Neque id Scotus negasset, quoniā pœnitentia est virtus remittendi peccata. Attamen in via Sancti Thomæ res est dilucidior. Nam actus ipse contritionis: puta dolor propter Deum in genere causæ efficientis sequitur gratiam. Vnde eadem quæstione. 113. articul. 3. vbi ait, iustificationem impij fieri, Deo mouente hominē ad iustitiam, clarè docet, motionem liberi arbitrij esse causam formalem remissionis. Et artic. 6. dicit præire infusionem gratiæ: deinde sequi naturæ ordine motus liberi arbitrij in Deū per fidem: tertiò in pec-

An fides sit causa formalis.

Gra ppriissimè causa formalis iustificationis.

Habit⁹ theologicarū virtutū qua ratiōe sint causæ formales.

Aristot. de iustitia. Ethico. 5.

Actus virt. causæ for. quodāmodo remissionis peccatorū.

Scotus.

S. Thom.

in peccatum: & tandem quartò est cōsummatio seu peruentio ad terminum motus, qui est remißio peccatorum. Et in. 3. argumento expreßè ait, quòd remißio peccatorum consequitur motum liberi arbitrij in Deū, & in peccatum, tanquam effectus ad causam. Idemq; repetit art. 8. Est ergo actus fidei, & eadem ratione, spei, & charitatis, scilicet poenitentiæ, causa formalis: per quas virtutes gratia operatur ad remittendum peccata. Atqui si quis hæsitauerit, vtrùm sit priùs gratiæ infusio & virtutum, an remißio peccati. Videtur enim ex vna parte infusio præcedere, quia est causa remißionis: ex altera remißionem fieri priùs, quia peccatum contrariatur gratiæ. S. Thom. ibidē optimè respondet, quod quemadmodum in naturalibus, dum sol illuminat aërem, ex parte quidem subiecti aëris, priùs natura est purgari à tenebris, quàm lumē reciperere: sed ex parte agentis econuerso, priùs natura est illuminare. Nam per lumen expelluntur tenebræ. Quinimò quoad substantiam vnus sunt motus.

Conclusio de causis formalibus.

Vtrū priùs gratiæ an remißio peccatorum.

Thom. 1. 2. q. 113. arti. 8. ad primū.

¶ Per hæc compertißimum, & constitutißimum sit principale propositum huius nostri instituti, quòd cap. 12. coepimus explicare: scilicet, quomodò id quod nos iustificat, est FIDES QVÆ PER CHARITATEM OPERATVR. Nam cū iustificatio sit motio ad iustitiam, motio illa incipit simpliciter à Deo per infusionem gratiæ, sed primus in nobis virtutis motus, quo à Deo eidem gratiæ recipiendæ admouemur, est fidei ingenerantis mox spem, deinde charitatem detestantē peccata, quæ vltima est dispositio, & virtus eiusdē gratiæ ad remouendum peccata. Secundò cōstat, vt actus ipsi per quos mouente Deo, iustificamur, sunt meritorij de condigno, non quidem gratiæ, ordine naturæ præcedentis, sed tamen gloriæ, ad quam per eandem gratiā accepamur: vt author est S. Tho. 1. 2. q. 112. ar. 2. ad. 1. ar. & q. 113. ad tertiū. Itaq; gratia nō est merces operum, vt ait Paul. sed tamen gloria est merces. Licet dicatur etiam gratia, quia Deus dat nobis, velle, & operari. Gratia enim eodem instāti, quo infunditur, operatur, vt ait ibidem S. Thom. Tertiò patescit, quomodò attritio propriè nunquàm fit contritio, vt ipse ait in. 4. dist. 14. quæst. 2. artic. 1. quia ille dolor propter Deum, si fit per auxilium speciale, nūquam fuit attritio: si autem non fuit propter Deum, nūquam fit contritio ex obiecto: quia idem actus numero non mutat obiectum, nisi dicatur extrinsecè contritio, adueniēte gratia.

Fides quæ per charitatē operatur.

Dispositiões meritoriæ supra cap. 12. & libr. 3. capit. 9.

S. Tho.

Attritio non fit contritio.

¶ Elucet ex his tandem intellectus confeßionis S. Syn. Trid. cap. 7. vbi fidem, spem, & charitatem posuit in causis formalibus. Si enim referatur ab habitus, verißimum est, quia per illos efficimur formaliter potentes meritoriè faciendi iusta, & si ad actus, per illos etiā modo exposito formaliter iustificamur: sed de Synodo adhuc paulò pòst explicatius.

Syno. Trid.

De causis formalibus iustificationis aduersus Lutheranos. Cap. 19.

CAusis itaq; iustificationis ex catholicorum theologia, vt antiqua, ita probatißima, constitutis, de quarum ratione haud grāde inter ipsos dißidium est, agenda iam res est cum aduersarijs. Animaduertenda enim tria dogmata sunt, & expendenda, quæ de causis formalibus prædicant. Primùm dicere pertendunt, quòd nō ita remittuntur iustificatione peccata, vt tollantur: sed solùm quòd à Deo non imputentur. Secundum, quòd nulla in nobis insit iustitia formaliter, per quam simus iusti: id est, accepti Deo, & digni vita æterna. Et tertium, quòd omnes quotquot fuerūt, eruntq; iusti post peccatum Adę, tales sunt formaliter per iustitiam Christi, quæ omnibus imputatur, vt singulorum propria. Primum quidem punctum, quatenus ad peccatum originale spectat, patentißimum est apud ipsos, vt libro priori, capit, 11. & 12. visum est. Puta, non ita remitti in baptismo, vt prorsus tollatur. Sed de actualibus variè, & lubricè loquuntur. In colloquio Vuormatiensi dißimilem statuebant rationem, inter originale, & actuale. Nempe, quòd actualis culpæ cum actu transeat, non manet nisi reatus: quo soluto, nihil restat peccati. Imò neque reatus vllus poenæ. Nam aiunt, per fidē simpliciter peccata condonari. Sed de peccato originali, diluto per baptismum reatu, manet actu insultus ille concupiscentiæ, quem dicunt esse Deo odibile peccatum. Attamen in alijs locis, idem videntur de actuali, quòd de originali sentire. Iugiter enim glossant remißionem peccatorum, & iustificationē, per hoc quòd fide iusti reputamur propter Christum. Verba sunt in apologia Augustana, arti. 6. de iustificatione. Placet obedientia (videlicet iustificatorum) erga legem, & reputatur quædam iustitia. Et Melancthon in apologia identidem replicat, quòd quanquam in iustificato sit renouatio inchoata, tamen hærēt adhuc in natura reliquiæ peccati. Et rursum, Hæc inchoata legis impletio placet Deo, quia propter fidem in Christum non imputatur nobis hoc quod deest impletioni legis. Et in libello imperatorio, vbi limatiùs videntur loqui,

Tria Lutheranorū dogmata de causis formalibus iustificationis.

Lutherani negant esse nos formaliter iustos, sed nō imputari potiùs cēsent peccata.

Colloquiū Vuor.

Lutheranorum imputata iustitia.

Melancthoni in iustificato est inchoata renouatio nō perfecta.

loqui, adhuc inculcant verbum reputari. Aiũt, enim, Ea sic fide in Christum iustificamur, seu reputamur iusti. Idem in concordãtijs Bucerus, & super Paul. Rom. cap. 2. Et Luth. ar. 2. generaliter dicit, quòd non est idem, peccata remitti, & peccata tolli. Atqui cùm dicant in omni opere bono iustum peccare (de quo lib. 3. disserendum nobis restat) manifestè ex ipsis colligitur, nullum simpliciter esse iustũ apud Deum: sed id tantũ venire nomine iusti, quòd Deus propter suam misericordiam non imputat nobis peccata nostra. Si enim officia, quæ in gratia facimus, peccata (vt aiunt) de se omnia sunt, consequens fit, vt neque peccata verè remittantur, sed tantùm non imputantur. Et hac de causa tanti isti faciunt acceptionem illã tertiã iustificatiõis, quã nos supra explicuimus c. 5. & 6. Nempe, quòd dicatur qs iustificari, dum iustus pronuntiatur. Quo nimirũ verbo creberrime vtuntur, vt sub quo venenum abscondant. Videlicet, quod vti iudices humani iniustos sæpe legitimè eos pronunciant, qui verè non sunt tales, ita sit apud Deum. Atque adeò in hoc sensu legunt illud, Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Et, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. & his similia. Atque ideò nobis imponunt, ac improperant, quòd censeamus nõ indigere misericordia, & gratia Dei, nisi in primo puncto iustificationis. Quia docemus opera iustificati nulla opus habere remissione. Hoc autem punctum non est, cur nos hic diu remoretur: sanè, quòd satis discussum, excussumq́; à nobis est loco citato. Vbi testimonijs satis multis, & planè firmis scripturæ, sanctorumq́; attestationibus, & rationibus manifestis demõstrauimus, quàm fiat per baptismũ plenissima remissio, non solùm originalis, sed & actualis peccati. Nec minus pleniter fit per pœnitentiam. Nisi quòd non semper pœnæ omnes, & supplicia, quę debentur temporalia, condonantur. Enimuerò, dicere Deum peccata remittere, non tamen prorsus tollere, hominis est, vocem remissionis ignorantis. Non enim remittere, in Deo est imminuere, sed penitus condonare, atq; ita ignoscere, vt non magis deinceps agnoscat, quàm si nunquam fuissent commissa; iuxta illud, Omnium iniquitatum eius non recordabor. Cùm enim offensa in Deum solùm committatur, si ipse parcit, nihil restat vnde aliqua possit extare ratio culpæ. Et quod loco citato dicebamus, identidéq; aduersus istos inculcandum est, dum ab hac verborum repugnãtia non desistunt, contradictoria dicit, qui ait, manere peccatum, & nõ

Iustificari, id est, non imputari.

Iustificari est Lutheranis iustum pronuntiari.

Idem remittere quod peccata tollere.

Contradictio Luthe-

imputari à Deo. Nulla etenim excogitari potest satio culpę, quam summa illa bonitas non odio habet: eo quòd culpa id sonat, quòd erratum contra eius voluntatem. Si autè odio habet, quomodò esse potest, vt non ab ipso reputetur malum? Imò idipsum est, odio habere quòd imputare. Inuertamus ergo argumentum. Deus ita remittit peccatum, vt odium penitus deponat, quod habebat iniquum, & suam iniquitatem: ergo ita remittit, vt rationē etiam culpæ prorsus abstergat, & tollat. Et cõfirmatur. Deum non imputare peccatum (vt. 1. 2. quæst. 113. articulo secundo ait sanctus Thomas) ex diuina dilectione procedit, quòd autem Deus eum diligat, in quo vlla superest ratio mortalis culpæ, contradictio est: tali ergo implicatur, qui dicit peccata manere, sed nõ imputari. Non legerunt isti forsan in libro de perfectione iustitiæ Augustinum. Cuius verba sunt. Certè iustus est Deus: negari non potest. imputat autem Deus homini omne peccatum: quia neque peccatum est, quicquid non imputabitur in peccatum. Collige ergo, qualiter quòd Deus non imputat, id facit, vt peccatum non sit. Vnde prauè in præsentia vtũtur illo tertio significatu iustificationis, pro eo quod est, tãtùm pronuntiari iustum. Mortalium quippe iudices, quibus abdita cordium iudicare non incumbit, sed secundum humana testimonia, causarum merita cognoscere, dicuntur iustificare reum, quando ipsum absoluunt: etiam si maneat coram Deo in culpa. Et ita vsurpatum est verbum in illo Prouerbiorum, Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque. Sed tamen apud Deum, qui penitissimè intuetur pectora nostra, nulla est iustificatio, vbi non sit omnino deletio culpæ: aliàs fictio esset, & nõ veritas, quam tamen asseruit Christus, vbi ait, Pater, sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Et, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Ex quibus veritatis verbis infert Apostolus, quòd nihil nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Neque verum tunc esset, quod ait Ioã. Scitis, quia ille apparuit, vt peccata tolleret. Et, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mũdi. Atq; adeò illud, Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei non nominemur modo, verumetiam verè simus. ¶ Iam verò de peccatis actualibus validiora quædam argumenta sunt, quàm de originali. Primùm, quòd cùm transeant actu, & maneant solo reatu, illo remisso, nihil fit reliquum peccati. Mox, quòd remittitur speciali ope Dei conuertentis

ranorum.

Valentissimum argumentum cõtra imputatam iustitiã. vide lib. 1. ca. 15. ad calcem.

S. Thom.

Aug. de perfect. iustitiæ.

Praua vsurpatio huius quod est iustificari.

Testimonia scripturæ.

Alia argumenta.

tis nos. Admirandi enim sunt homines isti defensores gratiæ Dei, vt non videant, quam ei ipsi iniuriam imprudentes irrogant. Cùm eñ Deus speciali fauore, & adnixu nos conuertat (quia, Nemo, inquit, potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum) quomodo non erit tam potens reuellere animum nostrum ab illo bono cõmutabili, & ad se cõuertere (quod est culpam tollere) quàm fuit liberum nostrũ arbitrium ad auertendum se ab eo? Quòd si actualem culpam (quòd negare non possunt) concedant omnino tolli, dum remittitur, idem conuincuntur, & de originali fateri. Nam & remissio illa à Deo quoque est per Iesum Christum.

Exponũtur testimonia Lutheranorum pro imputata iustitia.

Igitur verba illa, Beati, quorum tecta sunt peccata, & quibus non imputauit dominus peccatum: adeò non insinuant vllum superesse in homine peccatum, quod Deus celet, aut quod imputari posset, vt intelligentibus naturam infinitæ suæ bonitatis & veritatis, euidentissimè demonstrent, idem pollere tecta esse, & non imputata, quod funditus esse abolita. Nam si vel minima inesset ratio culpæ, nunquam illam aut suprema bonitas contegeret, aut summa veritas non imputaret. Etenim misericordia (inquit Propheta) & veritas obuiauerunt sibi: id est, Misericordia & iustitia inseparabiliter sunt complexę. Et ideò licèt misericordia eius præueniat nos, ita tamen vt voluntatem nostram excitet ad faciendum iustitiam, & iudicium.

Pœnitentia opus Dei & nostrum.

Videlicet, & per pœnitentiam, quod opus est, & suum operantis, & nostrum coöperantium, culpa expungatur, ac deniq; pœnitentiæ fructibus debitorum reliquiæ persoluentur.

Syno. Trid.

Optimè ergo confessum modò est à S. Syno. sess. 6. cap. 7. quòd cùm iustificamur, non modò reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus.

De iustitia inhærente. cap. 18.

¶ De secundo etiam articulo, nimirum de iustitia inhærente, variè etiam sunt Lutherani locuti. Neque vnus sensus est negantium inhærentem iustitiam: sed certè duplex. Id quod attentione consyderandum est. Nam voce iustitiæ inhęrentis, non tãtum infusos à Deo habitus, verùm & actus ipsos, quibus nutu & motione spiritus sancti probè operamur, possumus cõcipere. De habitibus apud istos nullus habetur sermo.

Quid sit Lutheranis, Fides iustificans.

Quin fidem, qua iustificamur, nõ agnoscunt esse habitum quiescentem, sed actum, & apprehensionem misericordiæ Dei, quamuis actum ipsum ait arti. 1. Luthe. à solo Deo infundi.

Gratia.

Neq; nomine gratiæ aliud intelligunt, quàm per aduerbium gratis. Licet iam incipiant dicere, quod eadem fides sit gratia. Neq; de charitate aliud explicãt, quàm quod ait Paul. infundi in cordibus nostris. Quo frequentiùs vtũtur modo loquẽdi Magistri: scilicet, quòd spiritus sanct[9] datur. Et licèt in libello imperatorio fateãtur, infundi charitatem, nihil tamẽ neque libellus, neq; Bucer. in apologia meminerunt de habitu. Et Melancthon in apologia iustificationis, hoc nostrum irridet habituum figmentum.

Melancthon irridet habituum commentationẽ.

Porrò autem hac ratione negare iustitiam inhærentem, vt supra dicebamus, non esset quidem apertissima infitiatio scripturæ sacræ. Quare S. modò Syn. verbũ habitus, subticuit. Esset nihilominus temeritatis insignis, non solùm S. Patrũ, atq; omnium theologorũ sentẽtiæ (vt habetur in concilio Viennensi) absque vlla ratione & causa, obuiare, verùm Synodo ipsi idem censenti, tanquam magis & scripturę consonum, & probatum Patribus.

Lutheranorum sententia de iustitia operum.

Attamẽ nõ solùm huiusmodi habitualem iustitiam, verùm neq; illam, quę est in actionibus ipsis ad amussim confitentur. Aiunt quidem (vti supra retulim[9]) actũ pœnitẽtię esse ex motione spiritus sancti, & charitatem infundi nostrę sanandæ voluntati, vt posit inchoare iustitiã operũ. Sed per hæc tamen verba hoc penitus larguntur, quòd insit iustificatis quædam iustitia imperfecta, & inchoata: videlicet: opera, quibus non prorsus satisfacimus iustitiæ, & præceptionibus Dei.

Lutheranorum inchoata iustitia. lib. 3. cap. 3. Lutheranis peccant iusti in omni opere, vide lib. 3. cap. 3.

Quia in hac vita, dicunt, non possumus ad iustum implere præceptum illud dilectionis Dei super omnia. Et ideirco quocunque opere peccamus, tanquam omissione aliqua illius præcepti. Et hac de causa dicitur iustitia imperfecta. At quia paulatim crescit, quoadusque perficiatur in patria, appellatur iustitia inchoata. Sed huic controuersiæ de imperfectione, inchoationeq; iustitiæ lib. 3. dicatus est locus. Hic autem de inhærente iustitia hanc saltem conclusionem statuimus, quin & monumentis Patrum, & Ecclesiæ sanctionibus secundũ testimonia sacræ scripturæ fixũ semper, confessumq; orthodoxis mõstrare adornamus.

Conclusio I. Iustitia Dei nobis inhæret, quæ est eius effectus

Nempe iustitiã Dei, id est, quæ effectus eius est, nobis inhærere. In hoc sensu, quòd præter generalem eius influentiam, qua vniuersum gubernat, speciali nos fauore, & numine adiuuat, ad sui ipsius iussa dignè faciendum. Itaque siue hoc fuerit per habitus infusos, siue per actualem succursum, hic tamen fidei articulus est, quòd operum iustitia, quæ nos facimus, sua ipsius est, peculiari nos subsidio permouẽtis. Est enim eumprimis condẽnatio Mileuitani cõcilij sub anathemate can. 3.

Concilium Mileuit.

gratiam, qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt,

ſunt,non etiam in adiutorium, ne committan
tur. Et can.4.&.5.explicatius quoque ſubſcri
bitur, gratiam Dei nō ſolùm eſſe neceſſariam
ad intelligentiam mandatorum, ſed etiam vt
quod faciendum cognouerimus, etiam facere
diligamus,atque valeamus,neque ſolùm vt fa
cilius poſsimus, ſed ſimpliciter, vt legem poſ-
ſimus implere, gratiam cælitus debeamus po-
ſtulare. Eſt ergo confeſsio catholica, gratiam
Dei (vtcunque id fuerit) nobis ineſſe,ſeu in ha
bitu,ſeu in actu. Et ita ſemper intellexit Eccle-
Teſtimonia ſcripturæ. ſia. Sine me nihil poteſtis facere. Et,nō ſumus
ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex
nobis: ſcilicet, de ſpeciali auxilio, Et, Deus eſt
qui operatur in vobis velle & perficere pro bo
na volūtate. Et, Gratia Dei ſum id quod ſum:
gratia autem eius in me vacua non fuit, ſed
abundatius illis omnibus laboraui, non ego ſo
lus, ſed gratia Dei mecum. At gratiam iuſtifi
cantem, per quam ſumus,id quod ſumus,ma-
nere in nobis ad opera, quæ non ſunt ipſius
tantum, ſed ipſius cùm libero arbitrio,conſti-
tutiſsimum, & S. Patribus ſanctiſsimum eſt.
Auguſt. De quo lib.de gra.& libe.arbit.cap.4.Auguſt.
Homo ergo gratia iuuatur, ne ſine cauſa vo-
luntati eius iubeatur. Vnde Pſalmiſta, Adiu-
tor meus eſto,ne derelinquas me. Quod opti-
mè obſeruans illic, cap. 6. ſubdit neceſſarium
eſſe homini, vt gratia Dei non ſolùm iuſtifice
tur impius, id eſt, ex impio fiat iuſtus,ſed etiā
ne derelinquatur: vt iuſtificatus ambulet cum
illa gratia, & incumbat ſuper ipſam ne cadat:
Cant.8. iuxta illud,Quæ eſt iſta quę aſcendit dealbata,
incumbens ſuper fratruelem? Hanc inhæren-
tem iuſtitiam bipartitò explanauimus:conſul
tiſsimam determinationem ſanctæ præſentis
Syno. Trid. Synodi Tridentinæ exponentes capit.7. Vbi
anathema eum cenſet, qui inhærentem iuſti-
tiam non confiteatur. Nempe auxilia,quæ vir
tute baptiſmi & iuſtificantis gratiæ Deum im
pendit iuſtificatis ad operandum. Et ideò quic
Hæreticus eſt,qui inhærentem iuſtitiam negat. quid ſit de habitibus,hæreticus ex hinc haben
dus eſt, qui iuſtitiam inhærentem negauerit.
At quanuis nomen habitus ſubticuerit (quia
non duxit illos ſub anathemate ſancire) tamē
vtendo nomine infuſionis fidei, ſpei, & chari-
tatis,& appellando inhærentem iuſtitiam,ſto
lam primam reſtitutam pro illa, quam Adam
perdiderat,probatiſsimum habet, auxilia hu-
iuſmodi nobis ferri per infuſos habitus, qui-
bus Chriſtum induimus:adeò vt ingentiſsima
iam ſit temeritas habitus negare.

De iuſtitia Chriſti imputata nobis.
CAP. XX.


AC deniq; bipartita ratione
inhærētis iuſtitiæ informati,
paratiores in litē deſcēdimus,
quā nobis inferūt Lutherani
de imputatione iuſtitiæ Chri
ſti,deq; imperfectione & in-
choatione noſtrę. ¶ Tertiū enim punctū,quo
à nobis de formali iuſtitia diſsidēt,eſt,quòd iu
ſtitia per quā ſumus formaliter iuſti,nō ſit iu-
ſtitia, quæ nobis ineſt: ſed illa, quæ formaliter
ineſt Chriſto:quæ quidem nobis imputatur,
acſi eandē nos ipſam feciſſemus. Quod verbū Lutheranorum imputata iuſtitia.
populariſsimū eſt,& quod in cortice auditum,
nō poteſt non eſſe plauſibile. Nihil enim aliud
primo ſonitu præ ſe fert,q̄ quòd opera noſtra
nō ſunt cauſa & merita noſtrę ipſorū iuſtifica
tionis, quod nihil magis dici poteſt orthodo-
xum & ſanctum. Sed tamē perq̄ neceſſariū eſt
perſpicere quā iſti religionē abdunt ſub nomi
ne imputatæ iuſtitiæ Chriſti. Quod verbum,
mihi ſemper ſuſpectū, in ſuſpicionē detuli co-
ram ſancta Synodo:prodens,quanta qualiaq;
iſti cōficiant ex hac ſua imputata iuſtitia. Quę
poſtea alij, me peritiores, diligentiore diſputa
tione perpēderūt. Vt aūt q̄ plurima iſtorū ver
ba,quibus locū hunc vbiq; muniūt, tranſmit-
tamus, in libello imperatorio Ratisbonæ exhi Libel. imperato.
bito,art.5. ita ſuam inhęrētem iuſtitiam,quaſi
vltimā voluntatē,proferunt. Etſi autē (inquit)
is qui iuſtificatur, iuſtitiā accipit & habet per
Chriſtum,etiam inhærētem, tamē anima fide
lis huic non innititur, ſed ſoli iuſtitiæ Chriſti
nobis donatæ,ſine quo omnino nulla eſt, nec
eſſe poteſt iuſtitia. Et ſic fide in Chriſtum iu-
ſtificamur,ſeu reputamur iuſti: id eſt, accepti
per ipſius merita:nō propter noſtrā dignitatē
aut opera. At propter inhærentē iuſtitiā eo iu
ſti dicimur, quia quæ iuſta ſunt,operamur.
Quin ex noſtris etiā Pighius,vbi de cauſa for- Pighius,exponit hoc author infra hoc.c.
mali loquitur, ait, nos nec fide nec charitate
noſtra iuſtificari coram Deo, ſi formaliter, &
propriè loquamur: ſed vna Dei in Chriſto iu-
ſtitia: vna Chriſti in nobis communicata iu-
ſtitia. Hanc Pighij confeſsionem quanto Bu- Bucerus.
cerus excipit applauſu, quàmq; exultabūdus
probat & oſculatur, inquiens,quòd vtinā cæ-
tera ad eundē modum dixiſſet. Et ſubdit,quòd
iuſtificari in oculis & iudicio Dei, nihil aliud
eſt, quàm iuſtitia Chriſti iuſtos ab ipſo iudi-
cari, qua Chriſti iuſtitia,noſtra peccata & im-
perfectio quoq; noſtræ innouationis conte-
gitur: eo quòd nec fides nec charitas, hoc eſt,
tota noſtri renouatio, & inhærens iuſtitia, in
hac quidem vita, eo progrediatur & perfi-
ciatur, vt hac freti, ferre iudicium Dei valea-
mus.

Bucerus.

mus. Hæc Bucerus. Accuratè hîc ergo meditandum est oculato lectori, vt diuersè à nobis de inhærente iustitia (quam initium renouationis vocant) sentiant. Non enim tàm hoc illam fatentur, vt per ipsam simus Deo formaliter accepti (hoc enim vni iustitiæ Christi adscribunt) sed vt per ipsam inchoemus Deum colere & diligere, ea quæ iusta sunt operando. Non quòd in hac vita satisfaciamus legi: sed in futura: vt lib. 3. patebit. Atq; adeò in suo vulgato didagmate non docent iustificationem

Didagma Lutheranorum forma lis iustitia.

aliam seu formalem iustitiam, quàm eam quæ est non imputatio peccatorum per iustitiam quæ inest Christo. Sed & reuerendi, ac orthodoxi Canonici Colonienses, quos, ceu clypeum Sommorum fidei, honoris gratia nomino, in suo antididagmate; quo sapienter & catholicè præfato didagmati obuiam prodiêre, vel qui eorum nomine librũ illum euulgauit, bono quidem sensu (nam quæ alia de catholicis viris subesse potest cogitatio?) at magis fortè securi ab aduersarijs, quàm tuti, illo imputationis verbo vsi sunt. Vbi primum caput iustificationis aiũt esse remissionem & ablutionem peccatorum per imputationem iustitiæ Christi. Et paulò inferius, Iustificamur, aiunt, à Deo iustitiâ duplici, tanquam per causas formales & essentiales: Quarum vna & prior est consummata Christi iustitia: non quidem quomodò extra nos in ipso est, sed sicut & quando eadem nobis (dum tamen fide apprehenditur) ad iustitiã imputatur. Alter verò iustificamur formaliter per iustitiam inhærentem; quæ remissione peccatorum simul cum renouatione spiritus sancti, & diffusione charitatis in corda nostra secundum mensuram fidei vniuscuiusque nobis donatur, infunditur, & fit propria. Et subditur, Cui tamen inhærenti iustitiæ (quod sit imperfecta) non innitimur principaliter, sed ea tanquam interiori quodam experimento certificamur, nobis (qui talem renouationem spiritus nostri in nobis sentimus & experimur) remissionem peccatorum factam, & Christi consummatam iustitiam nobis imputari, atq; ita Christum per fidem in nobis habitare. Profectò non potest in his verbis non desiderari aliquid, quo aduersariorum falso sensui explicatius contradiceretur.

Colonienses Canonici. Antididagma.

¶ Et primò vt à minori incipiam: puta à ratione & proprietate causæ formalis, hæc quidem ratio, illi iustitiæ, quæ est in Deo aut in Christo, quatenus est homo minimè congruit respectu nostri. Formalis enim causa, vt inter philosophos & theologos probatissimum est & receptissimum, est res illa, vel qualitas, quæ inest subiecto: sicuti aĩa est forma hominis: lumen, forma aëris: calor, calidi, & albedo, albi. Dicitur enim forma relatiõe ad materiam, cui inhærendo dat esse: iustitia verò qua Christus formaliter est iustus, sicuti iustitia Dei (quæ sui ipsius est essentia) nobis non inest: quomodò ergo formalis esse potest causa nostræ iustificationis? Quis ita philosophetur, vt dicat formalem causam illuminati aëris esse lucem, quæ inest soli, aut formam calefactæ aquæ esse calorem inexistentem igni? Pari ergo modò, vti aër non est clarus per lucem formaliter, quæ est in sole; sed per lumen à sole in se receptum, constantissimum est, neq; nos esse formaliter iustos, acceptos, & gratos per iustitiã, quæ est in Christo: sed per illam quam in nos ipse induxit. Sunt enim distinctæ præpositionis notæ, quibus inter causam efficientem, & formalem discernimus. Sumus quidem iusti à iustitia Christi, tanquam à causa efficiente, non tamen per ipsam, tanquam per formalē. Plato fuit, qui causas formales ponebat separatas ab indiuiduis, qua phrasi sæpe vsus Aug. vt paulò antè dicebamus, ait, nos esse bonos bonitate, quæ est in Deo, & sapientes, &c. Sed hoc tñ intelligendũ est ex eo, quòd bonitas, & sapientia nostra, participatio est quędã illius, quæ est in ipso. Et ita dicitur charitas nostra, & iustitia nostra, quia gratia & virtutes nostræ sunt participationes benignitatis suæ. Exemplum est in vita animali. Manifestũ enĩ est, nos viuere vita Dei, in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. Si autē sic intelligas Dei quasi vita, quæ formaliter est in Deo, sit illa p quam nos formaliter viuimus, quid absurdius? Intelligitur ergo vita Dei effectiuè, id est, vita animæ, quã ipse in nobis produxit. Quæ quãuis ex parte sui, quæ indiuisibilis est, nullã recipiat differentiã, tamen ex diuersa dispositione materiæ, alij alijs indole præstant, vel ingenio: & alij vtique sunt melius, quàm alij nati. Atq; ita est de gratia sentiendũ. Potest & iustitia Christi (inquantum est homo) significanter dici causa exẽplaris, vt c. 9. dicebamus: quia prædestinauit nos Deus, conformes fieri imagini filij eius. Præterquam, quòd est causa meritoria, & suo gradu efficiens: vt ibidem explicatum est: formalis autem non item. At verò non adeò de modo loquendi litigarem, si in re nihil abditum esset periculi. Prædicantes enim sola nos iustificari iustitia Christi, quæ dum fide apprehenditur, nostra reputatur, omnem respectum, & rationem iustitiæ, quæ in nobis est, excludũt. Vnde, quæ putas conficiunt dogmata? Conficiunt (inquã) primum ita omnino

Primũ argumentum cõtra iustitiam imputatam.

Iustitia Christi esse non potest causa formalis nostræ iustificationis.

Iustitia Christi causa formalis nostræ iustificationis non est, sed efficiens, supra c. 9.

Plato.

Cap. 17.

Christus cã exemplaris, meritoria & efficiens nostræ iustificationis.

2. Argum.

Cõsequẽtia ex imputata iustitia.

Lutherani negant satisfactionem, & dispositionem.

nino per iustitiam illam remitti nostra delicta, vt nulla sit amplius necessaria nostra per suam gratiam satisfactio. Quoniam, & noxiæ & pariter omnis noxa condonatur cuicumque fide apprehendenti iustitiam illam. Itaq; quàm fuit in ipso sufficiens, tam volunt in nobis sine respectu nostræ dispositionis esse efficacem. Quo effosso cuniculo ad arcem confessionis subruendam prorepsere. Atq; adeò secundò inferunt, primam iustificationem in omnibus esse æqualem gratiam. Nam oēs (vt aiunt) fiunt iusti vna eademq; iustitia. Audi hominis blasphemiam, Lutheri inquam, in sermone de natiuitate Mariæ: Si tamen Christiani aures tantam ferre possunt. Omnes, inquit, Christiani ęquè magni sumus sicut mater Dei, & ęquè sancti, sicut ipsa. Et tua oratio mihi tam chara, quàm illius, si credis Christum habitare in te, æquè sicut in illa. Quia per sanguinem Christi pariter mundati omnes sumus à peccatis. Et præterea inde inferunt suam certitudinem gratiæ. Quoniam si per iustitiam Christi, neque dependenter ab illa, quæ nobis inest, sumus iusti, tota certitudo pendet ex promissione Christi. Et ideò quicquid cogitemus de operibus nostris, impius est, aiunt, qui se dubitat recipere gratiam: nam dubitat de fide Christi promittentis nobis salutem, non per iustitiam nostram. Perspiciet consideratissimus quisq; quam isti machinam extruant ex sua imputata iustitia, perpendatq;, quemadmodum, quicquid ore dicant, re tamen pernegent, nos iustificari fide, quæ per charitatem operatur, vt in pręcedētibus identidē adnotauim⁹. c. 12. &c. Quod ex hoc suo modo imputatæ iustitiæ maximè deprehēditur. Nā dicūt nō iustificari nos formaliter, per hoc, quòd à Deo moueamur motu liberi arbitrij in se, sed per illā formaliter iustitiā, quæ est in Christo sola fide apprehensa: id est, credita. ¶ Hæc igitur ne nos admittamus absurda, contrariam stabilimus hanc cōclusionē; Nimirum, quòd quanuis non iustificemur per charitatē (vt supra sati sumus) qua nos Deum prædiligimus, sed qua nos prior ipse diligit, non tamen per charitatem, quæ ipse est, aut quæ est in Christo, quatenus est homo, formaliter sumus iusti, sed per gratiam, quam sua in nos dilectione communicat, impartiturq; nobis secundum mensuram fidei, sed eius fidei, quæ per charitatem operatur, per quam scilicet nos opera disponit, trahit, & conuertit. Hac enim de causa à nobis exigit fidem, spem, charitatem, & pœnitentiam in nostra iustificatione, vt secūdum modulum, & quantitatem huiusmodi præparationis largiatur & gradum gratię, per quam sumus formaliter iusti, atq; ad tantum gradū gloriæ accepti, quantus est ille gratiæ. Et quāuis hoc optimè intelligitur ab ijs, qui agnoscūt gratiam habitum esse infusum, tamen vt quisque pertinacissimè adnegauerit habitus, nihilo secius, nisi velit errare, fateri debet pro modulo suæ cuiusq; cooperationis, & dispositionis, disparem gratiam formaliter iustificationis peccatores à Deo recipere: id est, amore inęquali diligi, recōciliari, q; à Deo. In domo enī patris mansiones multæ sunt: sicuti in patria, ita & in via. Et est allusio pulcherrima Pauli, de stellis, quarum altera differt ab altera in claritate. Quemadmodum enim astra omnia ab vno sole splendorem excipiunt, quodlibet tamen secundum suam qualitatem: prout magis minusve vnum quodlibet diaphanum est, & solidum, ita & ab vna effectiuè iustitia Christi, quæ sol in se est absq; mensura patentissimus, modulos diuersos gratiæ eo tunc, dum iustificamur, recipimus. Quam gratiam cū cæteris donis emetitur nobis Christus, quantum sinus cordis nostri ipso nos præueniente, expandimus. Nam aperi, inquit os tuū, & imple bo illud. Quocirca non solum recipiet vnusquisq; in patria, prout gessit in corpore, secundum opera sua, quibus post infusam gratiam operā dat augmento ipsius, sed etiā secūdum illa, quibus se diutina ope disposuit ad eius primam infusionem. Tametsi ratione sacramēti in se exhibiti certus conferatur gradus. Hæc demum ex illo verbo Euangelij confirmātur, Qui diligit me, diligetur à patre meo: inde enī colligitur quòd quātum quis diligit, diligetur: id est, quantum insinuanti se nobis per suum amorē Deo, liberè nos moueri permittamur, tantus erit amicitiæ gradus: secundum sententiam Aug. de gra. & libe. arb. cap. 9. super illud De plenitudine eius nos omnes accepimus. Cuius verba subtexam. Ex eius itaq; plenitudine accepimus pro modulo nostro tanquam particulas nostras: sicut Deus partitus est mēsuram fidei. ¶ Superest ergo vt verba, quibus nos perstringere arbitrantur, examinemus. Aiunt iustitiam nostram imperfectam esse, & ideò inniti iustitiæ Christi, per quam nobis imputatam, sumus Deo accepti. At verò si id intelligant de præparatorijs operibus nostris, qua ratione gratiam antecedūt, neq; nos talem perfectionem illis tribuimus, vt gratiæ sint merita, quod iā in superiorib⁹ c. 13. sępissimè cōfessi sumus. Nihilomin⁹ quādo sunt opera Dei mouentis nos, illam perfectionem habent, vt per ipsa nos ad se conuertat & præparet

Lutheranis prima iustificatio omnibus est ęqualis gratia.

Blasphemia Lutheri.

Catholica cōclusio cōtra imputatam iustitiā.

Quomō simus iusti.

Simile ab astris.

Gratiam Christus nobis dispēsat. vide lib. 2. c. 9 huius explicationē.

Merces nr̄a quā habeat proportionem ad opera.

August.

Solutio contrariorum.

Quam habeant perfectionem dispositiones nostræ ad gratiam.

partem recipiendæ suæ gratiæ, iuxta nostræ cooperationis feruorem. Si tamen id intelligatur de operibus hominis gratia iam perfusi, indubitato negamus esse imperfectã eo sensu quo ipsi cogitant. Quinimò quicunque minimus gradus gratiæ Dei iustam habet perfectionẽ, ad constituendum nos in sua amicitia, ita vt omnem prorsus deleat inimicitiæ rationem. Fatemur itaq; gratiã nostram imperfectam esse comparatione ad illam quæ est in Christo, primò in intensione: sicut lumen aeris imperfectum est respectu lucis solis. Quinimò hoc modo & gratia vnius iusti differt à gratia alterius. Et præterea interest, quòd gratia Christi est gratia capitis, qua fuit gratus tanquam redemptor mundi & causa nostræ salutis, nostra verò est gratia membrorum, ex illa nobis impartita, quæ vnicuiq; est peculiaris. Est nihilominus homo per quemcunq; minimum gradum gratiæ ita amicus Dei, vt nullum sit aliud necessarium supplemẽtum. Quia ipsa eadem gratia est Christi effectus, qua propriè denominamur, & verè sumus dilecti filij Dei, atque adeò hæredes regni. Quocirca haud imus inficias, iustitiam Christi imputari nobis. Sed hoc tamen nihil aliud est prorsus, quàm infundi nobis gratiã, & dona, quibus efficimur illius participes. Et quanuis gratia non esset distincta in nobis qualitas, nõ ideò essemus formaliter grati, & iusti per eam quæ est in Christo, sed effectiuè & meritoriè per illam, formaliter autem per hoc, quòd essemus dilecti secundũ diuersos gradus amicitiæ. ¶ Quòd si quis obijciat. Deus acceptauit passionem Christi pro redemptione, & liberatione totiùs mundi ab vniuersis peccatis: ergo illa est, qua formaliter iustificamur. Negatur consequentia hæc, sed est potiùs animaduertentũ, quòd Deus acceptauit illã iustitiam Christi, eo tunc temporis, quo ipse obtulit, veluti sufficientissimam pro redemptione totiùs mundi. Attamen tunc est in vnoquolibet efficax, cùm fit Christi membrum, atque efficacia ipsius est, gratiam effundere in membra. At sicut in corpore humano eandem vitam omnia membra participant, diuerso tamẽ ordine, & modo (nam aliter cor, aliter oculi, vel aures: alterq; manus, aut pedes) eodem modo sumus (secundum Paulum) multi vnũ corpus in Christo, sed certè aliud membrum est sacratissima eius mater, alia apostoli, aliique proceres regni cælorum, atque aliud vnusquilibet nostrum. Quo etiam alludit similitudo Christi palmitum in vite. Nõ enim palmites omnes eundem fructum recipiunt ab ea

Gratia quo modo est perfecta.

Diuersi gradus gratiæ.

Obiectio.

Solutio. Acceptatio iustitiæ Christi. Efficacia.

Simile à corpore humano.

dem vite. Hinc fit calumniã esse manifestariã vbi aiunt Lutherani, iustitiam nos nostrã statuere, illam, quæ Christi est, ignorantes. Imò ita appellamus nostram, id est, nobis inhærentem, vt tamen Deo authori, & redẽptori in Christo referamus acceptam. Nam ipse est, qui & per dispositoria opera nostri liberi arbitrij nos ad se trahit, & gratiam suam nobis cõmunicat. Neq; enim nos cogitare aliqđ possumus, sed ipse est qui dat nobis velle, operari, & perficere. Vnde ex eo vita æterna, authore Aug. in de gra. & libe. arb. ca. 7. est gratia Dei, qua & ipsa bona opa nobis ex Deo sont, à quo nobis & fides est, & dilectio: quibus gloriam promeremur. Haud ergo negamus, quin iustitia nostra innitatur iustitiæ Dei per illam quæ est in Christo. Nempe, quam in cruce operatus est. Sed tamen nostra nititur illi, non quasi ambæ sint formales, & illa sit supplemẽtum nostræ, vt aduersarij comminiscuntur. Ita enim isti speculãtur de iustitia nostra, & iustitia Christi, ac si essent duo apud principem, vnus inferiori loco, q̃ alter, & ideò inferior, quã iis aliquid valeret apud ipsum, non tamen tãtũ, quin indigeret superioris aduocatiõe, & merito supplentis, quod ipse nõ potest. At verò res longè aliter habet inter nos & Christum mediatorem. Tota enim iustitia nostra adnititur sue, non quòd suppleat ipse defectum illius, quæ nobis ab ipso inest, sed quod in genere causæ efficientis tota nostra depẽdet à sua in fieri, & cõseruari. Queadmodũ lumẽ aëris à luce solis: qua sublata, lumẽ aëris nullũ esset. Ita enim prorsus, nisi nos Deus per gratiam Christi iustificasset, in tenebris iaceremus peccatorũ, & si nos desereret, statim relaberemur. Et ideò orabat Dauid. Adiutor meus esto domine, ne derelinquas me. Nihilominus collata nobis gratia, quã cõseruat, nullo alio opus habet supplemẽto, sicut sol nõ supplet lumẽ aëris, nisi sua ipsum p̃sentia cõseruãdo. Deũ autẽ supplere defectus nostros, sic intelligẽdũ est. Porrò, si defectus appellatiõe peccatã intelligim⁹, id ipsum est, quod remittere, & ignoscere. Si verò pusillitatem, tenuitatẽq;, imò impossibilitatẽ nostrã ad cõciliãdã eius amicitiã, idẽ est supplere, quòd opitulari nobis, & opẽ ferre ad cõparãdũ, retinẽdũq; eius gratiã. At verò si defectum dicas exiguitatem gratiæ, quam ex vecordia, & ignauia nostra (citra culpam tamen) non ita colimus, vt cumulatior sit, & cõsummatior, hunc reuera defectum nunquã Deus supplebit: sed vbi ceciderit lignum, illic erit: vt iuxta mẽsuram gratiæ, sit præmium gloriæ, & qui non adeo fructibus pœnitentię debita

Lutheranorũ calũnia.

Gratia Dei vita æterna. August.

Quomõ intelligunt Lutheram iustificari nos iustitia Christi, & nostra.

Simile.

Psalm.

Deum supplere defectus quid sit.

debita pro peccatis in hac vita persoluerit, saluetur quidem: sed per ignem. Qua verò ratione isti fingunt, ridiculum est dicere, quod iustitia quæ est in Christo, suppleat defectum illius, quam Ipse in nobis effecit: esset enim supplere defectum suæ ipsius gratiæ. Supplebit autem si eius nos fauore, & subsidio seduli vtamur, vt gratia, quæ in nobis est, vacua non sit, sed per culturam assiduè nostram, merito-

Conclusio. rum fructibus augescat. ¶Est ergo, conclusio quòd non solùm iustitia illa nobis inhærente, quam Deus nobis impartit, formaliter, sumus iusti: sed quòd nulla præterea opus est imputatione iustitiæ Christi ad supplendum eius imperfectionem. Ratio autem (vt summatim dicamus) quare iustitia formalis sit in nobis, est hæc, Iustitia Christi à qua efficimur iusti, vna est, neque variatur: quòd autem omnes æqualiter semper efficiamur iusti, dictu est absurdissimum: inæquales ergo in nobis sunt formales iustitiæ, per quas ad varios gradus gloriæ acceptamur in virtute illius efficientis iustitiæ Christi. Et ideò vbi taxat suggillatq; eos Paul. qui iustitiā suam statuūt, illam quæ Christi est, ignorantes, & vbicunque nos scriptura commonefacit, non iustitia nostra, sed Christi, nos iustificari, id dumtaxat commonemur, quòd opera nostra, suam præcedentia gratiam, non sunt iustitia apud Deum, sed quæ ex sua ipsius gratia faciunus. Talia enim opera sunt iustitia Christi, tāquam efficientis causæ, nostra verò, tanquā recipientium, & cooperantium. Vt expressè in epistola ad Paulinum ait Augu. his verbis, Ignorans Dei iustitiam, id est, eam quæ datur ex Deo, & suam volens cōstituere, quæ est ex

Argumenta in cōtrariū. lege. Sed ecce argumenta, quæ non solùm ab aduersarijs, sed à nostris etiamnum inter disputandum ex Pighio & alijs catholicis obijciebantur. Quis audeat ante tribunal Christi iustitiam suam propriam repræsentare, & non potius solam illam Christi? Sumus enim o-

Psalm. 50. mnes filij Adę in iniquitatibus concepti, na-
Ephe. 2. tiq; filij iræ: quorum proinde omnia opera (vt
Esa. 64. ait propheta) sunt sicut pannus menstruatæ.
1. Ioan. 2. Ipse autem est, vt ait Ioan. propitiatio pro pec-
Col. 2. catis nostris: delens (vt inquit Paul.) quod aduersus nos erat chirographum decreti, & affigens illud cruci. Ergo nisi sua iustitia nobis imputetur, non est nostra sufficiens. Ait enim

Rom. 8. Apostolus, passiones huius temporis non esse condignas ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quod intelligit de ipsis etiam officijs, quæ in gratia fiunt. Nam eum eis loquitur, quibus spiritus testimonium reddit, esse filios Dei. Et Dauid, Non intres in iudiciū cum Psalm. 42. seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Vnde August. Væ, inquit, hominum vitæ quantumcunque laudabili, si remota misericordia iudicetur. Et Iob, Iob. 9. Verè scio, quòd ita sit, quòd non iustificetur homo compositus Deo. Et infra, Si habuero quidpiam iustum, non respondebo: sed meum iudicem deprecabor: ergo nostra quantacunque sit iustitia, non est sufficiens, nisi ab illa Christi nobis imputata, supplementum accipiat. Sicut ait Apostolus, Eū qui nō nouerat 2. Cor. 5. peccatū, pro nobis Deus peccatū fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Ex his conficit Pighius. quòd iustitia nobis inhærēs, si strictè exigatur ad regulā diuinam, non est perfecta, sed illa potius Christi, nobis imputata, iustificamur. Et subdit exēplum, quod quemadmodū Simile à Iacob. Iacob sub dissimulato habitu fratris veri primogeniti occulatus accepit benedictionem Genes. 27. patris, ita nos accepturi sumus gloriā sub aliena persona Christi. Hæc tamen omnia ex Responsio. vna æquiuocatione detorquētur in sinistrum sensum. Quisnam vllo pacto hæsitet, quin filij Adæ, qui ex nostra natura & facultate nihil dignitatis adferre possumus in cōspectum Dei, solam possimus iustitiam Christi culpis nostris prætendere: cuius iure sumus & filij & hęredes regni? At cùm dicimus, Christi, genitiuus non designat subiectum: vt sit sensus, Iustitia quæ est in Christo (vt isti allucinantur) sed est nota efficientis causæ: vt sit sensus, iustitia quam illa Christi Deo accepta, in nos influit. Quod est dicere, Omnes sumus grati & accepti tanquam membra Christi iuxta verbum citatum Pauli, Vt efficiamur iustitia Dei in ipso. Cui intellectui commodum est exemplum Iacob sub effigie Esau. Veruntamen illam iustitiam inæqualiter & non totam secundum quantitatem quam habet in Christo, participamus, sed vnusquisque (vt ait Paulus) secundum opera sua, & prout gessit in corpore. Aliàs neque essent Ioan. 14. mansiones multæ in domo patris, neq; stella 1. Cor. 15. differret à stella in claritate. Auctoritates autem in contrarium inductæ libr. 3. inter disputandum de satisfactione & meritis operū sunt affatim expositæ. Quas vbi inspexeris expositiones, liquidò cernes, quàm his quæ diximus, nihil refragentur. Quòd si opponant nobis imputatores isti, quòd Diuus Augu. & alij forsan, nonnunquam vtantur hac voce imputationis iustitiæ Christi, responsum sibi putent ab eodem Augustino de prædest. sanct. cap. 14. quòd vsurpabant, pro eo quod est cōmuni

municari, hoc est, participari & impartiri nobis: quia nulli erant tunc qui sensum huius verbi deprauarent. Hoc autem ętatis, vbi malum inde sensum isti hauriunt, vel exponendum est sanè imputationis verbum, vel prorsus de medio tollendum. Quòd autem August. vbique acceperit in sensu S. Thomæ, & aliorum scholasticorum, pro eo quod est participari, id est cōmunicari secundum inæquales portiones, patet de spir. & lit. capit. 9. vbi exponēs illud Pauli, Iustitia dei manifestata est, ait, Non dixit, iustitia hominis, sed Dei: non qua Deus iustus est, sed qua induit hominem cum iustificat impium. Et capit. 11. exponēs illud Iustus autem ex fide viuit, subdit, Hæc est iustitia Dei quæ in testamento veteri velata, in nouo reuelatur: quæ ideo iustitia Dei dicitur, quòd impartiendo eam iustos facit: sicuti domini est salus, qua saluos facit. Et cap. 32. id repetit explicatius. Et in enarratione Psalmi. 30. super illud. In tua iustitia erue me, Iustitia enim Dei, inquit, est, quæ nostra fit, cum donatur nobis. Et super eodem verbo psalm. 70. In tua, inquit, iustitia, non in mea: nam cū ero iustus, tua iustitia erit: quia iustitia mihi abs te data iustus ero: & sic erit mea vt tua sit: id est, abs te mihi data. Bene ergo & catholicè, præsens Synodus Tridentina Sessione. 6. capit. 7. determinauit, vnicam esse causam formalem nostræ iustificationis: scilicet iustitiam dei: nō quidem illam qua ipse iustus est (illa enim meritoria est & efficiens nostræ) sed qua nos iustos facit: quia videlicet ab eo donati renouamur spiritu mentis nostrę: & non modò reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus. Iustitiam in nobis recipientes vnusquisq; suam, secundum mensuram, quam spiritussanctus impartitur singulis prout vult, & secundū propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. Et cano. 10. eos condemnat, qui aiunt, per iustitiam Christi formaliter nos iustificari: & cano. 11. eos explicatiùs, qui aiunt hominē iustificari sola imputatione iustitiæ Christi, exclusa gratia & charitate, quę in cordibus nostris per spiritum sanctū diffunduntur, nobisq; inhærent. Neque verò possum hîc non meminisse, quàm suis isti furijs exagitentur aduersus Ecclesiam, vt omnia contemnerent, quæ sibi aduersantur. Initio statim, cùm materia iustificationis in disputationem & consultationem missa est, nonnulli vmbras quasdam decretorum in cōmmētarijs proferebāt, vt ex singulis, quod ad rē faceret, carperetur. Vnam tribus ante mensibus quàm Sessio haberetur surripuerūt: & perinde ac si fuisset diffinitio Concilij, ita ex illa nacti sunt occasionem debacchandi in Synodum. Mitto quàm impudenter, at quàm calumniosè & ignoranter, ex hoc vno loco conijcito. Aiunt, quòd negamus sanguinem Christi sufficere ad integram æternamque hominis iustificationē: & ideo quod in merito Christi diminutum est, affirmamus esse operibus humanis tanquàm re pretiosiore præstādū. Quis vnquàm vel Pelagianorum hæc dixisset? sanè, quæ neque dæmoniorum auderet vllum cogitare. Sed nihili faciunt, qualiter nobis imponant, dum opprobrio nos & improperio exponāt credulæ plebis. Cùm ab hac nos tam longè distemus blasphemia, vt dicamus, opera præcedentia gratiam nullius esse valoris, quominus gratis iustificemur: opera verò sequentia, suū totum habere pretium ex gratia Christi. Sed quod præsentem locum spectat, demirantur, quomodò pugnātia loquamur, scilicet quòd nemo consequi valeat salutem, nisi in merito passionis Christi: & tamen aliam in nobis requiramus inhærentem iustitiam. Cùm tamen nos simus qui demiramur, vt non videant, quemadmodum aër non nisi à sole illuminatur: sed tamen non nisi per lumen quod ab ipso recipit. Non enim iustitia nostra defectum eius supplet, quæ est Christi, at effectus ipsius est. Neque negamus efficaciam iustitiæ eius: sed quòd sit causa formalis. At quid ad nephādas inuectiuas & tragœdias respōdere pergimus? Locus nobis potiùs quo ecclesia iacet, deplorandus est, atque orandus deus: vt vel propter gloriam suā aliquando nos respiciat.

Imputari iustitiā Christi quid sit Augu. & sanctis

Roma. 1.

Syno. Trid.

Impudentia & calumnia scholiorū super decreta incerto authore.

Cóclusio de inhęrente iustitia.

De interpretatione diuinæ paginæ, quibus locis sola fides enunciari videtur iustificationis causa.

CAP. XXI.



Aud quidē difficile iā modò est, ex his, quæ hactenùs controuersa sunt, & pro modulo captuq; nr̃o constituta, aduersarijs de sua sola fide respondere. Argumenta omnia ex authoritatibus q̃ plurimis diuinæ paginę conficiunt. De quarum proinde intellectu tota inter nos lis est. Sunt autē loci plures, q̃ quos sigillatim persequi, sit adeò necessarium. Eò præsertim, quòd idem ferme est omnium interpretamentum, atq; adeò iudicium. Sunt autem plerique apud Paulū, in duabusq; potissimū epistolis, quæ sunt ad Rom. & ad Galat. Assumpserat enī in vtraq; negotiū defendēdi causam fidei Iesu Christi, aduersus eos qui ex Iudais-

Argu. epistolarū ad Roma & ad Galatas.

I mo con-

mo conuersi,proprijs meritis seruatæ à se legis arrogabant iustificationis beneficium. Iactantes,quòd Christus fuerat illis promissus, tanquam merces custodiendæ legis:cuius ꝑinde odedientia & operibus,cum olim iustificabantur,cùm etiam promeruerant mysteriũ redemptionis:vt in capite cõmentariorum super ipsum Paulum latiùs à nobis explicatum est. Contra quem errorem opponit Aposto. obfirmatque diuinam veritatem. Scilicet neq; aduentum Christi, neque perinde vllius vnquam iustificationem operibus cuiuspiam legis,meritisve alicuius hominis adscribi posse. Sed adstruit,quòd vti Deus tum gratis promisit redemptorem, tùm ceu fidelis promissor gratis misit,ita nemo vnquam ex operibus vllis,sed ex vna fide Christi,vel explicita,vel implicita iustus habit⁹ est,haberive potest apud eum. Vnde vbi primùm sermonem inijt de euangelio,virtus, inquit,Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primùm & Græco:id est,vniuersis mortalibus,siue in lege scripta, siue in lege naturę degentibus.Et citat illud Abacuch, Iustus ex fide viuit. At ne confusa citatio & absque ordine indigestus authoritatum aceruus satietatẽ faciat,in tres digessimus formas locos arguendi istorum.Primum autem confessionẽ vtriq; partium communem pręfigamus.Nempe quod fides sit ad salutem necessaria,vt supra iam stabilitum est:dicente Paulò,quod sine fide impossibile est placere deo.Quoniã accedentem ad ipsum necessum est credere,quòd sit,& quòd remunerator sit. Sed an illa sola sufficiat,de hoc discrepamus. Et à parte affirmatiua,primum argumentum Lutheranorũ sumitur ex notamine vniuersalitatis.Porrò quòd in sacra pagina in vniuersum omni credẽti promittitur salus.Enimuero vbi Paul.virtutem euangelij, infirmitati legis,siue scriptæ siue naturalis cõtraponit, nullius nostri officij meminit,præter vnam fidẽ. nã virtus,inquit,dei est in salutem omni credẽti:ergo sola fides sufficit.Etenim si aliud quicquam requisitum esset,non dixisset vniuersaliter,omni credenti,sed modo adhibito : putã credenti,& simul amanti,vel operãti:vel quid simile.Eiusdẽ formæ sunt,& ponderis authoritates,in quibus similis nota est vniuersalis:vt statim, Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes,& super omnes,qui credunt in eum. Et, Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis:vt omnis qui credit in ipsum non pereat,sed habeat vitam æternam . Et, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Et,Hæc est voluntas patris mei,qui misit me:vt omnis qui videt filiũ, & credit in eum,habeat vitam æternam. Et, Per hunc (scilicet Iesum Christum) vobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus, quibus non potuistis in lege Mosi iustificari. In hoc enim omnis qui credit, iustificatur.Eodem pertinet illud,Conclusit scriptura omnia sub peccato , vt promissio Christi daretur credentibus: nam tantundem est, acsi dixisset,Vniuersis credentibus. Sicuti & illud,Ego sum resurrectio & vita,qui credit in me,non morietur in æternum.Acsi dixisset, quicunq; credit in me.Est ergo locus,& sedes argumenti à conuertibilibus.Si enim ad naturam hominis requisitum est, vt sit rationalis, & quicquid est rationale,est homo,reuera rationalitas sufficit ad constituendam speciem hominis:& secum adfert omnes eius qualitates.Pari demonstratione,Si ad salutem requiritur fides,& cuicunq; credẽti oblata est salus, fides sola sufficit.Id quod facto ipso,& prædicatione Christi confirmatur. Nam quoscunque à varijs languoribus seruabat,ab ijs vnam exigebat fidem. Vnde sæpenumero repetit. Fides tua te saluã fecit:Et,Sicut credidistis fiat vobis. Quasi tota vis, & potestas salutis in vna inesset fide.Cui maximè concinens,& illud Ioannis est.Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

Diuina veritas.

Roma.1.

Triformis locus argumentorum.

Hebr.11.

Fides necessaria.

Status controuersiæ.

Primus locus.

Roma.1.

Roma.3.

Ioan.3.

Ioan.6.

Actu.13.

Galat.3.

Ioan.11.

A conuertibilibus.

Luc.7.

Matth.9.

Ioan.1.

¶Secundus locus est à signo exclusiuo,quod Apostolo est frequentissimum. Ait. enim, Arbitramur hominem iustificari per fidẽ,& nõ ex operibus legis. Similiter ad Galat.Non iustificatur homo ex operibus legis,nisi per fidem Iesu Christi.Et,Gratia estis saluati per fidem,& hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ex his extruitur argumentum. Exclusiua enunciatio (qualis est, Sola nos fide iustificari) per duas expositorias propositiones, affirmatiuam,& negatiuam(vt dialectici loquuntur) comprobatur, ambæ liquidæ sunt apud Paulũ:ergo sola fide iustificamur. Subsumpta ꝓpositio inde patet,quòd cùm fidem opponat operibus,operum appellatione,quamcunque actionem nostram excludit à causis iustificationis. Acsi dixisset,fide iustificamur, & nulla præterea re. Hanc querelam deplorat Melancthon in suis locis cõmunibus,atq; in nos exprobranda iacit.Si displicet,inquit,exclusiua, sola,tollant etiã ex Paulo illas exclusiuas gratis,nõ ex operibus,&c. Nam hæ quoque sunt exclusiuæ. Ad robur & confirmationẽ huius.

Secundus locus.

Roma.3.

Gala.2.

Ephes.2.

Exclusiua.

Meläcthon

accedunt

accedunt & alia præterea multa eiusdem energiæ: veluti est illud quod statim in testimoniū eiusdem veritatis, adtexit ex historia Genesis, Roma. 4. Genes. 15. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Quo intendit demonstrare, ante datam legem iam Abrahā fuisse iustum per fidem: atq; adeò nemini obuenire iustitiā quasi debitam mercedem operanti: sed credenti in eum qui iustificat impium, fidem reputari ad iustitiam. Vbi videtur eandem facere exclusionem, vt nos instruat, sola fide gratiam Dei obtineri. Ioan. 6. Vnde, vbi Christus admonuerat turbas, vt operarentur cibum permanentem in vitam æternam, interrogantibus illis, quid facerent, vt operarentur opera dei: id est, quæ placita essent deo, & accepta ad vitā ęternam, nihil aliud respondit, nisi vt credatis in eū quē misit ille: acsi solùm illud sufficiens esset.

Tertius locus. ¶Tertius argumentandi locus existit ex natura ipsa euangelicæ promissionis: quæ sola fide id est, mentis assensione apprehenditur. Et hic est vnde profertur punctum totius dissensionis inter nos & ipsos: vt capit. 5. dilucidum fecimus. Quam argumentationem malis auibus auspicatus est Luther. in de liber. chri. & Luther. 1, artic. ad Leonē. Syllogismus est talis, Vnum solùm verbum Christi, pollicentis nobis remissionem peccatorum, necessariū est ad salutem: veritas autē verbi sola fide, hoc est, mētis assensione suscipitur & apprehēditur: ergo eadem fide apprehēditur diuina misericordia, p quā gratis iustificamur. Ita illic intelligit illud Math. 4. Luthe. quòd nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei: Et, Psalm. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos. quod verbo fide apprehēso iustificamur: Et, Corde creditur ad iustitiā: Et, Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus. Roma. 10. & 5. Et eodem videri illi poterat alludere Paulus, vbi euangeliū vocat virtutē ad salutem reuelatā omni credēti. Porrò inde colligat arti. 1. ad Leonē, q sacramenta non conferunt gratiam: sed fides illarum promissionū Marc. vltim. Ioan. 20. Qui crediderit, & baptizat^9 fuerit: Et, Quorū remiseritis peccata, &c. Hanc eandē viam qui buspiam alijs haud dissimilibus locis scripturæ cōmunire pergunt, vti est ad Galat. Cōclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio Galat. 3. Iesu Christi daretur credentibus. Ecce quomodò promissio (aiunt) salutis credendo recipitur. At quo nos Achille conuictos arbitrantur, illud est verbum Petri, Huic (scilicet Christo) testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ei^9, qui credunt Acta. 10. in eum. Nam nomen, inquit Philippus, (quod causam iustificationis significat) sola fide apprehenditur. ¶Ad hanc tamen tam instructam argumentorum phalangem, qui syncerè, & absque præiudicio, ea quæ explanata sunt, prælegerint, non ita multùm expauebunt: nam facilè iudicabunt, quàm non sit solidus sensus, quem ex huiusmodi elogijs sibi videntur exprimere: attamen vt ex ordine ad singula respondeatur, non nulla sunt iacienda fundamenta. Primum. Quicquid sit de sensu, vox ipsa, Sola fide iustificari, malè audit apud apostolos Petrum, & Iacobum, teste Augustino, de fide & operibus, cap. 14. tanquam ex verbis deprauatis Pauli violenter extorta. Nam propter hanc exortam hæresim ait, reliquos apostolos suas edidisse epistolas: secùlus authores Petr. deprauatores appellat epistolarum Pauli. Et Iacob. (inquit August.) vehementer infestus est eis, qui sapiunt fidem sine operibus valere ad salutem, vt illos etiā dęmonibus compararet: dicens, quòd etiam dęmones credunt, & cōtremiscunt. Secūdò supponitur epistolam Pauli ad Romanos obscuram esse admodum, intellectuq; difficillimā. Id quod non solùm Orig. August. & quotquot eā exponunt, agnoscunt: sed Petrus ipse apostolus huius nos rei curauit admonitos, dicens, esse in Paulo quędam difficilia intellectu. Quò fit, vt quodcunq; de hac re extiterit dubium in Paulo, interpretandum sit per alios apostolos qui de hac causa, Augustino assertore, veluti eius interpretes, scripsere. Imò verò tertiò supponēdum est, quòd quanuis neq; Petr. neque vllus vnquam Patrū huius nos admonuisset, per se est euidentissimum, omnia loca scripturæ, quibus sola fides profertur causa iustificationis, necesse habere, vt adhibito temperamēto interp retentur, aliàs nequiret scriptura sacra à contradictione vindicari. Hoc fundamētum obiecerim clamoribus istorū, qui nobis exprobrāt, quòd cùm sint testimonia expressa scripturæ, sola nos fide iustificari, alia nos opera requirimus. Non enim sumus nos qui cōfingimus, sed eadem diuina pagina, quæ tam apertè exigit alia, tum sacramenta, tum opera nostra, pręter fidem, non solùm ad augendam sed ad comparandam iustitiam. Vt, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Et, Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Et, Pœnitentiam agite. Et, Nisi pœnitentiam egeritis. Et, Spe salui facti sumus. Et, Qui diligit me, diligetur à patre meo. Et, Qui non diligit, manet in morte. Quæ quidem sententię, & quas hui^9 generis plures antea cōmemorauimus, manifestè contradicerent illis, quod fide sine operibus iustificamur: nisi per catholicam intelli-

Responsio. Primū fundamentum. Vox, sola fide, malè audit apud Petrum & Iacobū. Hæresis tempore apostolorū de sola fide, supra. c. quinto. 2. Fundamētum. Petrus & Iacobus. 2. Petri 3. Iacob. 2. Epist. ad Roma. difficilima. 3. Fundamē 2. Petr. 3. Dissoluenda contradictio in testimonijs scripturæ ex eadē ne adinsquū sensum trahatur. Testimonia scripturæ cōtra. Sola fide.

Duæ expo-nētes exclu-siuæ.

gentiam conciliarentur. Igitur cùm exclusiua hæc, Sola fide iustificamur, duabus propositionibus (vt præfati sumus) exponatur: scilicet fide iustificamur, & nulla alia actione nostra, priùs examinanda est affirmatiua. Nimirum cur fides alijs vtitur sodalibus, ipsa, si non semper, saltem frequentiùs enuntietur in scriptura causa iustificationis, vt ex prima argumentatione apparet. Mox quantum ad negatiuam respōdendum, quæ sunt illa opera, quæ excluduntur.

Soluitur primus ordo argumentorū.

Vt de priori dicamus, vniuersales illæ authoritates primi ordinis, quibus omni credenti promittitur salus, duas vidētur de fide asserere qualitates: scilicet, necessitatem & sufficientiam ad salutem: constat veruntamē, non eundem sensum exhibere de vtraque: sed enuntiant, fidem esse simpliciter necessariam: quia sine fide impossibile est placere Deo: sufficientem tamen, si per charitatem operetur.

Hebr. 11.

Cur potiùs fides enumeretur in scriptura iustificatiōis causa, q̃ aliæ virtutes.

Nempe si credens pœnitentia & aliis simul operibus, præueniente diuino auxilio, disponatur, quæ opera fides ipsa nos commonet ad salutem esse necessaria. De necessitate fidei patētissimus est sensus Pauli. Sanè cuius mens est, fidem ita conferre cum veteri lege, vt lex non fuerit necessaria, nisi pusillo illi peculiariter, & exiguo populo: fides autem vniuersis mortalibus.

Fides simpliciter necessaria, sufficiens per charitatem.

Sensus verus Fidei amplitudo.

Roma. 1.

Et hoc est, quod ait de euangelio, Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primùm & Græco: id est, non solùm Iudæis, quibus primùm promissum est, sed vniuerso mundo. Sed ad demonstrandum amplitudinem fidei, quòd non solùm cœpit in euangelio esse necessaria omnibus, verùm quòd eadē erat, per quam seruabantur antiqui, subiungit, iustitiam Dei in eo reuelari ex fide in fidem: id est, ex fide antiquorum Patrum in fidem nostram. Quæ licèt eadem sit ex parte obiecti, illi autem ex testimonijs prophetarum in quibus olim loquebatur Deus, credebant venturū, quē nos ex ore Christi, & eius apostolorum credimus aduenisse. Attamen quo pacto fides sufficiat, reliquit tanquam per se notissimum. Primùm, ex alijs locis scripturæ, exigentibus pariter & sacramenta, & alia opera. Vt, Qui crediderit, & baptizatus fuerit: vbi inuito Luthero, sacramentum copulatur fidei in causa iustificationis. Secundò id præsupponebat Paul. ex iure naturæ. Etenim (quod iugiter repetendum est) fides naturam non damnat, sed tantùm culpam, Neque eius abrogat iura: sed perficit potiùs: ibidem auxilia sufficiens, vbi natura deficit.

Reuelatio fidei lumen præsupponit naturæ.

Quare naturæ opifex Deus in reuelatione fidei lumen præsupponebat naturale, quo intelligeremus, ita nos fide iustificandos, si obicem non opponeremus eius gratiæ. Est enim naturale ius (quod capitu. 1. præfati sumus) vt qui inimicus est alteri, non aliter quàm per facti pœnitētiam mutata mēte possit in gratiam illius restitui. Quin verò vbi rationes istæ cessassent, quamuis scriptura proclamaret, sola nos fide reconciliandos, ex notione, & ingenio ipsius fidei erudiremur eatenus intelligendum esse, quòd fides sola ostēderet nobis salutis ostium, & semitam.

Fidei ingenium.

Enimuerò fides, vt secundum suam substantiam ab aliis secernitur virtutibus, nihil aliud est, quàm sydus, & lumen, ostendens nobis viā, non solū per quā debent iusti progredi, sed per quā gratia ipsa iustificationis ineunda nobis est: ad salutem verò non satis est viam nosse, nisi gressibus volūtatis intres: non ergò sufficit sola fides.

Aug. de spi. & lit. ca. 13 explicat quō fides impetret iustificationē: qa docet, quō oporteat à deo auxiliū petere ad implendam legē. Vide huius c. 4.

Porrò hoc significat definitio Pauli: scilicet, Substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium. Nempe, quòd munus eius sit, futura nobis illa bona præmōstrare, vt spes inde nostra erigatur, & excitetur amor Dei, atque adeo pœnitudo commissorū nostrorum: quibus passibus ad ipsum veniamus, ac deinceps promouendo perueniamus.

Hebr. 11.

Id quod elogium illud ab Apostolo citatum ex Abachuc euidētissimè in fauorem nostrum proclamat: tantum abest, vt aduersariis faueat. Vbi enim dicit propheta, Iustus ex fide viuit: seu (quod alia litera habet) ex fide sua, siue Dei intelligas, siue ipsius iusti, non sentit, fidem esse vitam iusti, & formam totam, qua est iustus: sed planè quòd fides alliciat iustum ad obeūda iussa opera legis, sustineatq; ipsum in laborū patientia propter spem.

Iustus ex fide viuit.

Quasi dicat, iustus nō priùs recipit præmium quàm operetur: sed in futurum sperans operatur. Qui sensus perspicuè patet in verbis prophetæ: vt scienter ante nos alij adnotarunt. Animat enim illic dominus, ore ipsius, homines segnes, & vecordes, q non nisi præsentibus mouentur. Quibus ait, Visus procul & apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semet ipso, iustus autem in fide sua viuet: id est, spe per fidē reuelata durabit in opere. Et Apostolus ipse ad Hebr. eundem prorsus depromit sensum: vbi ait, Nolite itaq; amittere cōfidētiam vestram, quę magnam habet remunerationē: patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum, aliquantulumq; qui venturus est veniet, & non tardabit: iustus autem meus ex fide viuit: quòd si subtraxerit se, non

Hebr. 10.

ſe,non placebit animæ meæ. Perpendat hic oculatiſsimus quiſq;, quem nobis ſenſum & propheta,& Apoſtolus exhibeant illorũ verborum,Iuſtus ex fide viuit:vtrùm exprimi inde poſsit,in ſola fide conſiſtere vitam, an potiùs,quod tantùm ſpem noſtram fides erigat, vt per opera charitatis,præeunte fauore Dei, tùm ad ſuam conciliandam gratiam adparemur,tùm deinceps operam impendamus augendæ. Ergo vbicunque omni credenti eloquia diuina ſalutem pollicentur, & vbiuis per fidem atteſtantur hominem iuſtificari,id tantùm ſignificatur,quòd fides ſit prim⁹ motus in nobis,vnde nos incipit Deus ad ſe cõuertere:ſanè per quam oportet credere,quòd ipſe ſolus ſine vllis noſtris præcedentibus meritis iuſtificat impium: ſine quo motu, neque ſperare poſſumus,neque diligere. Atq; adeò in iuſtificatione fides eſt dux,& reliqua opera aſſeclæ. Vnde Auguſt.ſuper pſalm.31. Vbi fides non eſt,bonum opus non eſt: videlicet, ſimpliciter bonum.Bonum enim opus intentio facit:intentionem autem fides dirigit. Eſtq́ue eadem ratione fides initium, exordium & fundamentum chriſtianæ pietatis: vt ait in de prædeſtina.ſanct.Quin verò ad Corinth. Paul.Fundamentum,loquit,aliud, nemo poteſt ponere,quàm quod poſitum eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus. Idem vtique pollet Chriſtus & ſui fides. Atque ille eſt germanus ſenſus illius,Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Quoniam extra fidem nominis Chriſti nulla extat poteſtas ad ſalutem. Et quoniam principium & cauſa prima(vt eſt apud philoſophos) virtute continet effectus,iure ſuo & merito fides prædicatur cauſa iuſtificationis. Nam niſi noſtra obſtaret libertas,fides ſuo ingenio ferax eſt omnium bonorum: ſpei quippe genitrix, & charitatis parens. Sed tamen quia diſtinctæ ſunt virtutes, & nos liberi ad ſingulas ſumus (vt capi.7.diſſerebamus) reuera non ſola ſufficit ad iuſtitiam. Quamobrem licèt Chriſtus in euangelio fidei ſemper tribuebat miracula,quæ in ſanandis languoribus vtriuſq; hominis faciebat,tanquam fundamento religionis,tamen de eadem Magdalena,cui dixit, Fides tua te ſaluam fecit,prædixerat, Remittuntur ei peccata multa,quoniã dilexit multum. Edocens,quòd illa ratione fides ſaluam fecerat,qua charitatem accenderat,vt cor ſalutiſicis pœnitentiæ lachrymis emolliret, diſponeretq; diuinæ ſuffundendæ gratiæ.

¶ Vt autem ad enarrationẽ authoritatum ſecundi ordinis, quæ excluſiuæ ſunt, procedamus,non defuerunt,quòd vbicunq; Apoſtol. fide ait,hominem iuſtificari,& non ex operibus legis,illas præcisè excluſas cæremonias interpretarentur,ſacramentaq́; & vmbratilia ſacrificia,quæ nihilò plus proderant, quàm vt delineata figura eſſent euangelicæ veritatis, atque adeò veluti infirma , & egena elementa (quod ait alibi)populum illum quaſi ſub pædagogo agentem,de venturo Deo erudirent, eiuſq́ue expectatione ſuſtentarẽt. Etenim cũ Hebræi conuerſi tam ſe de illis cæremonijs iactarent,intentio fuit Pauli,aiunt iſti, perſuadere,non cæremonijs illis,ſed fide ſub ejs velata comparaſſe iuſtitiam,quotquot in illa lege fuerunt iuſti. At verò penitus ſpeculanti verba Pauli,perſpectiſsimum eſt,quòd nõ ſolùm cæremonias ſed totam legem,imò nõ tantùm ſcriptam legem,ſed & legem naturæ, & quæcunque opera viribus naturalibus facta,excludit. Et hæc eſt ſententia Auguſtini de ſpiri. & lit.capit.13.& ſequẽtibus. Et Hiero.ad Cteſi.& fermè Patrũ præcipuæ notæ. Quin Paulus omnibus id luculentiùs ediſſerit. Comparando enim fidem ad legem,quæ non iuſtificat,ſed tantùm oſtendit rationem peccati,ait, Concupiſcentiam neſciebam,niſi lex diceret, Non concupiſces. Quod præceptum,cùm ſit in decalogo,palam monſtratur(vt ſcitè adnotat Auguſt.)propoſitum Pauli fuiſſe , quòd neq; opera decalogi iuſtificarent. Sed non neceſſe habemus mendicare verba Pauli . Nam ab ipſo ſtatim initio epiſtolæ exerit mentem ſuam,conferens Iudæos cum Græcis, concludeosq́ue omnes ſub peccato,neq; ſua quæuis opera virtutem habuiſſe iuſtificandi:ſed omnes egere gloria Dei. Vnde continuò ſubdit, Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. In operibus ergo legis ſcriptæ depingebat omnia opera cuiuſcunque legis,vt quæ non eſſent ſolida ad ſalutem ſine fide. Veruntamen quia Gentes non ſibi vſurpabant merita iuſtitiæ,vti Iudæi,ideo peculiariter excludit opera Iudaicæ legis. Quocirca comparatio fidei ad opera legis non eſt prorſus eadem , quæ euangelij ad legem veterem: ſed eſt comparatio fidei Ieſu Chriſti ſub quacunque lege vtcunque cogniti, ad opera eiuſdem legis. Et hoc eſt , quod ait, excluſam eſſe gloriationem humanam per legem , non factorum , ſed fidei . Nempe, quòd nemo qui ab initio mundi adeptus eſt iuſtitiam,gloriari poteſt ex operibus ſuæ legis:ſed ex fide Ieſu Chriſti. Officium quippe legis tantum eſt iubere,& iubendo docere rationem peccati. Sed fides ſola eſt, quæ docet, vnde debeamus

Fides quõ erigat ſpẽ, excitet charitatem.

Fidei primus motus Trid. ſeſſ.6.ca.6. Tho.1.2.q. 113.arti.4. ad.5.

Credẽti qua ratione promittat ſcriptura ſalutẽ.

1.Corint.3.

Dedit eis poteſtatem.

Fides cauſa iuſtificatiõis dicitur,quia eſt principiũ ca.1.lib.3.

Fides ſpẽ, & charitatẽ gignit ſuapte natura niſi quis obſtiterit.

Luc.7.

Ad authoritates.2.ordinis.

Vtilitas cæremoniarum veteris leg.

Auguſt. Hierony.

Cõparatio fidei ad legẽ.

petere auxilium ad implendam legem. Vnde August. loco citato, Sic interest, inquit, inter legẽ & fidem, vt quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat.

Fides impetrat salutem. Non quòd fide sola impetretur salꝰ, sed quòd per fidem petamus auxilium: subdit nanque, Lege operum dicit deus, fac quod iubeo: lege fidei dicitur deo, da quod iubes. Legem ergo fidei non solùm vocat euangelium, sed agnitionem fidei suam & antiqui etiam in lege naturæ, per eandem fidem implorabant subsidia.

Euãgelium lex fidei. Tametsi per antonomasiam, euangelium dicatur lex fidei, quia in ipso per aduentum Christi patefacta sunt mysteria, quæ sub lege veteri latitabant: iuxta illud Pauli, Galat. 3. Priùs autem quàm veniret fides sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Præfati hæc sumus de comperatione fidei ad opera legis, vt per eam planus fiat, & cõspicuus intellectus Pauli. Porrò, quòd in iustificatione solùm abdicat, repellitq; opera præcedentia fidem, vt vbicunq; ait, Arbitramur hominem iustificari per fidem. Et, Non ex operibus, nihil aliud sibi velit, quàm quòd nulla opera præcedentia fidem, sint vllo modo causa, aut merita iustificationis: sed fides sit initiũ, vnde præueniente Deo incipit motus cõuersionis nostræ, & bonorum operũ, quę deinde subsequuntur. Sic August. in prologo enarrationis psalm. 31. exponit illud. Roma. 4. Ei qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam. Non quòd absq; nostra cooperatiõe, sola fides iustificet, sed non operanti, inquit, id est impio iacenti in peccato, atq; ideo non bene operanti: hoc est: nihil meriti adferenti ad suam iustificationem: credenti tamen per auxilium dei, fides reputatur illi ad iustitiam. Sed quæ fides? illa scilicet, quæ per charitatem operatur. Vnde statim subdit apostol. testimonium Psalmistæ, Sicut Dauid dicit, beatitudinem hominis cui Deo acceptam fert iustitiam sine operibꝰ: qđ est, sine præuijs meritis. Nam qđ nõ excludãtur opera, quæ diuina ope concurrunt vnà cũ fide, Psalm. 31. Psalmus ipse explicat: subiungens, Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meã domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Hanc ob rem Lutherus in de liber. & sui sequaces, more sibi obseruatissimo, dimidiatam illam, & detruncatam allegant veritatem, Corde creditur ad iustitiam. Nanq; si alterum membrum adiuberent, quod est, Confessio autem fit ad salutem, perspicerent, quod fidei vbique debet esse confessio comes. Porrò ad ineundã gratiam dei, illa confessio, quæ est detestatio criminum propter ipsum: ad colendam verò, illa quæ fit, corde, ore, & opere in eius gloriã. Fides ergo sine operibus, non excludit motus spei, & charitatis, quorum initium est fides. Sed idem significat, sine operibus, quòd gratis nullis præcedentibus meritis. Quare idem August. de fide & oper. cap. 14. Cùm dicit, inquit aposto. arbitrari se hominem iustificari per fidem sine operibus legis, non hoc agit, vt præcepta, ac professa fidei opera iostitię contemnantur, sed vt sciat se quisq; per fidem posse iustificari, etiam si legis opera nõ præcessserint: sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificãdum. Dicit, sequuntur: nõ quòd in puncto iustificationis non sit necessarius assensus, & cooperatio nostra, sed quòd priùs natura infunditur gratia iustificans, quàm opera sine meritoria: præcedunt tamen cũ actu fidei in genere causæ materialis, vt supra explicatum est. Et ideo subdit, quòd vbi ait Pau. fide nos iustificari, nunquam qualemlibet fidem, qua in deum creditur, sed eam salubrem planeq; euangelicam definiuit, quæ per dilectionem operatur. Ecce quomodo fides dum iustificat, operatur per dilectionem: vt nõ solùm actu fidei (licet si primus) sed etiam spei & charitatis disponamur ad gratiã, per quam ijdem actus efficiantur merita gloriæ. Et nõ sicut aiũt aduersarij, quòd sola fide sine alio prȩuio actu, recipimus gratiam: quam gratiã subsequitur charitas. Nam quanuis de infusa charitate id verum sit, tamen prȩit actus etiã spei, charitatis, & pœnitentiæ: sicuti ipsi fatentur, præire actum fidei. Et de gra. & lib. arb. cap. 8. Audi, inquit, & intellige, Non ex operibus dictum, tanquam tuis ex teipso tibi exsistẽtibus, sed tanquã his, in quibus te deus finxit, id est, formauit, & creauit. Sicut ait. Paul. Ipsius sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Hic attende lector, quòd solum excludit Paul. opera nostra propria: non tamen illa, quibus deus speciali ope nos cooperantes conuertit. Hæc enim nostra cooperatio nihil obstat, quo minus gratis conuertamur: sicuti neq; obstat secundũ aduersarios actus ipse fidei, quo, licèt sit noster, apprehendimus (vt aiunt) iustitiã. Et de prędest. sanct. c. 7 (vbi comparat fidẽ, & opera, quæ inde nascũtur Israeli, & Iudæ, qui ex Israele genitus est) ex fide, inquit, ideo dicit Paul. iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrantur cætera quæ propriè opera nuncupant, in quibus iuste viuitur. Ait p fidẽ impetrari cætera: qa docet à quo debeamꝰ petere auxiliũ ad faciẽdũ vera opa, hoc est, pœnitentia

Marginal notes (right column): August. — Lutherani. — Ephes. 2. — Fides impetrat reliqua opera iusti. hominis. cap. 4.

tinentia ad salutem. Ad hunc modũ, licèt non adeò fusè, & explicatè loquuntur omnes sancti. Atq; eundem prorsus sensum faciunt verba Ambrosij, quæ Melancthon in sua apologia apertè ait sibi contra nos patrocinari.

Ambros.

Melãcthon.

Sunt enim verba Ambrosij, Nemo glorietur in operibus, quia nemo factis suis iustificatur. Sed qui iustus est, donatum habet, quia post lauacrum iustificatus est. Fides ergo est, quę liberat per sanguinem Christi, quia beatus ille cui peccatum remittitur, & venia donatur. In his autem verbis, quid rogo contra nos profert Ambros. Ait neminem factis suis iustificari: id est, factis proprijs: sed fide per sanguinẽ Christi. Quod nos fatemur: sed tamen fide per charitatem operante, vt explicatum est. At nil opus est in sententijs Patrum recensendis longius progredi: determinatio est ecclesię catholicæ ante annos plures, quàm mille, quid nos Paul. docuerit, vbi ait, Non ex operibus. Nanq; illud omnino edocet, quod sancitum est aduersus Pelagium, scilicet, ex operibꝰ nostris: id est, viribus nostri liberi arbitrij neminem iustificari. Et ideo Paul. ad Ephes. ꝓ eodem accepit, Non ex operibus, &, Non ex vobis. Quod verbum, si isti consyderatè æstimarent, cognoscerent non excludi opera omnia nostra: puta quæ à nobis cooperãtibus fiunt præueniente Deo: sed illa quæ omnino sunt à nobis.

Ephes. 2.

Fides Abrahæ.

¶ Sed & de fide Abrahæ vnũ verbum subiungam. Confirmant præcipuè Lutherani sola nos fide iustificari, testimonio, quod Paulus ex Genes. 15. in hanc sententiam accersit, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ad cuius primum omnium dextram intelligentiam id præmittendum est, ꝙ demiror, neq; ab ipsis, neq; à nostris fuisse adnotatum. Illum inquam locum non allegat Paul. tali sensu vt astruat, tunc primùm fuisse Abraham iustificatum: id est, ex iniusto esse ctum iustum. Illud nanq; affirmatur de illa fide quam adhibuit Deo promittenti sibi semẽ iuxta stellarum numerum: & id quidẽ ex sterili, & demortua Sara. Quòd vero Abraham iam pridem fuisset iustus, extra dubitationem est: siquidem iam iussu Dei peregrinatus fuerat in terrã Chanaam, peragraueratq; Aegyptum, & australem plagam, quatuorq; debellauerat reges in virtute Dei. Quin vero neque in dubium dãdum est, quin antequã ei Deus primùm loqueretur in Haran, fuisset eius amicus. Sicuti Noë, & multi ex suis progenitoribus, & Sara, & Loth. Per illam scilicet fidem, quę erat sufficiens in lege naturæ. Quin optimum crediderim fuisse tũc Abraham omniũ mortalium, cum quo Deus de altissimis mysterijs Christi, accepta, dataque fide paciscer etur. Parauerat enim animum, cui sua arcana commissurus erat. Igitur Paul. illo testimonio duo intendit stabilire. Primum, quòd ante circuncisionem, atque adeò ante legem scriptam fuissent iam homines iusti. Contra tumorem Iudæorum, qui soli illi sacramento tribuebant causam iustificationis ab originali culpa. Secundum, quod nullum vnquam fuit opus iustum, nisi quod procederet ex fide: atque adeò fidem esse fundamentum, & exordium salutis. Vnde verbum illud, Reputatum est illi ad iustitiã, nihil aliud significat, quàm quòd assensus ille fidei fuit actus iustitiæ meritoriusq;, & Deo acceptus: sicut opus iusti. Quale profectò & illud est euangelij de Publicano, Descẽdit hic iustificatus in domũ suam ab illo. Non enim est sensus, quòd tunc primũ ex iniusto factus est iustus, vt. c. 4. dicebamus: sed quòd illa cõfessio peccatorum, & oratio non confidentis in suis operibus vt Pharisæus, fuit opus iustitiæ. Atq; eodem intellectu audienda est series illa iustorum, in quibus ostendit Apostolo. necessitatem fidei. Nõ enim duntaxat loquitur de prima iustificatione, sed in genere, quòd nullum vnquam opus fuit iustum, nisi ex fide procederet. Et ideo ait, Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain obtulit. Fide Noe aptauit arcam. Fide Abraham vocatus obediuit. Scilicet, quòd fide ostendente vnum Deum remuneratorem, atque adeò spe præmij opera illa ex dilectione eiusdem dei faciebant iusta. Ex istis ergo locis nõ solũ nõ elicitur, solam fidem sufficere, verùm id palàm colligitur, quòd vt nullum opus fieri potest iustè coram deo, nisi ex fide proficiscatur, ita neque fides est per se sufficiens, nõ solùm ad colendam, & multiplicandam amicitiam dei, verùm neque ad ineundam sine alijs operibus auxilio dei factis, quæ ipsa fides ostendit esse necessaria. Et eodem refertur mens Iacobi interpretantis Paulum, & fidem Abrahæ. Qui profectò non id tantum intendit, quòd fides cooperatur operibus ad augmẽtum iustitię, vt aliqui interpretantur, sed etiam quòd neq; prima iustitia acquiratur sola fide sine operibus dimanantibus ex ipsa fide per auxilium Dei. Nam in genere loquitur, ita proponens, Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides saluare eum? Et subdit, Fides si nõ habet opera, mortua est in semetipsa. Quod certè non solùm intelligitur de Christiano relapso, sed quòd infidelis certissimam fidem haberet

Abrahæ iustitia.

Luc. 18.

Fides publicani.

Hebræ. 11.

Iacobi. 2.

De qua iustitia intelligẽdus Iacobus

beret euangelio, non tamen faceret, quæ il-
la docet ad affequendam iuftitiam, fides o-
tiofa effet. Et ideo fubdit, quòd Abraham pa-
ter nofter ex operibus iuftificatus eft offerẽs
filium fuum Ifaac: id eft, nunquam illa fides
quam præftitit Deo, fuiffet opus iuftitiæ, ni-
fi proponeret facere iuxta præceptum Dei.
Et ita fides cooperata eft operibus, ipfisq́; eft
de inceps adulta, & confummata. Idemq́; mõ
ftrat in fide Raab meretricis: quippe quæ nõ
eft ex fide tantùm iuftificata: fed quia credens
exploratoribus pollicentibus fe eam feruatũ-
ire, qui Dei iuffu veniebant, fpe, & amore
Dei abfcondit eos. Intentio ergo Iacobi eft,
quòd ab ipfa ftatim affecutione iuftitiæ in-
choat fides per opera charitatis operari. Vn-
August. de Auguft. in libro. 83. quæftionum, quæftio.
76. vbi hanc materiam ex profeffo dilucidat,
concilians Paulum dicentem, fide hominem
fine operibus iuftificari, cum Iacobo, dicente
fidem cooperari operibus, ait, primum loqui
de operibus præcedentibus fidem: alterum
verò de fubfequentibus. Veruntamen non fo
lum intelligendum eft de fubfequentibus gra
tiam iuftificantem, fed fuo etiam modo de
fubfequentibus natura fidem, ac difponenti-
bus ad infufionem gratiæ.

Ad tertium ordinem authoritatum ¶ Subfequitur tandem, vt ad tertium refpon-
deamus argumentum, quo puncto axis verti-
tur huius controuerfiæ. Ait de libert. chrift.
Luthe. omnia reijcienda opera, non modò ex
Portentũ cõfictũ à Luthero. lib. 3 cap. 2. tera, verum etiam fpeculationes, meditatio-
nes, & quicquid per animi ftudia geri poteft:
quoniam nihil horum quicquam prodeft.
Sed vna re, eaq́ue fola opus eft ad vitam, iufti
tiam, & libertatem chriftianam. Ea eft facrofã
ctum verbum dei, Euangelium Chrifti, ficut
Luc. 11. ait veritas ipfa, Ego fum refurrectio & vita,
qui credit in me, non morietur in æternum.
Verbum autem fola fide, vt affenfus eft men-
tis, apprehenditur, fola ergo fufficit. Impri-
mis, quòd folum verbum fit tota noftra falus
Luc. 8. recens, inauditumq́ue idioma eft. Chriftus
enim in parabola feminantis, non docet ver-
bum effe totam frugem: fed femen, inquit, eft
verbum dei. Et fecundum cooperationem ter
Matth. 7. ræ in qua feminatur, ait ferre fructum. Quòd
fi cadat fecus viam, neque herbefcere permit-
titur à volucribus cæli. Et alibi, Qui audit ver-
ba mea hæc, & facit ea, fimilabitur viro fapi-
enti, domum fuam ædificanti fupra petram.
Verbũ euangelicũ quõ eft caufa falutis & virtus. Si verò audierit, & non fecerit, fimilis erit
viro ftulto ædificanti fuper arenam. Ver-
bum ergo euangelicum eft quidem caufa fa-
lutis noftræ: eft enim virtus in falutem omni-
credenti, fed tamen virtus tanquam femen &
fundamentum. Igitur non fatis eft ad falutẽ,
vt fola fide apprehendatur verbum: id eft, af-
fenfu mentis credatur promifsioni, nifi vna
credentes cooperemur Deo per charitatem
ad conuerfionem, & iuftitiam noftram.
Agnofcimus ergò, credentes accipere remif-
fionem peccatorum per nomen Chrifti, vt do Actu. 10.
cet Petrus, non ita tamen, vt fola fide affenti-
entes apprehendamus, fed fide charitatem
operante. Non enim aufcultamus Phi- Philipp. Melanc.
lippum recentem euangelicum in locis com-
munibus commentantem, quòd folo affenfu
fidei, quo apprehenditur verbum, apprehen-
ditur iuftitia, fed Philippum olim euangelij
miniftrum in actibus apoftolorum rogãtem
Eunuchum, antequam baptizaret, an credẽ-
ret ex toto corde. Ex toto quippe corde crede-
re, idem eft, quod ait Chriftus, diligere ex Actu. 8.
toto corde. Vbi commonemur neminem re
cipi in gratiam Dei, nifi actu charitatis, & pœ
nitentiæ feratur in peccata, quæ impedimen-
to funt diligendi eum ex toto corde. Sed hic
iam audio noftros homines clamoribus nos
obruentes, & querimonijs, cur ita illis iniquè
imponimus: quia nos, inquiunt, non nega-
mus pœnitentiam neceffariam, neque vero o
pera: quin etiam ita fidei tribuimus per chari
tatem operari, vt vbique inclamemus comi-
tes effe indiuiduos. Nemo fanè eft inter nos,
qui vobis imponat. N[am] fatis fupra demon-
ftrauimus, c. 12. oreten⁹, vos prædicare, q iufti
ficamur fide per charitatem operante: re tamẽ
negatis. Nam etfi admittatis necefsitatem pœ
nitentiæ, nullam tamẽ difpofitionẽ effe vultis
ad gratiã. Et quãuis dicatis charitatem infundi
pòft natura, q̃ gratiam, nullum eius tamẽ mo
tum agnofcitis, quo in Deũ ipfo præueniente
moueamur ad obtinendam gratiam: fed fide
fola vultis vt recipiatur. Quin duo fecũ pugnã Cõtradictio Lutherano.
tia dicitis. Nẽpe, quòd fides iuftificans inclu-
dit charitatẽ, & tamen iuftificat priùs natura
q̃ adueniat actus charitatis. At fide fola iufti- Philip. o fo-
cari, ait in locis cõmunibus Philip. nihil aliud la fide iufti-
pollet, quàm gratis iuftificari. Hoc tamẽ nun ficari, eft gra
quam extorquebit à nobis. Non enim idẽ eft tis iuftificari
gratis, & per fidẽ: ambo quippe tãquam duo
enuntiat Paul. puta gratis per fidẽ: gratis, quia
nullis præcedentibus meritis. Per fidẽ autem,
non quòd ipfa fit fola, quæ iuftificat, fed præueniẽ
te fpũ fancto, FIDES QVÆ PER CHA-
RITATEM OPERATVR. Ita S. Sy Syno. Trid.
no. eodẽ fancto fpiritu edocta exponit Paulũ
Seff. 6. ca. 8. fcilicet, quòd vbicũq; Apofto. di-
cit iuftificari hominem per fidem, & gratis, ea
verba

verba in eo sensu intelligenda sunt, quē perpetuus Ecclesiæ catholicæ cōsensus tenuit, & expressit: vt scilicet per fidem ideò iustificari dicamur, quia fides est humanę salutis initium, fundamētum & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorū eius consortium peruenire. Gratis autem iustificari, ideo dicamur, quia nihil eorū, quæ iustificationē pręcedunt, siue fides, siue opera ipsam iustificationis gratiam promereatur.

Finis secundi libri.

FRATRIS Dominici Soto Segobiensis, ordinis Prædicatorū, De natura & gratia, Liber tertius.

De obligatione iusti ad obseruantiam legis. Cap. I.



QVę pars in distributiōe operis huic demum tertio libro reliquebatur, ea erat de potestate iustificati hominis. In singulis enim quatuor statuum, quos efformādos instituimus: eū secuti ordinē sumus, vt primū in tali statu & habitu cōstitueremus hominem, ac deinde quæ esset ipsius facultas ad virtutis opera expēdere mus. Ad hūc quippe modū de homine differtū nobis est: primū in puris naturalibus, mox in flore naturæ integrę: ac deniq; in casu naturę corruptæ. At quia de homine in gratiā restituto, amplior habendus fuit sermo, proximū librū explicādo recōciliationis rationē & modū, totum insumpsimus: huius verò priorē partē de facultate iusti: posteriorē verò de gratiæ certitudine occupabit disputatio. Porro autē trina facultas semper agnita fuit & cōfessa à S. Patribus, & Theologis, hominis per gratiā dei iusti, eiusq; fauore, & auxilio nixi. Sanè ad cōplendum opera legis, & ad satisfaciendū pœnitentiæ fructibus, pro remissis peccatis: ac demū ad merendū vitam æternā. Quā prorsus triplicē potestatē Lutherani abnegare abiurareq; pertendunt. At quò ad primū membrū descendamus, præuidere est opus, an forte de homine iusto cōtradictoria proferāt circa diuina præcepta. Luthe. in eo libello, cui titulū fecit de liber. Christ. ita hominē huiusmodi libertate p solā fidem donatū extulit, vt penitus à toto lege liberauerit. Et simul nihilominus eadem pagella docet, præcepta legis impossibilia esse omnia, quæ à nobis impleantur. Quin verò ex eo quòd sunt nobis impossibilia, fit, inquit, vt vnico actu fide impleamus omnia. Intuere, quò euaserit vesania illa, quā idcirco tam multis reprobauimus libr. 1. cap. 12. scilicet quòd concupiscentia post remissionem in baptismo semper maneat peccatum, eademque prohibeatur illo mandato, Non concupisces. Exinde enim colligit, quòd sit omnino concupiscentia carnis, ineuitabilis transgresio. Quin verò cùm inclinet hominem contra omnia præcepta, omnium sit virtute (etiam citra consensum voluntatis) transgreßiones, quas euitare non possumus. Sed tamen qui fide, ait, certò credit, omnia condonari per Christum, illa sola fide non solùm obtinet, vt non sibi imputentur peccata illa, sed totam legem simplet. Atque adeò qui credit, inquit, lege iam liberatus est. Ex quo continuò conficit, nullam esse virtutem, nisi fidem, neq; aliquod esse peccatum prèter incredulitatem: iuxta illud, Concludit Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Hæc verborum tamē portēta sui se ipsa enarratione produnt, quàm sint absurda. Nam primum, si sola fide credentes implent omnia præcepta, quomodò sunt cōpletu impossibilia? Respondet Marti. quia ipse Deus, qui præcipit, implet. Hoc certè falsissimum est. Nanque (vt maiorem explicationem in sequentia capitula reseruemus) non ipse est qui credit sibi: sed nos sumus qui illi credimus. Fides enim licèt fiat ab ipso, in nobis tamen est, non in ipso. Vnde August. lib. 1. retract. Licèt Deus operatur, inquit, omnia in omnibus, nō tamen credit omnia in omnibus. Si ergo per fidem implētur præcepta, nos sumus qui auxilio Dei implemus; atque adeò non sunt nobis seruatu impossibilia. Sed de hoc paulò post. Nunc enim hoc tantùm euincere damus operam, ꝙ iustus nō protinus eximatur ab obligatione legis. Ita enim ait Luth. quòd iustus non operatur ex obligatione, sed ex amore solùm: iuxta illud Pauli, Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Vnde illam statuit antithesim. Christianus homo omniū dominus est liberrimus, nulli subiectus, sed tamen omnium officiosissimus: & ideò omnibus subiectus. Nos autē contrariam confitemur conclusionem. Christianus quantacunq; polleat sanctitate, nullus à legis obligatione liberatur. Et primū omnium Luth. fordidissimè permiscet, ac confundit libertates diuersas. Aliud enim longeq; diuersum est, virū

Margin notes: Diuisio libri. — Trina facultas iustificati hominis. — Lutheranorum contradictio. — Lutherani vesania. — Nulla virtus præter fidē Luthero, vide c. 5. lib. 2 — Contra Luthe. — August. — Lutheri antithesis. — Conclusio catholic. — Primum argumentum.

Duæ libertates.

omni officio, & sanctitate progressum liberũ esse à renitentia, & molestia sensualitatis, aliud verò liberum esse à legis vinculo. Demus enim hominem, non solùm vtcunque in gratia Dei, sed adeò prouectum, vt audeat cum Paulo dicere, Quis me separabit à charitate Christi? Is profectò ex charitate, & filiali timore, omni procul posito metu, operabitur: sed tamē non propterea est liberatus à nexu legis.

Obligatio legis.

Obligatio quippe legis in hoc consistit, quòd qui contrafecerit, reus eius sit, atque adeo indignationem & iram Dei incurrat: quicunque autem, quantumcunque iustißimus contra legem faceret, habetur reus apud Deum: ergo vt summa quisque libertate faciat iussa legis, non tamen exemptus est à lege: sed id tantùm est assecutus, vt sint sibi leuißima, ac suauißima eius præcepta. Quin verò etiam apostoli in gratia confirmati tenebantur lege. Aliàs, quid Paul. corpus tam acerbè castigabat, & in seruitutē redigebat, ne, cùm alijs prædicabat, ipse reprobus efficeretur, & seruari petebat à colaphizāte se angelo Satanæ? Sed & sanctißima virgo, quæ non solum fuit confirmata vt nec venialiter peccaret, sed neque vllum experta est tumultum carnis, aut tentationem ad malum, obligabatur lege, quam si transgrederetur, rea fuisset, & in culpa coram Deo. Et tamē Lutherus, qui nō solùm agnoscit luctam carnis cum ratione, sed illam ait esse ineuitabile peccatũ, non modò perfectißimos homines, sed quemcunque iustum, in quo præter naturalem concupiscentiam, extant corrupti habitus, & vis prauæ consuetudinis, vult liberum esse à lege: & quòd ex amore omnia faciat. Nunquid nō istud pestilentißimum dogma, amoris fuco delinitum, in perniciem est omnium virtutũ? Quot inuenias inter iustos etiā homines, qui si lege essent soluti, opera ex amore vniuersæ legis præstarent?

Christus cur liber esset à legis obligatione.

Vnus fuit Christus, qui nulla legis obligatione opus habebat, eo, quòd cùm homo Deus esset, repugnabat, vt opus aliquod etiam humanum, nisi iuxta diuinam regulam, ageret.

Altera contradictio.

Accipe contradictionem alteram absoni huius dogmatis. Sacramentum fidei nihil aliud est, quàm professio seruandæ legis: iuxta illud, Euntes docete omnes gentes. baptizantes eos, & docētes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis: quid ergo est, quòd contra obstrepit Luthe. per fidem liberari hominem à lege? An verò alijs, quàm professoribus legis dicebat Christus, Si vis ad vitā ingredi, serua mandata?

Matth. 19.

Non homicidium facies: nō adulterabis, &c. Est enim decalogus adeò iure naturæ mentibus hominum inscriptus, vt neminem vnquam mortalium non obligauerit: quomodo ergo Christus naturæ perfector, non illum edixisset professoribus fidei? Vnde Paul. legem ergo, inquit, destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus. Et, Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, &c. Et subdit. Non sicut gentes quæ ignorant Deũ. Acsi dixisset, quos nos fides altius in notitiam Dei promouet, eò maiori nexu obstringit ad sanctitatis custodiā. Nā, vt ait veritatis ipse magister, Ille seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: qui autem non cognouit & fecit digna, plagis vapulabit paucis. Vide quantum abest, fidem liberare à lege, vt potiùs ex cognitione fidei accesßio fiat culpæ transgressori.

Roma. 3.
Thes. 4.

Et præterea confirmatur conclusio. Lex decalogi nihil aliud est, quàm, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum sicut te ipsum. In primo enim continentur præcepta primæ tabulæ, & in altero, præcepta secundæ: fides autem hoc nos suapte natura docet, & huc animos nostros appellit, vt Deum & proximũ diligamus: ergo ad hoc etiam nos lex euangelica astringit: atque adeò nullus Christianus per fidem religatur à lege, sed potiùs ad sanctißimam eius custodiam obligatur.

Confir.

¶ Postremum itaque atque euidentißimum argumentum ad prodendum hunc errorem est, quòd si iustus liber esset à lege, non posset amplius iustitiam amittere: sanè quę nisi per legis trāsgresßionem, amitti nequaquam potest.

Postremum argumentū.

Ad hoc argumentum duobus modis cogitare possumus, vt respondeant. Primo, quòd qui semel est in gratia accepto regenerationis lauacro, non posßit amplius peccare.

Prima respōsio Lutheranorum.

Hæc autē fuit hęresis Iouiniani, vt refert Aug. lib. de hæres. cap. 82. quam etiam nunc S. Synodus Triden. canon. 23. condemnat.

Hæresis Iouiniani.
Syno. Trid.

Neque opus est in errore adeò manifesto deuincendo tempus insumere. Non enim solùm principes duos amicos Dei, Dauid inquam, ex veteri testamento, & ex nouo Petrum lapsos nouimus, verùm & Adam in tanto gradu & felicitatis culmine conditum, atque ipsum etiam primũ angelum, tanquam Luciferum exortum: vtpote & diuina cognitione splendidum, & diuino amore flagrantem, legimus cecidisse.

Quocirca intelligere non possum, quid sibi Bucerus obtendiculo illo velit, quo in concordantia huius controuersiæ protegere nititur magistrum suum. Dicens, quòd fides iustificans ex eo liberet iustum à lege, quòd qui fide viua credit, nihil aliud potest, quàm gloriam

Dei quærere, & hac metitur necessariò omnia. Etenim falsissimum imprimis est, peccata venialia referri posse in gloriam Dei, à quibus tamen nemo iustorum incolumis est. Et præterea licet dum iustus perseuerat in iustitia, cōmittere nequeat peccata, quæ simul sint cum gratia, est nihilo secius semper in periculo peccandi. Nanque fides iustificans non liberat hominem à possibilitate peccandi: & ideò nō est, cur liberet à lege prohibente peccata. Quapropter, quod vegementiùs istos in suspicionem criminis Iouiniani pertrahit, est, quòd citant in testimonium suæ sententiæ illud, Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natum est. Inde eñ illi arguebant, iustum peccare non posse. Ad quod tamen August. & secundum eum San. Thom. 2. 2. q. 24. arti. 11. respondet, quòd triplex est charitatis consyderatio. Prima, quatenus est motus spiritus sancti. Et ex hac parte charitas nullum potest admittere peccatum. Atque ad hoc pertinet perseuerantia: quæ est donum ipsius spiritus sancti, manutenentis nos. Secunda consyderatio charitatis est secundum ipsius propriam rationem. Ex qua etiam parte repugnat illi peccatum, sicut calori infrigidare. Et vtroque modo intelligitur verbum Ioannis, quòd, qui natus est ex Deo, peccare non potest, si solū consyderetur ratio seminis, quod est in illo. Sed tertia cōsyderatio charitatis est ex parte subiecti: puta hominis in hac vita. Et hac de causa amitti potest charitas: quia cum fides, obscura sit cognitio, non ostendens nobis essentiam ipsam diuinam, non ita configit voluntatem nostram Deo, vt semper sit in ipsum intenta: atque adeò nec tanti vigoris est, vt superare omni ex parte valeat pugnas huius nostræ militiæ: & ideò iusti semper træno opus habent legis. Facialis autem illa visio est, quæ beatos, molestia iam carnis exutos, ita in diuinum transformat amorem, vt nulla opus habeant cogente legē. Nostri verò Protestantes, quòd proprium est illius beantis visionis, fidei volunt iustificanti tribuere. ¶ Altera verò responsio Lutheranorum est ad argumentum propositum, quam à suo sunt magistro docti, videlicet quod quanuis iustus gratiam possit, iustitiamq; perdere, id tamen non potest, nisi vno peccato incredulitatis: sicuti iustitia non acquiritur nisi vna virtute fidei. Ita enim lib. 1. cap. 5. referebamus ex Luthero aduersus Carolstadium. Nullum est peccatum nisi incredulitas, nulla iustitia nisi fides. Et de capt. Babyl. Nulla peccata possunt hominem

1.Ioan.3.

Triplex consyderatio chari.

Quare charitas amitti possit.

Secunda responsio Lutheranorū.

Lutherus.

damnare, etsi velit, nisi sola incredulitas. Neq; habenti fidem dubitandum est de sua salute, quia promissio ibi facta nullis peccatis est mutabilis, nisi sola incredulitate. Et in deuotis monasticis. Nulla opera credēti in Christum tam mala sunt, quæ possint eum damnare, & accusare. Cernenda ergo hic est intētio istorum, perpendendumque punctum contradictionis inter nos, & ipsos. Intendunt, quòd cùm Deus simpliciter, & sine dependentia ab operibus nostris promiserit nobis salutem, solùm tenemur adhibere fidem illi promissioni nudè & absolutè, sine respectu impletionis aliorum præceptorum. Et ideò dixit Luthe. super epist. ad Gal. quòd sola fides necessaria est, cætera omnia opera liberrima, neque præcepta, neq; prohibita. Cōfessio autem catholica est, quod promissio euangelica non est nuda & absoluta, sed tali peccatoribus conditione promittitur salus, si præteritæ vitæ pœnitentes proponant seruare mandata. Quamobrem vt sola fides non sufficit ad iustificationem, ita neque absoluit iustum à præceptorum vinculo. Et ideo Synodus modo mentem istorum, plenè intellectam, condemnauit. Nam can. 19. anathema eos pronuntiat, qui nullum præceptū esse aiunt in Euangelio, præter fidem, cætera verò indifferētia esse. Et can. 20. eos qui aiunt hominem iustificatum, & quantumlibet perfectum non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantùm ad credendū, quasi Euāgelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruationis mandatorum. In his postremis verbis punctū attingitur radix Lutherani huius erroris. Non enim præceptum fidei est tota lex Euangelica. Haud quidem theologos præterit dubitatio illa, an infidelitas esset causa omniū peccatorum. Neque diffitentur, multa peccata ex debilitate & languore fidei promanare. Nam cū ex fide & spes nostra ortū habeat, & officiosa charitas vegetetur, quo firmior est fides, robustior spes est, & ardentior charitas. Vnde Paul. postquam viderat arcana Dei, nihil in rebus metuebat, per quod posset ab eius charitate diuelli. ¶ At verò iis nihil obstantibus tripertita statuitur hic conclusio. Sanè, quòd neque omnia peccata infidelitas sunt vel incredulitas, vt isti autumant, neque infidelitas est omnium causa, neq; per quodcunq; peccatum expungitur fides. Primum mēbrum manifestum est. Nam licèt omni peccato hæc sit cōmunis ratio: puta, quod sit dictū vel factum, vel concupitum contra legem Dei, atq; adeò auersio ab eius bonitate, differunt tamen spe-

Punctū contradictionis inter Luthe. & cathol cos

Syn.Trid.

Theologorū sententia de peccato infidelitatis.

Conclusio.

Ratio peccati.

Ratio pecca cie vitia, ratione conuersionis ad obiecta di-
ti. uersa, quæ ab illo sunt intenta, qui peccat. Ne-
Tho. 1. 2. q. mo enim respiciens ad malum operatur, sed
113. ar. 2. & ductus specie boni. Quemadmodum virtutes
latius q. 72. ipsę inter se distant ratione obiectorum, quæ
art. 1. singulis sunt proposita. Quocirca, vt virtutes,
Differentia sic etiam & vitia obiectis primum omnium di
peccatorū. scernuntur. Atque omnium prima differentia
Tho. 1. 2. q. est, quòd vitia illa, quæ sunt proximè contra
18. art. 2. Deum specie ab illis differunt, quæ sunt con-
tra proximum. Sicuti virtutes tres theologi-
cæ, à moralibus. Quinimò propter diuersas ra
tiones quibus in Deo differunt tria illa obie-
cta, scilicet, veritas, quæ obiectum est fidei: &
beatitudo nostra, quo tendit spes, & sua in se
bonitas, quæ obiectum est charitatis, diuersæ
virtutes sunt, fides, spes, & charitas, diuersaque
etiam impietatis crimina, infidelitas, despera-
tio, & odium Dei. Porrò autem neque vniuer-
sa peccata citra temporaria bona eiusdē sunt
1 Ioan. 2. generis. Nam omne quod est in mundo, aut
concupiscentia carnis est, aut concupiscentia
oculorum, aut superbia vitæ. Quibus verbis
Apost. iuxta bonum, philosophis tripartitum,
species vitiorum discreuit. Est enim alia con-
cupiscentia naturalis, quę ad tactum pertinet,
vel ciborum & aliarum rerum, quibus indiui-
duum cōseruatur, vel venereorum, quibus pro
pagatur species. Alia verò animalis: quippe eo
rum, quæ sola apprehensione & possessione
vel potiùs vsu delectant: vt pecuniæ, & id ge-
nus vtilium bonorum. Quarum primam voca
uit Apost. cōcupiscentiam carnis, & secundā,
concupiscentiam oculorum. Sed tertius appe-
titus est sublimium bonorum, magisque spiri
tualium: quales sunt honores: atque hunc nun
cupauit superbiam vitæ. Sed & sub his tribus
Greg. generibus agnouit Greg. 31. moraliū, septem
capitalium vitiorum species, theologis, imò
Christianis vniuersis receptissimas, quas ad
Roma. 1. Rom. & ad Gal. cōmemorauit Paul. Quorsum
Gala. 5. hæc? Certè vt ostendamus, nō omnia crimina,
esse peccata infidelitatis, sed obiecta habere di
Membrū se- uersissima. Ex quo facillimè colligitur secūdū
cundum cō mēbrum assertæ conclusionis: scilicet, non oia
clusionis. enasci peccata ex infidelitate, sed vt suis sunt
Non omnia obiectis diuersa, ita ex diuersis affectionibus,
peccata ex & animi ægritudinibus perpetrantur. Re vera
fidelitate o- qui vel ira percitus occidit, vel turpi amore ca-
riuntur. ptus labitur, vel auaritia sordet, nō peccat con
tra fidem: nam certus est male agere. Vnde cō
Memb. 3. sequens tertium membrū fit conclusionis: sci-
Non omni licet, quòd non per quodcunq; peccatum ex-
peccato ex- tinguitur fides. Sicut enim in alijs virtutibus
tinguitur fi- non quicunque peccat ex ira, amittit tempe-
des.

rantiam circa delectabilia tactus, nec qui pec-
cat contra temperantiam, amittit liberalitatē:
ita neque quocunque peccato mortali amit-
titur habitus fidei, quo verè credimus, omnia
nobis diuinitus reuelata, atque adeo promis-
sionem ipsam remissionis peccatorum, si vo-
luerimus corda à nostris iniquitatibus per gra
tiam Dei reuellere. Quòd si diuersi sint mate- Diuersa præ
riæ virtutum, & vitiorum, circa quas diuersi cepta.
nostri affectus versantur, diuersissima etiam
sunt alia præcepta à præcepto fidei, atq; diuer
sę obligationes, quales in ipso distinctissimo
decalogo separatim exprimūtur. Atque adeò
intentum est huius capitis, fides haud quaquā
iustum eximit à lege, sed legi potiùs subdit.
¶ Vnus aut alter locus est scripturæ, quē pos- Argumenta
sunt aduersarij huic catholicæ veritati obmo- Luthe.
liri, quippe verbum illud Pauli, Lex iusto non
est posita, sed iniustis, & non subditis, impijs,
& peccatoribus, &c. Et illud, Si spiritu Dei du-
cimini, nō estis sub lege: oēs autem iusti spiritu
Dei ducuntur: iuxta illud, Qui spiritu Dei agū
tur, hi sunt filij Dei. Quibus accedit & illud,
Vbi spiritus domini, ibi libertas. Ad hæc autē Responsio.
facillima est, verissima, & planissima theolo-
gorum omniū responsio, nisi vniuersos isti re-
spuissent. Sunt enim in lege virtutes duæ. Pri- Legis duæ
ma, quòd est regula nostrarum actionū, cuius virtutes.
transgressio, peccatū est, & à qua legis virtute
nemo excipitur. Nam omnis anima (inquit
Paul.) potestatibus sublimioribus subdita sit,
neq; potest quisquam Deo aut suis potestati-
bus esse subditus, nisi sit subiectus legibus. Sed
alia virtus est legis coerciua, quæ cogit incon-
tinentem cōtra suas agere appetitiones, & hoc
modo iustus, ille scilicet, qui sedatas iam habet,
& pacatas turbulentas passiones, non subdi-
tur legi, quoniā nutui spiritus sancti omni pro
cul metu legis obsequitur.

De explicatione legis. Cap. 2.



Hoc itaque primùm constitu
to, quod iustus nō illico libe
ratur à legis vinculo ad iudi-
candū, an possit planè satisfa
cere legi, quæ principalis est
intētio in prima parte huius
libri, breuis præmittēdus est sermo de explica
tione legis: sanè de qua neque oino aduersarij
nobiscū consentiūt. Atq; in capite primū hæc
sancta confessio Christianis supponenda est, Christus le-
q̄ Christus nō solùm à Deo datus hominibus gislator & re
est, ceu redemptor, cui sit fidendum, verū & le demptor.
gislator cui est obediendum, vt Syno. Triden.
can. 21.

can. 21. sanxit contra impios quosdam negantes fuisse legislatorem. Et quidem, quatenus res ad decem præcepta spectat, quanuis vniuersa sint de iure naturæ, & in lege veteri fuerint explicata, tamen in lege euangelica obligationem habent iuris diuini, eo quòd à Christo sunt præcepta. Lex enim vetus simpliciter quantum ad illius legis obligationem attinet, prorsus abolita est, & extincta in ipso passionis momento, quo Christus protulit, consummatum est. Nam translato sacerdotio, inquit Paul. necesse est vt legis translatio fiat. Vbi absque vlla exceptione totam legem expirasse docet, quo ad vim obligandi. Illud autem theologorum axioma, quòd ex præceptis antiquis, cæremonialia antiquata sunt & abolita: legalia verò nō omnia, sed moralia omnia permanserūt, sic intelligendum est, quòd prima, quia erant figura venturi Christi, nō licet amplius præcipere in noua lege: ne sint falsa signa. Secunda verò licitè integrari possunt, sed tertia, quia erant iuris naturæ, necessarium fuit, vt iterato instaurarentur. Itaque decalogus præter obligationem naturalem, nullam prorsus habuisset in Euāgelio obligationem diuinā, propter vinculum antiquæ legis (quæ perinde tota cessauit, acsi nunquam fuisset) nisi denuò præceptus fuisset à Christo tanquam à verò legislatore, & explicatore iuris naturalis. Vnde tanquam verus legislator multa exponendo mādauit, & commendauit ad idem ius pertinentia, quæ mūdus tunc ignorabat. Vt, Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnū cælorum, Beati mites, & beati qui lugent, Siue consilia sint, siue aliquando præcepta, nihil modò disputamus. Neq; verò solùm vt Scribę & Pharisæi legis enarratores, sed tanquam potestatem habens, leges ponebat, Audistis, quia dictū est antiquis, Non occides, ego autē dico vobis, Quicūq; dixerit fratri suo racha, &c. Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis, ego autem dico vobis, Quicūq; viderit mulierem ad concupiscendū eam, iā mœchatus est in corde suo. Atqui præter hęc naturalia adiecit, & pręcepta sacramētorū: Vt, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō intrabit in regnū cælorum: &, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: &, Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Neq; id tātùm verum, vtcunq; aduersarij resultent, facultatē fecit ecclesiæ leges condendi, quæ essent velut suarum antemurale, quibus vineam suam sepierat. Non quòd ipsi deesset prudentia perfectissimè instituendi totū Ecclesiæ ius: sed quia

Heb. 7.

Tria genera præceptorū legis veteris.

Matth. 7. D.

Sacramentorū pręcepta.

Facultas Ecclesiæ adcōdēdas leges.

sciebat temporum, locorumq́; varietatē, diuersosq́; hominum casus nouis nonnunquam legibus indigere. At non est hic locus hæc pressius tractandi: sed hæc meminimus ad enarrandū canonem Cōcilij, qui hoc tempore fuit propter quosdam necessarius. ¶ Hac autem consyderatione præmissa, duo sunt puncta, de quibus Lutherani à nobis dissentiunt, intellectu necessaria ante disputationem de satisfactione legis. Primum de explicatione præceptorum: & alterum, an præter præcepta sint aliqua cōsilia. De primo ergo puncto aiunt (vt est videre apud Melancthonem in loco cōmuni de bonis operibus, & apud Bucerum in lib. de concor. controuer.) quòd nos doctrina operum præclarè tradimus de externa hypocrisi, aut de humanis cæremonijs: opera verò primæ tabulæ, & fontem bonorum operum ignoramus, & obruimus. Et vocant externam hypocrisim, septem præcepta secundæ tabulæ. Siquidem hypocrisim discernunt à præceptis primæ tabulæ, quam vocant internam iustitiam. Interna autem iustitia est, inquiūt, credere verbo Dei, timere Deum, confidere Deo, firmare semper fiduciam, ne vincat dubitatio quòd sumus in gratia Dei. Quæ quidem dubitatio, aut contēnit Deum, aut fugit iratum, aut non verè inuocat. Ecce mysteria in quibus isti collocant totā vitam christianam, suadentes hæc omnia exteriora, aut nihil, aut perparum referre: sed totum negotium Christiani intus consistere in corde. Neque enim satis eluere eum possunt, colorem, quo sunt à magistro suo tincti, in de liber. Christ. vbi ait, nihil prodesse externa opera: scilicet, versari in locis, & officijs sacris, ieiunare, neq; voce orare, imò neq; interiores speculationes, aut meditationes, præter vnam fidem & fiduciam. Imprimis, quàm infra dignitatem loquantur de præceptis secundæ tabulæ, quin verò quàm indignè de illis sentiant, quis est, qui nō videat? Putant enim in hoc tantùm esse nobis iussa, quòd Deus non voluit illis exercere, quibus tanquam testimonijs fidei ipsum glorificaremus. At verò ratione longè diuersa discernit Ecclesia catholica inter primam ac secundam tabulam præceptorum. Non enim distinguuntur vti externa opera ab internis: nā tam in prima, quàm in secunda præcipiuntur, & intima, & extera opera. Discrimen autem est, quòd cùm Deus, & in se optimus sit, ac propter se colendus, & naturæ quoq; author, rerumq́; genitor cui nostri cura est, & prouidētia, in duobus summam posuit omniū mandatorum: scilicet, Diliges dominum Deū tuū ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum sicut te ipsum.

Duo puncta discordiæ.

Melancth.

Bucerus.

Hæresis.

Luther.

Idem lib. 2. cap. vltimo.

Indignè Lutherani de secunda tabula loquūtur.

Distinctio primæ & secundæ tabularū, vide li. 1. cap. 22.

Ex

Ex quibus mandatis ait, vniuersam legem pẽdere & prophetas. Primum autem quod ad suum ipsius pertinet cultum, in prima tabula iussit tribus præceptionibus explicari: secundum autem, in altera, septem alijs. Neque verò præceptiones primæ tabulæ, mentis sunt duntaxat meditationes, sed in opera se etiam exerunt. Primum enim præceptum non est formaliter dilectionis, sed ipsius explicatio, scilicet, vnicum, trinumq; credere Deum, idola vti deos falsos execrari, in quibus nihil est numinis: illum esse vnum, cui soli, cordis, oris, & operis laus, & cultus debetur. Secundum etiam præceptum de sanctificatione sabbati non intus tantum in mente, sed in cultu etiam exteriori positum est, atque adeò tertium de suo sancto nomine non vanis iuramentis vsurpando. Quocirca nouum inuentum est, hoc penitus prima tabula præcipi, credere verbo Dei, confidere, & firmare semper fiduciam, ne vincat dubitatio, an assecuti fuerimus promissiones Dei. De quo latiùs lib. 3. in de certitudine gratiæ. Atqui vt in prima tabula opera etiam iubentur exteriora, ita & in secũda opera quoque interiora. Non enim solùm iubemur charos venerari parẽtes, externis pietatis officijs, sed intimo etiam affectu. Neque tantùm iubemur abstinere à re vel thoro alieno, sed non concupiscere vxorem, aut rem proximi. Igitur (quod in principio proponebamus) & falso, & indignè opera secundæ tabulæ vocant hypocrisim. Est enim hypocrisis, quãdo aliud extra in opere effertur, quàm intus fertur in corde: opera autem & officia charitatis in proximos ex fide & amore Dei procedunt. Quin imò secundùm scripturam, indicia sunt veri amoris Dei. Vnde Paul. Reddite, inquit, omnibus debita. Cui tributum, tributum, &c. Nam qui diligit proximum, legem impleuit, Non adulterabis, Non occides, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et Ioan. quẽ dominus de suo pectore, charitatis præceptionibus lactauerat, ita, quæ inde exugerat, denarrat. Charissimi si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deũ nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas in nobis pfecta est: Et, Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Et, Hoc mãdatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Hæc est expositio Ioannis super illud nouum mandatum Christi, quo nihil discipulis commendatius esse voluit, & sanctius, quàm vt se inuicem diligerent, sicut dilecti fuerunt ab eo. Vnde colligit, nullum esse exploratius iudicium diuinæ dilectionis, q̃ dilectionẽ proximi. Quare Paul. non satis habuit explicare vnitatẽ humani generis ex naturali vinculo carnis, quo compacti sumus in vnum corpus. Sed vno, inquit, spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. Et alibi, Membra sumus corporis eius (puta Christi) de carne eius, & de ossibus eius. In summa, tãti fecit Deus opera hæc externa, quibus charitatem colimus inter fratres, vt cũ omnium bonorum in se ipse diues, nostrorum non indigeret, ita propriè cuiusq; personã induit, vt non satis habuerit dicere, Quod vni ex istis fecistis, pro me fecistis, sed mihi fecistis. Et in postrema die totam præmouerit iudicationem futuram, si cùm fuisset nudus, vestitus à nobis fuerit, si pastus deniq; in fratribus fuerit, & ex charitate tractatus. Qua ergo fronte opera secundæ tabulæ hypocrisim Protestantes appellant? Dicentes totum negotium Christianum in corde cũ solo Deo gerendũ. Agnoscimus enim verbum Christi liberatoris nostri, Regnum Dei intra vos est, quoniam vt ait Paul. Lex nostra lex spiritus est, sed tamen eo modo est spiritualis, quo alibi explicat non esse regnum Dei escam, & potum: sed iustitiã, & pacem, & gaudium in spiritu sancto: iustitia autem, pax, & gaudium spirituale non conseruatur, nisi per exteriores actus. ¶ Secundum istorum à nobis dissidium de lege Christi est, quòd nullũ in Euangelio agnoscunt consilium, quod nõ sit præceptum: si non particulare, saltem inclusum in præcepto de dilectione Dei super omnia. Ex quo vt cap. sequenti videbimus, eliciunt vnum argumentum ad confirmandum, quòd non possumus huic præcepto satisfacere in hac vita. Nam quicquid homo facit, adhuc plus debet. Ob idq; irrident nos, vt capitulo de satisfactione videbimus, quòd cogitemus, non solùm posse satisfacere legi, verùm aliquid vltra supererogare. Quocirca cũ in libello imperatorio, instante Echio, scriptũ esset, opera quidem à nobis fieri bona, quæ à Deo sunt mandata, & cõmendata, postea Bucer. circa finem libri sui de concordan. controuer. reclamauit, satis fuisse positum mandata. Quia nihil est, inquit, in Euangelio, quod non procedat de mandato dilectionis: reliqua verò opera, quæ ex humanis institutis fiunt, prorsum cõdemnant, vt patet in suo didagmate, de quo articulo optimè obuiatum illis est à Coloniensibus in antididagmate. De hoc autem articulo consiliorum dicam, quod ad præsens propositum de satisfactione legis attinet,

eo

Primũ præceptũ, vide lib. 1. c. 22.

Secundum.

Tertium.

Hypocrisis lib. 1. c. 2. & lib. 3. c. 8.

Roma. 13.

1. Ioan. 4.

Lucæ. 18

Roma. 14.

Secunda cõtrouersia de consilijs.

Libel. imper.

Bucer.

eo præsertim, quod nonnullos inter catholicos audiuimus de hoc dubitantes: quinimò cōtendentes, nullum esse opus supererogationis vel consilij, sed omnia esse præcepta. Etiam illud. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, &c. Cuius contraria idcirco cōclu-
Math. 19. sio constituenda nobis est. Ratio qua maxi-
Cōclusio ea mè testimonia sacra huius veritatis elucidan-
tho. de consi tur, est hæc. Deus in operibus erga proximos
lijs. illa tantùm edixit nobis sub precepto, quę pertinebant ad custodiam charitatis: nam finis præcepti charitas: ex tera verò officia, nō erat, cur nobis iniungeret ex necessitate: in his autē quæ ad cultum suum pertinent non est obligationē nostram metitus ex magnitudine beneficiorum, quæ in nobis contulerat, creationis & redemptionis, sed omnia iuxta naturam nostram suauiter disposuit: illa tantum præcipiens, quæ suam amicitiam seruarent, & quæ possibilia essent, neq; adeò difficilia, non modò his aut illis hominū cōditionibus, siue hoc aut illo loco vel tēpore, sed quæ omnibus quocunque tempore, & loco essent possibilia: reliqua verò in optione cuiusq; posuit. Quare cōsilia non sunt per se perfectiora, quàm opera præceptorum, sed cùm finis omnium mandatorum sit perfectio charitatis, consilia ordināntur ad maiorem eorū custodiam. Quare licèt non sint necessaria, hac tamen ratione pertinent ad perfectionem. Vnde statim Christus in solenni illa legis promulgatione ante necessaria præcepta proposuit perfectorum cō-
Math. 5. silia, Beati pauperes spiritu. Nam pauperies non est necessaria, sed legitimus bonorū vsus. Beati qui lugent, & his similia. Et ideò subdit, Vos estis lux mundi: quasi quibus competit non solùm iustitiā vulgariter colere, sed egregie vsum etiam rerum licitum abijcere. Atque ex hinc fortè legitimus eruitur intellectus illorum verborum, qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autē fecerit, & docuerit, magnus vocabitur. Facit enim dubium, quomodo præcepta vocauerit minima, cum autem qui seruauerit, appellauerit magnū. Loquitur ergo fortè de operibus illis consilij, quæ ex eo dicuntur minima, quia non sunt necessaria, sed tamē qui legitimè seruauerint: scilicet, ad maiorem, & consummatiorem præceptorū custodiam, futuri sunt in regno cœlorum, non qualescunque ciues, sed magnates. Accedit & verbum
Math. 19. Christi, Sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum, qui potest
1. Cor. 7. capere capiat. Cuius expositorē agit Pau. vbi ait, Bonum est homini mulierē nō tangere, &

Volo omnes homines esse sicut ego sum. &, Dico non nuptis, & viduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego: subdit autem, De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, &c. Hæc autem com Math. 19.
munia sunt. Sed rem paulò exactiùs vrgebo ex illo vbi dominus adolescentulo illi interroganti, quid faciendo vitam æternam possideret, legitur respondisse, Serua mandata: mox dicenti, seruasse à iuuentute sua, adiecisse, Vade, & vende omnia quæ habes, &c. Ille enim Mar. 10.
locus est, vbi perspicacissimè discernitur inter communem ordinem præceptorum, & singularem consiliorum accessionem. Bifariàm autem interpretari vel deprauare moliuntur hūc locum aduersarij. Primùm enim aiunt, adolescētem illū fuisse Pharisæum, qui mentitus est Inter pretatio praua illius Vade & vende &c.
seruare præcepta, & ideò iussum esse relinquere diuitias, quæ sibi erant impedimēto. Quo vi Hiero. &
dentur Hiero. & Orige. inclinare: sed profectò Orige.
nulla potest ratione negari, quo minus legem seruasset, quod satis erat ad amicitiam Dei. Nā habetur Mar. 10. quòd Christus intuitus eum, dilexit eum. Item quoniam si fuisset mentitus non respondisset Christus, Si vis perfectus esse, seu vt habetur in Marco, Vnum tibi deest: hæc enim verba supponit, iam fecisse iuuenē, quòd ei dixerat Christus necessariū esse ad vitam æternam. Hoc fortè verum est, quod nō seruabat præceptum dilectionis modo perfectissimo, erogando bona sua in pauperes, vt esset inter perfectos. Et illa fortè fuit mens Hieronymi & Orige. vt author est S. Tho. 2. 2. q. S. Thom.
189. art. 1. Repugnat enī perfectioni maximè christianæ, vt tam diues esset, q̄ ille credit fuisse, vbi erant pauperum greges, quibus potuisset bona sua distribuere. Sed mentitus fuerit nec ne, nihil moror. Nam vt vtrauis pars vera sit, manifestè colligitur ex litera, discrimē consiliorum à præceptis. Aliorum ergo est respō- Secunda interpretatio.
sio, quod non solùm seruare alia mandata: sed relinquere omnia sit necessarium ad salutem. Quare vbi ait Christus, Si vis perfectus esse, non loquebatur de perfectione supererogationis, quæ nulla est, sed de illa quæ est necessaria ad salutem. Propterea, quod vt refertur apud Marcū & Lucā, dixit, Vnum tibi deest, vade, quæ cunque habes vende, &c. Hæc autē interpretatio exinde deprehēditur falsa, quòd si de tali necessaria perfectione intellexisset, in initio illico interrogationis illam respondisset esse necessariā, vbi iuuenis interrogauit, qd faciendo vitam æternam possideret. Cùm ergo discretè, ait, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Sed si vis esse perfectus, vende, &c.

mani-

manifestè distinxit inter opera necessaria, & opera consilij. Vnde quod addit, Vnum tibi deest, intelligitur, tum ad perfectionē, tum ad securitatem perseuerantiæ. Nam difficile est diuitibus perseueranter agere ad vitam æternã, vt statim subiecit Christus. In summa, dicere, quòd opera consilij, & maximè renuntiare diuitijs, & illustribus statibus seculi, sit de necessitate salutis, est hæresis condemnata aduersus Pelagianos, vt refert August. in episto. ad Paulinum, vbi inter decem errores illum connumerat quintum: puta, diuites baptizatos nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, neque eos habere posse regnum Dei. Neq; profectò opus alia fuisset condemnatione, quàm quòd aliàs condemnaretur tota religio christiana, quæ diuites permittit. Vnde Paul. quanuis admonitos nos fecerit, quòd qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, nihil tamē ampliùs subiungit, quàm Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, bene agere, facilè tribuere, &c.

Hæresis.

1. Tim. 6.

De impletione legis in genere.
Cap. 3.



His ita necessarijs fundamētis subiectis, quæstio est prima huius libri, vtrū iustus qui p fidem iustificātem nō absoluitur à lege, possit per gratiam adiuuantē, legi satisfacere. Lutherani enim in vtrunq; peccant extremum: dum aiunt, & quemcunq; iustum nexu legis per fidem absolui, & neque iustissimū legi posse satisfacere. At verò ne nobis imponere perseuerent, quòd possibilitatem adimplendæ legis nobis adscribamus, hæc ante omnia sanctissima confessio, quæ nobis est cum illis cōmunis, supponenda est, quam lib. 1. cap. 22. & fermè per totū librum secundum cōtra Pelagianos sancitam ab Ecclesia esse monstrauimus. Nempe, quòd absque diuino nutu, specialiq; auxilio nequimus implere diuina præcepta: scilicet, neque omnia quantum ad substantiam actus, neque nimirum, quantum ad intentionem præcipientis. Ita enim in Concilio Mileuitano & Africano cōfessum est, atq; etiam in Arausicano. Cuius in canone 25. verba sunt, Hoc prædicare debemus, & credere, quòd per peccatum primi hominis ita inclinatum, & attenuatum fuerit liberum arbitrium, vt nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter

Lutheranis nullus iustus potest satisfacere legi. infra. c. 7.

Cófessio cō munis de ob seruátia præ ceptorum.

Concilium Mileui. & Arau.

Deum, quod bonum est, posset, nisi gratia eum & misericordia diuina præuenerit. Et talia fermè verba protulit præsens Synodus Tridentina in primis cauonibus tribus. Quam etiamnum fundamētalem conclusionē paulò pòst peramplius explicabimus: an scilicet præter gratiam habitualem, necessarium sit quoque nouum auxilium ad dignè operandum & perseuerandum. Nulla ergo de hoc est controuersia: sed vtrùm cum speciali Dei auxilio homo valeat satisfacere legi. Hoc enim est, quod Protestantes apertissimè, & pertinacissimè inficiari pertendunt: vbique inculcantes, quòd in hac vita, neque diuino fauore possumus satisfacere legi, sed tantùm inchoare. Quinimò ipsam inchoationē, opus omnino volunt esse Dei, & nullatenus nostrum. Est autem error iste, germen pestiferæ illius radicis, quam lib. 1. capit. 11. & 12. reuellere nitebamur, ceu con plurium errorum feracem. Videlicet, concupiscentiam carnis reluctantem rationi, esse peccatum, prohibitum illo præcepto, Non concupisces: quod omnino tolli non potest in hac vita. Inde enim confecit Luther. in de liber. Christ. & art. 2. assertionum suarum, & rursus art. 31. & latissimè in lib. de decem præceptis, φ nullatenus in hac vita, quoquo pacto diuinitus adiuti possumus plenè implere mandatū illud maximum, Diliges dominum Deum tuū ex toto corde, & ex tota mente, &c. propter rixam & pugnam carnis impedientis ne toto corde diligamus: sed hîc inchoari, & in patria perfici. At quoniam verba hæc dextrum possunt recipere sensum, in quo nobis possunt esse communia, perpende quomodo inter nos differat. Non id tantùm aduersarij sentiunt, quòd in hac vita non diligimus ea perfectione qua Deus diligitur in patria: de hoc enim nulla est disceptatio. Agnoscimus enim dilectionem viæ nō esse firmam, & fixam, vti illic erit. Item planè confitemur, quòd nequimus ita Deum diligere ex toto corde, quin multa sint venialia peccata permixta iustitiæ nostræ. Nam si aliud haberemus de nobis iudiciū, nos ipsos (vt ait Ioan.) seduceremus. Sed tamen addunt, in quocunque opere hominis quantum cunq; iusti, necessariò inesse omissionem præcepti illius dilectionis. Nanque tenemur secundum illos, singula præcepta implere ex dilectione: ita enim intelligūt illud. Omnia in gloriam Dei facite. Et, Finis præcepti charitas. Et putant, nullum esse opus tam perfectum, quin propter ingentem reluctantiam carnis commaculetur, ne fiat ex toto corde: vt est in præcepto dilectionis. Atque inde dicit Luthe. art. 31. in omni

Tridentinū.

Lutherano rū dogma.

Radix erro ris.

omni opere bono iustum peccare, quia est omissio illius praecepti. Et art. 32. opus bonum optime factū veniale est peccatum, secundum misericordiam Dei, sed mortale, secundum iudicium Dei. Ob idq; nullo nostro opere secūdum istos, satisfacimus legi, sed sola fide recipimus misericordiam Dei nō imputantis peccata nostra. Hanc doctrinam hactenus perseuerant defendere Lutherani. Vnde in confess. Augustana, articu. 6. Cùm fide inquiunt recōciliamur, necessariò sequi debet iustitia bonorum operum. Sed quia tanta est infirmitas humanae naturae, vt nemo legi satisfacere possit, necesse est docere homines, quòd haec obedientia non placet Deo, quia legi satisfacit: sed quia persona est in Christo recōciliata à fide, & credit sibi reliquias peccati condonari. Quare non censent esse simpliciter iustitiam, sed reputari quandam iustitiam: subiiciētes illud, Non intres in iudicium cū seruo tuo, quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: & alia id genus, ad quae nos infra respondebimus. Id quamplurimis verbis explicatissimè persequitur Melancthon in apolo. sub. titu. de dilect. & imple. legis, commentatus illud euangelij, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, in eo sensu, quòd tantummodo oporteat à nobis in hac vita legē inchoari: id est, imperfectè impleri. Et paulo inferiùs nobis improperat, quòd praedicemus nos legem implere, cùm in hac vita non possumus legi satisfacere. Et inferiùs. Legis impletio quae sequitur innouationem, est exigua & immunda, & inchoata, tamen haerent adhuc in natura reliquiae peccati, quae semper accusant nos, & ideo non est accepta propter seipsam, sed propter fidē: quia iusti seu accepti reputamur propter Christū. Et rursus. Propter fidem in Christum non imputatur nobis hoc quod deest impletioni legis. Vide quanta explicatione vtatur, vt doceat imperfectionem operum nostrorum nō esse, eo solùm quod remissior est, quàm in patria, sed cuilibet operi veram inesse culpam. Vnde paulò inferiùs (q[illegible] verba quoque sunt Lutheri, artic. 13.) Exprobrat nobis, quod fingamus Christum tantùm esse nobis commeritum primam gratiam, nos postea tamen nostra legis impletione placere, & mereri vitam aeternam. Cùm tamen mediator Christus omnem nobis fuerit gratiam meritus. Idem latiùs etiam persequitur in locis communibus sub titu. de imple. legis. Idem Buce. adhuc multò (quod suum est ingenium) cumulatiori sermone inter enarrandum articulum. 5. libelli imperatorij: cuius paulò pòst expendemus verba.

Confessio Augustana.

Psal. 142.

Melancth. tātùm inchoamus in hac vita legē nō implemus.

Matth. 19.

Bucerus.

Subijciamus ergo propositiones, quibus est ad hanc quaestionem respondendum. Prima. Possibile est nobis cum diuino fauore, & adiutorio, sic in hac vita totam legē, atq; adeò dilectionis praeceptum implere, vt non modò singula, verùm omnia peccata mortalia possimus vitare. Ratio prima huius conclusionis ex subuersione fundamenti, quo aduersarij cōnituntur, sumitur. Abundè enim demonstratum à nobis est loco citato lib. 1. ita per baptismum remitti, condonari, deleri, abstergi, sepeliri, atq; adeò penitus tolli originale peccatum, & vniuersa, si quae sint actualia, vt nulla fiat reliqua ratio culpae, nisi vbi voluntate liberè homo cōsentit in peccatum, neq; illo precepto, Nō concupisces, certamen carnis prohiberi, sed victoriam. Et quamuis liberum arbitrium vulneratū fuerit: debilitatumq; praeuaricatione primi parentis, non tamen adeò extinctum est, quo minus possit diuino auxilio resistere. Quo fit, vt à concupiscentia non singula opera commaculentur nostra, atq; ea minus, quae in gratia dei per eius facimus auxilium. Accedit & huc praeterea, quòd eodem lib. 1. ca. 22. explanabamus. Nimirum, quòd modus charitatis nō est de essentia aliorum praeceptorum. Et ideò quā uis gratis largiremur, non posse nos in hac vita implere praeceptum dilectionis, non inde sequeretur vniuersa aliorum praeceptorum opera peccata esse, habereq; annexam priuationem eiusdem praecepti. Haec autē omnia iam pridem à nobis constitutissima sunt.

¶Inde hic ergo exordiendū est, vtrùm praeceptum dilectionis impleri in hac vita possit à nobis per auxilium dei. Et causa dubitādi praecipuè sumitur ex August. in lib. de perfect. iustitiae: vbi ait, quòd in illa plenitudine charitatis patriae praeceptum illud implebitur, Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. Nā cùm est adhuc (inquit) aliquid carnis concupiscentiae, quod continēdo fraenetur, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Et qđ rē perstringit, est, quia videtur docere, illam perfectionem dilectionis, quae non hic, sed in patria esse potest, cadere sub praecepto. Ait enim Cur enim non praeciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac vita nemo habeat? Non enim rectè curritur, si quò currēdum est, nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis praeceptis ostēderetur? Hunc autē locum Augustini interpretatur. 2. 2. q. 44. S. Thom. hoc modo, Praeceptū aliquod bifariàm intelligitur impleri: vno modo perfectè, quando peruenit ad finem praecipientis, alio modo imperfectè,

1. Cōclusio.

1. Ratio.

Cap. 11.

Lib. 1. c. 15.

Modus charitatis nō est de essentia aliorū praeceptorum.

Tho. 1. 2. q. 100. art. 10.

Praeceptum dilectionis.

August.

Vide quae Aug. in hac sniam scribit lib. 1. retract. c. 7. & 16. exactiùs & plenissimè

S. Thom. Praecepta dupliciter implentur.

quando, etsi non perueniatur ad finem, non tamen receditur ab ordine, & regula dirigente in finē. Intentio dei, dilectionem sui præcipiētis, fuit, vt planè illi, omninoque vniremur amando, ita vt non solùm nihil esset in nobis contrarium, sed neque aliquid, qoud eius amorem remorari, remittereve posset, aut tepefacere: cuius felicitatis nequimus nisi in patria potiri, quando liberi à corpore mortis huius videbimus eū sicuti est. In hac verò vita impletur imperfectè. Et tantò quisq; perfectiùs, quantò propiùs ad illam perfectionem accedit. Non est ergo mens Augustini, quòd dilectio patriæ sit hic præcepta tāquam implenda in hac vita sub pœna peccati, sed tāquam finis & scopus, quo dirigenda est intentio nostra. Nec est cur Bucer. Buce. contra glossam hāc reclamet. Sanè, quæ ex verbis ipsis Aug. liquet: nam postquam dicit illam nobis perfectionem esse præceptam, subdit causam, vt per præceptum sciretur, quò nobis esset currendum. Vnde sicut miles (ait S. Thom. Sanct. Tho.) licèt non potiatur victoria, nō tamen peccat, si non facit contra disciplinā militarem, ita quamuis hìc nemo fruatur dilectione illa patriæ, nō tamen peccat, nisi qui deflectit à lege, & præceptionib⁹ charitatis, aut aliquod veniale admittit contra eius feruorem. Itaque si lubet explicatiùs dicere; aliud est perfectè implere præceptum, & aliud, nō violare. (Implere & violare.) Possumus in hac vita nō violare, licèt nō possim⁹ perfectè implere. Cauēda est ergo æquiuocatio implēdi. Accipitur enim vno modo, vt opponitur trāsgressioni, seu omissioni, & isto modò impletur in hac vita. Et alio modo, vt tantum valet, quantū plenè ad mensurā, cacumē, & finem pertingere: & isto modo impletur in patria. Et quod iste sit sensus Aug. in propatulo est. Intendit enim in illo libro disputare cōtra Cælestium, qui dicebat, posse hominem in hac vita viuere absq; vllo peccato actuali, scilicet, tam veniali, q̄ mortali, ex eo quòd præceptum sit homini, vt absq; peccato sit. Quē Au- 1. Ioan. 1. gust. redarguit ex illo Ioan. Si dixerimus, quia peccatū non habemus, &c. Et ideò nunq̄ venit in mentem Augu. quod singula nostra opera sint omissiones illius maximi præcepti, velut peccata, sed quòd vita quāuis iustissimi hominis, non potest transigi sine permixtione aliquorum, saltem leuium peccatorum. Qui quidem sensus patentissimus apud eundem est in de spir. & lit. vbi idem tractat argumentum. (De spū & lit. Vide c. 4. huius lib.) Discernit enim cap. 26. inter vitam hanc militantem, in qua cognoscimus per speculum in ænigmate, & triumphantē illam in qua iusti videntes facie ad faciem, satientur illa iustitia, quam hic ex fide viuentis esuriebant, & sitiebant. Nam, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiā. Vnde ad iustitiam huius vitæ, inquit, quę minor est illa, nō absurdè dicitur pertinere ne homo peccet, neq; enim si esse nondum potest tanta dilectio Dei, quanta illi cognitioni plenæ perfectæq; debetur, iam culpæ deputādum est. Aliud est enim totam nondum assequi charitatē, aliud nullam sequi cupiditatem. Quamobrē debet homo quāuis longè minus amet deum, q̄ eum potest amare cōspectum, nihil tamen appetere illicitum. Hæc Augu. & talia illic congeminat, vt ostendat perfectionē huius præcepti in hac vita in eo positam esse, vt nulli delectationi illicitæ cōsentiamus, quin verò caueamus à leuioribus.

¶ Præter authoritatem Augustini est argumentum, vt vulgatissimum, ita validissimum (Argumentū) ad eandem conclusionem demonstrandam: Præcepit nobis Deus, vt se ex toto corde, proximum verò sicut nosipsos diligeremus, & ne sit opus singula meminisse, si ad vitam volumus ingredi, seruemus mandata: Deus autem nihil præcipit impossibile: ergo implere illa possumus, saltē eius ope subnixi. Minor hui⁹ syllogismi euidentissima est. Nam quicquid Deus præcipit, peccatum est, si non fiat: quoniam ille seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit voluntatem eius, vapulabit multis. Et Paul. Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret, Non concupisces. Vnde contra Faustum August. Peccatum est, inquit, dictum vel factum, vel concupitum contra legem dei, at non facere, quod est impossibile, peccatum non est: Deus ergo (Deus non præcipit impossibile.) non præcipit impossibile. Latissimè enim libr. 1. cap. 17. & 18. persuasum fecimus, adeò volūtarium, intrinsecam esse & inseparabilem rationē peccati, vt repugnantia sit, peccatū esse nisi sit volūtariū: quod autē est impossibile factu, id nō facere, nō est volūtariū: est ergo nō solū impietas, sed manifestaria contradictio, q̄ aliquid nobis deus præcipiat impossibile. Iam verò quomodo ver[illegible] esset, quod regnum cælorum vim patitur, si impossibilia essent mandata, quæ seruatū sunt nobis necessaria, si volumus ad vitam ingredi? Sanctissimè ergo Hierony. in exposit. symboli ad Damasum, (Hierony.) Execramur, inquit, eorum blasphemiam, qui dicunt, impossibile aliquid homini à Deo præceptum esse, & mandata dei nō à singulis, sed ab omnibus in communi posse seruari. Et infra, Liberum sic confitemur arbitriū, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio: & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum

peccatum vitare non posse, quàm illos, qui cũ Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. At negant isti, illud opusculu fuisse Hieronymi: hoc enim sibi asylum munivere, quò se recipiant, quoties non habent quid aliud respondeant. Sed tamen identidem in dialogo contra Pelagianos lib. 1. & 3. repetit, mandata dei possibilia esse, neq; deum præcepisse impossibilia. Ita enim suus Atticus confitetur, nulli dubium esse. Et August. ser. 61. de tempore, Deus neque impossibile aliquid potuit imperare, quia iustus est: nec damnaturus est hominem pro eo quod non potuit vitare, quia pius est. Non solùm ait, non imperauit, sed qa non potuit imperare impossibile, quia iustus est: sicut neque punire, quod vitare non possumus, quia pius est. Acsi dicat, si Deus Imperasset impossibile, non esset nobis iniustitiæ deputandum, quòd non paruissemus, sed sibi qui impossibile præcepit: & si nos puniret de re quam vitare nequimus, non esset impietas nostra non vitasse, sed sua punire. Et de laudibus Pauli Chrysost. Homil. 7. Possibile est, inquit, Dei iussa perficere, si modò velimus omnẽ naturæ trepidationẽ alacriter virtute superare, nihilq; impossibile est eorum, quæ à Christo hominibus Imperantur. Si enim quantum est in nobis velimus virium exprimere, maximũ etiam nobis Deus adiungit auxilium. Et in cõcilio Arausicano cano. 25. Hoc etiam secundũ fidem catholicam credimus, quòd accepta per baptismum gratia, omnes baptizati (Christo auxiliante, & cooperante) quæ ad salutem pertinent, possint, & debeant (si fideliter laborare voluerint) adimplere. De nostro autem Tridentino, statim. ¶ At verò audiamus nostros homines, quibus ista commentis subterfugere cogitarũt. Ait Bucc. in cõciliatione articuli de iustificatione, quòd aliud est, Deum præcipere id quod in se est impossibile (quod & ipsi blasphemiã esse testantur) aliud verò id quod Deus præcipit esse homini impossibile, quod ita piè dicitur, vt contrariũ blasphemia sit: nã præcepit, quod sibi est possibile. Acsi nos vel trãsuersum vnguem ab hac confessione discedam⁹, & non certissimò profiteamur, vt in priori cõclusione præmisimus, & in secũda repetimus: quin imo vt Patribus, & ecclesiæ sanctissimũ esse monstrauimus, non nostris naturalibus viribus, sed diuino fauore & adiutorio esse nobis possibilia mandata. Nihil de hoc cõtrouersamur Bucere, sed hoc vobiscum postulamus, vtrùm nobis per gratiam, & auxilium Dei sit possibile implere legem. Et quidem ais possibile Deo, in hoc tamen seculo, ex parte,

Auguſt.

Chryſoſt.

Concilium Arauſi.

in futuro ex toto. Ecquid autem quando dicitis ex parte, intelligatis, ita exponitis, quòd impossibile est in hac vita satisfacere præcepto dilectionis, atq; adeò legi, & ita impossibile, vt quodlibet opus sit de se peccatũ. Hoc ipsum est, quod manifesti erroris redarguit argumentum nostrum. Impossibile est vt deus dederit hominibus legẽ, cui per eius auxilium nõ possint iuxta suam voluntatẽ satisfacere. Aliàs ad quid præciperet? ¶ Respondetis, q̃ licèt nõ possimus satisfacere, præcepit nihilominus, vt omnia ipse concluderet sub peccato, & nos proinde ad suam recurreremus misericordiã. Profectò secum ipsa pugnat responsio vestra. Nam ecce oẽs conclusi sub peccato ad misericordiam eius cõfugimus, qui nos adiuuet implere quod iubet, manum nobis porrigit, gratiã infundit, ope sua, & opera nos iuuat. Nũquid neq; gr̃a, neq; auxiliũ suũ vllum sufficiens est, vt legi satisfaciamus? Vt quid nos ergo fides ducit ad misericordiã Dei: nisi vt per eius suppetias impleamus, quod per nos ipsi nõ valemus? Quomodò qui, teste Dauid, mandauit mãdata sua custodiri nimis, non auxiliabitur, vt ad iustum custodiantur? An fortè seuerior est in præcipiendo, q̃ in subueniendo potens, & benign⁹? Videte ne cũ patrociniũ gratiæ contra liberũ arbitrium suscipitis, gratiæ potius iniuriã irrogetis, peius enim q̃ Manichæi sentitis. Nã illi voluntatem quæ à malo principio condita erat, aiebant, non posse vitare peccatũ, vos etiã hoc nostræ voluntati impingitis, quam à vero deo creatam agnoscitis. Neq; id solũ dicitis, sed quòd neq; per gratiã & auxilium Dei potest homo satisfacere legi, vt peccatũ vitet, nõ ergo solùm liberũ arbitrium, verùm auxilium Dei reputatis infirmum. Longè planè aliter q̃ vos vbiq; Patres excipiunt verbũ illud ad Galat. Concludit scriptura omnia sub peccato, vt promissio Iesu Christi daretur credentibus. Nempe, vt quod lex iubet, per fidem impleamus. Per fidem. s. quæ per charitatẽ operatur. Vnde August. de spir. & lit. ca. 13. Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Et infra. Lege operum dixit De⁹, Fac quod iubeo: lege fidei dicitur deo, da quod iubes. Et. c. 20. Lex data est, vt gr̃a quæreretur. Gratia data est, vt lex impleretur. Et contra duas epist. Pelag. lib. 3. Lege fit, vt deus quid fieri velit audiatur: gratia verò fit, vt legi obediatur. Lex ergo auditores Iustitiæ facit: gratia, factores. Et quomodò id fiat, adhuc explicatius exponit in epistola quinque episcoporum ad Innocentium, quæ est. 95. Ait enim legem distingui à gratia, quia lex iubere nouit,

Pſalm. 118.

Galat. 3.

Auguſt.

Psal. 31. gratia iuuare. Lex enim dicit, Nolite fieri sicut
equus & mulus, quibus non est intellectus: fi-
Psal. 118. des autẽ respondet, Da mihi intellectum, vt di-
1. Thess. 4. scam mandata tua. Lex dicit, vt abstineamus à
fornicatione & carnalibus desiderijs: fides di-
Sapien 8. cit, quòd nemo potest esse cõtinens nisi deus
Psalm. 36. dederit. In summa, lex dicit, Declina à malo
Colo. 1. & fac bonũ. & Paul. per fidem ait Coloss. qđ
non cessat orare pro illis, vt ambulent digni
deo in omni opere, & sermone bono. Quæ o-
mnia testimonia sunt manifesta, vt per auxi-
lium fidei verè impleamus legem. Atq; adeò
Protestátes. falsissimum sit quod nostri aiunt Protestátes,
scilicet per auxilium fidei tantùm nobis obue
nire, vt exerceamur in lege, non autẽ vt satisfa
ciamus legi. Si enim fides impetrat & implet
quod iubet, profectò summa est, vel ignoran-
tia verbi, vel sensus corruptio, negare, quòd p
auxilium gratiæ satisfaciamus legi. Nam quid
aliud est implere, q̃ satisfacere? Imò quid est le
Roma. 2. gem facere, quòd ait Paul. Factores legis iusti-
ficabuntur: & legem seruare, quòd ait Christus
Ioan. 14. Qui diligit me, sermones meos seruabit, q̃ le-
gi satisfacere? Imò quid est quod ait ipse Legi-
Matth. 11. slator noster, Venite ad me omnes qui labo-
ratis & onerati estis, & ego reficiã vos: iugum
enim meum suaue est, & onus meum leue: nisi
quòd multo sit facilius per gratiã dei legẽ, quę
ignauis, socordibus, ac prauis hominibus gra-
uis onerosáq; videtur seruare, & implere, q̃ per
vias difficiles, abruptáq;, & lubrica vitiorum
1. Ioan. 5. oberrare? Vnde Ioan. Hæc est charitas Dei, vt
mandata eius custodiamus, & mãdata eius gra
uia nõ sunt. Quoniam omne quod natum est
ex Deo, vincit mundum. Et hæc est victoria,
quæ vincit mũdum, fides nostra. Est ergo mã-
datorum summa, vt mundum vincamus, à quo
per fidem reportamus victoriam. Ex his vtiq;
talibusq; testibus, & meritis causæ nostræ sen
Syno. Trid. tentiam cõfecit S. Syno. Triden. quam æquis-
simam ca. 11. pronunciauit, his verbis, Nemo
temeraria illa, & à Patribus sub anathemate
prohibita voce vtatur, Dei præcepta homini
iustificato ad obseruandum esse impossibilia.
Nam dominus impossibilia non præcepit, sed
iubendo monet, & facere quod possis, & pete
re quod nõ possis: & adiuuat vt possis. Cuius
mãdata grauia nõ sunt: cuius iugum suaue est,
& onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum
diligunt: qui autem diligũt eum, vt ipsemet te-
statur, seruant sermones eius, quod vbiq; cum
diuino auxilio præstare possunt, eos autẽ qui
cõtradixerint, anathemata esse iubet, can. 18.
Punctũ controuersiæ. ¶ Sed attingimus tandem punctum contro-
uersiæ, vnde pus huius vlceris prodatur. Hæc
omnia aiunt, non probant, quòd nos imple-
mus legẽ, sed quòd deus ipse implet: hoc est
enim, quòd ait Buce. vbi eum iam proximè ci- Bucerus.
tauimus, quòd deus non præcipit, id quod est
simpliciter impossibile, sed illud quod est no-
bis impossibile, & ipsi possibile. Sed apprehen
de mentẽ hominis. Nõ enim vult, id quod no-
bis est impossibile, fieri nobis per auxilium
Dei possibile, vt nos ipsi impleamus legẽ: nam
tunc nulla esset inter nos controuersia: hæc e-
nim ipsa est confessio nostra. Sed intelligit,
quòd legem, quæ nobis est impossibilis, Deus
ipse per filium suum in credentibus implet, in
præsenti ex parte, & in futuro ex toto. Ita enĩ
doctus est à magistro suo Luthero in de liber. Luther.
christ. Cuius verba sunt, Ipse qui solus præci-
pit, solus quoq; implet. Vide ergo duos absur
dissimos errores. Non nos, sed deus in nobis
facit opera legis, & tamen nõ perfectè implet,
vt satisfaciat legi. Et de hac re proferuntur, di-
sperguntúrque tragœdiæ sermone vulgari in
ludibrium liberi arbitrij, quòd non solùm per
se nihil possit in operibus gratiæ: sed neque cũ
auxilio dei quicquam libertas nostra coopere
tur. Et quod vsque ad lachrymas indolendum
esset, cùm res sit, quæ nulla omnino probabi-
litate possit ab homine sanæ mentis percipi,
quò illam vulgo persuadeant, fingunt à præ-
latis ecclesiæ confictum esse regnum liberi ar-
bitrij, cùm tamen ipsum nihil cooperetur, ne-
que ad assequendam iustitiam, neque ad au-
gendam. Nescio qua possit alia emphasi ex-
plicari, quàm nostri mores denigrauerint, pro
strauerintq́ue ecclesiam, quantáq; sit adhiben
da cura vt instauretur, quàm quod aduersarij
nostri, quod nulla ratione suadere possunt, di-
centes tamen cõtra ecclesiam esse Romanam
persuadeant vulgo. Res est certissima, quòd si
mores componeremus nostros, nullis nobis
opus esset rationibus. Sed quo ad rem redea-
mus, non solùm Lutherani sunt in isto errore,
sed nonnulli etiam catholici: scilicet, quòd non
sumus nos qui implemus legem, sed Deus.
Propterea, quòd ait Paulus. Deus est qui ope 1. Cor. 12.
ratur omnia in omnibus. Et, Qui operatur, vel Philip. 2.
le, & operari pro bona voluntate. Et, Non est Roma 9.
volentis, neque merentis, sed Dei miserentis. 2. Cor. 3.
Et, Non possumus cogitare aliquid à nobis, Roma. 6.
quasi ex nobis. Et, Gratia dei vita æterna. Vn
de August. in de grat, & lib. arbit. capit. 7. Non
Deus, inquit, coronat merita tua, tanquàm me
rita tua, sed tanq̃ dona sua. Ex q̃bus nõ defuit,
qui talẽ sensum eliceret illi' verbi Pau. Viuo e- Galat. 2.
go, iã nõ ego, sed viuit in me Christ', vt ad sin-
gula nostra opa referret: hoc est, oro ego, iã nõ
ego,

ego, sed orat in me Christus: abstineo ego, iam non ego, sed abstinet in me Christus.

¶ In contrarium autem statuitur secunda conclusio, qua prima elucidetur. Tametsi deus nobis facultatem, vigoremq; impendat, ineptissimè tamen, quin falsissimè dicitur ipsum implere legem. Nos enim sumus qui implemus, atq; adeò qui de ipso bene meremur. Exordiamur ab illo loco Matth. 19. vnde isti suam extorquent opinionē: vbi quærentibus discipulis, Quis poterit saluus esse, respondit Redemptor, apud homines hoc impossibile est: apud Deū autem omnia sunt possibilia. Neq; verò disputemus, quomodo illic accipitur impossibile. Nam certè idem est quòd difficile: erat enim peculiaris sermo de diuitibus, qui ægerrimè, & difficilimè possunt opes dimittere. Sed largiamur vsurpari illic absolutè, vt est homini impossibile viribus proprijs legem implere. Hoc nihilominus cōcesso, is tantum intellectus inde colligitur, quod homini per vigorē naturæ est impossibile, fit ei per auxilium dei possibile. Qui quidē intellectus planissimè exponitur ex verbis subiūnctis Petri, Ecce nos reliquim⁹ omnia & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quasi dixisset, Ecce nos adiuti fauore tuo reliquimus omnia. Non dicit, tu reliquisti, sed nos reliquimus: & ideò ait, quòd præmium erit nostri operis, qui tibi vocanti respondimus? Præterea quis ita desipiat, vt dicat, quòd Christus in me ieiunat, vel ab illicitis voluptatibus abstinet? Nam abstinere à cibis, non est mera negatio: lapis enim non abstinet, sed est priuare se hominē cōcupitis. Deus autē non cupit in nobis cibos, aut alias turpes voluptates, vt ipse dicatur abstinere: sed nos per auxilium suum. Et (quod lib. 1. retracta. ca. 23. adnotauit August.) quamuis deus dicatur operari omnia in omnibus, tamē nō credit omnia in omnibus. Non enim ipse sibi, sed nos illi credimus, neq; se per charitatē, quæ in nobis est, amat ipse, sed nos ipsum. Neq; sibi ipse loquitur dum oramus, sed nos secum. Ecquis dicat, quòd ipse est qui in nobis meretur apud se? Vt enim meritum ad mercedem refertur, ita & qui meretur alius ab illo est apud quē meretur. Vnde aliud est, quod merita nostra sint dona dei, aliud verò quod ipse mereatur. Nos enim sumus, qui per liberum arbitriū legi obsequimur. Neq; Paul. dicit, quòd deus vult per voluntatem nostram, sed quòd dat nobis velle, & operari, & perficere. Vnde Augu. eodem libro de grat. & lib. arb. ca. 6. Si merita, inquit, ita intelligātur esse nostra, vt etiam dona esse Dei cognoscantur, non est reprobāda illa sententia. Et cap. 16. Non iuberet deus, quòd sciret nō posse ab homine fieri. Et infra, Certum est nos facere cū facimus, sed ille facit, vt faciamus, præbendo vires efficacissimas volūtati: qui dixit (scilicet Ezechielis. 36.) Faciam vt in iustificationib⁹ meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Et de spir. & lit. cap. 9. exponens illud, Iustificati gratis per gratiam ipsius, subdit, non quòd sine voluntate nostra fiat, sed volūtas nostra ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia volūtatem, & sanata voluntas impleat legem. & capit. sequ. Non quia legem impleuimus, gratia data est, sed datur gratia, vt legem implere possimus. Et Paulus non ait, quòd gratia faciat totum, sed plus, inquit, ego omnibus laboraui, non ego solus, sed gratia dei mecum. Atq; vt demum concludamus, hic error est, qui nonus condemnatus est contra Pelagium, vt refert ad Paulinum August. scilicet, quòd non est liberum arbitrium, si dei indiget auxilio. Erat enim sermo de operibus gratiæ, vt li. 2. iam adnotauimus, quæ opera determinauit ecclesia, ita fieri per auxilium gratiæ, vt concurrat etiam liberum arbitrium. Sed quādo nullum esset testimonium, aut ecclesiæ aut scripturæ, quomodò posset mens capere humana, q liberum arbitriū non cooperetur deo? Ad qđ nobis opera illa præcipiebat potiùs, q̄ pecoribus, quę nō aliter in nostra essent potestate, q̄ in potestate illorum? Iam verò quænam esse potest oculatior experientia, q̄ ea libertate præstare hominem operà gratię, qua opera naturę? Tametsi fides nos doceat auxilio alio & fauore nos indigere in operibus gratiæ. Videor tamē mihi iam mole stus, qui Solem illustrare contendo.

2. Cōclusio.

August. Vide qđ adnotaui in huoc locum Aug cap 1. huius lib.

Rom. 3.

1. Cor. 15.

Hæresis dānata.

Experientia docet libertatē hois in operibus nostris & gratię

De impletione legis in particulari. CAP. IIII.



AT nō satis fuerit in genere constituisse, possibilem nobis esse legem per auxilium Dei, nisi & de maximo illo præcepto dilectionis, & de leuioribus peculianùs dicam⁹. Aiunt enim, vt cernitur eodem loco apud Bucerum, mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in commune posse seruari. Qua de causa expositionē illā symboli, vbi habetur, mādata omnia à singulis posse seruari, aiunt non esse Hieronymi. Quoniam Hieronymus, inquiunt, libr. 1. decalogi aduersus Pelagianos contra docet, q quādo mortale hoc indutum fuerit immortalitate, tunc deus erit omnia in omnibus, non sit tantū in Salomone sapientia, in Dauid mā-

Mādata dei ab omnibus seruari.

Hieronym.

suetudo, in Finees zelus, in Abraham fides, In Petro charitas: sed virtutes omnes in omnib⁹. At quandiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, & carne fragili circundamur, nullus est, inquit, qui omnes habeat virtutes. At tēde, prudens lector, quo sensu excipiunt hęc Hieronymi verba, sic etenim, quòd nemo sit, qui possit implere totam legem, sed vnus implet vnū præceptū, & alius aliud, & ita ab omnibus complexim tota. Et ideò præmiserat, inquiunt, paulò antè Hiero. quòd tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur. Et in epistola ad Cthesiphontem ait, quòd hęc hominibus sit sola perfectio, si imperfectos se nouerint. Ad explicationē ergo cōclusionis generalis superioris capitis adteximus hic alias particulares. Prima, Singuli per gratiam & auxiliū Dei singula possunt & omnia seruare mandata, ita vt sint verè iusti. Hæc ex superiori.c.continuò sequitē. Nā si deus nihil nobis imperauit impossibile, nulla est in lege sua pceptio, quam non singuli fauore suo possint implere. Aliàs vt implere, non esset liberum, ita neq; nō implere, esset peccatū. Et par ratio est de illo maximo, dilectionis dei super omnia. Siquidem per verbum imperādi proponitur sicuti & cæteræ. Imò perpende oculate lector, verba, quę Moses proloquitur, Hæc sunt, inquit, præcepta, quæ mandauit dominus Deus noster, vt faciatis ea. Et rursus, Vt custodias omnia mandata & præcepta eius. Et tertiò, Audi Israel, & obserua, vt facias, dominus Deus vester vnus est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &c. Horū videtur ora illic deus per prophetam obtrudere, ne dicere auderēt, non esse nobis positum illud magnum præceptum vt illi satisfaceremus. Sanè qui proximè, q̄ illud prępiperet, tanta replicatione præmisit, vt facias, vt custodias, vt obserues: quod perinde est, ac si dixisset, vt satisfacias. Et cōfirmatur cōclusio. Hoc præceptum diligendi deum ex toto corde, & tota mente, ita est rationi cōforme atq; adeò homini à natura penitissimè insitū (quod libro primo demonstratum est) vt nihil possit esse magis: ergo quāuis à carnis infestatione, & incursu difficile nobis fiat, cur non erit tam potens auxilium gratiæ diuinæ, vt aliquando possimus sic facere suam voluntatē, vt neq; in corde sit illi quicquam contrarium, neq; perinde in dilectione vlla ratio culpæ? Etenim diligere ex toto corde, & ex tota mente, dupliciter fieri potest. Primo modo, vt nō solùm nihil repugnans charitati, verùm nihil remittens vel impertinens, sit in corde, sed totum sit in Deum semper actu intētum. Et hoc

1. Cōclusi. (margin)
Deutero. 6. (margin)
Diligere ex toto corde dupliciter. Dilectio patriæ. (margin)

erit in patria. Sed altero modo Intelligitur, toto corde vt satisfaciamus præcepto: scilicet, vt nihil, neq; opere, neq; verbo, neq; ipsa cogitatione quicquam admittamus contra eius voluntatem. Et isto modo diligimus in via: quare sæpissimè ait Dauid, Confitebor tibi domine in toto corde meo. Et, In toto corde meo exquisiui te. Et, in toto corde meo scrutabor legē tuā. ¶ Et quòd hoc sit possibile, patentissimè præterea admonemur ipso ore dei, eod. lib. Vbi sic legimus, Mandatum hoc qd ego præcipio tibi hodie (& loquitur de illo maximo) non supra te est (id est, non est supra tuas vires, adiutorio meo subnixas) nam quod per amicos possumus: per nosipsos modo quodam possumus. Et sequitur, Neq; procul positum, neq; in cœlo situm, vt possit dicere, Quis nostrum valet ad cœlum ascēdere, vt deferat illud ad nos, vt audiam⁹, atq; opere complcamus. Ecquid est, vt compleamus, q̄ vt satisfaciamus? Et subsequitur, Neq; trans mare est positum, vt causeris, & dicas, Quis ē nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire & facere qd̄ præceptum est? Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud. Ac si dixisset, adeò tibi est in promptu facere, vt nihil excusationis obtendere tibi possis, si iuxta voluntatem meam illud non comples. Et Christus dominus noster in euangelio, Hoc est, inquit, maximum & primum mandatum in lege, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Et quomodò sit maximum explicat, quia inde adiuncto altero de dilectione p̄ximi, vniuersa lex pendet, & prophetæ: ex eo scilicet, quòd omnis lex & prophetæ, vt sunt explicationes huius, ita in hoc veluti in scopum referuntur: quia finis præcepti charitas. Quòd si maximū est, reuera maximè est obseruandum: nam tu mandasti, inquit propheta, mandata tua custodiri nimis. Si autem obseruatur, satisfit voluntati præcipientis: aliàs frustra dixisset Christus, Qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum: & in vanum quotidie peteremus, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Nō ergo solùm in regnum cælorum, sed ante ingressum regni cælorum fit in terra voluntas dei: quod est singulis præceptis satisfacere. ¶ Neq; Hieronymus loco citato contrarium docuit. Quod Bucerus in proxima linea potuisset inspicere. Nisi quòd est illis sanctissimum, detruncata verba citare. Nam vbi in dicto dialogo, Atticus respondet, quòd nullus

Dilectio viatorum. (margin)
Deut. 30. (margin)
Matthæ. 22. (margin)
1. Timot. 1. (margin)
Psalm. 118. (margin)
Matthæ. 7. (margin)
Hieron. exponitur. Hæreticorū mos. (margin)

lus in hac vita habet omnes virtutes, eue stigio explicat sese subiuncta causa, Quia necesse est, inquit, vt singuli excellant In quibusdam. Solum ergo sibi voluit Hieronymus, quòd nemo habet omnes virtutes consummatas, sicuti erit in cælo. Nihil ergo sibi contradicit, vbi ad Damasum ait, omnia mandata à singulis impleri posse. ¶ Sed emergit in hac conclusione dubium, Vtrùm iustus præter habitualem gratiam gratum facientem, indigeat quoq; auxilio speciali dei mouentis ad singula opera præceptorum. Ita enim videtur affirmare S. Tho. 1.2. quæst. 109. art. 9. De hoc sit secunda conclusio. Quamuis pro opinione quibusdam neque improbabili habeatur, quòd iustus nō ad singula opera meritoria egeat, præter gratiā gratum facientem, nouo speciali auxilio, nihilominus simpliciter verū est, quòd indiget nouo auxilio ad operandum & implendū legem, ad non peccandum & ad perseuerādum. Primum membrum opinātur, qui probatam habent doctrinam illam, quæ communis est theologorum, & libro superiori. c. 20. asserta à nobis est. Videlicet, quòd potest homo vigore naturali, cum solo generali auxilio præstare quandoq; bonum opus morale, etiā extra gratiam, atq; adeò implere aliquando præcepta aliqua quantū ad substātiam operū. Inde enim formatur argumentum iudicio meo nō inualidum. Omne opus genere suo bonum absq; vlla mala circunstantia, quod extra gratiam factum est moraliter bonum, si fiat ab illo, qui est in gratia, est meritorium vitæ æternæ: quoniam vt opus sit acceptum ad vitam æternam, nihil aliud videtur requiri, q̄ quòd sit genere suo & circunstantijs bonum, & fiat ab amico dei. Respexit enim deus, inquit scriptura, ad Abel & ad munera eius: id est, quia persona erat in gratia sua, opus fuit sibi acceptū. Potest aūt homo qui est in gratia, implere aliquando præcepta, & facere alia bona opera, cum solo concursu generali dei, multò meliùs q̄ poterat extra gratiā: ergo talia opera erunt meritoria vitæ æternæ. Nec alia relatio videtur requisita esse in Deum tanquàm in finē supernaturalē, q̄ quòd procedat ex gratia. Nam opus ex obiecto bonū natura sua refertur in deum: & quando quis in ipsum cōuertitur, virtualiter in eum refert omnia opera. Quocirca id quod nōnulli cōminiscuntur: scilicet, quòd potest opus præcedere ab illo qui est in gratia, non tamen ex gratia, approbare satis nequeo nisi de peccatis venialibus. Nam si opus sit bonū, & sit ab illo, qui est in gratia, virtualiter (quod aiunt) proficiscitur ex gratia. Grego. autē & Capreol. quia hallucinātur S. Tho. fuisse in illa opinione, quòd ad singula opera moraliter bona requiritur extra gratiā auxilium speciale, bene inde conijciunt, quòd secundum ipsum: existenti etiam in gratia ad singula opera meritoria idem sit etiam requisitū auxilium. Nos tamen qui supra contrarium patefecimus de opere moraliter bono, contrarium etiam sub peritiorū cēsura opinamur de operibus meritorijs: scilicet, quòd præter gratiam non est requisitum aliud auxilium speciale ad singula. Quæ quidē opinio, probatissima fuit ante nos Caietano loco citato super S. Tho. Secundū autem membrū præfixæ cōclusionis: scilicet, quòd simpliciter ad operandum & implendū legem necessariū sit præter gratiam, auxilium speciale, probat illic S. Thomas, quia dupliciter indiget homo naturæ lapsæ auxilio Dei. Primo ad sanādam naturam, & hoc abundè fit per gratiam gratificantem nos Deo: per hoc enim rectificatur natura, ꝙ restituitur in ordinē diuinæ regulæ & voluntatis. Sed præterea requiritur auxilium quo moueatur ad agēdum. Primò propter generalem rationē, quia nulla creatura in quæcunq; actū prodire potest, nisi virtute motionis diuinæ: & secundò propter peculiarem conditionem naturæ lapsæ, quæ licèt per gratiam, quātum ad mentē, reducatur in ordinē, remanet tamē corrupta & infecta secundum carnē. Et in hac secunda ratione ostendit, se non loqui de singulis operibus, quia vt dixerat. 2. art. eiusdē quæstio. non est tāta corruptio sensualitatis, quin posset homo aliquando per auxilium generale Dei operari secundum rationem. Sed simpliciter requiritur tale auxilium speciale, quia neque omnia, neq; diu possumus bene agere ad custodiam gratiæ sine illo. Et eadē ratione sequitur, quod ad non peccandum requiritur etiā præter gratiam, auxiliū speciale, atq; ideò ad perseuerandum. Si tamen perseuerantia dicat continuationem boni vsq; ad finem vitæ. Nam si dicat bonū propositum, & singularē habitum mētis, totum illud infunditur homini cum gratia. In confirmationem huius conclusionis citat S. Tho. Augu. de natura & gratia, vbi ait, Sicut oculus corporis plenissime sanus nisi candore lucis adiutus, non potest cernere, sic & homo perfectissimè etiā iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non potest viuere. Et in libro de perseuerantia ex verbis Cypriani asserit, quòd illo verbo dominicæ orationis, Sanctificetur nomen tuum. petunt sancti perseuerantiā in sanctitate, quæ pendet ex suo iugiter auxilio. Facit & illud de

Quæstio De auxilio speciali præter gratiā habitualem.

S. Thom.

2. Cōclusio. Opinio est ꝙ iustus præter gratiā habitualē indiget speciali auxilio ad singula opera meritoria.

In quibus indiget iustus auxilio speciali.

Imo lib. 1. c. 20.

Genes. 4.

Opus meritorium quid expoścat.

Opus in grā & ex gratia.

Greg. & Capreolus consentanea dicunt, non tamen vera.

Nō indiget iustus auxilio speciali ad singula opera meritoria.

August.

grat. & libero arbit. cap. 6. vbi ait necessariam esse gratiam Dei non solùm vt iustificetur impius: id est, ex impio fiat iustus, sed etiā vt cū fuerit iustificatus ex fide, ambulet cū illo gratia, & incumbat super illam, ne cadat: iuxta illud,
Cant. 8. Quæ est illa quæ ascendit dealbata, incumbens super patruelem suum? Atque hanc indigentiam confessus Dauid petebat, Adiutor
Psal. 26. meus esto, ne derelinquas me.
Analogia. Est denique analogia quædam & proportio inter naturalia, ac supernaturalia, quòd sicut deus nō solùm dat naturales formas agendi, sed generali influxu concurrit cum illis, ita quos sibi facit gratos, iuuat speciali auxilio ad opera supernaturalia:
Ioan. 5. vt vtroq; modo verū sit, Pater meꝰ vsq; modo (id est assiduè, & continenter) operatur, & ego operor. Ex quo verbo colligit Hiero. ad Ctesiphontē in hanc sententiam verba hæc, Semper largitor, semperq; donator est. Non mihi
Quomodo intelligenda cōcilia de auxilio speciali. sufficit, quod semel donauit, nisi semper donauerit. Igitur quāuis in cōcilijs non ita expressè determinetur, præter habitualē gratiam requiri nouum auxiliū, nihilominus ita est intelligendum.
Syno. Trid. Nam in Synodo nunc S. Tridētina cano. 22. habetur, si quis dixerit iustificatum sine speciali auxilio dei in accepta iustitia perseuerare posse, anathema sit.
Mil. Arausi. Et in concilio Mileuitano cano. 3. Gratia non solùm determinatur valere ad remißionē peccatorū, quæ cōmissa sunt, sed etiam in adiutorium, vt non cōmittantur. Et in Arausicano, cano. 25. Fidē & amorem nobis deus inspirat suipsius, vt post baptismum (cum ipsius adiutorio) ea quæ sibi sint placita, implere posimus. Nota adiutoriū
3. Cōclusio. & auxilium. ¶ Tertia conclusio huius capitis sit. Quāuis singula posimus vitare peccata venialia, non tamen omnia. Conclusio est nō solùm S. Tho. eadē. q. 109. 1. 2. ar. 8. verū & theologorū omniū in. 2. sent. dist. 28. Quinimò nō
Et q. 74. art. 3. ad. 2. à theologis scholasticis, sed à sacra pagina, secundum S. Patrum interpretationem radices ducit.
Veniale & mortale quō differant. Ratio deriuatur ex distantia inter mortale & veniale. Primum enim consistit in peruersitate rationis, quę cùm per gratiam reformetur (habet enim iustus propositū fixum in Deū) potest eiusmodi homo, & singula, & omnia vitare per auxilium Dei. Veniale autem cōmittitur ex subreptione propter carnis tyrānidem, quæ semper extat in iustificato. Nam in perso
Roma. 7. na hominis reparati dicebat Paul. Ipse ego mē te seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Et ideo licèt singula posimus vitare (aliàs nō essent peccata) non tamen possumus omnia. Adeò enim pertinax est & cōtinua insultatio illa carnis in varia vitiorum genera, vt dum vnum vitamus, incurramus in aliud. Quoniam ratio non potest in asidua specula & vigilia durare ad reprimēndum eiusmodi incursiones.
Durand. At ratio hæc ait Durand. solùm militat de venialibus ex surreptione: puta, quæ accidunt propter defectum plenæ deliberationis. Quapropter (neque omnino improbabiliter) tenet, huius generis venialia esse, quæ non possumus vitare omnia. Nam cætera, inquit, quæ sunt venialia ex obiecto: vt mendacium ex ioco: verbum ociosum, & similia cuncta possumus, vti mortalia, vitare.
Probabilior opinio. Nihilominus verisimilius est, quòd neque ab istis omnibus posimus plenè cauere: tum quia etiam istorū occurrūt occasiones crebriores, quàm vt posimus vniuersas repellere: tum quia cùm sint leuia peccata, quæ non deijciunt nos à gratia Dei, segniores reddimur, & remissiores ad illas superandas. Verum est tamen, quòd possunt multò faciliùs vinci. Imò sunt prouectæ virtutis homines, ita se vigilanter ab illis tuentes, vt seruentur nonnullo tēpore incolumes. Hæc autem conclusio, vt proximè dicebam, non est audienda tanquam scholasticorū opinio, sed tanquam Patrum collectio ex diuino eloquio. Fuit enim iam olim vox illa Celestij
Pelagiani. Pelagiani, posse hominem sine peccato viuere, si velit, per virtutē liberi arbitrij. De qua re cōtra ipsum scripsit ad Ctesiphontē Hiero. &
August. dialogū præterea contra Pelagianos, atq; Augustin. librū de perfectione iustitię. & librū pòst
Hierony. de spir. & lit. Quā hæresim, ait Hiero. exordiū traxisse à Pythagoricis, & Stoicis, dicētibus nō cadere in sapientē pasiones. Contra quē erro rem nō erant illi Patres adeò anxij de pugnare rationibus, sed scripturæ testimonijs: vt est illud Ioan. Si dixerimus, quia peccatum non ha 1. Ioan. 1.
bemus, ipsi nos seducimus. Et, Non est iustus Ecclesia. 7.
in terra qui faciat bonum, & non peccabit. Et Salomon, Non est homo qui non peccet. 3. Reg. 8.
Et Iob, secundum. 70. Nemo mundus à sorde. Iob. 15.
Et Dauid, Omnes declinauerunt, simul inuti- Psal. 13. & 142.
les facti sunt. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Et, Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Vnde quotidie orāt sancti, Dimitte uobis debita nostra. Propter duellum illud, quod spiritus sustinet aduersus carnem. de quo ait Paul. Sentio aliam legē in Roma. 7.
mēbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. At notandum est apud Augustinum in vtroque loco, quòd non negat, posibile esse per auxilium Dei, immunem esse prorsus hominem à peccato, sed ait, præter vnum Iesum Christum, nullum
Nota quō nō est posibile iustū esse sine omni peccato.

nullum esse exemptum. Et ideo vocat impossibile illud, quod nunquam fuit factum. Et idem ait Hieronym. lib. 1. dialogi, citans illud Ecclesiastes, Omne quod futurum est, iam factum est in priori seculo: quod autē homo fuerit liber omnino à culpa actuali, nunquam fuit, ait Hierony. in priori seculo: ergo neq; erit. Tametsi postea Aug. idē tractans argumentū de natu. & gra. c. 36. sacratissimā dei matrē meritissimò excipit. Vbi quicquid sit de veritate cōceptionis mirādi sanè sunt, qui illic Augu. meminisse putant de peccato originali. Tractat enim in illa parte illius libri idem argumentū, quod & in libris citatis de perfectione iustitiæ de spir. & lit. scilicet, quòd nō possit homo viuere sine peccato: cōtra Celestiū dicentē, Potest homo nō peccare si vult. Originale autē nō est in nostra voluntate. In cuius exēplum proferebat ille hæreticus longum catalogum veteris testamenti: puta, Abel, Enoch, Abrahā, & reliquos iustos, quos aiebat nullum fecisse peccatum. Inter quos referebat & beatam virginē. Vbi si intelligeret de originali, nō posuisset illos particulariter. Nam secundum Pelagianos, nullus mortalium illud contrahit. Ex quib⁹ August. recensitis iustis solum beatissimam virginem excipit. Neq; tamen affirmans, sed nolens facere de illa mentionem propter honorem domini. Scimus enim, inquit, quòd plus ei gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatū, quę concipere, ac parere meruit Deū, quem constat, nullum habuisse peccatum. In eo quod dicit, vincendum, manifestissimè loquitur de actuali: quoniam originale nō vincitur. Et ideo notanter & discrete de illa dixit, vincere: de Christo verò, nullum habuisse. Et subdit, Hac ergo virgine excepta, reliqui omnes sancti, & sanctæ interrogati, vtrùm essent sine peccato, responderent, si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Quo etiā in verbo liquet, solùm de actuali habuisse sermonem. Nam de originali quāuis Christianus affirmet ipsum non habere, nō cō tradicit Ioanni. Atqui propter hoc verbū Augustini, Patres deinceps omnes & theologi vniuersi vnanimes iure optimo prædicant, gloriosam virginem, peccatum nullum fecisse actuale quicquid senserit Chrysosto. Augustino antiquior. Hinc S. præsens Synodus Trident. determinat can. 23. sub anathematis censura, nequis post hac dicat aliquem in hac vita peccata omnia venialia vitare posse, nisi speciali Dei priuilegio. Quemadmodum, inquit, de beata virgine Ecclesia tenet. Cœtum enim Patrum, ac theologorum, ecclesiæ nomine cē-

Aug. nō meminit de virgine, sed eā excipit ab omni actuali peccato.

Augu. verba de bea. virgine.

Chrysost. Syn. Tri.

suit: quoniam inter Ecclesiæ decreta, non id hactenus fuerat relatum. Quò ergo ad explicationem huius conclusionis redeamus, hoc primū notandum est, quòd illud sancti vocarunt impossibile, non quòd Deus non posset facere, sed quod nondum fecit. Et secundò, vt cū nostris Protestantibus colloquamur, animaduertendum, nunquam sanctos intellexisse, quòd nullo tempore possit homo esse absque omni peccato. Nam Hiero. 3. lib. eiusdem dialogi vrgenti Critobolo, an egressus homo aquas baptismatis, sine peccato sit, ingenuè respondet Atticus, Ego impossibile esse in homine respō deo sine peccato esse si velit: nō quia statim de baptismate homo egressus peccato nō careat, sed illud tempus quando sine peccato est, nequaquam possibilitati humanæ, sed dei gratię deputatur. Et inferius explicans illud, Inueni Dauid filium Iesse virū secundū cor meū, qui faciet omnes voluntates meas. Nō dubiū est, inquit, Dauid fuisse sanctū, & in hoc electum, vt faceret omnes voluntates Dei: sed tamen illas non fecit in perpetuū. Et ideo subdit, Hoc & nos dicimus, posse hominem non peccare si velit, pro tempore: pro loco: pro imbecillitate corporea, quandiu intentus est animus: quā diu chorda nullo vitio laxat in cythara. Quod si paululum remiserit, quomodo qui aduersus flumen lembum trahit, si remiserit manus, statim retrolabitur, & fluentibus aquis quò non vult ducitur, sic humana conditio, si paululum se remiserit, discit fragilitatē suam, & multa se non posse cognoscit. Ecce quo pacto sancti intellexerunt, hominem non posse sine peccato viuere, non quidem quod omne opus nostrū peccatū sit, ita vt per nullum opus satisfaciamus legi, vt aduersarij peruersè philosophantur: sed quòd vita non potest transigi, quin sæpe homo cadat, saltē in leuiora plus minusue pro cuiusq; vel cura, & diligētia, vel negligentia, & incuria. Quinimò potest homo durare in idem, quando non sit memor, neq; leuissimæ culpæ, vt possit in particulari confiteri.

Contra Protestantes.

Hiero.

Exemplū de cythara.

¶ Subiungamus ergo quartam cōclusionem. Propter venialia peccata, homo nec rem perdit, nec nomen iusti, nec propriè dicitur transgressor legis. Hoc palā liquet in verbis Augu. loco modo citato de natu. & grat. vbi post cō memoratione tot iustorū antiquę legis Abel, Enoch, Abraham, Dauid, & reliquorum, quos scriptura vocat iustos, subdit, Nō solùm iusti sed si oēs, inquit, sancti, & sanctæ, qui viuerent, interrogarentur, respōderent, nō esse sine peccato. Et paulò ante, cap. 14. de se inquit, & de alijs ex Deo natis loquebatur Ioannes, vbi ait,

Cōclusio. 4.

August.

Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus. Et Iacobus, In multis offendimus omnes. Et in Enchiridio. ca.64. Neq; peccatum est omne crimen, neq; crimen est omne peccatum. Itaq; sanctorum omnium vitam quandiu in hac morte viuitur, inueniri posse dicimus sine crimine: peccatum autē si dixerimus, quia non habemus, nosmet ipsos seducimus. Vnde in concilio Mileuitano, can.6.7.&.8.& in concilio Africano, can. 81.& duobus sequentibus anathematis execratione reprobatur qui aiunt, voces illas sanctorum, Si dixerimus, quia peccatum non habemus: &, dimitte nobis debita nostra, nō pro seipsis, sed pro alienis, aut propter humilitatē, & non propter veritatem efferri. Quare inter ecclesiastiça dogmata. cap. 86. Augu. Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus: cùm affectu teneat sanctitatē. Et ideò veraciter se oēs sancti pronunciant peccatores. Idem respondet Atticus Hieronymi in.1.libr. dialogi Critobolo obijcienti ex sacro canone, multos illos qui dicunt sancti, & iusti: vt Zacharias, & Elisabeth, de quibus habetur apud Lucam, quod erant ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini sine querela. Et Iob, de quo legitur, quod erat in terra Hus, simplex, & rectus, ac timens Deum, quibus potes oēs subijcere ab Abel iusto vsq; ad Ioan. quo Christus confitetur non esse maiorem natū inter mulieres. Omnes, inquit, fuerunt iusti, sed nihilominus potuerunt concidere. Nam delicta (inquit Dauid) quis intelligit? & ab occultis mūda me dñe. Vnde tūc inquit, iusti sumus, quando nos peccatores fatemur. Nam iustus accusator sui est in principio sermonis. Idemq; nunc S. Syno. Triden. confitetur, cap.11. quod licèt in hac mortali vita, quātumus sancti, & iusti in leuia saltem & quotidiana (quæ etiam venialia dicuntur peccata) quandoq; cadant, nō propterea tamē desinūt esse iusti. Nam iustorum illa vox est, & humilis, & verax, Dimitte nobis debita nostra.

Non omne pec. crimen est. *Concilium Mileuit.* *Ecclesiasti ca dog.* *Sancti verè pronunciant se peccatores.* *Hierony.* *Prou.18.* *Syn. Tri.*

¶ Adde quòd non solùm venialia peccata nō adimūt iustitiam, & gratiam Dei, verùm neq; obstant quo minus iusti perfecti etiam dicantur: quare illud quod capite antecedenti dicebamus: scilicet iustitiam, & charitatē in hac vita nō esse perfectam, comparatione duntaxat ad illam patriæ reputandum est. Sanè, quod hæc nostra non sit, perinde, atq; illa, fixa & firma. Cæterum & in hac vita vere & sunt, & in sacris eloquijs pronūtiantur viri perfecti. Aug. enim in loco citato de spir. & lit. vbi negat præceptum dilectionis in via impleri perfectè, nō tamen negat, quin charitas sit hic perfecta, quin imo palàm fatetur ex illo, Maiorē enim charitatem nemo habet, q̄ vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Accedit & illud. Qui seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Et, Tu autem perfectus eris coram domino Deo tuo. Et Christus in Euangelio, Esto te perfecti, sicut pater vester qui in cælis est, perfectus est. Et, De cætero fratres gaudete, perfecti estote. Quòd si totū librum de perfectione iustitiæ, nostri Protestantes pensiculatiùs animaduertissent, illic exprimit aliquod verbum Aug. in quo perfectionem iustitiæ huius seculi perspexissent. Hæc enim, inquit, est nostra in ipsa peregrinatione iustitia, vt ad illam perfectionem, plenitudinemq; iustitię, vbi in specie decoris eius iā plena, & perfecta charitas erit, nunc ipsius cursu rectitudine, & perfectione tendamus. Hæc Aug. Ecce ergo perfectionem iustitiæ in via quæ plenè satisfacit legi: nempe rectā ire in via domini, nihil inde declinare. Nam perfectio patriæ non est ambulare, sed stare: illa nō est meritum, sed præmiū: non stadium, sed brauium. Lex idem est quod regula, qua ad brauium tendimus: perfecta ergo legis obseruantia est intrare per angustam portam, & rectā persequi semitam. Nam, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Et Paulus, Bonum, inquit, certamē certaui, fidem seruaui, cursum cōsumaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitię. Non est ergo præceptum, coronam accipere, sed ita certamen consummare, vt coronam accipias. In summa, iustitia nostra hic est fide ambulare, & sitire iustitiam (nam, Beati, inquit, qui esuriūt, & sitiunt iustitiam) vt satiemur, quando apparente gloria sua, viderimus eum sicuti est. Sed æstimemus verba Pauli, vtrùm ad hoc perfectionum discerniculum spectauerit. Ait enim, Non quòd iam acceperim aut iam perfectus sim. En perfectionem triumphantium in regno. Sequor autem si quomodo comprehendam. Hæc est militiæ professio, de cuius perfectione subiungit, Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, &c. Perfectio ergo vię est perfectè currere & sequi. Quòd si minutiora quædam dum remittitur chorda in cythara, admiserimus, non propterea declinamus à via, nec terga vertimus Deo: sed remoramur quasi luctantes contra fluctus seculi huius. Audiamus deniq; nostrum Augustinum eodem loco de spir. & lit. cap.36. Ad illam, inquit, regni perfectionem spectat. Non concupisces, id est, corpus exutos mortis huius luctamine

Venialia peccata cum perfectione. Qua ratione charitas viæ non sit perfecta. *Augu.* *Perfectio viæ.* *Perfectio patriæ.* *2.Tim.4.* *Philip.3.* *Augu.*

stamine carnis liberari) ad hanc post concupiscentias tuas non eas, & illius perfectionem pro mercede sperare. Igitur quintam postremamq; propositionem concludamus contra
Cõclusio. 5. Lutherum, art. 31. Non in omni opere peccat iustus. Septies in die cadere iustum, est quidē
Prouer. 24. inter prouerbia Sapiētis, cui dominus reuelauit sapientiam: quòd tamen in omni opere peccati iustus, non potuit Luthero, nisi suus re
Luther. uelare genius, vt homines exanimaret, ne bene agerent, & Deo se minus debere crederēt, quòd tam sibi dedisset naturam, quā neq; infirmam posset ipse sanare, neq; sanā satis iuuare, vt bene ageret, & tamen præcepisset, vt iustē, quæ iusta sunt faceremus. Adde, quòd Sapiēs de leuissimis loquitur culpis, neque peccata vocat, bona opera: sed noster recens Propheta, mirabili nos vult antithesi dementare. Ait enim, non solùm in omni opere, sed in omni opere bono peccare iustum: & quòd omne opus bonum optimè factum, peccatum mortale: mortale est in iudicio Dei: nisi quòd per eius misericordiam non imputatur. Huiusmodi coloribus vbiq; floret vnū opus, & bonum, & peccatū, optimè factum, & peccatum mortale in iudicio Dei, & tamen per misericordiā nō imputatum. Patere adhuc lector audire explicationem hominis, quam apud ipsum au
Roma. 7. thorem legisti sæpe. Vbi ait Paul. Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, clarissimum habet sensum. Nempe quòd mēs deprecatur ad optima, caro autē ad infima: in quo homo constitutus conflictu, nunc victor seruit legi Dei, nunc victus succumbit legi peccati. Quod autem Paul. de vna persona propter
Vesania. Lutheri. diuersorū operum vicissitudinē enunciat Luthe. ad eandem personā pro eodē tempore, an etiam secundum vnum idemq; opus pertrahere molitus est. Adeò vt eliciat ex hoc loco, quòd non solùm eadem persona sit simul iusta & peccatrix, sed quòd idem prorsus opus iusti, sit partim bonum, quatenus procedit à gratia Dei: partimq; malum, qua ratione proficiscitur à libero arbitrio. Vide quousq; procreat assertus ille ab istis error, quod concupiscentia, etiam in baptizatis sit peccatum. Illam enim vbiq; clamant esse arborem malam, quę non potest bonum fructum facere. Quin vide precor quo cum genere mortalium à triginta iam annis litigamus. Peiores nos faciūt belluis. Illæ quippe si nō sunt in bonum liberæ, certè neq; in malum. Nobis verò isti sic libertatem concedunt in malum, vt in bonū funditus sublatum velint. Quin verò, quòd Deus optimus ad peccandū nos cogat, nihil verentur docere: quòd tamē maximus ipse iuuare nos satis possit ad opus qd verè sit bonum, neutiquam induci possunt, vt credant. Primū omniū, nunquid hæc cōtradictio est manifestaria, vt idem opus sit simul bonū, & malū in cōspectu Dei? In naturalibus nihil prohibet, eundē cibū, qui ad vnum est morbum salubris, respectu alius, esse pestilentē, sed quod vnū opus simul fiat secundū regulā, legē, & volūtatem Dei, atque idem simul contra eandem legem, regulam, & voluntatem (hoc est enim esse bonum, & mortale malum) quomodò ex quibuscunq; causis fiat, est intellectu possibile. Adde, quòd si peccatum est secundum iudicium Dei, quomodò per misericordiā nō imputatur? Nunquid non tam iustus est Deus, q̄ misericors? quo ergo pacto id in quo iudicat perdurare rationē peccati, & in seipsum offensæ, poterit per misericordiam nō imputari? Hoc autem duobus meloeis: nempe & libro. 1. & item secundo memini reprobasse. Dimissis ergo contradictionibus Ratio cōclu istorum, ratio conclusionis est hæc. Potest qs sionis. per gratiam Dei opus iuxta suam legem perficere, vt nullum admisceat malum finē, aut circunstantiā, sed fiat iuxta eius voluntatem, aliàs nequicquam quotidie peteremus, Fiat voluntas tua in terra, sicut in cælo: ergo tale opus expers erit prorsus culpæ. Id quod vno testimonio Cypriani constantissimè confirmatur, Cypria. quod tamen Luthe. arti. 2. pro se adfert ex epistola quadam de mortalitate. Ait enim diuus ille martyr, Obsessa mens hominis & vndiq; zabuli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libido: si libido cōpressa est, succedit ambitio: si ambitio contēpta est, ira exasperat, superbia inflat, vinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscindit, &c. Ex isto loco quemadmodum Luthere exprimere valeas, omnia opera esse peccata, nemo nisi discipuli tui videt. Imprimis non dicit, quòd vno vitio victo aliud nos vincat, sed quòd alia pugna carnis insurgit. At vt illud interim præsteruius tibi, cur intercalas authoritatem, & nō legis cōtinuā: ait enim, Si auaritia prostrata est, exurgit libido. Prosternere ergo auaritiam, nō est peccatum: sed virtus. Et si libido compressa est, succedit ambitio. Igitur comprimere possumus libidinem, ita vt nullam habeat rationē peccati. Cyprianus itaque adeò negat, omne opus esse peccatum, vt affirmet easdem affectiones, quæ nos quandoq; diuincunt, à nobis etiam vicissim superari. Definite ergo cæci esse. Cessate, peccata dicere, opera, quæ per auxilium Dei à nobis fiunt, & maxima ipsius sunt

Aliud argumentum. sunt beneficia. Vtrùm quando Paul. non ipse, sed in eo viuebat Christus, & quando nihil sub sole metuebat, quod se à charitate Dei separaret, tunc etiam omne opus eius peccatū Impietatis cōuincūtur. dicere audetis? An prædicatio Ioannis præcursoris Christi, & omnes etiam martyrum confessiones, quando pro Christo cædebantur, occidebantur, & dilaniabantur, peccata etiam num erant, quia procedebant à libero arbitrio? Cùm tamen opera, quæ nō fiant per libe. arbi. digna esse non possunt aliquo præmio, eo quòd vt peccatū, ita neq; virtutis opus est, nisi liberè fiat. Profectò qui ita est in sanctos Sanctissima virgo. blasphemus, neque sanctissimæ Dei genitrici parcet. Dicite ergo officia intemeratę virginis, dū Christum lactabat, gestabat, & nutriebat, peccata fuisse. Atq; adeò verbum illud, Ecce ancilla domini, ex quo beata dici meruit ab omnibus generationibus, vt sit vestra consummata blasphemia. Nos enim Paul. auscultamus, 1. Cor. 7. qui ad Cor. euigilare iustos iubet, ne peccent. Et rursus, si nupserit, inquit, virgo, non peccat, 1. Petr. 1. Et Petrus, egregias nobis virtutes proponens, subdit, Hæc enim facientes non peccabitis ali- Iaco. 3. quando. & Iacob. non ait, In omnibus offendimus oēs: sed in multis. Sanè quòd alia sunt 1. Ioan. 3. in qbus nō peccemus. & Ioā. Omnis qui in eo manet, non peccat. Quin satis nobis est, Christum audire magistrum, qui ait, Ecce sanus fa- Ioan. 5. ctus es, iā noli peccare. Ex his nāq; & huiusmodi Syn. Tridē. di alijs confecit Syno. sancta præsens, cōfessionem illam in calce cap. 11. aduersarij: scilicet, orthodoxæ religionis doctrinæ, qui dicunt, iustum in omni bono opere peccare. & can. 25. vbi talium ausum anathematis ferit censura.

Ad respondendum aduersarijs.

CAP. V.

Potuissem ego equidem silēter prætermittere respōsa argumentorum aduersę partis: adeò ab ijs qui priùs nobis scripsere, cūcta sunt optimè diluta: sed ne instituti filum & seriem abrumpam, curabo citra tædium illa percurrere. Eo præsertim, quòd cap. 19. primi libri, vbi constituimus, non omnia opera peccatoris peccata esse: &. 2. c. lib. 2. vbi agebamus de dispositionibus ad gratiam, huiusmodi respōsiones in hūc remisimus locum. Rationem isti nullā adferre possunt, quia necessitatem hanc suam peccandi à contagione originalis culpæ diducūt: quę res est extra lineam naturalem. Inde enim Itatim confingunt cōmentum quoddam super Matthæ 8. Non potest arbor mala, &c. illud verbum Christi, Non potest arbor mala bonos fructus facere. Est enim, inquiunt, concupiscentia ineuitabile malum, neq; vllum opus fieri potest à nobis, quod nō aliquo modo nascatur ex illa: omne ergo est tali ratione malum. Pari modo persuadebant suā hæresim Manichæi, vt adnotat Aug. 2. lib. de verbis do- Manichæi. mini, dicentes, vnam esse naturā bonam, quæ nō poterat facere malum: aliā verò malā, quæ non poterat facere bonū. Et ideò ait illic Aug. August. & postea in Enchiridio, quòd nomine arboris non intelligitur natura, sed voluntas, & vocat voluntatem intentionē more philosophorum. Hoc enim modo neq; ex mala arbore nascitur bonum opus, neq; ex bona malum. Nā si arbor acciperetur pro natura, cùm omnis natura bona sit, nulla posset facere malū neq; ipsa potentia voluntatis. Quam intentionem alibi vocat Christus oculum, vbi ait, Si ocu- Matthæ. 6. lus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequā, totum erit tenebrosum. Et quod nomine arboris non natura intelligatur, sed voluntatis intentio, patet ex alijs verbis, Aut facite arborem bonā & fructū eius bonum: aut arborem malam, & fructum eius malū. Naturam enim non facimus, sed voluntatem, atq; opera quæ inde germinantur. Igitur neq; omnia opera nascuntur ex concupiscentia carnis, neque illa dicitur arbor, vnde inficiātur omnia opera: sed omnia sunt bona, vel mala à voluntate. A qua, potissimùm si diuinitus adiuuetur multa esse possunt opera bo- Ioan. 3. na. Simili modo detorquent & illud, Quod natum est ex carne, caro est, & quod natū est ex spiritu, spiritus est. Eliciētes inde, quòd omnia opera, etiam illa quæ ex gratia procedūt, quātuis illa ratiōe sint spiritualia, nihilominus qua parte dimanant ex concupiscentia carnis, sunt carnalia & peccata. At verbum illud solùm adduxit Christus, similitudinis gratia. Nimirum, quòd quemadmodum ex generatione animali nascitur homo animalis, ita ex regeneratione baptismatis nascatur spiritualis. Quòd si quis velit ad opera referre, id tātum poterit euincere, quòd illa opera quæ nascuntur ex inclinatione & intentione carnis, præter rationem sint vitiosa. Porrò autem contra humanū sensum est, quòd omnia opera nostra hoc modo ortum habeant ex carne. ¶ Alia verò loca quibus de capite suo contortis enituntur, plurima sunt in veteri pagina, Atq; inde primum initium sumunt, vbi ait Moses, Videns domi- Gene. 6. nus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tēpore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset super terram, &c. Ex illo verbo, Cuncta cogitatio cordis intenta est ad ma

lum

lum omni tempore, colligit Luthe. art. 36. nullam inesse nobis arbitrij libertatem ad bonum: sed omnia opera nostra esse mala, & de se mortalia peccata. At plura profectò peccata sunt in sua ista collectione. Nam primùm circunstantia verba liquidò demonstrant, illud verbū nō esse dictum de omni semper genere nostro propter originale: sed de hominibus illius ætatis propter sua nefanda scelera. Ita enim incipit cap. Cùm homines incœpissent multiplicari super terram, videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, &c. vbi depingitur corruptio illius gentis. Et idcirco subditur, Videns dominus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio, &c. Nûquid verbum, videns, malitiam præsentē designat? Et quod subditur, Pœnituit eum, quòd hominem fecisset? Et quod subnectitur, Et præcauēs in futurum, Delebo hominem: deletio quippe illam pœnam corrupti tunc generis humani facta est. Vnde quod ait, omni tempore solùm est verbum indignantis: quòd scilicet nihil de emendandis moribus cogitabant, sed in dies flagitia flagitijs, & sceleribus scelera cumulabant. ¶ Et idem forsan est sensus similis replicati verbi, qui est secundus locus apud Luthe.

Gene. 8. Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Sed esto, hoc referatur ad sensum & cogitationem in vniuersum cordis humani, vt hic secundus locus præ se ferre videtur, quonam pacto ex hinc fit cōsequēs, vt nullum prorsus bonum possit à libero arbitrio prodire? Vt scilicet non solùm otiosæ cogitationes (vt verbis vtamur Lutheri) sed etiam ingeniosæ, & quas homo de industria cogitat, omnes sint malæ. Nam illic non dicitur, quòd omnis cogitatio cordis humani sit peccatum, sed quòd sit intenta, & prona ad malum: id est, quòd inclinatio carnis, & sensualitas (hanc enim vocat cor humanum) de se allicit, & trahit rationem & voluntatem in malum, non tamen inde sequitur, alia opera esse mala, quàm illa, in quæ homo deuicta ratione, liberè consentit

Iacob. 1. carni. Ait enim Iacobus, quòd vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, deinde concupiscentia cùm conceperit (nimirum per consensum) parit peccatum. At vide q̄ hoc sit perspicuum, cap. 8. Pollicetur enim Deus ideo se non tanta acerbitate vlturum deinceps ire scelera humani generis, & quòd cogitatio humani cordis prona sit ad malum: haud tamen addidisset in causam illius clementiæ, q̄ oīa opera hominum sunt peccata: nam hoc potiùs debe ret Deo mouere iram: ergo cogitatio illic accipitur pro luctamine carnis. Vt sit sensus, quòd eo sint homines venia digni, quòd peccēt propter cōtinuā sensualitatis rixā & pugnā: quā ęgrè & difficulter possunt semper vincere. Vnde ca. 6. postq̄ dixerat, quòd cuncta cogitatio esset intenta ad malum, extemplò subdit propheta, Noë verò inuenit gratiā corā domino. Et cap. sequenti. Te vidi iustum corā me in generatione hac. ¶ Complicat Luthe. & aliud tertium verbum eiusdem cap. 6. Nō permanebit spiritus meus in homine in æternum: quia caro est. Ex quo vno loco geminam conficit ar- *Non permanebit spiritus, &c.* gutiam. Primam, quòd si homo caro est, nihil boni agere potest. Alteram, quòd ita Deus ademerit hominibus spiritum suum bonum, vt spiritualiter mortui nequeant nisi mortis opera agere. Hic autem locus bifariàm à Patribus exponitur, ex quarū neutra expositione quoquo pacto valet Luther. suum cōmentum extorquere. Primū (teste Hieronymo) vox he- *Hiero.* braica significantiùs latinè reddit, non iudicabit, q̄ nō permanebit. Secūdum quem spiritus domini illic accipitur pro ira sua, & indignatione, & caro pro fragilitate. Vt sit sensus, nō exigā in futurū tā graues ab hominib⁹ pœnas, quia fragiles sunt, sed permittam eos viuere cē- tum viginti annos. Quam ætatē ait Iosephus, *Iosephus.* indultam fuisse hominibus post diluuium. At iuxta Latinam lectionē, non permanebit spiritus accipitur pro vita animali: vt sit allusio ad illud, Inspirauit Deus in hominē spiraculū *Gene. 2.* vitæ: caro autē accipitur pro carnalibus hominibus, in quibus est ratio sepulta. Vt sit sensus, non viuet ista generatio perpetuò, quia carnalis est. Quare quod sequitur de centum viginti annis, non refertur ad ætatem, qua essent victuri homines, vt. 15. de ciui. dei. c. 24. autor est Aug. sed ad induciarū tēpus, quo Deus expe- *Augu.* ctaturus erat emendationem hominum. Intelligendum enim est illud Deum dixisse, viginti annis antequā Noë inciperet arcam, cuius fabrica durauit centum. Quapropter illico sequitur in textu, Delebo hominem quem creaui à facie terræ. Sed vt hoc velimus elargiri Luthero, quòd accipiatur spiritus pro bono spiritu Dei, parum illi dialecticæ opus erat, vt intelligeret sensum illius vniuersalis. Nō enim dixit, quòd in æternum nunquam permaneret, sed quod non permaneret in æternum: id est, quòd nō semper & perpetuò permāsurus esset in homine. Cui sensui nihil repugnat, quin aliquādo esse possit vt maneat. Neq; ipse Luthe. inficias ire potest, quin spūs dñi sit in homine per fidem & gratiam: cur ergo non erit

ad

ad operandum bonum? Quartus locus est istis vbique replicatissimus Esaiæ, Facti sumus immundi omnes nos: & quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitiæ nostræ. Qui tamen locus absque vllo prorsus dubio intelligitur præcisè de populo illo. Absque dubio inquã. Primùm propter authoritatem expositoris Hieronymi, qui ait, illud dictum esse, quando necdum saluator aduenerat: sed populus imaginem terreni hominis portabat. Et præterea inquit, quòd illic depingitur iustitia legis, quæ comparatione ad euangelicam puritatem immunditiæ reputatur: id quod multis confirmat testimonijs. At textus ipse luce clarius aperit sensum prophetę. Sanè qui ingenti animi ardore, & anxietate optabat aduentum Messiæ. Vtinam enim, inquit, dirûperes cælos, & descenderes. Atque tali affectu exaggerabat populi necessitatem, deplorabatq; eius ruinam, lamētans quemadmodum omnes legis iam obliti pererrarent, essentq; eorum vniuersæ iustitiæ, sicut pannus mēstruatæ. Erant enim tunc sub captiuitate: vbi à templo absentes non poterant offerre sacrificia, ad expianda peccata, neque vti purificationibus legis. Et ideò allusit ad illorum pannum mestruatæ. Cuius periphrasim & explicationem illico subnectit. Quia cecidimus, inquit, quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerūt nos. Atque plurimis huius figuræ congeminatis concludit, Neque irascaris domine satis, & ne vltra memineris iniquitatis: ecce respice, populus tuus omnes nos. Profectò ista verba nō possunt coaptari vniuerso nunc generi humano. Quinimò manifestissima est contradictio in Luthero. Si enim de omnibus etiam nobis intelligitur, quomodò ipse dicit, quòd peccatores horrore peccatorum suorum nomen Christi inuocantes, & ad suam misericordiam confugientes, fide iustificantur? Nam & habetur etiam illic, Non est qui inuocet nomen tuum, qui cōsurgat & teneat te. Iam verò quã uis confessio illa intelligētiam habere aliquam posset generalem, nequit tamen intelligi de singulis operibus, sed quòd tota vita iusti hominis non potest non crebris maculis esse cōspersa. Nam & pannus menstruatę non est necesse, vt totus sit defœdatus: sed potest esse maculosus. Neque tamen macula omnis est mortalis. Quadruplicem em̄ maculã notat illic S. Tho. puta absentiam gratiæ exclusæ per peccatum mortale, & sola hæc propriè est macula. Mox intentio minus recta, aut tertiò venticulus superbiæ de bono opere, quæ possunt esse venialia peccata. Quarto, aliqualis præterea negligentia, quæ potest aliquo modo significari nomine maculę, etiam si sit citra peccatũ. Qua ratione, vt supra diximus, etiam iustissimi possunt confiteri, vniuersas iustitias suas esse sicut pannus menstruatę. Quo sensu ait Cōcionator, Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Et maximè si componantur cum splendore illo iustitiæ Dei lucem inhabitantis inaccessibilem. Præterquam quòd vt ait ad Augustinum Anglorũ Grego. Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. Quintum testimonium Protestantibus nostris familiarissimum est illud Psalmi, Non intres in iudium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ex hoc enim loco colligit art. 31. Luther. id quod asseclæ sui asseuerare pertendunt, nullum esse bonum opus in nobis in oculis Dei, isto syllogismo, Deus quia iustus est, bonum opus damnare non potest: cū ergo dicat, nullum viuentem, neq; seruũ Dei, iustificari in conspectu eius, palàm fit, nullum opus bonum posse iustum iudicium Dei sustinere: quare neq; bonum est. At Roffen. prudenter quidē, & argutè notauit verborū reluctantiam. Si enim Deus bonum opus dānare non potest, quomodo ait Luther. opus bonum nō sustinere iudiciū Dei? necesse est ergo vt dicat bonum opus, quòd secundū ipsum etiã est malum, dānari, & non damnari. Locus ergo ille in eodem sensu satis exponitur, qui iã explicatus est. Non em̄ habetur illic, quod nullum opus erit iustū in cōspectu Dei: sed quòd nulla persona iusta ita iustificabitur in conspectu diuinæ maiestatis, in qua ipse, quē nullū latet secretum, non videat multa opera mala, quæ nobis sunt abscondita. Nã præter ipsum delicta quis intelliget? Sed est fortè & sensus alius Aug. in enarratione eiusdē psalmi. Nempe quòd non potest homo iustificari in conspectu Dei, sicuti cum altero homine. Nam inter homines potest quis per se priùs mereri mercedē, vt, pprio eam iure reposcat, sed respectu Dej nō ita: quia null' prior dedit ei. Et ideò neq; iustitias ipsas nostras, in quibus nulla inesset ratio nec venialis culpæ, possumus in conspectu Dei proferre, tanquam proprijs nostris viribus factas, de quibus petamus præmia. Responderet quippe, Quid habes quod à me non acceperis: quí dedit tibi & cogitare, & velle, & operari? Itaque nihil aliud vult hîc Psalmista, quàm eos reprehendere, quos etiam taxat Paul. sanè qui ignorantes iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Citant præterea & sanctos Patres in testes. Vt Augu. lib.

Esa. 64. Hiero. Macula. Non intres in iudicium, &c. Psalm. 142. Roffen. August.

lib. 10. confessionum. c. 13. vbi inter lamenta,
quæ pro matre fundebat ad Deū, ait, Væ etiā
laudabili vitæ hominum, si remota misericor
dia discutias eam. Perseuerant enim in sua dia
lectica, vt à tota vita ad singula opera argumē
tentur: cùm Aug. nihil aliud significet, q̄ quòd
nulla potest esse tam laudabilis vita, cui non
fuerint permixta peccata leuia. Præmittit enī
de matre sua, Ita post baptismum vixerat, vt
laudem nomen tuum, in fide & moribus eius.
Non tamen, inquit, audeo dicere, nullum ver-
bum exisse ab ore eius contra præceptū tuū.
Et ideò subiungit, Væ etiā laudabili vitæ, &c.
Et paulò inferius, Ego itaq; laus mea, & vita
mea, Deꝰ cordis mei, sepositis paulisper bonis
eius actibus, pro quibus tibi gaudens gratias
ago, nūc pro peccatis matris meę deprecor te.
Discernit ergo expressè Aug. bonos actus ma
Grego. tris à malis. Citat præterea Luthe. & Grego-
rium lib. 9. dialogorum. Vbi ait, quòd sanctus
vir Iob omne virtutis nostræ meritum esse vi
tium conspexit, si ab interno arbitrio districtè
iudicetur. Consulto tamen quæ sua prudentia
fuit, citauit glossam sine textu. Cernebat enim
Iob. 9. per textum facilè sibi responsum iri. Textus
enim est ille. Verè scio quòd ita sit, & quod nō
iustificabitur homo compositus Deo. Vbi ni
hil sibi aliud voluit sanctus ille, quàm quòd iu-
stitiæ nostræ, etiam si absolutè per gratiā Dei
sint verè iustitiæ, comparatione tamen ad infi
nitam illam rectitudinem, bonitatemq; diui-
nam non reputantur iusticiæ: sicuti papyrus
in media niue non existimabitur alba. Quod
re vera non solùm de iustitia huius seculi, sed
& de iustitia angelorum in cœlo potuit affir-
mare. Præsertim, quod neq; illico loquit de sin
gulis operibus, sed quòd homo non appare-
bit iustus collatus cum Deo. Et ideo subdit, q̄
si voluerit homo contendere cum Deo, nō po
test ei vnum respondere pro mille; id est, pro
mille beneficijs, quæ à Deo recepit, non pote-
rit adferre vnum quod ipse prius dederit Deo.
Nam neq; initium, ait illic Grego. est à nobis,
se hoc, quod iusticiæ nostræ, dum illi compa-
rantur diuinæ, non appareant iustitiæ, cap. 7.
explicandum est amplius. Interim vt ad Gre-
gorium redeamus. Nunquam ipse in talem in
cidit errorem, vt cogitaret, nullam esse actio-
nem humanam culpa vacantem. Sanè qui ad
Augustinum Anglorum scribens, ait, bona-
rum esse mentium ibi culpam agnoscere, vbi
culpa non est. Et eodem opere moralium sæ-
pe confirmat, non solùm opus aliquod posse
carere culpa, verùm & hominem etiam. Poss-
Iob. 1. simum lib. 2. super illis verbis, In omnibus his
non peccauit Iob labijs suis, neq; stultum ali-
quid cōtra Deum loquutus est. Vbi ait Greg.
quòd beato Iob, & oris testimonium perhibe
tur & cordis, quia & culpam à lingua compe-
scuit, & à corde restrinxit. Et quamuis Gregó.
id non dixisset, textus ipse, In omnibus his nō
peccauit Iob, abundans nobis esset ad conterē
dam audaciam dicentiū nullum esse opus bo-
num, quod nō sit vnà peccatū. In summa, qnq;
de causis orant sancti, ne Deus intret cum illis
in iudicium, sed omnia opera in suā misericor
diam reijciunt. Prima & potissima, est dubium Quinq; de
de proposita salute, de qua nemo est adeò cer causis.
tus, quia sit semper in metu. Secunda, quia vix
est, qui non fecerit aliqua peccata mortalia, de
quibus nescit, an veram fecerit pœnitentiam.
Tertia propter pericula venialia à quibus ne-
mo cauere potest. Quarta ꝓpter negligētias,
quæ in omni etiam opere bono plurimum ad
miscentur. Ac denique quinta propterea, quia
neque ipsa opera bona à nobis habent radicē,
sed à misericordia Dei, & ideò non possumus
cum eo iure proprio nostro agere.

De satisfactione. Cap. 6.

SEcundum quod operibus nostris
per gratiam Dei cōpetit, est, vt per
illa satisfaciamus pro peccatis. Non
quidē pro culpa, antequam remit-
tantur, sed pro debitis pœnis, quæ culpa remis
sa, reliquæ fiunt, vt in confessione S. Tridenti- Syn. Tridē;
næ Synodi, cap. 14. habetur. Hæc autem dispu Diuisio.
tatio duo habet membra. Primum de ea re,
quam præsupponit, & alterum de ea quam in
uestigat. Supponimus enim, nō in vniuersum
cuicunq; indulgetur culpa, condonari totam
pœnam: sciscitamur autem, an id quod reliquū
est pœnæ, persoluere homo valeat in hoc secu
lo per bona opera. De primo non ita hìc mul
tum sermonē habebimus, illud quippe ad tra-
ctatum sacramentorum peculiariùs spectat.
Sed tamen neque possumus non aliquam mē
tionem facere, non solùm ad explicationē di-
sputationis, verùm & quia de hoc pronuntia-
uit S. Synodus. Articulus fuit quintus assertio
num Lutheri, quo solennem illam partitionē Lutherj
pœnitentiæ in tres partes respuit. Addit tamē
nō negare contritionē & confessionem, sed sa
tisfactionem. Hinc enim, vt lib. 2. c. 5. enarraui
mus, cœpit Ecclesiæ Roma. oblatrare, ex odio
scilicet indulgentiarum. Sed vide, q̄ sit annexa
satisfactio confessioni. Initio solum repule- Confessioni
rant satisfactionē, inde tamen facile expugna- annexa satis
ta illis est confessio. Nanq; in hoc potissimum fact.
est à Deo instituta confessio, vt secundū men-
suram

furam delicti, arbitrio sacerdotum statueretur plagarum modus, atq; adeò oleo, & vino cura retur infirmus. Vbi autem semel hunc errorē deuorarunt, quod per fidē condonantur plenissimè omnia peccata, quoad culpam & pœnam, indè illis consequentissimum fuit, nō esse necessariam confessionem singulorum peccatorum: sed in genere ad protestandum fidem.

Ausus Luther. Quò fit, vt mera fuerit inscitia Lutheri, quinimò perniciosissimus ausus, negare satisfactionem ulla ratione, quòd hoc verbum non est expressum in sacra scriptura. Nullum enim adfert argumentum, nisi quia nō possumus ostēdere, vbi sit in scriptura nomen satisfacere, aut quòd pro peccato mortali debeat quis satisfa-

Matth. 16. cere septem annis. Nam illud inquit, Quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris, erit solutum. Et,

Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta, ad remissionem inquit, culpæ, pertinet, non ad satisfactionem. Aliàs dicere debuit, Quorum remiseritis satisfactiones. At verò, præter quàm, quòd iure optimo multa recipit Ecclesia ex monumentis Patrum, scripturæ sacræ interpretum, licèt in ea non sint formaliter, rem nihilominus satisfactionis euidentissimè colligimus, tùm ex alijs locis sacræ paginæ, tùm clarissimè ex his mo-

Vnde colligitur satisfact. dò commemoratis. Enimuerò remissio, & absolutio peccatorum (quod isti non consyderant) non ad culpam tantùm refertur, verùm & ad pœnam. Vtroq; enim modo ligatur peccator: scilicet. vt inimicus sit Deo, & præterea dignus pœna. Et ideò ab vtroq; absoluitur per gratiam Christi. At quia misericordia Dei nunquàm est sine iustitia, quamuis in cruce sufficienter, & meritus fuerit, & satisfecerit pro omnibus peccatis totius mundi, efficaciter tamen noluit singulis applicare, aut meritū, aut satisfactionem, nisi quatenus vnusquisq; liberè assenserit, & cooperatus fuerit adiutorio ipsius. Qua de causa, vt non omnes ad eundem gradum amicitiæ recipit, dum conuertuntur, ita neque eius iustitiæ fuit congruens, remissa culpa & æterna pœna, vnicuiq; remitti de tēporali, nisi iuxta proportionem conatus, quò se quisq; conuertit. De baptismo verò quo sepelimur cum Christo, & renascimur in nouam vitam, diuersa est ratio: vt paulò pòst explicabimus. Et quoniam neq; ille actus est in omnibus æqualis, neq; scelera paria, prouidentissimè hoc commisit iudicio Ecclesiæ, & ministrorum eius. Et hic est sensus legitimus

Quorum remiser. illorum verborum, Quodcunq; ligaueritis, & quodcunq; solueritis. Et, Quorum remiseritis & retinueritis. Videlicet, vos instituo iudices, quorum iudicio, claue non errante, ego stabo: vt quodcunq;, & quomodocunq; remiseritis, aut retinueritis, sit remissum & retentum. Hoc est, quam pœnam esse, vel remittendam, vel retinendam, imponendamque pœnitēti, claue non errante, iudicaueritis, coram meo itidem tribunali erit remissa, & retenta. Ex quo ideò vno loco, ambas pœnitentiæ partes elicuerūt Patres: scilicet confessionem, & satisfactionē. Nam cùm res sit in Euangelio patēs, nulla est iniuria, si nomine congruentissimo significetur. Neq; verò nomen est nouum, vt i Luther. antequam antiquitatem habuisset exploratā, arbitratus fuit. Etenim Leo primus, cui in Cō- Leo. cilio Chalcedonensi à sexcentis triginta patribus, referente Theodoro Foroliuiensi, ter sanctus, acclamatum fuit, Mediator, inquit, Dei & hominum homo Christus Iesus hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Et infra, Oportet vnumquenq; Christianum conscientiæ suæ habere iudicium, ne conuerti ad dominum de die in diem differat, ne satisfactionis sibi tempus in fine vitæ suæ constituat. Neque antiquissimū Tertullianum præterijt nominatio satisfactio- Tertull. nis, Ecclesiæ iam tunc receptissimę. Satisfactio enim, inquit, confessione disponitur: confessione pœnitentia nascitur: pœnitentia Deus mitigatur. Et infra, Commemoratis quammultis satisfactionis operibus, subdit, illa esse necessaria, vt in peccatorem pœnitentia ipsa pronuncians, pro Dei indignatione fundatur, & temporali afflictione æterna supplicia, non dicam frustretur, sed expugnat. Hæc ille in libro de pœnitent. Et Hiero. vt refertur de pœniten Hiero. dist. 1. Mensuram, inquit, temporis in agenda pœnitentia, idcirco non satis apertè præfigunt canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicant, qualiter vnumquodq; emendandum sit, sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt: quia apud Deum nō tam valet mensura temporis, quàm doloris: nec abstinentia tantū ciborum, quàm mortificatio vitiorum. Propter quod tēpora pœnitentiæ, fide & conuersatione pœnitentium, abbreuianda præcipiunt, & negligentia protelanda existimant. Audi Luthere, quemadmodum secundum Hieronymum & Leonē antiquissimos iuxta, ac sapientissimos, & secū dum Tertul. in his verbis, Quodcunq; ligaueritis, & quorum remiseritis, iudiciaria tradita

est

est potestas ministris ecclesiæ ad satisfactionē remittendam & retinendam, Id quod adhuc copiosius tractat Chrysosto.tùm alibi diffusissimè & frequentissimè,tū in lib.3.de sacerd. ca.5.Cuius cæterorumq; Patrum,quę absque numero sunt,testimonia preterimus: quia nō est hic locus recitandi. Miraculum enim est, & non ferendū portentū.Quòd ob peccatum Adæ quod aliena voluntate cōtraximus,con cupiscentiam carnis ita in nobis peccatum esse velint, vt nulla satisfactione, neque ipsius Christi, posit in hac vita cōpensari,quin semper sit peccatum, contra quod proprijs operibus debeamus pugnare,& tamē pro actualibus delictis, flagitijs,& sceleribus, quæ nos ipsi propria voluntate cōmisimus, sic vno actu fidei applicatam nobis cōtendant satisfactionem Christi, vt nullus fiat reliquus reatus poenæ,quàm per auxilium dei nostris exoluamus piaculis.Cùm tamen scriptum sit in Deutero. quòd pro mensura delicti erit plagarum modus.Et in Apocalypsi, Quantum glorificauit se,& in delicijs fuit,tantum date ei tormētum & luctum.Et Paul.Romanos iam iustificatos exhortatur, vt sicut exhibuerunt mēbra sua seruire immunditiæ,& iniquitati ad iniquitatem,ita exhibeant membra seruire iustitiæ in sanctificationem.Id profectò apertissimè explicans, quod angelus Dei Ioannes, præmissus ante faciem Christi, prædicabat in deserto, clamans, vt facerent homines,non solùm poenitentiam,verùm fructus poenitentiæ. At strophiam Lutheri & suorum audiamus, hoc testimonium ludificantium, Aiunt vt modò dicebamus admonitionem Ioannis eam esse, vt per fructus poenitentiæ procuremus extenuare concupiscentiam carnis,quæ est peccatum originale.Sed nūquid Ioānes progeniē viperarum tanta acerbitate & amarulentia de solo peccato originali obiurgabat? Nunquid non depudenda peruicacia est, quotquot super huoc locum ab ecclesię primordijs scripserunt,Patribus contradicere? Sic enim habet expositio illic Chrysostomi,Facite,inquit,fructus dignos poenitentiæ. Quo autem modo fructificare poterim⁹,si vtique peccatis aduersa faciamus? Aliena rapuisti,incipe donare iā propria:longo es tempore fornicatus,à legitimo quoque vsu suspendere confugij. Et ita deinceps progreditur,suum cuiq; actuali peccato opponens fructum poenitentiæ. Pariter ibi August. Sunt,inquit,digni fructus virtutum fructus qui nō sufficiunt poenitentibus. Poenitentia enī grauiores postulat.& Homil. 1.de poenitentia.nisi isti lapidei essent,& plūbei,nullum relinquit ambigendum locum. Distinguit enim tres actiones poenitētiæ:primam ante baptismum: secundam de lesioribus,ac tertiam,quæ pro illis, inquit, peccatis subeunda est,quę legis decalogus cōtinet:vbi maiorem ait,quisque in se seueritatem debet exercere,vt à seipso iudicatus(quod ait Apo. sto.)non iudicetur à Deo. Ecquid verò rogo iudicij nomine significatur, nisi satisfactio & recōpensatio,qua iusta talione delicta vlciscimur nostra? Idem docet Gregor.Cyprian.& vniuersi. Neque verò despicienda ratio est, qua theologi rem hanc dilucidant. Equidem, quod in peccato,& auersionem est considerare à deo,& conuersionem ad obiectum peccati:secundæ respondet poena sensus:& ratione primæ illa poena efficitur æterna. Ob idq; remissa culpa per conuersionem (iuxta illud psalm. Dixi confitebor,& tu remisisti) restat poena temporalis, cuius testimoniū extat de Dauid,qui cumprimum dixit, Peccaui domino,audiuit à Nathan, Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Veruntamen filius,qui natus est tibi,morte morietur. Remissa ergo culpa, nonnulla temporalis superest luenda poena.Sed de hoc primo pctū satis,vt rationem redderemus confessionis sanctæ Concilij Tridentini,ca.14.vbi habetur,quòd non tota semper temporalis poena,vti in baptismo, reliquijs deinceps remittitur,qui gratiæ baptismali ingrati,spiritum sanctū contristauerunt, & templum dei violare non sunt veriti. Hac ergo præstituta veritate,quæstio est, Vtrum in hac vita satisfacere homo deo posit pro debitis illis poenis,tam remissorum mortalium, quàm venialium.Cuius respōsio affirmatiua est,de qua nunquam fuit anceps ecclesia. Est hic tamen primum omnium de satisfactione distinguendum.Altera enim est perfecta, & altera imperfecta. Nam satisfactio cùm designet actum iustitiæ, genere suo disparatur à gratia,vt quantū in opere insit gratię,tāto minor sit ratio satisfactionis. Quocirca perfecta satisfactio est illa, cuius valor & pretium totū emanat à debitore,nulla vel præueniente vel interueniente gratia creditoris. Taliter vt sit redditio æquiualentis,aliàs indebitè voluntaria.Nam qui ob crimen suspenditur potiùs satis patitur. Sicuti & existens in purgatorio. Ex quo fit consequens,quòd pro peccatis in Deum commisis solus Christus, eo quòd deus erat,potuit perfectè satisfacere, nulla tamen creatura,nisi imperfectè,id est,supposita gratia ipsius.Cuius duplex est causa:vt 3.par. quæstio.1.author est S.Tho. Prima,quia tota

Marginalia (left column): Chrysosto. — Lutheri portentum. — Deutero.25 — Apocaly.18 — Roma.6. — Matth.3. — Lutheri stropha. — Chrysosto. — August.

Marginalia (right column): Ratio theologorum. — Psalm.31. — 2.Regū.12. — Syno. Trid. — Quæstio. — 1.Cōclusio. — Duplex satisfactio. — Diffinitio satisfact. — Solus Christus perfectè satisfecit.

natura infecta erat peccato, & inimica Deo. Altera, quia peccatum ea ratione, qua est contra deum, habet infinitatē quādam, quā creatura, etiam si esset in meris naturalibus, neutiquam posset compensare & æquare. Rationes sunt Anselmi. 1. & 2. lib. Cur deus homo, quibus addit & tertiam, quod creatura quicquid habet, Deo iā debet. Scio Durād. 3. sent. di. 20. q. 2. & in 4. d. 15. q. 1. neq; Christo ipsi concedere, vt posit inquantum homo, satisfacere ad æqualitatem iustitiæ, nisi præsupposita creata gratia, qua secundum humanitatem esset quoq; gratus. Propterea inquit, quia Christus etiam ipse quicquid secundum humanitatem habebat, receperat à Deo: & ideo nihil de se poterat præstare aut facere in satisfactionem, quod non esset aliàs debitum. Et præterea, quia illud Aristotelis, Quod dijs & parentibus non possumus reddere æquale, in Christo quoque ipso, quatenus homine verum habet. Huiusmodi tamen argumenta hominis sunt haud satis æstimatè cogitantis, actiones esse, non naturæ, sed suppositorum. Quātūcunque enim existimetur Christus in quantum homo, non tamen erat natura humana, quæ in illo operabatur, sed filius Dei per illam. Filius autem Dei, erat æqualis patri. Quam ob causam, etsi nullā gratiam recepisset creatam in humanitate, ratione vnionis, de se homo ille erat infinitè grat⁹, & amicus Dei, & quicquid fecisset, erat de se sufficiens satisfactio ad æqualitatem iustitiæ. Quinimò quodcunq; opus eius erat infiniti pretij apud Deū. Quare nihil euincit ratio Scoti in 4. sentē. dis. 15. quæstio. 1. arguētis, quòd si peccatum haberet aliquam infinitatem, sequeretur vt neq; Christus per passionem potuisset abundè satisfacere: quippe cùm opus illud, quia res erat creata, non esset infinitum. Argumentum inquam non est solidum. Nam licet opus illud res esset creata, nihilomin⁹ quia erat opus diuini suppositi, infinitè erat gratū Deo, contraria ratione, quā peccatum est infinitum. Respondetur ergo Durando, quòd quicquid de⁹ homo Christus à deo receperat, debebatur illi ratione vnionis, & vnio ipsa opus erat tam filij, quàm patris. Ob idq; tanquam de suo, & (vt ita dicamus) aliàs indebito poterat satisfacere. Nam quanuis inter homines filius non posset reddere æquale patri, secus res habet de filio dei, qui eo quòd æqualis est patri, potuit illi tantum honoris restituere, factus obediens vsq; ad mortem crucis, quātum Adam deiexerat. Qua ratione Paulus confert obedientiam Christi cum inobedientia Adam.

Anselmus.

Durandus.

Neq; Chrō inquātū hō est côcedit, vt perfectè satisfacere posset.

Rōnes Durand.

Ethic. 8.

Responsio. Rō satisfactionis christi. Tho. 3. p. q. 48. ar. ad 3.

Scotus obijcit.

Solut. opus christi infinitè gratum deo.

Respōdetur Durand.

¶ Sed & contra secundum membrum distinctionis, intentat item argumenta eodem loco Scotus, quibus suadet, puram creaturam posse satisfacere de potentia dei absoluta. Nam vt 13. de Trinita. author est Augusti. Fuit quidē, inquit, & alius modus nostræ redemptionis deo posibilis, quā per incarnationem. Modus autem, ait, fuisset, si deus per attritionē & meritum de congruo contulisset hominibus gratiam, vt per se quisq; satisfaceret. Sed tamē de potentia ordinata non potuit nisi per Christum. At verò vt cum honore loquar, debito grauissimo doctori, cuius multi in hac parte sententiam sequuntur, non possum non iniquo animo audire, quā isti sentiant indignè de aduentu Redemptoris nostri. Videntur enim cogitare altissimum illud, & inæstimabile mysterium, quòd Deus factus est homo, quasi gratis & sine causa vsquequaq; necessaria, fuisse hominibus impensum. Nam dicunt, tantūdem potuisse facere hominem per gratiā Dei, sed solùm id esse factum propter legem ordinatam. Redarguerem ego, si mihi liceret, sic istos, Quidnam fuit in causa, vt admiranda illa lege ordinaret Deus vnigenitum dare mundo, si iustitiam alia via seruare potuisset? Non ergo satis est ad legem ordinatam recurrere, nisi rationes & cōmoditates illius legis adferamus, vt facit eodem loco Augu. Ausim ego dicere (nam euangelicam me certus sum veritatem efferre) quòd fieri non potuit, neque de potentia Dei absoluta, vt perfecta esset satisfactio, nisi Deus esset ille homo qui satisfaceret. Nā si deus merè gratis amicam sibi faceret creaturam, quæ posset satisfacere, iam satisfactio non esset perfecta, quia præsupponeret gratiam, vt si debitor à creditore susciperet, vnde sibi persolueret. Hoc ex ipsa liquet natura satisfactionis. Cùm ergo inter creaturam infinitum à Deo distantem, & deum ipsum nulla sit ratio iustitiæ, nisi præsupposita eius gratuita acceptatione, nulla potuisset perfectè satisfacere. Filius autem dei æqualis patri de se id potuit perfectè. Et hoc est immēsum, & ineffabile beneficium, quod illi debemus. Porrò quòd cùm genus humanum nō posset ad æqualitatem iustitiæ rependere Deo quod debebat, indutus ipse naturā nostram, taliter satisfecit, vt eius nos facti membra, suam possemus coram Deo offerre iustitiam, quasi nostram, secundum illos impares gradus, quibus pro cuiusq; assensione & cooperatione singulis nostrum participatur. Vnde Augu. falsò citatur asseruisse, alia potuisse via redemptionem vel satisfactionem perfectam fieri, iustitiamue

Scotus.

Contra Scotum.

Cōclusio doctoris.

Beneficium redemptionis

Augu. sententia examinatur

tiamue in integrum reformari: sed id duntaxat astruit, quod non defuit deo modus alius, quo liberaret homines à miseria. Potuit enim gratis condonare peccata sine aliqua satisfactione, quia nulli quicquam prẽterquam sibi debitum erat, contra quem vnum peccatum fuerat, neque Christus satisfecit dæmoni, vt aliqui blasphemant, sed patri. Et ideo si ipse voluisset omnino gratis nobis ignoscere, liberi essemus. Vt autem misericordia sua nihil suæ iu-

Causa aduẽtus christi.

stitiæ detraheret, gratis misit filium, qui summa iustitia satisfaceret, vt qui gratis eius subinde efficerentur membra, suam ipsius participarent iustitiam. Et hæc, præter alias commoditates, fuit diuinæ incarnatiõis potissima causa.

2. Cõclusio principalis. Nullus põt ante remissã culpã p pœna peccati satisfacere, neq; dũ est in pc̃tõ pro pœna remissi peccati coram deo.

¶ Ad explicationem ergo præcedentis cõclusionis, vnde tantisper digressi sumus, adhibetur secunda. Nemo potest pro pœna peccati satisfacere, antequã remittatur culpa, quin verò vniuersaliùs rectè dixerim, neminẽ qui in peccato versatur, pro aliqua pœna peccati, quanuis remissi, posse satisfacere coram deo. Primum membrum. Cõmunis est consensus S. omnium Patrum, ac theologorũ. Quod dũtaxat adnotamus ad eluẽdam calũniam, qua

Tho.1.2 q. 109 artic 7. Lutheranorũ calũnia aduersus catholicos.

nos vbiq; vexant Lutherani: hoc nobis falsũ crimen intendentes, quòd doceamus, per nostra nos opera satisfacere deo de nostris delictis. Nemo enim vnquam hoc cogitauit de operibus naturalibus peccatoris. Quinimò vt

Dissidium theologorũ de recidiui satisfactiõe Scotus. Thomas.

negamus opera quomodolibet antecedentia gratiam eiusdem esse gratiæ merita, ita palam diffitemur, esse satisfactoria peccati nondum remissi. Neq; Scot. ipse fautor meriti congrui, attribuit illi, vt sit hoc modo satisfactorium. Est tamen dissidium de peccato remisso, vtrũ recidiuus possit agens in peccato satisfacere pro residua pœna, Scoto affirmante, propterea, quòd pœna est temporalis, sed S. Thoma negante, propterea quod inter nos & Deum nulla est æqualitas iustitiæ, nisi solùm ex acceptatione diuina: peccator verò nullũ facit opus dignum diuina acceptatione. Opus enim genere suo maximè omnium satisfactorium, est eleemosyna: iuxta verbum Redemptoris,

Luc.11.

Date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt vobis, & deinde maceratio corporis: & tamen

1.Cor.13.

ait Paul. Si distribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatẽ autem non habuero, nihil sum: scilicet, apud deum: ergo neq; talia opera sunt satisfactoria. Tametsi posset peccator satisfacere præcepto sacerdotis iniungẽtis pœnitentiam. His autẽ non est nũc locus.

3. Cõclusio principalis

¶ Tertia conclusio est, Potest homo existens in gratia satisfacere de condigno, pro pœnis temporarijs, quæ residuæ sunt ex peccato remisso. De condigno inquam, non perfectè, sicut Christus. Propter duo. Primùm, quia nostra satisfactio præsupponit gratiam Christi, cuius corpori gratis insiti sumus. Et præterea quia non reddimus æquale sicut ipse, sed tã tummodo secundum proportionem, qualis potest esse iustitia inter nos & deum. Nẽpe, quia sicut se habet quod ipse nobis largitur ad suam potentiã, & bonitatem, ita & quod nos reddimus ad nostram possibilitatem. Nihilominus factis iam membris, satisfactio nostra est condigna, tanquam opera filiorum Dei. Cui consonat vox illa, Fructus dignos pœnitentiæ. Prima statim ratio ex ijs, quæ supra explanata sunt, emergit. Tria enim referebamus impedimenta, cur non posset homo satis facere deo: scilicet, quia inimicꝰ est illius: quia peccatum infinitatẽ habet quandam, & quia quicquid habet, aliàs obligatum est Deo: homines autem in Christo per gratiam renati, amici, quin etiam filij dei nominamur, & sumus. Atq; ideo eo pacto quo peccatum est infinitum, obsequium etiam deo possumus præstare infinitum. Est enim peccatum nõ aliter infinitum, q̃ quòd est auersio ab infinito bono, qua ratione, illa auersio imaginem quandam induit infinitæ distantiæ: eandem ergo infinitatis figuram gerit etiã cõuersio: & ideo opus ex gratia dei procedens, recompensa esse potest iniuriæ, cuius culpa gratis cõdonata est. Atqui licèt bona omnia, imò nosipsos à deo recepimus, nõ tamen deus (cuius iugũ suaue est, & onus leue) ad omne illud nos obligauit, quod totis intentis viribus possumus, vt.c. 2. dicebamus: & ideo multos possumus facere fructus dignos pœnitentiæ, qui non erant innocentibus necessarij, vt quotquot fuerunt diuinorum Interpretes in illo verbo euangelico agnouerunt. Neq; hanc solùm, sed aliã adiungit S. Tho. rationem in.4. sentẽ. dist. 15. Nempe quòd etiã p illa opera, q̃ aliàs debita sunt, satisfacere possumus, eo quod per liberũ arbitrium sumus dñi actionum nostrarum: quade re liberam ipsam nostrã obedientiam acceptat deus in satisfactionẽ, tãquam opus iustitiæ. Quinimò & hoc pacto nõ solùm pro peccato satisfacimus, sed pro nostra fragilitate, pro beneficijs etiam acceptis obsequia præstamus deo, sanè quæ de manu sua accepimus, sibi reddentes. Secunda ratio est. Pœnitẽtia cõditione sua & ingenio hoc habet, ꝙ sit opus, p quod præueniente deo, peccata remittãtur, ac prorsus tollantur, quo ad culpã & pœnam.

Right margin notes: 1.Ratio. — Peccatum infinitum. — Matthæi. — S.Thom. — 2.Ratio.

Hæc enim est legitima significatio illius Christi vocis,quod thema fuit suæ prædicationis. Math.11. Pœnitētiam agite,appropinquabit regnū cælorum.Quasi dicat,hac patet aditus ad regnū cælorum.Cui simile est, A tempore Ioannis Baptistæ,regnum cælorū vim patitur,& violenti rapiunt illud.Est nanq; pulcherrima pœnitentiæ periphrasis.Cùm enim peccator hostis dei sit,per illam subitò mutata mente, videtur expugnare regnum,quod specimen nō nullum eorum gerit,qui vi intra mœnia recipiunt sese:ergo qui legitimè expleuerit numeros omnes pœnitentiæ,liber erit prorsus tam à pœna peccati,q̃ à culpa.Hęc autem ad iustū pœnitentia fit celeri⁹,morosiusve, secundum mēsurā doloris & mortificationis,vt ex Hieronymo paulò antè referebamus.Ergo sicut quis posset in puncto iustificationis operante misericordia dei,talem adferre sensum peccatorum, ardoremque pœnitentiæ, vt penitus pœna omnis cum culpa deleretur,vt creditur de Magdalena,ita quòd tunc quis segniùs atque remissi⁹ fecit,potest postea multiplicatis operibus pœnitentiæ compensare, atq; adeò satisfacere pro pœna peccati remissi.

3.Ratio. ¶Tertia deniq; ratio est. Quòd si supplicia, quorum homo debi.or est,in purgatorio soluuntur per satispassionem,multo æquius possunt hic solui per liberam satisfactionem, non solùm quia libertas plurimum adfert momenti operibus in conspectu dei, verùm quòd opera hic fiant per speciale auxilium suæ misericordiæ,in purgatorio autem solum infliguntur rigore iustitiæ.Neque illi liberè offerunt, & assumunt illa supplicia,sed tantùm patienter tolerant.Atq; hucusq; etiam extenditur 1.Cor.11. sensus Pauli admonentis,quòd si nosipsos iudicaremus, non vtique à deo iudicaremur. Chr, sosto. Vnde Chrysosto.Homil.41.de pœnitent. Pœnitentiam,inquit,exhibuit beatus Dauid,ita dicens.Lauabo per singulas noctes lectū meū, & lachrymæ meæ stratū meum rigabunt. Et olim patratum peccatum post tot generationes,quasi nuper accidisset,lugebat.Hæc Chry Magdalena. sost.Imò vero Magdalena post plenissimam indulgentiam,tanquam exemplar (vt de illa cauit ecclesia) pœnitentiæ.xxx.annis nō cessauit lamentari remissa crimina. Et Christus Luc.11. non dixisset.Date eleemosynam,& ecce omnia munda sunt vobis,si remissa culpa con- Origenes. summata esset mundatio. Vnde Orig.Homil.8.super Leuit,in lotionibus illis veteris legis,& purgationibus septies repetitis,expiationes nostras meditatur:quas nobis est iteratæ necessarium,propter cicatricem quæ remanet vulneris.Atqui verbum Danielis, Peccata Daniel.4 tua eleemosynis redime,quid significat si non satisfactionem pro peccatis significat? Nam redimere,quidnam aliud,quàm satisfactio est? Non ergo repugnat , quod de redemptore Christo dixerat alius propheta, Absque ar- Esai.52. gento redimemini:id est, gratis, quippe cùm absq; nostris meritis,& passus est pro nobis, & culpas nobis cōdonat. Sed quia per gratiā suam valorem recipiunt opera subsequentia nostra,quibus eadem possumus expiare delicta,redimere ea nos quoq; censemur. Vnde Ambros.in sermone quodam Dominicali de Abraham,qui refertur de pœnitē.distinct.1. Ambros. Habemus,inquit,plura subsidia, quibus peccata nostra redimimus. Peccatis tuis venundatus es,redime te operibus tuis.Quare ecclesia meritissimò canit in quadragesima, aduenisse nobis dies pœnitentię ad redimenda peccata,& saluandas animas.Si enim vnico actu fidei efficaciter appplicaretur semper nobis satisfactio Christi,quò ad culpam,& omnē pœnam:nunquàm per Ioelem nos admonuisset, Ioel.2. vt cōuerteremur ad ipsum in toto corde,ieiunio & fletu,& planctu scindētes corda nostra. Ecce rationes & elogia quibus innixa S.Trid. Syno.Trid. Syno.cōfessione supra citata sanctissimam habet satisfactionē per ieiunia, eleemosynas, orationes,& alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna,quæ vel sacramento,vel sacramenti voto vnà cum culpa remittitur,sed pro pœna temporali,quæ,vt sacræ literæ docent,nō tota semper vt in baptismo remittitur postea pœnitentibus. De qua pœnitentia scriptum est, Memor esto vnde Apocaly.2. exciderìs,& age pœnitentiam.Et iterum,Quę 2.Corint.7. secundum Deum tristitia est,pœnitentiam in salutem stabilem operatur.Et iterum, Facite Math.3. fructus dignos pœnitentiæ.Pœnas autē post hoc seculum residuas explicat cano.30.exoluendas esse in futuro seculo in purgatorio. Quē quidem purgatorium locum,qui in isto seculo non crediderint, securos facere possūmus,neque se illum visuros in futuro:si modò alius est locus,q̃ ille damnatorum. Caueant Luther. ergo Lutherani,negantes,per fructus pœnitētiæ satisfacere nos ꝓ peccatis,lachrymas pœnitentium cohibeant,& macerationem, afflictionēq; carnis restinguant,quæ in hunc vsū semper fuit Patribus sanctissima. Atque adeò in eorum numero habeantur,quos Cyprian. Cyprian. sermo.5.de lapsis hac subnotauit censura. Agite pœnitentiam plenam dolentis,ac lamentātis animi:probate mœstitiam:nec vos quorūdam moueat, aut error improuidus,aut stupor

por vanus,qui cùm teneantur in tam grandi crimine,percussi sunt animi cęcitate,vt nec intelligant delicta,nec plangant.Et infra,Pacem sibi vltro nemine dante,sumpserunt,falsa pollicitatione seducti,& apostatis, ac perfidis iūcti,errorem pro veritate sumpserunt.

4.Ratio. ¶Quarta deniq; ratio est, qua orthodoxorū explicemus mentem,ne amplius nos Lutherani,velut Pelagianos infament.Aiunt enim, vt supra ca.2.referebamus, quòd tantùm primę gratiæ meritum tribuimus Christo, cæterùm post illam nostris operibus adscribimus satisfactionem pro peccatis.Quæ vtiq; notoria calumnia est.Non enim prima tātum gratia,sed quodcunque eius augmentum meritis Christi nititur,sine quibus nullius essent opera nostra æstimationis. Quare nihil detrahimus gloriæ Christi,sed eum potiùs glorificamus,qui dat nobis cogitare,velle,& perficere.Sed hoc tantùm dicimus, quòd satisfa-
1.Ioan.2. ctio Christi, quæ teste Ioanne sufficiens fuit pro peccatis totius mundi,applicatur nobis per opera nostra,nihil nunc loquimur de baptismo.Atq; id quidem iure optimo, diuino,& naturali,sanè vt qui plus iusto nobis indulsimus,nostram voluntatem contra diuinā instinctu dæmonis,explentes, ipsi per gratiā
Nota. Christi diuinæ iustitiæ satisfaciamus. Sicuti membra eius,& palmites in vite compacti,vnde virtus ad nostra permanat opera. Quapropter hoc etiam habent dignitatis,& quodāmodo iustitiæ opera nostra,supra quā haberēt,si ex gratia procederent,quę alia nobis via à deo collata esset,quàm per meritum Christi,quòd modò iustitia ipsius communicatur nobis,vt possimus illam adferre in iudicium dei,veluti nostram.¶Quarta denique
4.Cōclus. conclusio sit.Non tantùm pro suis quisq; culpis,sed pro alienis satisfacere potest,dum sint modò ambo amici dei.Satisfacere inquam de cōdigno, licèt hoc modo nemo præter Christum possit pro alio mereri gratiam. Discrimen est,quod satisfactio solùm dicit solutionem:possunt autem ciues regni cælorum his quoq; mutuis officijs alter alterius onera portare,vt vnus deo soluat, quod alter debet,ac multò melius,q̄ in ciuili Republica, vbi tempore necessitatis omnia debent esse cōmunia. Neq; est,cur deus non acceptet opera, quæ ex gratia procedunt,si pro amico offeruntur, acsi pro se ille obtulisset.Extra charitatem autem nemo dignus est,vt vel sua opera,vel quę pro ipso alius offert,sint deo accepta. Mereri autem vnum alteri gratiam nō est soluere,sed deprecari à deo bonum motū alterius, quod non cadit sub merito de condigno, vt capite proximo dicturi sumus. In hunc satisfactiōis sensum complures Patrum exponunt illud
Pauli,Gaudeo in passionibus pro vobis,& ad impleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.Non quòd passioni Christi in se aliquid defuisset,quæ porrò sufficientissima fuit pro peccatis totius mundi,sed quia labores omnes & officia, quæ membra Christi faciunt,ipsius capitis reputantur, & in bonum ecclesiæ redundant.Vnde relaxationes, & indulgentiæ peccatorum,quorū fuerit culpa remissa dimanarunt in ecclesia.Hoc autem est quod nobis isti hoc loco per deridiculum exprobrant:scilicet,quòd opera aliqua cōminiscamur super excrescentia in satisfactionem pro alio. Acsi nō omnia ac multo plura quàm exhibere possumus pro nostris proprijs sceleribus,nō sint, necessaria.Respondemus autē.Primùm, quòd cùm pœna,remissa culpa, temporalis sit,potest quis per gratiam Christi ad iustum satisfacere per gratiam & auxilium Christi maximè viri sanctitate prouecti, ita vt possint etiam sua opera communicare cum alijs. Et præterea potest quis etiam si ipse pro se debeat, amici tamen debitum priùs quàm proprium soluere.Sed horum disputatio alium locum postulat minus angustum.

Colos.1.

Relaxationes

¶Argumentum profectò nullum contra extruere possunt, quod iam non sit solutū.Specimen enim omnium hoc est. Vim virtutem que impendio maiorem tribuit Paulus gratiæ Christi in bonum, quàm peccato Adæ, in malum.Non enim,inquit, sicut delictum, ita & donum:si enim vnius delicto multi mortui sunt,multo magis gratia Dei, & donū per gratiam vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et subdit, Nam iudicium ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationē.Ex hoc loco arguitur Ex vno peccato Adæ omnes incurrimus, nō solùm in culpam, sed in pœnas quantas genus patitur humanum: ergo quicunque per gratiam Christi liberatur à culpa, plenissimè etiam liberatur à debito omnis pœnæ.Eo pręsertim, quòd sublata causa, aufertur effectus, & culpa est causa pœnæ. Hoc tamen solùm huic argumentationi concedimus, quod hactenus concessimus sæpe, scilicet, quòd passio Christi in vniuersum potest omnia remittere: plenissimum autem eundem effectum, vt simul cum culpa remittatur omnis pœna, non habet nisi in duobus casibus. Primus,quādo per se operatur,& non per opera nostri li-

Argumenta aduersariorū

Roma.5.

Duos casus plenæ remissionis.

beri arbitrij. Quod contingit in baptismo, vbi neque in adultis requiritur dispositio, nisi eatenus vt tollatur obex: id est, complacentia peccati, modo superiori libro explicato. Qua re cùm iustificatio fiat per instrumentum passionis, totaliter illic morimur peccato, & nasci mur in nouam vitam. In sacramento autem, & in virtute pœnitentiæ ita deus remittit peccatum per gratiam suam, vt vtatur operibus nostris, ob idq; remissio culpæ attribuitur gratiæ operanti, id est, mutanti mentem nostrã: satisfactio verò gratiæ cooperanti. Et ideo fit iuxta mensuram gratiæ suę, & nostræ cooperationis. Quãobrem secundus casus, quòd vnà cum culpa condonatur omnis pœna, est, quã do nos cooperamur summo charitaris actu: vt in martyrio, vel quando speciali priuilegio ita deus aliquem mouet, vt Magdalenam. Cæterùm in scelerosis, perditisq; hominibus priuilegium reputaretur amplissimum, quòd tãtus esset vnus actus interior pœnitentiæ, quo omnia expiarentur peccata delerenturque simul, quo ad culpam, & pœnam.

Remi gratiæ operã. satis gratiæ co oper.

De operum merito, quæ ex gratia procedunt. CAP. VII.



S Vbsequitur, vt de tertio nostrorũ operum priuilegio dicamus, quæ ex fonte illo dimanant aquę viuę salientis in vitam æternam, discutientes, sint ne in cõspectu Dei condigna merita, cùm augmenti gratiæ, tum demum suæ illius inæstimabilis felicitatis. Illius ergo diuisionis, quã lib. 2. cap. 4. fecimus meriti in meritũ congrui & condigni, primum membrum seponamus. Etenim vel nullum in nobis operibus inest meritum congrui ante iustificationem, quod illic satis arbitror cõmõstrasse, vel nihil nunc ad præsentem attinet disputationem, vbi loquimur de operibus quæ per gratiam fiunt, & appulsum Dei, quæ merita sunt condigna. Sed hanc nihilo secius Lutherani perhorrescunt vocem: hanc nobis vbiq; dant improperio, & tanquam Pelagianam notam inurunt. Duæ enim cùm sint fundamentales meriti conditiões: vt puta bonitas & libertas, duas extruxit Luthe. machinas ad labefactãdã ratioñe meriti. Prima fuit, quòd cõcupiscẽtia sit, etiam in renatis, ineuitabile peccatum. Inde enim deduxit, omnia opera nostra, non modò quæ gratiam antecedunt, sed quæ iustus facit, peccata esse: & ideo neque esse talia, vt per ipsa satisfaciamus legi: vnde fit illico cõsequentissimum, neq; esse merita. Nam meritum vitæ æternæ esse non potest apud deum, nisi impletio legis: iuxta illud Christi, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et illud Pauli, Non auditores tantum, sed factores legis iustificabuntur. Alter celeberrimus Lutheri error fuit, negare liberum arbitrium nostrum apud deũ, quo sublato, nulla potest consistere ratio meriti: vt iam modo liquidum faciemus. Igitur eo vsq; aiunt, nos sola fide iustificari, quòd non solùm ad primam gratiam nulla nostra opera concurrunt, vt dispositiones, verùm neque virtute illorum postea augeatur, nec mereamur gloriam, sed tantùm propter promissionem, quæ sola fide apprehenditur, & peccatores reconciliantur, & reconciliatis gratiæ obueniunt incrementa, & tandem exhibetur gloria. Neq; verò meritum tantùm adimunt operibus iusti, verùm, vt patet in de liber. christ. & locis alijs quæ cap. 5. cõmemorauimus, omnia existimãt futilia, & vana, præter vnam fidem, qua misericordia dei apprehẽditur. Idq; postea in suo didagmate obtensæ reformationis identidem repetunt, nullã mercedem deberi operibus iustis, saltem vitã æternam, sed illam tantùm deberi promissioni dei, & ea pręcisa ratione nobis à deo collatum iri, vt sit ipse fidelis. Atq; ea est sua confessio August. In cuius apologia Melancthon, vbi de operibus respondet ad argumenta aduersariorum, postquam dixerat, quòd iustificatio iusti nihil aliud est quàm reputari iustum, neq; reputari iustum propter iustitiam operis, sed per misericordiã dei fide apprehensam. Ex his inquit, omnib⁹ etiam intelligi potest, quid dicendum sit de merito condigni, de quo fingunt aduersarij iustos esse corã deo, propter dilectionem ac legis impletionem: vbi nullam faciunt mentionem iustitiæ fidei. Hæc nullo modo ferenda sunt, &c. Hęc phrenesis est quę istos hoc loco dementauit: scilicèt, quòd asserentes meritum condigni, negemus iustitiam fidei, & auxilium dei post primam iustificationem. Quæ manifestissima est calumnia. Subdit itaq; iterum atque iterum, quòd nostra opera, etiam in gratia, non sunt talia, vt pro eis debeatur vita æterna, licèt sint meritoria aliorum præmiorum: de quibus paulòpòst dicemus. ¶Hæc primũ materiae explicanda est, at que dubia examinãda, de quibus inter catholicos nonnihil differt: mox aduersus Lutheranos asserenda. Quo ergo à nomine ipso & diffinitione meriti exordiamur, vnde sunt potissimùm argumenta petenda, appellatio meriti tritissima est inter latinos: vt bene aut malè mereri de republica, vel de amico, qđ nomen à mercede deducitur. Est enim meritum opus cui

Lutherani errores duo *Math. 19.* *Roma. 2.* *Didagma.* *Confes Augu Melan.* *Meriti nomen & diff.*

cui debetur merces,& mereri quępiam eſt ius ſibi facere ad præmium.Qua de cauſa libr.2. meritum de congruo reiectum dedimus à ratione meriti. Quoniam meritum opus eſt iuſtitiæ.Ad rationem autem meriti,naturamq́; inueſtigandã,ex illo aptiſsimè initium ſumitur, quod.1.2.quæſtio.21.art.3.adnotauit S.
1.2.q.21. artic.3. Tho.Tria enim in actione humana eſt conſyderare.
Tria i actione humana. Primum libertatem,vnde habet quod ſit vituperabilis,aut laudabilis. Nam propter ea quę inſunt nobis à natura,neq; laudamur, neq; vituperamur.Mox ordinem ad finẽ,vnde rationem habet virtutis aut vitij. Deinde reſpectum ad alium:puta ad Rempublicam, vel ſingularem perſonam, cui vel vtilitatem adſert,vel nocumentum:& inde rationem habet meriti, aut demeriti. Ita enim ſcholaſtici appellant,malum meritum. Atque tres iſtos
Tres conditiones. ordines ita intelligas,vt quẽadmodum ſecundus,primum,ita tertius, vtrunq; in ſua ratiõe comprehendat.Ex hinc ergo pateſcunt tres conditiones meriti.Prima,quòd ſit opus liberum.Nam abſq; libertate quemadmodum opus,nec virtus eſt,nec vitium,ita neq; eſt, vel meritum vel demeritum.Quapropter theolo
Libertas de ratiõe meri. gi,qui cogitant,in naturalibus meritum eſſe poſſe,naturam eius ignorãt.Niſi forſan p metaphoram naturalis congruentia,dignitas appelletur:vt ille dixit,Species primũ,digna eſt imperio.Si enim princeps beneficiũ aliquod cõferret homini, vel propter pulchritudinẽ, vel propter genus,vel ob quãuis aliam naturæ dotẽ,nulla illic ratio ineſſet,vel meriti, vel præmij.Neq; ſi deus (quod de potẽtia ei⁹ abſoluta fingunt) propter bonum naturale cuipiam cõferret gloriam,ſubeſſet illic ratio, aut meriti, aut præmij.Vt filios Zebedæi, ob id tantùm quòd ſibi erant conſobrini, eo eſſet Chriſtus in regno cælorum dignatus honore, vt ſibi aſsiderent à dextris, & à ſiniſtris.
Ratio naturalis. Cuius ratio naturalis eſt,quòd mereri eſt aliquid dare alteri,& conferre in bonum ipſius: nemo verò dat,niſi illud cuius eſt dominus:ſu
Cõfirmatio mus autem domini noſtrarum actionum per liberum arbitrium:ergo vbi nulla eſt libertas, nullum eſt meritum.Iam verò meritum idem eſt quod obſequium:obſequitur autem nemo niſi per liberum arbitrium.Quocirca ſol nõ ꝓpriè nobis obtemperat,quia agitur, atq; adeo nihil de nobis meretur,neque arbores,neq; irrationabilia animalia.Tametſi mortalium humanitas ſit illis quandoq; indulgere. Veluti
Atheniẽſes. de Athenienſibus ĩ hiſtorijs eſt,quòd multos qui cum exædificaretur Hecatompedon,egregiè laborauerant,vinculis ſolutos,liberè paſtum ire dimiſerunt.Quinimò neque ius propriè aut dominium habent vitę.Cuius contra Dominium. rium ineptiſsimè profectò nonnulli doctores cogitarunt.Licèt habeant appetitum viuẽdi, & ab eadẽ natura ſortita ſint inſtinctum tuendi vitam.Vbi enim non eſt libertas,nõ eſt ius, ſed totum irrationalium ius eſt poſſeſſorum hominum,& illis irrogat iniuriam,qui immeritò pecora occidit,aut lædit.Et eadem ratione,quia videlicet nullius ſunt participes actionis,quæ ſit præmio digna,infert Ariſt. nec bo Ethic.1. uem nec equum felicẽ,nec aliud animal vllum beatum dici.Niſi etiã per metaphorã:vt equus Equus Alexandri. Alexandri.Hac eadẽ de cauſa idem inibi Ariſtote.felicitatem moralem in nullis collocauit, Felicitas. aut naturalibus,aut fortunæ bonis,ſed in operatione libera ſecundum virtutem. In Olympicis enim,inquit,ludis,nõ formoſiſsimus quiſque aut robuſtiſsim⁹ corona donatur,ſed qui in certamẽ deſcendũt,atq; horum illi qui vincunt.Quò pertinet verbum Apoſtoli, Nõ co 1.Timo.2. ronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Et, Si 1.Cor.9. volens ago,mercedem habeo.Sed lib.1.in tractã.de libe.arbit. ſatis ſuperq́ue demõſtratum eſt,nullam eſſe rationẽ,aut peccati,aut meriti niſi vbi ſit libertas.Ita enim ait contra Fortunatum Augu.dico peccatũ non eſſe,niſi volũtate peccetur:& hinc eſſe præmium,quia propria voluntate recta facimus. Et ad Marcionẽ Tertu.lib.2.Nec boni,inquit,nec mali merces iure pẽſaretur ei,qui aut bonus,aut malus neceſsitate fuiſſet inuentus, & non volũtate. At verò arguat quis,opera eſſe nõnulla in qui Argu.de cõfirmatis. bus nõ eſt vſquequaq; libertas,quæ nihilo ſecius ſunt meritoria.Patet de operibus apoſtolorum,& ſacratiſsimæ Virginis,qui cùm eſsẽt in gratia confirmati,nullum poterant præceptum,vel tranſgredi,vel prætermittere:& tamen obſeruantia ipſa præceptorum erat illis meritum.Abſurdum enim eſſet dicere, quòd per obdientiam mandatorum nõ proficerẽt Chriſtus meruit. coram deo.Quin verò Chriſtus ipſe meruit nobis, atq; adeò maximè per paſsionẽ,quam tamen nõ potuit non ſubire,ſiue quòd præceptum erat ſibi,ſiue quòd talis erat volũtas patris,cui licèt nullum eſſet adiunctum præceptum,non poterat contraire.Et inde maximè augetur dubium,quòd dilectio dei naturaliter conſequebatur in Chriſto viſionem beatificam:& tamen videtur fuiſſe meritoria,quandoquidem ſimul erat,& beatus,& viator.Hoc argumentum hac diluitur diſtinctione.Caren Triplex carentia libertatis. tia libertatis triplex eſt:alia ex natura ſubiecti:quæ poti⁹ eſt negatio,quàm priuatio: qualis eſt in brutis.Et opera huiuſmodi libertatis

expertia, nec bona sunt, nec mala, atque adeò nec laude nec vituperio digna, vt dictum est. Secunda est carentia libertatis ad malum, & hæc duplex. Quędam quodāmodo naturalis, qualis est in beatis. Ex illo enim ineffabili intuitu dei naturali cōsequentia sequitur amor, qui natura sua excludit omnē poßibilitatem prauè agendi. Quanuis in hoc sensu liberè amant, quod ex volūtate deo infixa id faciūt. Et ideo opera illorum, licèt optima sint, & nō solùm laude, sed honore etiam digna, nullo tamen pacto sunt merita accumulandæ mercedis, sed potiùs ipsa habent rationem præmij. Atq; idem parique ratione censendum est de dilectione beatifica Christi. Haud enim vnquam crediderim, illam fuisse meritoriam in Christo, sed merebatur per dilectionem, quā habebat tanquam viator, & per opera exinde procedentia. Tertia ergo carentia libertatis est, nō omnimoda, sed ad malum, & ea quidem non ex natura, sed ex priuilegio: quia in sensu cōposito non stat, aliquid esse præceptū & non fieri: & hæc non tollit rationem meriti. Apostoli enim, licèt non poterant transgredi mortaliter, poterant nihilominùs difficultatem & laborem pati in custodia legis: & præterea quia ex obedientia, iussa faciebāt, merebantur. Aliàs ex priuilegio cōfirmationis hoc illi damnum acciperent, quòd non essent illis eadē opera meritoria, quæ sunt alijs. Et prætetea de alijs multis operibus ad quæ non obligabantur, nullum est dubium, quo minùs essent meritoria. Idemque ac multo digniùs sentiendum est de operibus Christi: oblatus est enim, quia ipse voluit, & ideo spontanea illa obedientia, perpessioq; acerrimæ mortis, immensum fuit apud patrem meritū nostræ salutis, atq; vt sibi ipsi daretur nomē, quod est super omne nomen. ¶ Secunda meriti conditio est, quòd sit opus bonum, id est, opus virtutis: quo fit, vt meritum, non sit opus iustitiæ cōmutatiuæ (vt 2. sentē. dist. 28. Durand. opinatur) sed distributiuæ. Nam etsi nomen meritum, seruitijs primū, ac mercenarijs operibus, quibus debetur stipēdium, impositum fuerit: queadmodum dicitur quis mereri equo, aut calamo, & domum habere meritoriā, tamen proprietas inde deducta est ad munera amicitiæ. Veluti dicimur benè mereri de amico, aut malè. Quocirca discrimen est, quòd in cōmutatiua iustitia æqualitas præcisè pensatur rei ad rem, siue opus ex amicitia procedat, siue ex inimicitia: seu ex virtute, seu ex vitio. Qui enim operas suas locat, siue ob inimicitiam faciat, siue quacunq; alia turpi intētione, ius acquirit æqualis mercedis, secus autem in merito iustitiæ distributiuæ, quod necesse est ex amicitia illius procedere, de quo bene meremur, atq; adeò opus esse virtutis. Nisi quòd inter homines qui opera tantùm vident extera, existimatur sæpe hypocrisis, vt virtus. Nā autore Aristo. amicitia, vel virtus est, vel cum virtute coniuncta. Hanc ob causam in distributione præmiorū secundū merita, non attēditur æqualitas rei ad rem, sed proportionalitas, seu proportionum ęqualitas præmiorum ad dignitates personarū: iuxta explicationem eiusdē. 5. Ethicorum. Vt qualis personæ ad personam, talis fit etiā proportio præmij ad præmium. Quòd si spectetur etiam opus (vt, quia esuriui, & dedistis mihi manducare) id tātùm fit, quatenus inde ęstimatur dignitas personę. ¶ Per hæc, tertia liquet conditio meriti. Sanè quo pacto opus meritorium debeat cedere in bonum publicum, vel particularis amici. Respectu enim boni communis satis est, si sit opus virtutis: inde enim ciuibus honores publici iure debentur à principe, qui custos est iusti, vt ibidem ait Aristo. Quippe cùm iustū ipsum, & iustitia hac ratione in republica custoditur, si bonis præmia, & malis sint constituta supplicia. ¶ Ratio ergo hæc explanati meriti nostris est operibus accōmodanda, atque examinandum, an quæ Deo per gratiam suam exhibemus obsequia, apud suam maiestatem sint merita. Est enim quæstio in duabus dubitationibus posita. Prima. Meritum idem est quod ius, ideo dicit æqualitatem, nihil autem nos possumus Deo præstare æqua le vitæ æternæ, non solùm quia vt ait Aristot. dijs, & parentibus non possumus reddere æquale (sanè à quibus recepimus esse, & viuere, cui nullum est aliud bonum comparabile) verùm propterea quia & Deus à nobis infinitū distat, & vita æterna nullis est nostris obsequijs æstimabilis: ergo nulla est iustitia, aut meritum nostrum apud ipsum. Altera est dubitatio. Merces & præmium dicit quid debitum: Deus autem, qui bonorum nostrorū nō indiget, nihil potest debere nobis. Quis enim prior dedit ei (vt ait Paul.) & retribuetur ei? ergo vita æterna non est merces nostrorum operum. Sunt inter theologos (vt Durand. in 2. sentē. dist. 28.) qui negent opera, quantuncūq; præcedente gratia, esse simpliciter & propriè merita de condigno, sed tantū largo modo dictum meritū. Vbi videtur taxare S. Tho. 1. 2. quæst. 114. qui contrariū apparet sentire. Ratio Durandi est, quòd meritū propriè de condigno est, cui simpliciter debetur æquale virtute

Marginal notes: Beatorum libertas. — Volūtas beatifica Christi. — Esaiæ. 53. — 2. Conditio meriti. — Durand. — Ethi. 5. — Vtrū meritū sit. — Primū argu. contra. — Ethico. 8. — 2. Argumētū — Roma. 11. — Durand. — S. Thom.

virtute operis: nullum autem opus nostrum æquale potest esse vitæ æternæ, neq; illam largitur nobis Deus ex iustitia, sed ex quadam liberalitate & ordinatione sua. Sanè qui gratis acceptat nostra opera. At profectò qui fuerit penitiùs meditatus, quidnam sit per gratiam fieri filium Dei, aliud de operibus iusti habebit iudicium. Meritum ergo de cõdigno cùm sit opus iustitiæ, distinguendum est, quemadmodum supra de satisfactione dicebamus.

Cõtra Durand.

Meritum duplex.

Aliud est enim perfectum, quod nullam prorsus supponit rationem gratiæ. Et hoc modo solus Christus potuit mereri apud Deum: nam opera sua erant veri Dei, quæ ideirco ex natura sua erant meritoria. Sed aliud est meritum, quod licet non habeat perfectam rationem iustitiæ, est nihilominus proprie iustum. Et tale est opus iusti apud Deum. Nam iustum, vt author est S. Tho. q. citata, aliud est simpliciter, in quo est simpliciter ęqualitas: quale est in cõmutatiõibus, & obsequijs inter ciues: aliud verò quod quanuis nõ sit simpliciter æquale & iustum, habet tamen modum iustitię: sicuti dicitur ius paternum & dominantium: puta, filij ad patrem, & serui ad dominum. Quæ quidem est vera & propria ratio iustitiæ. Eteoim filius probus obsequens patris, licèt non tantum reddat, quantum suscepit ab illo, nihilominus verum propriumq́; ius habet, vt alatur, & educetur à patre, & ita seruus respectu dñi, Qua ratione cum per gratiã homo efficiatur verè & proprie filius Dei adoptiuus, quanuis illam adoptionem gratuitò susceperit, nihilo secius obsequia sua sunt propriè & verè merita iustitiæ apud patrem. Vnde Paul. Accepistis, inquit, spiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus abba, pater: ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd simus filij Dei, & hæredes: hæredes autẽ Dei, cohæredes autem Christi: si tamen cõpatimur, vt conglorificemur.

Roma. 8.

In his equidẽ verbis perspicere oculatissimus quisq; potest, quòd quanuis iustitia nostra fundetur in gratia, & ideo non habeat tam perfectam iustitiæ rationẽ, nihilominus gratia supposita, est proprie iustitia. Non quidem, simpliciter æqualitatis ex parte obiecti. Nam hoc est, quod subdit, Non sunt cõdignæ passiones huius temporis, sed tamen est verè & proprie ius filiorum. Ait enim, Si filij, ergo hæredes, quod sufficit ad propriam rationem meriti. Non ergo negamus, quin illud meritũ fundetur in diuina ordinatione, quia nihil possumus mereri apud ipsum, nisi secundum virtutem, quã ipse nobis cõfert: nihilominus per illam nos iustè meremur. Quẽadmodũ enĩ res naturales per virtutes ab ipso receptas operantur, nihilo secius sunt causæ suorum effectuũ, ita in supernaturalibus: licet nos per eius virtutem promoueamur, agimus nihilominus verè iusta merita in conspectu suo.

Fundatur in diuina ordinatione.

Sed ais, licèt sint merita, non tamẽ vitæ æternæ. Quinimò, hoc enim designat, Ergo hæredes. Et, Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum: quoniam hæc est vita æterna, vt videamus ipsum.

1. Ioan. 14.

Adnotat illic autem Sanct. Thom. ar. 3. & omnes theologi in. 1. d. 17. & 2. d. 28. quòd opus iusti dupliciter potest considerari. Vno modo quatenus procedit ex libero arbitrio, & alio modo quatenus procedit ex gratia spiritus sancti.

Duplex consyderatio operis iusti.

Primo modo non est in illo condignitas ad vitã æternam propter maximam excellentiam, sed nihilominus est congruitas proportionis, quòd homini operanti secundum suam virtutem, Deus recompenset secundũ excellentiam suæ virtutis. Nota quòd hanc congruitatẽ nõ ponit S. Thom. in operibus ante gratiam, sed in operibus iusti. Si verò consyderentur opera, quatenus ex gratia spiritus sancti procedunt, sic sunt, inquit, meritoria vitæ æternæ de cõdigno. Nam valor meriti attẽditur secundum virtutem spiritus sancti: iuxta illud, Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Ioannis. 4.

Et præterea quia pretium operis attenditur secundũ dignitatẽ gratiæ, per quam homo efficitur cõsors diuinæ naturæ, adoptaturq́; in filium, cui debetur hęreditas. Et in solutione ad. 3. Gratia inquit, spiritus sancti, quã in pręsenti habemus etsi non sit æqualis gloriæ in actu, est tamen ęqualis in virtute: sicut semẽ arborũ in quo est virtus ad totã germinandã arborẽ, & quia per ipsam inhabitat hominem spiritus sanctus, appellatur ab Apostolo pignus hæreditatis nostræ.

Gratia est semen.

Intelligit ergo, quòd sit meritũ propriæ veræq́; iustitiæ, propter hanc mensuram, & modum gratiæ, relatione ad gloriam. Nam quanuis nomen seminis metaphoricum sit, in est tamẽ in gratia vera virtus ad gloriam, atque adeò æqualitas iustitiæ simillima semini. Vnũ enim granũ nõ est æquale spicæ, sed tamen tantũdem virtute valet, siquidẽ fert suo tẽpore spicã. Illa tamẽ distinctio liberi arbitrij, atque gratiæ nonnullos fallit. Quippe qui ex hinc colligũt, merita non esse propriè nostra, sed solius Dei, cũ res tamẽ aliter sit.

Deceptio quorũdam.

Virtus enĩ spiritus sancti, & liberum arbitrium duo sunt coeuntia in rationem vnius integri principij. Nam vt opus liberi arbitrij nõ esset meritum sine virtute Dei, ita neque opus Dei esset meritum, nisi fieret per liberũ arbitriũ humanæ

vel angelicæ naturæ. Non enim Deus per sua solius opera (vt dum creauit mundum) meretur. Neque facere potest, vt opera plantæ, vel animalis bruti sint meritoria. Meritum ergo opus est Dei & nostrum. Ipsius scilicet, vt mouentis, & nostrum liberè cooperantium: vt supra satis demonstratum est. ¶ Ex his facilè soluitur alterum argumentum: Deus nihil propriè debet nobis, tùm quia nullus prior dedit ei, sed ipse dat nobis ipsa opera, per quæ meremur, & ideo totum ius nostrum fundatur in gratia sua: tùm quia hæc quæ nos illi damus, non cedunt in suam, sed in nostram potiùs vtilitatem. Quare licèt nullū nobis amplius præmium daret, q̄ bene operari, nullam nobis faceret iniuriam. Quinimò quāuis beatos illos cælicolas regno depelleret, non faceret illis iniuriā. Ergo nullū est in nobis meritū, cui aliqd Deus debeat. Respondetur, quòd Deus debet præmium, ex ordinatione suę iustitiæ, quæ ab ipso est in operibus nostris: quod est debere suæ propriæ & bonitati, & firmissimæ veritati. Vt colligitur ex parabola patrisfamiliâs cō uenientis cum operarijs ex denario diurno. Exemplum est in naturalibus. Ipse fecit naturas rerum, & ideo secundum suam ordinationem dedit soli lucem, homini intellectū, &c. Quare sicut repugnat, solem esse & non esse natura sua lucidum, propter debitum naturæ, quod est iustitia ipsius Dei, ita suæ repugnat bonitati, & iustitiæ, quòd pro operibus eorū, quos semel sibi per gratiam adoptauit, non retribuat vitam ęternam. Et hæc est non impropria ratio debiti. Quocirca si merenti negaret præmium, licèt nemini faceret iniuriam (vt ait Bern. serm. 1. de annuntia.) suam tamē legem, ac seipsum negaret, qui tamē fidelis est, & negare se ipse nō potest. ¶ Per hæc respondetur ad aliam, quę hic sit postrema dubitatio. Vtrū præter gratiam gratum facientem, necessaria sit noua acceptatio Dei, vt opus sit de condigno meritorium. Scot. enim in. 1. d. 17. quęst. 1 existimat, non satis esse, opus elici à gratia, vt sit meritorium vitæ æternæ: sed vltra hoc requiritur, quòd sit acceptum à Deo, & ordinatum ad talem finem. Primò quia aliâs, inquit, si opus esset de condigno meritorium, qua ratione procedit à gratia, quæ iam est principiū & forma existēs in homine, sequeretur, quòd quatenus procedit ab homine, Deus non posset non retribuere beatitudinem, quin esset iniustus, eo quòd ante eius acceptationē, iam opus erat dignum. Et præterea prēmium vitæ æternæ semper est maius, q̄ meritū: maius aūt non rependitur pro minori ex rigore iustitię, sed tantùm ex liberalitate & acceptatione cō ferentis. Sequitur Scotum ferè Nominalium schola. Nihilominus nullum profectò est argumentum, quod id valeat conuincere. Quin verò ratio est in contrarium multo probabilior. Primò vt Scot. ipse & omnes fatentur in 2. d. 27. & in. 3. 18. gratia nihil aliud est, q̄ acceptatio ad gloriam: si ergo per gratiā homo iā est acceptus ad gloriā, quid opus est noua acceptatione operis? Nam si filij, ergo hæredes. Quinimò est repugnantia manifesta, personā esse acceptam, cuius opus non sit Deo gratū. Nāque propterea opus est gratum, quia persona est grata. Respexit enim Deus ad Abel & ad munera eius. Vnde ad primū argumētū Scoti negatur, ꝙ si opus, quia procedit à gratia esset meritorium, propterea Deus esset iniustus, si non redderet præmium: quoniam illud meritum dependet ex gratia gratificante personam. Idipsum itaq;, quod ipse dicit de secunda acceptatione: scilicet, quòd eo ꝙ prius Deus acceptat opus, q̄ sit meritorium, non fit nobis propriè debitor, nos dicimus de gratia gratificante personam. Nempe, quòd ideo nō fit nobis propriè debitor: qa prius reddit gratum hominem vnde procedit meritum, Nisi quòd ipse non cernit omnino rationem meriti, ea ratione qua est opus filij Dei. Et tamē rei veritas est, quod ratione gratiæ adoptionis & acceptationis personæ, opus est meritorium. Et quia opus est meritorium, acceptatur. Dicere enim, quòd quia acceptatur, opus est meritorium, videtur repugnantia in adiecto. Nam gratis acceptari opus nō ponit in ipso iustitiā & dignitatem: sed meram gratiam. Ad secundum argumentum respondetur, quòd quāuis Deus præmiet vltra condignum, nihilominus opus est meritoriū, quia procedit à gratia personæ quæ est seminarium gloriæ.

Solutio alterius dubij.

Questio.

Scotus.

Nominales.

Contra.

Roma. 8.

Genes. 4.

De merito aduersus Lutheranos. Ca. 8



HIS ergo inter catholicos cō stitutis, restat, veritatē huius conclusionis aduersus Lutheranos cōstabilire, quòd iustorū opera sint digna merita vitæ ęternę. Porro nomē meriti nostri apud Deum, cum primis celebratissimum est Patribus in Ecclesia ab ei⁹ vsq; incunabulis. Cuius nō opus est testibus, siquidem neque aduersarij negant, sed tamen abnegant extare in sacris literis meritum vitæ æternæ. Nam illud, Omnis misericordia faciet locum vnicuiq; secūdum meritum operum suorum, nō ita facilè recipiunt, tanquam canonicum

Caluinus.

Nomen meriti.

Ecclesia. 16.

co

eo quòd teste Hieronymo in prologo Galeato, liber ille non sit inter Hebræos. Nihilominus à vetustissimis, vt Egesippo, Irenæo, & reliquis tempori apostolorum proximis citatur tanquam propheticus: vt authores sunt Euseb. lib. 4. & Aug. 17. de ciui. Dei, cap. 20. Atq; Damasc. lib. 4. ca. 18. annumerat ipsum canonicis, quem & Ecclesia à Cõcilio Carthaginensi tertio, vbi quinque libri Salomonis recipiuntur vsq; ad præsens Tridentinum, semper recepit in canonē. Iam verò & apud Paul. manifesta est appellatio meriti, vbi ait, Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Et ad Col. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. Et, Tentauit eos Deus, & inuenit eos dignos se. Et Christus in Euangelio, Dignus est operarius mercede sua. Vbi licèt de victu loquebatur, meritum quoque apud Deum insinuabat. Superuacanea veruntamen est de nomine cõcertatio, vbi res ipsa est patentissima. Igitur prima de hac re statuitur conclusio. Opera iusti quæ genere suo ac circũstantijs bona sunt, omnia sunt condigna merita, tum cumulationis gratiæ, tum etiam æternæ vitæ. Dixerim, & iusti, & cumulationis gratiæ. Quoniam libro secundo diffusè planeq; monstratum est, peccatoris opera nequaquam esse merita primæ gratiæ. Primam statim huic cõclusioni rationem supponamus, qua crebrò vtimur cõtra istos: illam scilicet, quæ ex natura rerum ducitur. Fides naturam non subuertit, sed instaurauit & perficit: virtuti autem iure suo & merito debetur honoris merces: vt author est Arist. eadẽq; ab ipso legislatore, qui custos est iusti: hanc ergo naturæ legem Deus per gratiam Christi nõ abrogauit, sed seruauit potius. Seruauit autem hoc pacto, quòd cùm homo naturali vigore nullum virtutis opus præstare posset, quod vllius esset meriti in conspectu suo, misit filiũ suum, qui & nos à peccato liberaret: & potestatem subinde nobis faceret, filios Dei fieri, si ei⁹ assentiremur vocationi. Igitur vbi iam per gratiam suam filij sumus, opera nostra, sua ipsius ope suffulta, digna sunt apud ipsum gratiæ suæ & gloriæ, quæ propriè est præmium filiorum Dei. Et quo rationes meriti supra inductę explicatiores fiant, confirmatur argumẽtum. Opus iusti est opus liberum obedientiæ, quo Deo iuxta eius voluntatem obsequimur, est q; proinde opus bonum, neque solùm ex amicitia illius, verùm & iussu etiam, vel suasu, atque adeò auxilio ipsius exhibitum: igitur dignum est præmio, quod ipse amicis suis, suique obsequentibus proposuit: hoc autem est vita æterna, iuxta illud, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: illius ergo beatæ vitæ est meritum. Descendamus autem ad lucem scripturæ sacræ, cuius radijs hæc omnia clarescunt. Meritum (vt dictum est) & merces ad se inuicem referuntur, sacra pagina idẽtidem meminit mercedis, quæ nos manet ꝓ nostris operib⁹ apud Deum: ergo sunt opera nostra ipsius merita. Quę subsumitur propositio, plana est. Ab ipso enim exordio, quo Deus tractare cum mortalibus cœpit de salute nostra, primus, quem cũ Abraham iniuit sermonē, hic fuit, Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et quanuis ad literā forsan intelligatur de latissima seminis eius propagatione, tamen in mysterio profectò significabat æternam retributionem, quæ propriè est merces fidei, quam ab illo tunc exigebat. Vnde quia merces illa proposita nobis erat per Christum, idcirco Esaias, vbi aduentum eius prænuntiat, Ecce, inquit, Deus vester: Ecce dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Cui concinit Ioan. in Apocalypsi, Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique iuxta opera sua. Atque adeò Christus ipse liberator noster, quo primùm cœpit loco prædicare legem, statim obedientibus proposuit mercedem. Gaudete, inquiens, & exultate cũ male dixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, quoniā merces vestra copiosa est in cęlis. Et quo explicaret opera nostra respectu illius mercedis rationem habere iustitiæ, eadẽ opera appellauit iustitiam, commonefaciens nos, ne aliam vanam intenderemus mercedem. Attendite enim, inquit, ne iustitiā vestrā faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedē non habebitis apud patrē vestrum, qui in cælis est. Et subdit, Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscõdito: & pater tuus qui videt in abscõdito, reddet tibi. Cui consonat Paul. Quodcunq; faciatis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus: scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Tribus ergo nominibus: scilicet, mercedis, iustitiæ, & redditionis, nihil profectò aliud, q̃ ius, meritumq; operũ designauit.

¶ Sed interpretamentum Melanchthonis audiamus in sua Apologia Augustana. Duobus enim modis, & ipse, & sui cõsortes respondent ad ista. Primò ꝙ vita æterna dicatur merces, nõ quia debetur operibus nostris, sed promissioni Dei. Dicitur autē inquiunt, merces, quia est

Euseb. & August. — Hebr. vlt. — Col. 1. — Sap. 3. — Luc. 10. — 1. Cõclusio. — Prima ratio. — Ethi. 1. — Cõfirmatur. — Matth. 19. — Meritum & merces. — Gene. 15. — Esa. 40. — Apoc. 22. — Matth. 5. — Col. 3. — Melancth.

est quædam recompensatio bonorũ operum, non quatenus nostra sunt, sed quatenus solius ipsius Dei, tanquam fructus fidei iuxta verbũ Augustini in de gra. & lib. arb. Dona sua coronat Deus. Quod verbum ita intelligunt, ac si nullo pacto debeant dici merita nostra. At verò quis non videat, quàm non possunt hoc elabi diuerticulo? Nam quis beneficio illi quod quispiam solùm propter gratuitam promissionem nullo intercedente iure aut merito recipientis vllam tribuat rationem mercedis? Si quidem inter beneficium gratuitum & mercedem tantùm distet, quantum inter opus liberalitatis & opus iustitiæ. Quòd si vita æterna eò merces dicitur, quòd est recompensatio, hæc ipsa est confessio meriti. Recompensatio enim opus iustitiæ est propter debitum. Id quod

Roma. 4. Paulus nos docet, vbi propterea negat iustificationem nostram, qua ex iniustis efficimur iusti, fieri ex operibus, quia ei qui operatur, merces non imputatur secũdum gratiam, sed

Argumentũ à contrario sensu. secundum debitum. Hinc enim colligitur, à cõtrario sensu, quòd si operibus nostris redditur merces, eisdem tanquam meritis debeatur.

Exponitur August. Quod autem August. ait, Deum coronare dona sua, ita se ipse explicat, non quòd non sint merita nostra per liberũ nostrum arbitrium, sed quia suo ipsius in nobis auxilio fiunt.

Secũda euasio. ¶ Secũda solutio est, quòd opera nostra verè sunt merita, non tamen digna vitæ æternæ, at aliorum præmiorum corporalium, & spiritualium, quæ reddũtur, tum in hac vita, tum pòst

Libellus imperat. in patria. Ecce causam, cur in libello imperatorio colloquij Ratisponensis, confitentes mercedem deberi operibus nostris, tam corporalem quàm spiritualem, in hac vita, & in futura, nunquam sunt confessi, quòd sint merita vitæ æternæ, sed bonorum, prout diuinæ prouidentiæ visum fuerit. Vita enim, inquiunt, æterna solùm debetur renatis propter solam promissionem fide acceptam. In hac autem cauillatione non vna, sed multiplex est, tum falsitas,

Impugnatio tum pertinacia. Primum, si concedunt iam operibus iusti aliquam dignitatem præmij etiã cælestis, non ergo talia opera sunt peccata, vt cœpit dicere Lutherus. Quòd si sint bona, & procedant ex gratia, quid cunctantur confiteri præmia vitæ æternæ? Mox vel illa opera sunt meritoria, solùm quatenus à libero arbitrio procedunt, vel quatenus procedunt ex auxilio & gratia Dei per liberum arbitrium.

Aliud argumentum. Primum ipsi nobiscum negant: ergo sunt meritoria, quatenus procedunt ex gratia, vnde manifestũ fit, quòd sint meritoria vitæ ipsius æternæ, cuius seminarium est gratia. Dicam explicatiùs, Gratia est acceptatio ad vitã æternam, distinguẽs inter filios Dei, & filios regni: ergo si opera, quæ ante gratiam nullius sunt pretij apud Deum, ex gratia recipiunt, vt sint merita, cuiusnam præmij recipiunt, vt sint merita, nisi vitæ æternæ? Ad hæc. Omne præmiũ accidentale regni cælestis: vt aureolæ & aspectus humanitatis Christi, consortiumque sanctorum, atque hoc genus reliqua, ex essentiali beatitudine diluunt: ergo si operibus nostris ius acquirimus ad accidentalia præmia, ex eo est, quia acquirimus ius ad vitam ipsam. Iam verò hoc contra istos necessarium videor formare argumentũ. Iuueni illi quærenti quid faceret vt haberet vitam æternam respondet Christus, quòd seruaret mandata: quodque si Math. 19. relinqueret, venderetque bona sua, perfectus fieri posset. Extemplò Petrus rogat, quæ ergo seipsos maneret merces, qui omnia propter ipsum reliquerant. Cui Christus, Vos qui secuuti estis me in regeneratione sedebitis super sedes duodecim iudicantes, &c. Omnis enim qui reliquerit domum aut fratres vel sorores, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Ecce distinguuntur præmia accidentalia: scilicet, sedere vt iudices, & centuplum recipere, quòd sancti exponunt, vel in hac vita, quantum ad quietem & lætitiam animæ, qui est fructus bonorum temporalium, vel etiam in futura vita, vbi est plenitudo omnium bonorũ: & præter hæc præmium essentiale vitæ æternæ. Hinc ergo sumitur argumẽtum. Illorum accidentalium præmiorum verè sunt opera iustorum merita (vt aduersarij ipsi fatentur) ergo ipsius etiam vitæ æternæ: quandoquidem sub eodem tenore vtrunq; proponitur tanquã merces. Quinimò aduersarij ipsi Argumentũ ad hominẽ. compelluntur respondere pro nobis. Præmia enim omnia, etiam accidentalia, quæ quoquo pacto, vel in hac vita, vel in futura pertinẽt ad beatitudinem: scilicet, vel hìc nos promouentia, vel illic quouis modo beantia, pertinent ad promissionem Dei per Christum: igitur si non obstante quòd redduntur nobis propter promissionem, illa accidentalia nihilominus verè sunt præmia quæ redduntur meritis nostris, cur non idem fatentur de vita æterna? Hic quippe latet, & suus error & responsio nostra. Non enim negamus, vitam æternam dari Hic latet error. nobis propter promissionem Dei. Sed tamen quia promissa est cooperantibus gratiæ & adiutorio ipsius, nihil vetat, quo minus detur tanquam merces nostrorum operum. Ita enim inquit Timotheo Paul. Pietas ad omnia vtilis 1. Timot. 4. est, promissionẽ habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

futuræ. Vbi tam essentiale præmium, quàm accidentale simul ait promissum esse operibus pietatis. Neque in hoc vllo pacto derogatur gratiæ Christi, sed arrogatur potius, eo quòd talem in sua membra influat merendi virtutem. Legitimus ergo sensus verborum Christi, vbi mercedē nominat, inde aucupandus est, quòd vsu ac more eorum qui Respublicas ciuiles instituerant, suas ipse ponens diuinas leges, brauium & palmam legitimè agentibus proponit, cuius digna esset eorum obedientia. Vnde Paul. Similitudine illorum qui in stadio præmium intuentes currebant, vsus, Omnes, inquit, currunt, sed vnus accipit brauium. Extat præterea plurimum in sacro canone mercedis mentio: vt Ruth. 2. ait Patriarcha ille, Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipies à domino Deo Israel. Et, Iusti autem in perpetuum viuent, & apud dominū est merces eorum. Et, Non verearis vsque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum. Et, Est merces operi tuo. Et Christus in Euangelio, Qui recipit prophetam (& alludebat ad sese) mercedem Prophetæ accipiet. Et, Leuate oculos vestros, & videte regiones, quæ albæ sunt iam ad messem, vt qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam. Et Paul. vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Quid est secundum laborem, nisi iuxta meritum laboris? Et rursum, Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Ecquid aliud esse potest, operatur, quàm meretur? Et, Videte vosmetipsos, ne perdatis, quæ operati estis, sed mercedem plenam accipiatis. Plenam, id est iustam. Sicut ait Christus ipse præmiorum largitor. In qua mē sura mensi fueritis, remetietur vobis. Et apud Lucam, Diligite inimicos vestros, benefacite, mutuum date, nihil inde sperantes. Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabūt in sinum vestrū. Quibus potuit apertiùs verbis explicari ratio meriti? ¶ Accedit demum illud Pauli, vbi retributionem meriti tam boni quàm mali explicat, Tribulatio enim, inquit, & angustia in omnem animam hominis operātis malum. Gloria autem, honor, & pax omni operanti bonum. Sed vide hic, candide lector, aliam cauillationem, qua isti putant excutere talia testimonia, Ait Melanchthon in locis communibus, quòd Paulus non ait, Homini simulanti bonum, sed operanti ex fide,

1. Cor. 9.

Testimonia scripturæ. Ruth. 2.

Eccle. 18.

Hiere. 31.

Matth. 10.

Ioan. 4.

1. Cor. 4.

2. Ioan. vni. c.

Luc. 6.

Roma. 2.

Melanch.

ita vt nomine operum, intelligatur fides cum suis fructibus. Et ideo merces non redditur, inquit, nisi propter promissionem. Hæc est istorum dementia (vt in principio huius libri cœpimus notare) omnia opera externa appellare simulationē, & hypocrisim. Ecquis nostrū vnquam dixit opera digna esse merita, nisi ea tantùm, quæ ex fide procedunt? inde tamen nulla probabilitate colligitur, quòd præmium reddatur solùm ob promissionem. Nam tunc non haberet rationem præmij: sicuti nec promissio habet rationem meriti: merces ergo debetur operibus, quatenus liberè à nobis ex fide fiūt ex gratia vtiq; & auxilio Dei. ¶ Venit secundo loco in confirmationem eiusdem cōclusionis propter mercedis nomen, appellatio quoque iustitiæ, quæ assidua est in sacra scriptura. Ait enim Dauid, Obseruabo me ab iniquitate mea, & reddet mihi dominus secundum iustitiam meam. Vbi palàm loquitur Propheta de iustitia sua apud Deum, & non de iustitia aduersus suos persecutores, vt cauillatur Melanch. in apologia, exponens illud, Iudica me domine secundum iustitiam meam. Nam præmiserat, Custodiui vias domini, nec impiè gessi à Deo meo, & iustitias eius non repuli à me, & ero immaculatus cum eo. Et tandem subdit, Et retribuit mihi dominus, &c. Quasi dixisset, quoniam ego iustitias eius custodiui, custodiet ipse iustitiam suam mecum, retribuens mihi iustam mercedem pro iusto merito: iuxta verbum Sapientis, Seminanti iustitiam merces fidelis. Neque solùm propheta certus erat mercedem esse apud Deum bonorum operum, verùm & intuitu illius licitū esse vt homo excitaret sese ad opus. Vnde, Inclina ui, inquit, cor meū ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionē. Sicuti & de Mose ait Paul. quòd aspiciebat in remunerationē. At vna pro omnibus satis est authoritas Pauli de iustitia operum. Bonū certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Si tantū hic meminisset fidei, & misericordiæ, id Lutherani possetis vestrę prætexere opinioni, atq; fingere, quòd vita æterna nulla alia nobis ratione donatur, nisi quia Deus illam nobis promisit absq; vllo respectu nostrorū operum. Sed tamē ait, Bonum certamen, nō Deus certauit: sed ego certaui, & cursum cōsummaui. Nec solùm ait, Fide accepi misericordiā, sed fidem seruaui: id est, legem, quā sum fide professus, opere compleui: & ideo Deus iustus iudex tanquam athlotheta certaminis mei coronabit

Iustitiæ appellatio.

Psalm. 17.

Mela.

Prou. 11.

Psal. 118.

1. Tim. 4.

nabit me corona iustitiæ. At respõdere persistitis, quòd hæc est iustitia fidei. Hanc equidẽ nos quoque vocem agnoscimus, sed vestrum intellectum refutamus. Concedimus, inquam, opera nostra eo esse iustitiam fidei, quod nisi ex fide & gratia Christi promanarent, nullius essent meriti, nihilo secius opera nostra, id est, quæ ex fide per liberum arbitrium facimus, merita sunt sempiternæ gloriæ. Secundum significantissimum verbum Pauli, Accedamus cũ vero corde in plenitudine fidei: aspersi cor da à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem: fidelis enim est qui repromisit. Non solum ait, qui promisit, sed qui repromisit, si seruemus indeclinabilem fidem. Et eodem pertinet, quod dixerat cap. 5. Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & laboris ex charitate suscepti. Et Ioan. Filioli, nemo vos seducat, qui enim facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est: scilicet in retribuendo, sicut nos in operando. Et Paul. Nolite, inquit, amittere confidentiam vestram: quę magnam habet remunerationem. Et can. 11. Non ait tantùm, quòd sancti per fidem vicerunt regna, sed quòd ex eadem fide operati iustitiam adepti sunt repromissiones. Remuneratio autem & repromissio quid nisi mercedem auribus exhibet? Tertiò denique & principaliter confirmatur conclusio ex retributione, quæ promissa est facientibus iussa Dei. Regnum enim cælorum comparauit Christus patrifamiliàs, qui conuentione facta ex denario diurno misit operarios in vineam suam. Et in alia parabola ex talentis distributio inter seruos vsuras deposcit, cuius merito promittit fideles seruos constituere super familiam suã. Et amicos nos admonet, vt faciamus, à quibus recipiamur in æterna tabernacula. Et alibi, ne inuitemus ad prandium fratres, & cognatos, qui possunt retribuere nobis, sed pauperes, debiles, & claudos, vt retribuatur nobis in resurrectione iustorum. Et Paul. Deus, inquit, in die iusti iudicij reddet vnicuique secundum opera eius: ijs quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternum: ijs autem qui sunt ex contentione, &c. iram & indignationem. Et, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Profectò quando nullum esset aliud testimonium, hoc esset sufficientissimũ. Nam si opera bona non essent vera causa, & merita retributionis iustorum, sicut mala sunt

Heb. 10.
1. Ioan. 3.
Retributio.
Heb. 10.
Matth. 20. & 25.
Luc. 16. & 14.
Rom. 2.
2. Cor. 5.

etiam merita supplicij, quid opus erat stare ante tribunal Christi, & iudicari, cuius quisque esset dignus retributionis? Omnia hæc denique confirmat verbum ipsius iudicis nostri Christi. Tunc enim, inquit, dicet ijs qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. &c. Vbi particula, enim, significationẽ habet causæ in bonis meritis æquè vt in malis. Vnde sicuti immisericordes, eo quòd non pasti sunt Christum, mittentur in ignem æternũm, ita & iusti propter meritum misericordiæ recipientur in regnum. Atque hoc est quod concludit, Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Falsa ergo est & sacro elogio aduersa glossa Buceri super Pau. ad Roma. 2. Qui reddit vnicuiq; secundum opera sua. Ait enim quòd iuxta opera, nullam dicit causam: aut meritum nostrorum operum, sed tantùm compensationem. Multò tamen alius diuersusque est sensus Pauli, isq; consyderanti bus patentissimus. Ita enim dignoscit vbique inter gratiam & gloriam, quòd vbicunque meminit gratiæ iustificantis, qua scilicet iniustus fit iustus, opera vniuersa excludit à ratiõe meriti. Et pari modo, vbi meminit de aduentu Christi. Nam sicut ipse gratis nobis datus est, nullis hominum præcedentibus meritis, ita & membra eius efficimur merè gratis. Vbi tamẽ loquitur de præmio vitæ æternæ, tunc mentionem facit operum, sanè quæ iam per gratiã Christi merita sunt illius. Ex quo August. desumpsit celebrem illam distinctionem gratiæ in operantem, respectu iustificationis, & cooperantem, respectu meritorum. ¶ Postremũ denique asylum, quo se isti recipiunt, ne fateri cogantur operum merita, est quòd si iustorum operibus proposita est in Euangelio vita æterna, non est, quia sint merita nostra, sed solùm quia sunt fructus fidei, atque merita Dei: & ideo non redditur aiunt, præmiũ operibus, sed soli fidei apprehendenti promissionẽ illius præmij. Sed iam imprimis nõ negabunt, quin fides sit causa illius præmij atq; adeò meritum. Nam hoc quod est fide accipere, id est, credere promissionem, haberet rationem meriti. At quicquid ad hoc respondeant, aliter arguitur, vt hac postrema ratione punctum rei attingamus. Hoc enim ipsum, quòd opera nostra sint fruct⁹ fidei, nihil nos inficiamur, quin confitemur vltro. Sed tamen exinde sumimus argumẽtum, ꝙ nos per eiusmodi fructus meremur. Fides enim non est, quę per se ipsa pos-

Matth. 25.
Buc.
Lutheranorũ perfugiũ.
Impugnatio
Fructus fidei.

sit fructificare, sed per liberum nostrum arbi-
trium. Et hoc est quod isti deberēt meditatiùs
cogitare. Si enim fides ita in nobis existeret,
vt nobis nō esset liberum illi obsequi, nullum
in nobis fructum ferret, magis quàm in brutis
animalibus. Quare non est ipsa quę operatur,
sed nos per ipsam. Quomodo autem id fiat,
Apostolus, vbi rationem ipsius fidei explicat,
nobis exponit. Necesse enim est, inquit, crede-
re quod Deus est, & quòd remunerator est. Ec-
Heb. 11. ce radicem meritorum, credere quòd remune-
rator est. Et ideo est argumentum rerum sperā
darum, quia mittit nos in spem, dirigens inten-
tionem nostrorū operum. Et inde habet quòd
sit exordium & initium vitæ iustorum. Quo-
Col. 1. circa idē Apost. ad Col. Propter spem, inquit,
quæ reposita est vobis in cælis, dilectionem
habetis erga sanctos. Erigens ergo fides spem
nostram charitatem suscitat erga Deum, per
quā operamur. Quare Paulus non dixit, quòd
fides per se operatur, sed per charitatem: scili-
cet, qua Deum diligimus, licèt tandem ab ipso
Gal. 5. receperimus. Neque ad Gala. appellat opera
nostra, fructus fidei, sed fructus spiritus contra
opera carnis. Et quælibet virtus habet suos ꝓ-
prios fructus. Facite enim (inquit Ioan.) fru-
Matth. 3. ctus pœnitentiæ. Quinimò & beatitudo ipsa
dicitur fructus operum nostrorum. Bonorū
enim laborum (inquit Sapiens) gloriosus est
Philip. 1. fructus. Et ad Philip. Paul. Sitis synceri & sine
offensa in die Christi repleti fructu iustitiæ.
Non dixit tantùm fidei, sed generalis iustitiæ.
Et infra, Mihi viuere Christus est, & mori lu-
crum. Quòd si viuere in carne hic mihi fru-
ctus operis est, &c. Mori ergo vocat lucrum
propter meritum, & viuere, fructus operis,
propter præmium æternum. Vnde Dauid,
Beati, inquit, manducabunt labores manuum
Gal. 6. suarum. Et ipse ad Gal. Paul. Quæ seminauerit
homo, hæc & metet. Est ergo turpissima igno
rantia, propterea, quòd opera sint quodam-
modo fructus fidei, negare, quòd sint propriè
merita nostra: id est, nostri liberi arbitrij diui-
Exemplum. nitus adiuti. Exemplum est in naturalibus, pi-
rus quidem per virtutem Dei eiusq; generalē
influentiam fructificat: hoc tamen nō obstan
te verè & propriè sunt fructus ipsius arboris:
pariter ergo censendum est de fructibus iusti
Matth. 7. per gratiam & auxilium speciale. Vnde, faci-
te, inquit, ait Christus arborem bonam, & fru-
ctus bonos: id est, voluntatem bonam, & bo-
1. Cor. 15. na opera. Et Paul. Gratia Dei sum id quod
sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed
abundantiùs illis omnibus laboraui: non ego
autē, sed gratia Dei mecum. Mecum, ait, quasi
adiuuans. Vnde Aug. in epist. ad Hilar. quę est August.
89. c. 3. Valet, inquit, liberū arbitrium ad ope-
ra bona, si diuinitus adiuuetur. Et infra. Neq;
enim liberum arbitrium ideo tollitur, quia iu-
uatur, sed ideo iuuatur, quia non tollitur. Et
Hypog. lib. 3. Quomodo vnicuiq;, inquit, secū
dum sua opera redderetur in die iudicij, nisi li-
berum esset arbitrium, vt operāte Deo coope
raretur homo? Et infra, Quomodo potuit Pau.
bonum certamen certare, & cursum consum-
mare? Quia neque solus, neque gratia sola, sed
gratia Dei mecum. Quæ, inquit, gratia est in li
bero arbitrio, sicut in equo sessor qui ipsum re
git. Ex quibus tandem concludit. Neq; gratia
sine libero arbitrio facit hominem habere vi-
tam ęternam, neq; liberum arbitrium sine gra
tia, nisi in paruulis, in quibus gratia operatur
sine libero arbitrio. Hactenus Augu. At verò
quamuis merita nostra opera sint Dei præue-
nientis, nihilominus non solùm improprius
est, & ineptissimus, verumetiam falsissimus ser
mo, quòd Deus mereatur per nos. Nam mere- Deus nō meretur, sed nos.
ri respectum dicit inter duos: scilicet, inter ob-
sequentem & præmiantem: sed nos meremur
per auxiliū ipsius. Iuxta illud Ezech. 36. quod
lib. 3. Hypog. in hanc sententiam citat Augu.
Spiritum meū ponam in medio vestri: & faciā
vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea
custodiatis, & operemini: ipse ergo non mere-
tur, sed facit vt nos mereamur. Quare August.
nūquàm dicit, ꝙ Deus coronat merita sua, sed
coronat, inquit, merita tua, tāquam dona sua.
Itaque vt ab ipso fiunt, non merita sua, sed do-
na sua dicūtur, qua verò ratione sunt à nobis,
dicuntur merita. Et ideò si merita, inquit, no-
stra sic intelligerentur, vt etiam ipsa dona esse
Dei cognoscerentur, nō esset improbanda sen
tentia. Hæc ille de libero arbit. cap. 6. & 7. Sed
nostri Protestantes, quia totam scholasticam
rationem repudiarūt, arbitrati, quòd ijs qui be
ne Vergilio, Homeroq; imbuerentur, peruia
ilico esset, cum S. Patrum, tum etiam sacræ pa
ginæ intelligentia, nihil mirum, si propter in-
cogitantiam, vel (vt absit inuidia verbo) fortè
propter rerum inscitiam tantum nobis nego-
tij facesserint. Contra quos, hoc tantùm si sub
iecerim verbum, finem faciam. Nempè quòd
frustra esset nostrum liberum arbitrium, si ra-
tio meriti officijs iusti adimeretur. Aiunt isti
liberum arbitrium solùm habere locum in na
turalibus, non autem in operibus gratiæ apud
Deum. Qui verò rem prudentiùs ęstimauerit,
longè aliter cēsebit. Porrò quòd cum hæc om
nia naturalia propter hominem, homo autem
in obsequium Dei, sit conditus, per quod pos-

sit æterna felicitate potiri, in hoc potissimùm à Deo naturæ opifice factus est liber, vt eius obedientia ipse glorificaretur, cuius gratia, & ope ita vteretur homo, vt dignus efficeretur vita æterna. Nā si gloria illa ita gratis donaret nos Deus, vt nulla nostra intercederent merita, haberet quidem essentialem rationem beatitudinis, qualis est Christianis infantibus ante vsum rationis vita defunctis, careret tamen illa laude, & honore, quæ secundum omnes sapientes debetur virtuti. Est enim præstantius in rebus humanis, meruisse, quòd non habes, quàm habere quod nō meruisti. Vnde nō potest non esse præclarissimum accidens gloriæ in sanctis per sua merita ad illum peruenisse triumphum. Quapropter cùm hoc per suam naturam homo nō posset, summa fuit Dei misericordia, talem nobis per filium suum elargiri virtutem, & potestatē. Sanè vt ante diuinū tribunal alij talenta sibi credita cum vsuris referrent: alij ex seminibus quæ flentes miserāt, manipulos reportarent: alij qui lauerunt stolas suas in sanguine agni, palmas gestarent in manibus suis: omnes itaque qui fortes facti in bello per fidem vicerūt regna, & operati sunt iustitiam, suas adipiscerentur repromissiones. Quorum omniū gloria refundetur in Deum per Christum dominum nostrum. Meritissimò ergo nunc Ecclesia, quæ sanctorum meritis inclyta quotidie pangit gaudia, contra eos qui de huiusmodi meritis obloquūtur, pronūtiauit in Syno. Triden. Sess. 6. In cuius. 10. confessionis capit. habetur, quòd iustificati, & amici Dei de virtute euntes in virtutem per obseruantiam mandatorum Dei, & Ecclesiæ, adiuuante Christi gratia & fide, in eadem iustitia crescunt, petentes, quotidie, fidei, spei, & charitatis augmentum. Et cap. 11. Constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui negant licere iustis mercedem intueri, dum in stadio currūt, sicut Dauid inclinabat cor suum ad faciendas iustitias propter retributionem. Et can. 24. sub anathemate eum dānat, qui dixerit, iustitiam acceptam nō conseruari & augeri corā Deo per bona opera, quæ causa sunt ipsius augendæ. Et can. 26. pariter condemnat eum, qui dixerit iustos non debere pro bonis operibus sperare æternam retributionem. Est ergo conclusio probatissima, quòd licèt homo peccator nec sibi primam, nec alteri vllam gratiam mereri valeat, homo tamē iustus, per gratiam & auxilium Dei, & sibi de condigno mereri potest, tum augmentum gratiæ, tum etiam gloriam, alteri verò de congruo. Sicuti Stephanus meruit Paulo, & Moses sæpe merebatur populo: & Christus in euangelio videns fidem illorum qui offerebant paralyticum, dixit ei, Confide fili. Remittūtur tibi peccata tua. Vbi ait gloss. Pensate fratres quātum valet apud Deum fides propria, cùm tantum valuit fides aliena. Sicuti & cæli ciues impetrare etiam solent nobis bona. Nam quæ dementia est, eos qui sunt in gratia & amicitia Dei, negare, quominus possint nonnunquam apud diuinam maiestatē pro illis intercedere, quos in Deo ipso diligunt. Hoc autem genus meriti dicitur de congruo, ex eo quòd nulla est statuta lex, vt quicquid iustus Deum in fauorem alterius precatur, fiat. Ait enim per Hieremiā, Si steterit enim Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Quare solus Christus potuit alijs mereri de condigno: homo autem meretur alteri gratiam, non cui conferatur sine proprio actu, aliàs non qui libet reportaret secundum propria: prout gessit in corpore, vt ait Paul. sed potest amicus amico mereri bonum motum, & cōuersionem in Deum. Quapropter nullatenus cōsentirem cum illis, qui. 4. sent. d. 4. existimant, parentes aut baptizantes posse mereri paruulo portionem aliquam gratiæ: nam gratia baptismi omnibus cōfertur æqualis, nisi propter maiorem suscipientis dispositionem. Quæ tamen in paruulo esse non potest. Sed huic disputationi nō patet hic locus.

Syno. Trid.

Potest quis alteri mereri primā gratiam.

Matth. 9.

Hiere. 15.

Quo respondetur ad aduersariorum argumenta. Cap. 9.

Primum argumentum, quod contra operum meritū Lutherani nobis obijciunt, cōficiunt ex illo Pauli ad Romanos, vbi docet, quòd eo ipso, quod sumus filij, sumus etiam & hæredes. Filij autem sumus per primam gratiam absq; nostris meritis, vt nos ipsi confitemur: ergo & per ipsam habemus ius regni. Vnde repugnat, inquiunt, ꝙ non mereamur primam gratiam, mereamur autē vitam æternā. Id quod vel ex eo maximè cōfirmatur, quod dixerat. c. 6. Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Si enim vita est merces bonorum operum, sicut supplciū est stipendium malefactorum, vti dixit, Stipēdium peccati mors, dixisset, Stipendium virtutis vita ęterna. Ad hoc tamen in promptu prima est responsio, ꝙ esto, per primam gratiam efficiamur filij & hæredes, nihil tamen obstat, quominus possimus incrementa mereri, & gratiæ, & gloriæ, tanquam mēbra Christi in quæ eius deriuatur virtus

Primū argumentum Lutheranorū.

Responsio.

tus, cui cooperatur liberum nostrum arbitriũ. Iuxta illud Augustini ad Paulinũ, Ipsa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur & pfici: comitante, non ducente: pedissequa, non præuia voluntate. Quo & multiplicatio alludit euangelica talentorum. Qua responsione satis rei fecisse putabunt illi, qui non penitiùs inspexerint enncursum nostrarum dispositionum ad gratiam. Nam de sententia sancti Thomæ, & aliorum qui oculatiùs hoc perscrutantur, secũda adhibetur responsio. Scilicet, quòd quanuis per primam gratiam efficiamur hæredes regni, nihilominus dispositiones: puta actus fidei, spei, & pœnitentiæ (qui est charitatis) licet non sint ipsius primæ gratiæ merita, tamẽ per eandem gratiam, eodẽ modo informatæ fiunt merita gloriæ. Vnde per gratiam quam non meremur, acceptamur ad gloriam quam per eandem gratiam meremur. Etenim quia gratiam recipimus, opera sunt meritoria, & inde acquirimus ius regni. Eodem enim temporis puncto, quo gratia infunditur operatur. Non est hic sermo de gradu gratiæ, qui est effectus sacramẽti. Atq; hoc pacto exponit August. gratiam Dei esse vitam æternam. Primò in epistola ad Sixtum. 2. quæ est. 105. tractans eundem locum Pauli, Stipendiũ peccati mors &c. Præmiserat enim priùs, quòd qui liberatur à peccato, non potest sua merita iactare propter quæ fuit liberatus. Vnde subiuncta hac interrogatione nulla ne igitur sunt merita iustorum? respõdet, Sunt planè, quia iusti sunt. Sed vt iusti fierent, merita non fuerunt. Ecce negans merita ante gratiam, concedit in gratia. Atq; inde paulò post colligit hæc verba. Vnde & ipsa vita æterna, quæ vtiq; in fine sine fine habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur: tamen quia eadẽ merita quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostrã sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa (scilicet vita æterna) gratia nuncupatur: non ob aliud, nisi quia gratis datur: nec ideò quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Et ideo ait Paul. Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna: non quod vita æterna non sit etiam stipendium iustitiæ procedentis ex fide, quia sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiæ tanquam stipendium, vita æterna. Vnde etiam & merces appellatur plurimis sanctarum scripturarum locis. Hæc August. Et subdit, quòd ne homo glorietur de suis meritis, acsi non accepisset, dixit beatus Apostolus. Gratia Dei vita æterna. Eandem repetit sententiam de grat. & liber. arbit. cap. 7. Non ergo negandum est, opera iustorum verè esse merita, quorũ merces, stipendiumque est vita æterna, sed id confitendum, quòd non essent merita, nisi quia sunt obsequia libera illius qui per gratiam dei iustus est antequam haberet merita. Et ita intelligẽdum est, quod aduersarij nobis obijciunt ex libro contra epist. Pelagia. & alijs locis, quòd omnes iustitiæ omnium sanctorum Christo debentur, quare non sunt io se laudandi, sed in domino, Iuxta vocem Dauid, In domino laudabitur anima mea: &, Gratia Dei sum id quod sum. ¶ Aliud tamen possent argumentum ducere, primo aspectu validius, ex illo Dauid, de deo loquentis cum anima sua, Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Vbi coronam ipsam iustitiæ, quam ait Paul. sibi esse repositam appellat Dauid misericordiã, & miserationem: & Iaco. Iudicium inquit, sine misericordia illi qui nõ fecit misericordiã. Vbi ostendit, quod corona iustorum est iudiciũ ex misericordia. Ex quo videtur consequens, illã non esse debitam meritis ex iustitia. At verò respõsio, interpretatioq; Augustini de corre. & gra. cap. 13. satis superq; est ad rem hanc explicandam, obstruendaque ora contraloquentium. Ait enim misericordiã Dei semper adhærere iustis, siue cùm conuertuntur, siue cùm præliãtur, siue cùm coronantur. Nam quia merita ipsa ex gratia dei procedũt, corona iustitiæ quæ redditur meritis, misericordia nuncupatur. Et hæc pariter interpretatio coaptatur verbo Apostoli ad Titum, Non ex operibus quæ fecimus nos, sed secundũ suam misericordiã saluos nos fecit: vt saluos fieri, non solùm referatur ad primã gratiam, qua iusti efficimur, sed ad gloriã. Ea enim per iustitiam redditur meritis, quæ per gratiam Dei fecimus: vt hìc etiam in vnum coeant misericordia, & iustitia. Atq; ex hinc relucet glossa alia eiusdem Augustini in enarratione illius Psalmi, Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Hũc enim locum opponunt etiam nobis, ad quem licèt iam capit. 5. responsum à nobis sit, quòd non possumus cum deo sicuti mercenarius cũ patrono suo intrare in iudicium, perinde petentes præmium, acsi nos priùs dedissemus ei: scilicet acsi ipsa opera nostra, nostris nos viribus exhiberemus, & non potiùs ipse præueniens dedisset nobis, velle, & operari, quare exprobrare nobis posset, quid ad iudicium meũ adfers, quòd non accepisti, & si accepisti, quid gloriaris, acsi non acceperis? Hoc tamen non obstante, debetur merces meritis nostris tanquam

Margin notes: August. — Roma. 6. — Psal 33. — 1. Cor. 15. — 2. Argumẽt. — Psal. 102. — 2. Tim. 4. — Iaco. 2. — Responsio August. — Tit. 3. — Psalm. 142.

quam membrorum Christi. Deberent ergo Lutherani ab illa calumnia cessare, vbi aiunt, tantùm misericordiam, & gratiam Christi nos confiteri in primo puncto iustificationis. Deinde verò nostris operibus absq; eius misericordia confidere. Sanè cùm explicatissimè fateamur (vt ait August.) à prima inspiratione, qua bene incipimus cogitare vsq; ad supremam retributionem misericordiam dei nobis inhærere. Sed tamen discernimus (quod ipsi debeтent) misericordiam præuenientem, adiuuantem, & præmiantem, seu gratiam, operantem, cooperantem & coronantem. Sed subsequitur confessum verbum aliud Pauli, ad quod nobis respondendum restat. Ait enim, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vbi manifestè loquitur de his quæ patiuntur illi, qui iam sunt filij & hæredes regni, de quibus dixerat, Compatimur vt cõglorificemur: & ideò videtur, quod neque quatenus procedunt ex gratia, habeant rationem iustitiæ. Alij qui glossant, non esse condignas ea ratione, qua procedunt à libero arbitrio. Sed hoc profectò non satis exprimit intellectum Pauli: nã illa ratione manifestum erat, non esse alicuius meriti. Et Paul. non discernebat liberum arbitrium à gratia: sed illa opera filiorum Dei, esto fiant per liberum arbitrium motum à deo, negabat esse digna futuræ gloriæ. S. Thom. respondet, quòd intelligit, si consyderentur secundum suam substãtiam. Et profectò ita sensus habet. Opera enim, etiam qua ratione procedunt ex gratia, si cõsyderentur ex parte obiecti (hoc est enim secundum substantiam) vt pati famem, sitim, elargiri stipem pauperi, dare itaque potum aquæ frigidæ, etiam si adiungas quoscunque interiores cultos, quos homo potest, non sunt æquabilia opera aceruo illi æternorum bonorum, qui nos manet in patria, vbi optimè ait Ber. 1. sermo. de annuncia. Attamen ex lege statuta Dei conuenientis cũ cultoribus vineæ suæ ex denario diurno, dignitatem induunt, & iustitiam ad æternum præmium. Vnde alibi, Id inquit, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis.

¶ Aliud quod inuincibile (vt aiunt) adferunt testimonium, est illud, Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecim⁹. Sed pro fectò quicquid ipsi reclament, multò id significãtiùs possumus nos regerere in suam quam tuentur solam fidem. Scilicet, cùm credideritis quęcunque dicta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. Nam ita ait Paul. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Quam ipsi sententiam eludere aliter nequeunt, quàm fingendo nouã quandam elusoriam fidem, quam satis supra labefactauimus. Sensus ergo legitimus S. Thom. & aliorum theologorum: sanè qui eruitur ex notione ipsa, vtile, est huiusmodi. Ille seruus est domino vtilis, cuius opera ac crescit domino lucrum: qui tamen sibi lucratur inutilis est domino. Deo autem qui nostrorum bonorum non indiget, nihil agitur vtilitatis ex operibus nostris, sed gloria tantũ & honor. Et ideò opera ipsa iustitiæ, licèt sint à nobis ex lege debita, tamẽ quia per liberam obediẽtiam illa propter honorem & gloriam eius exhibemus, merita sunt apud suam maiestatem, qui in hoc illa nobis præcepit, vt gloriam dilataret suam. Atque hæc est vsura quã in parabola euãgelica exigit deus de multiplicatis talentis: nam vtilitas seruis ipsis accrescit. Igitur ne homines glorientur aliquid contulisse in Deum, cuius ipse indigebat, admonemur, vt agnoscamus nos seruos inutiles: nam facientes præcepta dei, nihil aliud agimus quã quod debemus: id est, quod ex re nostra est. Et præterea virtutem, & potestatem rectè agẽdi, Deo etiam ipsi acceptam referre debemus. Postrema autem Melancthonis verba in apologia huius articuli, lepidum erit audire. Nec nos, inquit, aliquam otiosam subtilitatem hic affectamus (scilicet negantes meritum condigni.) Sũt enim clarissimæ causæ propter quas hæc disputamus. Etenim si largiamur aduersarijs, quòd opera mereantur vitam æternam, mox adtexent illa absurda, quòd opera legi Dei satisfaciant, quòd non habeant opus misericordia, quòd simus iusti propter opera nostra, & non propter Christum, &c. Igitur, bene cernitis operum merita, nisi quòd tanquam incorrupti censores fidei, opinantes nos in vnum extremum impingere, vultis ipsi in contrarium deflectere: haud consyderantes regulam illam Aristotelis, quòd peccanti in vnã partem, inclinandum est in alteram, ita esse intelligendam, vt inclinatio non excedat lineam veritatatis & virtutis. Præterquàm quòd neq; rectè opinamini absurda illa quæ vos fingitis, quoquo pacto subsequi ex nostra assertione. Sed vos estis, qui de operibus obloquimini, sanè qui contenditis ante iustificationem omnia esse praua, in iustificatione, nulla esse necessaria: post iustificationẽ, neq; legi satisfacere, neq; ad luendas, quæ pro peccatis debẽtur pœnas,

Marginal notes: Sẽsus catholicorũ de nostris meritis. — Roma 8. — S. Tho. 1.2 q. 114. art. 3. ad. 1. — Ex lege statuta à Deo opera nostra sunt merita vitæ æternæ cap 7. — Matth. 10. — 2. Cor. 4. — Cũ feceritis & Luc. 17. — Retorsio argumenti. — 1. Cor. 13. — Vera glossa S. Tho. 1.2. q. 113. ar. 1. ad. 2. — Luc. 19. — Melancth. — Epilogus.

pœnas, quicquàm valere, neque vllo esse pacto merita vitæ æternæ. Qua quidem ratione impossibile aliud est, quàm quod populos vestros prætextu efferendæ fidei indormientes reddatis, atq; operum negligentissimos.

De certitudine fidei aduersus Lutheranos. Cap. X.

QVanta, qualisque sit in iustificato per gratiam diuinamque opem facultas seruandi legem, satisfaciendi pro pœnis remissorum delictorũ, promerendi denique vitam æternam, quæ prima erat pars libri huius, quoad satis pro modulo nostro visum est, pertractauimus. Subsequitur ergo iuxta præfatam in fronte diuisionem, vt in hac secũda parte de certitudine gratiæ dicere prosequamur. De quo quidem articulo non solùm cùm Lutheranis, sed cum non nullis catholicis certamen nobis existit. (Cũ Luthe. & cũ cathol.) Sanè à quibus magnum nobis fuit negotium exhibitum, contendentibus posse, deberique sustineri, quòd in aliquot casib⁹ potest homo certitudinem, etiam fidei, habere suæ cum Deo gratiæ, & amicitiæ. (Distributio.) Quapropter bipartita erit disputatio. In hoc enim capite Lutheranorum mentem aperiemus prius, mox impugnabimus. In sequentibus idem faciemus contra catholicos. (Quæstionis titulus.) ¶Quæstio ergo est, vtrùm valeat homo citra speciale reuelationis priuilegium de communi lege habere tantam certitudinem, se esse in gratia Dei, quanta est fides catholica. Exclusimus priuilegium, quia nemo est adeò mentis inops, qui ambigat Deũ hoc posse, cui placitum sibi fuerit reuelare. Quinimò non id tantùm de sacratissima virgine parente ipsius gratiæ largitoris, & de apostolis item credendum est, verùm in authenticis Sanctorum historijs, vt Frãcisci, & aliorum quorundã idem legitur. Sed quæstio est de lege cõmuni. Atqui interrogatio solũ fit de certitudine, quanta est fidei catholicæ: quoniã certitudinem scientiæ, quæ annexam habet claritatem, nemo est, qui suspicetur, possibilẽ esse homini in hac vita de statu suo: quandoquidem, neque alia mysteria fidei tali sunt nobis ratione cognita. Neq; verò per contrarium extremũ dubitatio est vlla, quò minus haberi de hac re valeat fides, quam citra catholicam assequi coniecturis maximis possumus, vt post fusius patefiet. Sola ergo cõstituitur quæstio de certitudine fidei catholicæ, illiusve simili. Et quia controuersia hæc ex intellectu huius omnino pendet, (Fides catholica.) Fides catholica, vt est inter omnes Christianos constitutissimũ, est assensus certus, & firmus, obscurus quidem, tamen cui non potest subesse falsum, Itaq; esse nequeat cõpositio hæc possibilis, vt quispiam assensu fidei sibi habeat persuasum aliquid, quòd sit deceptoriũ. Quinimò in hac certitudine sciẽtiam ipsam superat, quanuis secundum claritatem sit inferior. De isto supposito nulla est disputatio. Quoniam cùm fides persuasio sit Dei, si per illam quis falli posset, ipse nos deciperet: quod suæ contrariũ est naturæ. Sed quò res fiat adhuc perspicacior, (Certitudo duplex.) Certitudo ex duobus æstimari potest, vel ex obiecto, vel ex subiecto. Certitudo ex parte obiecti est hæc modò dicta: scilicet, cui dum quis assentitur, nequit decipi: seu cuius assensus nõ potest esse falsus. Certitudo autem ex parte subiecti, est firmitas assensus illius rei, quã quis sibi persuadet, omni depulsa dubietate, ꝓpter sibi apparentem veritatem. Quæstio autẽ præsens non litigatur de certitudine ex parte subiecti: quo tamen puerili errore nonnullos laborare vidimus inter disputandum. Nemo enim dubitat, quin possit quis ex leuitate tam firmum habere assensum, & iudicio suo tam certum de re falsa, ꝗ Christianus habet de fide catholica. (Hæretici.) Quinimò hæretici omnes suorũ errorum, quos catholicas existimant veritates, tantã habẽt certitudinem, ꝗ nos articulorũ fidei. Sed dubitatio est de certitudine ex parte obiecti, vtrùm eam quis possit habere, se esse in gratia, vt talis assensus esse nequeat falsus, magis ꝗ si esset catholicæ fidei. Sum equidem certissimus, quòd cui hæc perspecta fuerit explicatio, parum sit quæstio hæc difficultatis allatura. (Duplex sensus.) At verò quæstio potest habere præter duos sensus; primum secundum præsentem statum an nunc scilicet sit quis in gratia: alterum, an possit habere certitudinem perseuerãtiæ vsq; ad finem, vitæ & assecutionis gloriæ. De hoc secundo dicemus post: nunc autem de primo statuitur indubitata negatiua cõclusio. (Cõclusio responsiua.) Nemo potest adeò esse certus suæ propriæ iustificationis, ꝗ est christianus de articulis fidei. Huius ratio est talis, vt ꝗ sumus diffusiùs explicaturi, breui loquio perstringamus. Certitudo huiusmodi, quòd quisque sit in gratia Dei, ex duobus pẽdet: vtpote ex firmitate diuinæ promissionis, quæ est fides catholica, & ex nostra dispositione: nempe si fecerimus illa, quæ à nobis ipse requirit: huius autẽ secundi mẽbri fidẽ habere non possumus, quanta est fides catholica: ergo neq; tantam vllus de communi lege habere potest, quòd sit in gratia. Sunt autẽ bipartiti, qui repelientes hãc rationem, partem sustinent affirmatiuam. (Bipartitus error.) Lutherani enim negãt

primam assumptionem: scilicet, quòd certitudo huiusmodi depēdeat ullo modo ex nostris operibus, quippe quam solū aiunt dependere ex fide, & promissione Dei. Catholici autē negabant secundam propositionem. Contendebant enim (utinam nemo iam persistat) quòd quamuis dependeat ex operibus nostris, habere nihilominus quis potest tantam quandoq; certitudinem, vel suæ dispositionis, vel suscepti sacramenti, quanta est orthodoxæ fidei.

Lutherano-rum. Catholico-rum.

Lutherani. ¶ Vt ergo à Lutheranis exordiamur, certitudo ipsis gratiæ filia est suæ illius commētitiæ fidei, qua sola se fingunt iustificari. Inde enim quòd sibi persuaserunt, sola fide, id est, mentis assentione, qua vera esse creditur promissio euangelica, ita & misericordiam & gratiam apprehendi, vt ex nullo prorsus opere nostro iustificatio quoquo pacto depēdeat, consequēs iudicarunt, vna eademque certitudine fidei debere nos assentiri, veram esse firmamque promissionem per Christum, qui mentiri non potest, & assentiri quòd illam gratiā assequimur. Quare vt sine ulla cōditione credere tenemur, Deum esse fidelē, ita & obligamur credere factum ipsum, puta de se vnusquisq;, quòd obtinet promissum beneficium, nullo respectu, ratione ve habita suorum operum: aliàs qui id de se ipso dubitaret, in eodē aiunt, esset crimine hæresis, ac si dubius esset de firmitate diuinæ promissionis. Quin verò vt lib. 2. visum est, illam vocant catholicam fidem, qua vnusquisq; peculiariter certò credit se consequi remissionem peccatorum per Christum. Vnde inter articulos suæ fidei in confessione Augustana seueritate illa censendi S. conciliorum ecclesiæ aiunt in articulo quinto. Damnantur illi qui iubent conscientias dubitare, an consequantur remissionem, & addunt hanc dubitationem non esse peccatum. Et artic. 20. acriter nos increpant, quòd dicentes iustificationem pendere aliquo modo ex nostra dispositione, corrumpimus doctrinā de fide, quoniam nō possumus conscientijs firmā consolationē proponere: & ideo iubemur dubitare de remissione peccatorum. Et infra, Si enim promissio penderet ex dignitate nostrorū operum, fieret incerta. Et in apologia Melancthon (sua qua solet grauitate) Aduersarij inquit, infideliter consulunt hominibus, dum iubent dubitare, vtrū consequantur remissionē peccatorū, quomodo in morte sustinebunt se isti dubitantes? Multaq; id genus in hanc sententiam congeminat, quòd nullam fiduciam collocare in operibus nostris debeamus, sed totam in sola promissione Dei. Idemq; docent in suo Didagmate, folio. 43. Idq; multo latiùs tractat Caluin. in suo lib. de insti. Christ. & Bucerus sophistas nos appellat, & hostes ecclesiasticæ reformationis, quia deprauatè corrumpimus illud, Nemo scit an odio vel amore dignus sit: ac si non simus certi de nostra salute. At vero quantuncunque vel habeant, vel habere se fingant articulum hunc constitutissimum, certò ego tamē certius habeo, quòd quicunq; mentem eorū, & sensa perceperit, incredibilem iudicabit suam hanc sacrosanctam certitudinē. Adeò se statim oculis offert fons, & origo erroris. Neq; est cur hoc loco metuāt sophistas à nobis (quod nobis impingunt) appellatum iri. Nam si vspiā aliàs, hic vel maximè (si hanc mihi modò veniam dederint) nihilo maiorem scientiam exerunt, quàm vitus gerant. Et quia plena huius erroris intelligentia, efficacissima eiusdem erit redargutio, in explicatione potissimùm insistā. ¶ Propositum ergo hic est demōstrare, quòd certitudo quam quisq; habet sui erga deum habitus, & status, non solùm pēdet ex diuina promissione per se absolutè cogitata, sed ex sua etiam ipsius operum qualitate. Porrò autem hoc lib. 2. ca. 7. propemodum confecimus, vbi differebamus, promissionem nullam esse factam in sacra scriptura in particulari & absolutè, huius illiusve reconciliandi hominis, sed in genere, si crediderint, si sperauerint, si dilexerint, si denique pœnitentiam egerint: hoc est, si deo nobis sua numina spirāte, assensum cooperantes præstiterimus. Ex quo palàm consequens fit, certitudinem peculiarem, quòd hic (exempli gratia) assecutus fuerit donum Dei iustificantis, non solùm pendere ex diuina fide, sed quodammodo ex nostris operibus: non quidem tāquàm ex meritis, sed tāquàm ex dispositionibus ac promotionib⁹, quas deus in nobis per nostrum liberum arbitrium operatur. Neq; particularis hæc, est fides catholica, sed generalis illa, quam vnam in vniuersum eādemq; tenentur habere omnes, & per quam sunt Christiani, quaque adeò qui carent, infideles habentur. De hac autem peculiari, hæreticus ipse potiùs est, qui hæresim reputat dubitare quenquam quo sit loco in conspectu Dei. ¶ Secūdum autem argumentum, quòd illic abscisum & truncum vsq; ad hunc locum reposuimus, ex sua ipsorū instituitur confessione. Fatentur enim iam, vt illic retulimus, nemini beneficium reconciliationis impendi, nisi præuia pœnitētia. Nihil ergo de hoc disputemus, quia neq; modò nostra interest, illa ne pœnitentia, dispositio sit, aut quoquo pacto causa, necne. Satis enim nobis est cōfessio sua.

Fides catholica Lutheranorum. Confessio Augustana. Melancthō. Caluinus Bucer. Eccles 9. Sophistæ nō sunt Lutherani. Propositum disputatiōis. 1. Argumēt. Promissiões Christi qua les sint. infra ca. 13. 2. Argum. Lib. 2. c. 13.

Nimi-

Nimirũ, quòd ſit neceſſaria. Inde quippe hoc pacto exiſtit argumentum. Nemo abſq; vera pœnitẽtia iuſtificatur, quòd autẽ pœnitentia vera, ſynceraq́; ſit offenſæ dei, neq; eſt articulus fidei, neque tam certa cognitio: ergo neq; haberi huiuſmodi certitudo poteſt ſingularis cuiuſq; hominis reconciliationis. Quin expendamus verba libelli per eos exhibiti Ratiponnenſis, & perſcrutemur, an idem ipſi à veritate conuicti nobiſcum ſentiant. Aiunt enim artic. 5. Cùm renouatio ſit imperfecta, & hæreat in renouatis infirmitas, tamen docendum eſt, vt qui verè pœnitent ſemper fide, certiſsima ſtatuant, propter mediatorem Chriſtum, Deo placere. Et in eiuſdem loci expoſitione, Bucerus ait, quod articulus ille ſolùm pœnitentibus, & verè pœnitentibus, & habentibus fidem viuam, præcipit, ſtatuere fide certiſsima, ſe aſſequi gratiam. Hic precor attenti ſint legentes omnes, quemadmodum iſti, qui ex principio tam à nobis diuerſo, controuerſiam hanc ſubmouerunt, quàm iam ſolis differentes verbis nos deludent. Quis dubitat, quin verè pœnitentes habenteſque fidem viuam, ſalutem per Chriſtum obtineãt? Quiſnam autem ſit verè pœnitẽs, habeatq́; fidem viuam, hoc eſt, quod nos dicimus, non poſſe certitudine fidei catholicæ deprehendi, vide amphibologiam. Aiunt certum eſſe per ſolùm mediatorem Chriſtum omnes iuſtificari. Si intelligant, quotquot iuſtificantur, per ipſum iuſtificari, id omnes fatemur, tanquàm fidem catholicam. Si verò ita intelligant, vt ſit certum hos vel illos modo iuſtificatos eſſe, de hoc terq́;, quaterq́; pernegamus certitudinem haberi fidei. Nam quamuis iuſtificatio opus ſit dei abſq; noſtris operibus: id eſt, abſq; merito noſtrorum operum, nõ tamẽ eſt abſq; illis omnino. Quandoquidem, vt ipſi fatentur, niſi verè pœnitentes, diuinũ hoc beneficium neutiq̃ conſequantur. Exemplum eſt in expoſitione Auguſtini, Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Ait enĩ diſtributionẽ eſſe accõmodam. ſ. vt quotquot ſaluantur, ſaluentur per Chriſtum: non autem quòd ſimpliciter omnes ſaluentur. Et ſecundum aliam expoſitionem, quam lib. 1. veriſsimam etiam arbitrati ſumus, cõmodius forte eſt exẽplum. Ita enim deus omnibus promiſit, optat, & intendit ſalutem, vt per ipſum non ſtet, quo minus conſequantur omnes. Nihil tamen repugnat, quo minus multi non ſaluentur.

Libel. Ratiſpo.

Bucer.

Amphibologia.

Auguſt. Deus vult oẽs homines ſaluos fieri, exponitur. lib. 1. c. 18.

3. Argumēt.

¶ Tertium argumẽtum, erroris huius expoſitorũ eſt. Quamuis nulla opera noſtra bona, neceſſaria eſſent ad noſtram iuſtificationẽ, tanquàm cauſa vel diſpoſitio, nec diuinæ motiones, ſaltem ea quæ praua ſunt, obſtaculo eſſent gratiæ Dei, an verò in aliquo iniquo opere, aut ſaltẽ cogitatione perſeueremus, habere nemo poteſt certitudinem fidei catholicæ: ergo neq; certus eſſe quiſpiam poteſt diuinæ in ſe exiſtentis gratiæ. Hoc argumẽtum eſt, quo maximè depromitur error hic cum prole ſua, ſi bene optimè lector animaduerteris. Lutherus enim, vt eſt videre artic. 4. ſuarum aſſertionum, acutè proſpexit, non poſſe ſuſtinere certitudinem gratiæ, niſi conſequenter docendo, quòd qualiacunq; ſint opera noſtra, per ſolã nihilominus fidem certi ſumus, non imputari nobis peccata: & ideo ait, Nemo debet reſpondere ſacerdoti, ſe eſſe contritum, neque ſacerdos requirere. Quoniam Paul. aiebat, nihil ſibi conſcium eſſe: neq; in hoc iuſtificatum eſſe: & Dauid, Delicta quis intelligit? ergo etiam ſi opera noſtra peccata ſint, nihil hoc debemus perſcrutari, quia per fidem illa non imputabuntur peccata. Nõ enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus cõmendat. Hęc ille. Obſerua ergo candide lector quòd aſſertores certitudinis gratiæ non ſolũ negant iuſtificationẽ dependere ex operibus, tanquàm ex diſpoſitionibus, ſed etiam impediri poſſe per peccatum. Aliàs cùm certi haudquaquã ſimus, ſaltem certitudine fidei, qualia ſunt noſtra opera, maximè vbi aliqua ignorãtia vincibili laboramus, non poſſemus eſſe certi ſtatus noſtri. Tecum ergo Bucere inire hũc cupio ſermonẽ. Hæc tua de nobis querela eſt in hac concordantia certitudinis gratiæ, quòd vt ſophiſtæ & reformationis hoſtes imponamus vobis, quòd doceatis homines, quãuis impurè, ſceleratéq; viuant, tamen debere ſtatuere, ſe per Chriſtum Deo gratos. Sed nunquid non ita res habet? Nonne quod modò faciebamus argumentum ita cõuincit? Num & Luth. loco citato, & in de liber. chri. & alijs locis, vt lib. 2. cap. 5. citauimus, ita affirmat, quòd qualiacunq; ſint opera noſtra, dummodo fixa, firmaq́ue ſit fides, certi ſumus ſalutis noſtræ? Sed & tu ipſe in commẽtariis ſuper. 2. cap. ad Roma. nonne ita expreſſe doces, quòd cùm noſtra opera, omnia incerta ſint, imò ex ſe nihil ſint, nulla eorum habenda eſt ratio? Aliàs quomodò ſuſtinebitis certitudinẽ gratię? Quin verò in eadem concordantia explicando tuam certitudinẽ, ais, quòd cùm nemo in hoc ſeculo omnẽ ſemper dubitationẽ de ſalute ſua, & paterna cura ſui quam Deus gerit, excludere poſsit, & hæc dubitatio vitium, & peccatum ſit, enitendum certè vnicuiq; chriſtiano eſt, cũ fideli promiſsionum dei conſyderatione, tum

Luther.

Bucer.

iugi-

iugi pro fidei incremento precatione confir-
mare suam fiduciam. Audi temetipse. Non so-
lum ais, quòd etiam præsente peccato certi su
mus gratiæ per fidem, verùm quòd cùm ne-
mo possit carere peccato dubietatis, certus est
tamen homo illud peccatum contegi per fi-
dem. Et idem ait in apologia Augustana, soda
lis tuus Melancthon. Quomodo ergo hæc co
hæreant, tu videris, vt homo sine dubitatione,
an sit in peccato, esse non possit: imò sine ma-
nifesto peccato: siquidem dubitatio ipsa pec-
catum est, & tamen certus sit, per fidem nō im
putari sibi peccatum. Cùm tamen fides ipsa
doceat, quod Deus odio habeat peccatum, &
quòd non parcat delinquenti: id est, durāti in
peccato. ¶ Sed ad maiorem huius cōtradictio-
Quartū argumentum. nis explanationem, quartum informemus ar-
gumentum. Statuamus hic hominem, qui diu
hæsitet in aliquo vitio: puta, qui odia exer-
cuit, vel concubinam habuit, cuius prauitatis
cogitatus identidem in memoriam recurrunt,
vel hominē quem ambitio, vel quiuis alius re-
probus affectus deuexat, adeò vt dubium illi
iniiciat, vtrùm cupiditates illas, quæ altissimè
esse solent visceribus infixæ, stirpitus auulse-
rit ex corde, atq; adeò ea ratione qua offensa
sunt dei, quud ad veram pœnitentiam requiri
tur, an nequaq̄ propter Deum, sed solùm pro-
pter tēporarios respectus se abstineat. Huius-
modi pauidas (vt vos vocatis) gerentes con-
scientias, quin verò (vt ego existimo) meritissi-
mò dubias, id duntaxat admonetis, vt satagāt
in fide se contra hos pauores obfirmare, & as-
serere: cū apostolis deprecantes, adauge nobis
fidem, & confidentes, per illa vniuersa cōtegi
peccata, nullo habito respectu operum. Ita
enim in libello imperatorio artic. 5. docetis.
Sed quid hæc est, si contradictio non est, & a-
pertissima verborum repugnantia? Quomo-
dò enim potest fides certum hominē facere, se
esse in gratia, nisi omnino tollendo dubitatio-
nem, quæ ex diametro pugnat cum certitudi-
ne? Quòd si ita est, non solum ex fide promis-
sionis pendet certitudo, sed etiam ex operibus
& affectionibus nostris. Quapropter pugnan
tia sunt, quòd dum existit dubitatio, fides nos
faciat certos. Eò vel maximè, quòd aliam hic
vos falsitatē adiungitis: scilicet, dubitationem
ipsam, peccatum esse. Profectò S. Patres aliter
nos commonefaciunt turbulentas conscien-
tias sedare: puta non quasi pugnando cum lar
uis, & corde repetendo, credo, & confido: sed
certè vt occasionibus malorum antè omnia
præcisis, precibus insistamus apud Deum, qui
nobis opem ferat, nosq; ipsi nihilominus stu-
diosis exercitijs operam demus: quibus exte-
nuato metu, certitudo in nobis adolescat, con
fidentibus, per Deum nō stare, quo minus ab
omni malo liberemur. Fides enim illa quam Adauge nobis fidem.
augeri in se petebant apostoli, nequaquam p-
tinet ad fiduciam conscientiæ: sed ad reuela-
tionem illorum mysteriorum, quæ Christus
illis anunciabat. De qua statim subdit ipse
Redemptor noster, Si habueritis fidem sicut Math. 17.
granum sinapis, dicetis huic arbori moro era-
dicare, & transplantare in mari, & obediet vo-
bis. Quin vero hic lectorem iudicem appello, In contraria sen. distrahunt scripc. Lutherani.
quàm illi easdem scripturas in contraria sensa
distrahant. Vbi ait Paul. Si habuero fidem ita
vt montes transferam, charitatem autem non 1. Cor. 13.
habuero, &c. ne fateri cōpellantur, fidem exi-
stere posse sine charitate, dicunt fidem mira-
culorum non esse quę iustificat: vbi autē post
contendunt, fidem iustificantem reddere ho-
minem certum amicitiæ dei, citant, Adauge
nobis fidem: quo tamen loco manifestus est Non est alia fides miraculorum distincta à catholica. lib. 2. c. 6.
sermo de fide eadem miraculorum, quæ re ve-
ra est fides catholica. Vide quomodo eandem
fidem quam in vno loco negant esse veram, in
alio concedunt non solùm iustificare, sed hu-
iusmodi facere certitudinem.

¶ Hic proximè subsequitur quintum argumē 5. Argumēt.
tum aduersus istorum assertionem: scilicet, q
non solùm potest homo, verùm omnino te-
netur quisq; credere se esse in gratia. Ad ea q̄
naturalia sunt, nemo obligatur. Sed quòd du-
bitatio in homine insurgat, & metus, quo sta-
tu sit apud deum, est res naturalis, in his maxi
mè, qui vel perditè aliquando vixerunt, aut
vehementes patiuntur incursus dæmonis, mū
di, vel carnis: ergo huiusmodi dubitatio nō est
peccatum. Quin verò nonnūq̄ illa exurgit ex
naturali hominis complexione. Sunt enī qui-
bus parum est sanguinis, qui ideo, sicuti in re-
bus aliis, ita & in hac parte sint meticulosi.
Adde quòd sæpenumero expertum habemus
homines probatæ vitæ, quò maiorē adhibent
curam expurgandæ consciētiæ, maiori sunt,
vel in metu, vel in scrupulo, vt. expressè ait
Ber. in ser. de quatuor modis orandi: iuxta ver-
bum Gregorii, ibi verentes culpam inesse, vbi
culpa non est: quomodo ergo talis dubitatio
peccatum esse potest? ¶ Veruntamē sextum Argumentū sextum.
argumentum est, quod in vltimis comitiis Ra-
tisponensibus magnum Bucero negotium ex
hibuit. Arguebat enim collocutor Maluenda
Hispanus, doctus quidem, ac disertus, quòd si
fides iustificans reddit hominem certum suæ
adeptæ iustificationis, fit, vt quouis peccato
mortali amittatur fides, atque ita amittatur,
vt quo-

Lib. 2. c. 5. in propositione quinta. vt quocunque peccati genere fiat homo hæreticus, denegans totam fidem. Nam si fides maneret tum peccato, deciperet, certificans peccatorem esse in gratia. Hic autem iudicatus Bucer. est liberalior, ac munificētior iusto: sanè qui concessit consequentiam, & consequens, ad quod non cogebatur. Enimuerò licet quęuis mortalis culpa excluderet fidem, quam ipsi censent fiduciam, non tamen deleret omnes assensus fidei, quos hō habet scripturæ sacræ, quorum negatione, aut dubitatione fit hæreticus. At verò hoc profectò saltem euincit argumentum, quòd quicunque peccat mortaliter, amittit totam veram fidem. Nam illa fides historiæ (vt isti vocant) nō est illis vera fides, eo quòd admittere secum potest peccatum. Si autem omne peccatū mortale excludit veram fidem, profectò vehemēter stringit argumētum, quocumque peccato mortali fieri hominem hæreticum. Nam quis rogo alius hæreticus est, quàm qui non habet veram fidem? Et ideo compelluntur dicere, existentem in peccato non credere articuli fidei vera fide infusa, sed acquisita, vt nos dicimus de hæretico in aliquibus articulis, credentes alios. Vt ostensum est lib. 2. c. 5. Quod autem argumentum in rei veritate conuincit, est, illam suam fidem, & fiduciam specialem non esse de substantia fidei: vtpote cuius priuatio non constituit hominē hæreticum. Argumentū septimum. ¶Sed aliter potuisset in colloquio institui argumentum, quod sit hic septimum. Postulamus enim ab istis, an possint esse peccata mortalia, quæ procedant ex ignorantia, an scilicet ita possit quis esse affectus, vt si sciret esse peccatum quod facit, nunquam cōmitteret: nihilominus ex ignorantia faciens peccat. Nequaquam poterūt postulatum hoc nobis denegare, adeo receptissima est illa diuisio peccatorum ex ignorantia, ex passione, & ex malitia. 1. Tim. 1. Et Paul. ait, dignum se fuisse misericordia, quia ignorans fecit. Et transfigurat se nonnunquam Satanas in angelum lucis. 2 Cor. 11. Et hæretici & nonnulli vsurarij, & quàm plurimi hoc modo peccant. Quinimò & ignorātia per seipsa peccatum est, vt in hæretico. Demus ergo hominem cum illa certitudine gratiæ quam isti fingunt, quia liquod committat peccatum mortale ex huiusmodi ignorantia, deceptus specie boni. Huic nihil certitudinis extritum est, aut diminutum, sed ita certò credit, se esse in gratia, sicut anteaquam putat se præstare obsequium Deo, & tamen decipitur: ergo hoc quod est hominem esse in gratia non est veritas infallibilis, quam supra nominauimus certitudinem ex parte obiecti: atque adeò neque potest huius haberi certitudo fidei. Siquidem ex parte subiecti potest certitudo eadem manere quando res est falsa. Quis dubitat, quin tam firmo assensu robora ti adhæreant placitis suis Anabaptistæ quàm Sacramentarij, tamque isti credant certò se esse in gratia, quàm reliqui Lutherani: atque illi, quàm nos? Et nihilominus euidentissimū est, aliquos falli: siquidem diuersa sentimus. At verò solutio Buceri erat illic egregiè festiua: scilicet, quòd fides facit hominem certum se esse in gratia, quādo habetur per motum spiritussancti. Bucerus. Ecquis hoc vnquam dubitare potuit, qui certus modò fuerit motū illum fieri à spiritu sancto? Sed tamen quando ille motus sit à spiritu sancto, de hoc dicimus, non posse haberi certitudinem fidei catholicæ. Adiectio ipsius authoris ex apologia aduersus Catharinum cap. 5. Nam etsi non nunquam testimonium sui faciat, vbi habitat, non tamen vel euidens, vel tam certum, quàm est fides catholica: vt infra inter diluendum obiecta fusiùs dicetur.

Argumentū octauum. ¶Octauum vtique argumentum, contra illud facit, quod aiunt, certitudinem gratiæ solùm corroborari ex fide, neque vllo modo augeri ex operibus. Lutheranis certitudo gratiæ solū roborat fide, neque augetur operib. Pugnat quippe hoc dogma cum communi sensu. Quis enim adeò sit delirus, vt negare possit, eum qui totam vitam innocenter transegit, maiorem habere cōscientiæ tranquillitatem, & securitatem, atque adeò certitudinem gratiæ, quàm illum qui postquàm per ditissime vixit, per modum fidei credit & fidit, omnia sibi condonari scelera, & flagitia? Vide. c. 13. libro. 2. Atque ex duobus qui ex inquinata, sceleltaq; vita resipiscunt, ecquis sanè mentis dubitet, quin ille qui pluribus pœnitētiæ fructibus scelera sua expianda curauerit, certior illa ratione fiat suæ salutis, quàm ille qui tantùm à peccatis cessauerit? Insimulant nos illi, criminanturque huius iniquitatis, quòd iubemus pauldas conscientias dubitare. Sunt tamen ipsi qui vanissima securitate lactant peccatores, sanè quibus, licèt sceleratissimis sint moribus, nihil aliud consulunt, quàm cauere deinceps à peccatis. Ioan. 5. Est enim Lutheranis pœnitētia noua tantū vita li. 2. cap. 13. & 16. Quia Christus nihil aliud dixit, quàm, vade, & amplius noli peccare. Nos autem, Ecclesia inquam, vt sumus certissimi, quòd vbi quis primùm ab iniquitate animam dimouerit, gratiam Dei obtinet. Tamen quia nemini est certum certitudine fidei, an verè cor prauum reliquerit, consulimus, ita fidendum esse misericordiæ diuinæ, vt tamen homo per exercitium bonorum operum certam faciat, Testimonia scripturæ. vt ait Petrus vocationem suam, atq; adeò certior in dies fiat suæ salutis. 2. Petr. 1. Nam Christus non nisi seruantibus mandata promisit vitam &c. Math. 19. Ioan. 14.

Qui diligit me, inqt, sermonẽ meũ seruabit. Et
Roma. 6. exhibere nos iubet Paul. mẽbra nostra seruire iustitiæ, sicut exhibuimus, vt arma iniquitatis,
Eccles. 21. seruire immũditiæ. Neq; in Ecclesiastico solũ habetur, Fili peccasti, non adijcias adhuc, verũ additur, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur. Non ergo sufficit à peccatis cessare ad constabiliendam certitudinem nostræ salutis, sed ex operibus confirmanda est certitudo.
2. Cor. 1. Vnde ad Cor. Paul. Gloria nostra, hęc est, testimonium conscientiæ nostræ: ergo nisi quieta conscientia certitudinem habere non possumus. Ob idq; nescio qua frõte aiunt isti, quòd vbi conscientia pungit, nihil aliud debemus illi opponere, quàm fidẽ Christi. Non enim hoc
2. Cor. 13. est, quòd sentit ad Corin. Paul. vbi ait, vosmet ipsos tentate fratres si estis in fide: scilicet, in fide viua: nam de mortua habere possumus certitudinem. Et quo semel finiamus, vidétur mihi isti, qui sola fide aucupantur certitudinem gratię, illi, quibus ait Ioan. Filioli nõ diligamus verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate. Nam quid est diligere verbo, nisi perseueranter dicere, credo, & confido? Et subdit, In hunc enim (scilicet, quia opere diligimus) cognoscimus, quòd ex veritate sumus, & in conspectu eius (scilicet Dei) suadebimus corda nostra. Et sequitur, Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro. Ita Bucer. & reliqui callidè detruncant hanc authoritatem, vt in sinistrum detorqueant sensum: puta, quòd vbi conscientia accusat, nihil aliud debemus illi obijcere, quàm fidem Christi, qui maior est corde nostro. At verò quanuis meticulosis hominibus, aliàs probis, & timoratæ conscientiæ, quinimò vniuersis saluberrima sit meditatio misericordiæ Dei, hoc tamen loco diuersissimus est sensus Ioannis, vt patet ex subiunctis verbis, Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia: id est, vbi reprehenderit cor, timendum est, ꝗ Deus qui meliùs quàm cor ipsum nostrũ nouit omnia, æquius nos reprehendat. Vnde illico sequitur, Charissimi, si cor nostrũ non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deũ, &c. Cùm ergo dixerit priùs, si cor reprehẽderit: deinde, si nõ reprehenderit, magnũ sumitur argumentũ, ꝗ certitudo nostra magnopere confirmetur ex nostra conscientia, quæ dubio procul ex operibus quàm maximè pẽdet. Vnde Chrysost. in. 1. cap. Matthæi, Homil. quinta. ita inquit, vnusquisq; nostrum nul la in alia re spem suam, nisi post dei misericordiam, in morum sanctitate constituat: & idem ait Bernar. in sermone de. 4. modis orandi, tractans miraculum de sanato paralytico, qui iussus est tollere grabatum suum, & ambulare: inde enim inquit, augetur nostra fiducia, quod sani sumus, si desiderio supernorum surgẽtes, à terrenis eleuantes corpus voluptatibus, demus operam, vt anima regat corpus, & non regatur ab illo, & ita operando videamus nos proficere. At non opus est in re tam vniuersis recepta, & voce ipsius naturæ notissima, plura verba prodigere. Sicut enim quisque de alienis moribus iudicat sanctitatem & meritum apud Deum, ita & de seipso non potest certiorem habere fiduciam in Deo, quàm quę ex operum conscientia gignitur. Hoc tamen hic adnotauerim, quòd non est ita proprius, exactusque sermo Christianus, distinguere fiducias duas: priorem remissionis peccatorum, quæ innititur prorsus soli & vnico domino Iesu Christo, & eius meritis, & alteram bonæ conscientiæ, nisi sano, dextroque modo exponatur. Vna enim propriè est sola fiducia, quæ principaliter innititur Christi meritis, & deinde operibus proprijs. Ad hunc sensum, quòd credamus firmiter gratis à Deo remitti nobis peccata, sine meritis nostris: sed quia iustitia adultis non confertur, nisi nobis cooperantibus, neque augetur, nisi per merita in nobis ex eodem merito Christi pullulantia, hac ratione ex operibus augetur eadem fiducia. Sed tamen totam tandem reijcere debemus in gratiam Christi. ¶ Nonum tandem argumentum, quod ego contra istos, & contra quoscunq; etiam catholicos, asserentes tãtam certitudinem gratiæ in persona particulari, quanta est fidei, meditari soleo, sumitur ab experientia. Nunquam enim hactenus mihi potui persuadere, vt credam quenquam neque inter ipsos Protestantes, inuentores huius opinionis, nisi sit vel rudissimus, qui non intelligat, quanta debeat esse certitudo fidei, vel suæ opinionis obstinatione, & peruicacia excæcatus, qui tã certus sit, se esse in gratia, quàm quòd Deus est trinus, & vnus, vel Christus, Deus & homo. Adeò est discrimen manifestissimum: nimirum hos esse articulos fidei, de quibus nullatenus licet dubitare, sed mortem esse in eorum testimonium oppetẽdam: illud autem, quòd ego vel ille sit in gratia, non in hoc gradu certitudinis. Vide quàm ingenium meum ab ingenio aduersariorum de hac certitudine gratiæ resilit. Censeo enim ego pro mea exiguitate ingenii, quòd quando nullum aliud esset argumentum, non sola nos fide iustificari, quam quòd exinde consequeretur aliquem esse certum, se esse in gratia, ob hoc

Marginal notes: De fide mor tua possum[us] habere certitudinẽ Tho. 1-2. q. 112. art. 5. ad. 2. Vide infra. c. 13. — 1. Ioan. 3. — Bucer. — Chrysost. — Non sunt duæ fiducię — Nonum argumentum. — Nota

ob hoc solum negandum esset, sola fide iustificari: tanta est euidentia, quòd fides neminem facit certum suæ salutis. Et tamen aduersarij peruersa argumentatione, inde potissimùm ratiocinantur, sola nos fide iustificari, quòd aliàs nemo esset certus suę iustificationis, adeò habent pro euidenti, quòd quilibet debet esse certus de sua salute.

Secundus sensus. ¶ Sed vt de secundo sensu huiusmodi certitudinis in initio capitis adnotato, postremum adhibeamus verbum, non solùm affirmant, quòd possit quisque, imò quòd debeat certus esse suæ salutis, secundum præsentem statum, sed etiam quòd possit & debeat esse certus suę perseuerantiæ vsque ad consequutionem gloriæ. Vnde Bucer. in concordantia huius articuli, referens illud verbum Augustini. 11. de ciuita. Dei. capit. 12. vbi ait: quod iusti de suæ perseuerantiæ præmio certi sunt, de ipsa tamen perseuerantia sua reperiuntur incerti, interpretatur quòd loquatur de incertitudine, & ignoratione, quæ opponitur scientiæ. Quid ampliùs disputandum est contra talem interpretem? Rogo te Bucere, quando in primo membro dicit Augustinus, quòd iusti sunt certi de præmio suæ perseuerantiæ, de qua rogo certitudine loquebatur? an de certitudine scientiæ? Non poteris hoc affirmare, quia non habemus de illo æterno præmio scientiæ euidentiam, sed fidem: ergo vbi subiungit negationem, quòd scilicet de ipsa perseuerantia sumus incerti, de incertitudine contraria fidei loquebatur: quoniam de scientia nulla erat quæstio. Sed quid opus est testimonio Augustini? Vultisne dicere, quòd per fidem homo sit certissimus suæ prædestinationis? Vbinam quæso vnquam fides reuelauit alicui suā prædestinationem? nisi forsan alicui ex priuilegio. Paul. vbi de illis vterinis fratribus, quorum alterum Deus dilexit, alterum odio habuit, sermocinatur, adeò reputat inaccessum mysterium prædestinationis, vt inde altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei admiretur: & tamen nostri homines volūt, quòd cuicunque esse possit, & esse debeat certa sua perseuerantia. Sed est inuincibile hoc argumentum in contrarium, Ille cui Deus reuelaret suam prædestinationem (demus verbi gratia sacratissimam Virginem, de qua non est dubitandum, quin talem reuelationem habuerit) ille inquam nullum potest habere metum nec minimum, imò credo, ille talis nihili prorsus faceret vniuersum mundum, sed multo esset lætior ac firmior, quàm Paul. quando dicebat, Viuo ego, iam non ego: aut quando dicebat, Quis me separabit à charitate Christi? Quod si ita est, respondeant quæso isti, quot fuerint experti homines in tanta animi tranquillitate & securitate conscientiæ. Qua ergo disputatio hoc secundum membrum spectat, optimè scriptus est in Synodo canon illé. 16. Sess. 6. Si quis magnum illud vsque in finem perseuerantiæ donum se certò habiturum absoluta, & infallibili certitudine dixerit (nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit) anathema sit. Alias autem condemnationes certitudinis, capit. sequenti referemus.

Bucer. August.

Refutatio.

Roma. 9.

Inuincibile argumentū.

Syn. Trid.

¶ Multa præ se isti adferunt testimonia scripturæ, sed illa communia sunt, etiam alijs catholicis, qui alia ratione affirmant eandem certitudinem, ad quæ idcirco respondebimus paulò pòst. Qui verò locus Lutheranis proprius est, & peculiarissimus, ille est. Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio. Ita enim interpretātur hunc locum, quòd propterea credendum nobis est, solā fide iustificari, vt firmam quisque fidem habeat suæ propriæ salutis. Crimine ergo ab vno disce omnes. Promissio salutis à Deo facta per Christum, non vno, sed duobus modis consyderanda est. Primo de promissione in genere, qua pollicitus est Deus Abrahæ, & deinde per Prophetas, mittere filium suum redemptorem vniuersalem omni credenti, sine discrimine Iudæi & Græci. Alio modo intelligitur peculiariter de salute cuicunque per ipsum conferenda. De prima sinistrè sentiebant Christiani ex Iudaismo conuersi, nempe quòd promissus sibi fuerat Christus ob meritum seruatæ legis. Cuius tumorem retundit Paul. & cæcitatem depellit, ostendens quòd neque promissio fuit Abrahæ propter aliqua merita legis, neque datus est nobis Christus in præmium aliquorum operum totius mundi: sed, vt gratis, & absque vlla conditione facta fuit promissio, ita ea sola causa venit Christus, vt certam faceret promissionem, absque vllo prorsus respectu operum humani generis. Atque hoc est quod tractat illic Apost. Non enim, inquit, per legē promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mūdi, sed per iustitiā fidei. Et subdit. Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini: non ei qui ex lege est solùm, sed & ei qui ex fide est Abrahæ. Nihil ergo hic meminit de certitudine promissionis cuiusq;, sed de promissione venturi Christi, & remissione peccatorum in genere, quæ ex nullo prorsus opere legis pendebat, vt arbitrabantur Iudei. Aliter ergo consyderatur hæc promissio

Respōsio argumenti in contrarium.

Roma. 4.

Impugnatio

vt singulis promissum beneficium applicatur & secundum hanc considerationem, præter paruulos, qui iustificantur ante vsum rationis promissio pendet ex operibus cuiusq;. Quandoquidem hoc modo non est facta promissio cuiuis absolutè, sed sub conditione, si pœnitentiam egerimus, si audierimus vocē eius. Nam qui audit, & didicit, venit ad me. Quemadmodum latissimè iam suprà explicatū est. Et hæc de certitudine gratiæ cum Lutheranis.

Secunda cō sydcrātio promissionis.

Ioan. 6.

Quo de eadem certitudine gratiæ cum catholicis quibusdam disputatur. Cap. 11.



DVas præfati sumus diuersas vias per quarum alterutram ingrediūtur, quotquot opinionem certitudinis gratiæ defendunt. Enimuerò cùm rei cuiusq; cognitio ex suarum notitia causarū oriatur, nemo habere potest assensum firmum iustitiæ suæ & gratiæ apud Deum, nisi qui parem habeat assensum causarum, & actionū omnium, quę sunt quoquo pacto ad iustificationem necessariæ. Ob idq; qui asseuerant, posse quenquam tantam habere certitudinem suæ iustificationis, quāta est fidei catholicæ, hi quidem hallucināatur, vel quia cogitant ex nulla prorsus alia re vllo modo pendere eandem iustificationem, quàm ex sola fide catholica, qualiacunq; sint opera nostra: vel quia, licet confiteantur pendere aliqua ex parte à qualitate nostrorum operum, possibile tamen arbitrantur, vt quis tam firma to assensu, tamque infallibili credat se esse per auxilium Dei dispositum, neq; obicem ei opposuisse, quàm sumus certi Christiani, veras esse & infallibiles promissiones Dei. Primus est Lutheranus error, quem capite proximo refellebamus, atque etiam forsan expugnatum dedimus. Altera est quorundam aliàs catholicorum opinio, cum quibus modò disputationē obimus. Contra quos statuitur hęc conclusio. Quanuis possit homo in hac vita prægrandes habere coniecturas status sui in conspectu Dei (vt capite præcedenti dicere cœpimus, & paulò post amplius explicabimus) nemo tamen, præter speciale reuelationis priuilegium, potest tantam obtinere certitudinem legitimæ suæ actionis, qua cooperatur mouenti Deo, aut legitimæ receptionis sacramenti, vt æquo assensu iudicet se esse in gratia, illi quo Christianus assentitur articulis fidei. In hac

Conclusio catholica.

confirmanda conclusione, quanuis non me lateat, dignissima, solidissimaque, ac valentissima argumenta ex diuino scripturarum fonte haurienda esse, à rationibus tamen exordiar, quibus maximè scripturarum sensus aperitur.

¶ Atqui ratio prima, quæ contra secundum hunc modum sustinendi certitudinem gratiæ militat, est ipsa Lutheranorum confessio. Frequentissimum enim ipsorum, potentissimumque argumentum est, quo asserunt sola nos fide iustificari, quòd aliàs nemo potest esse certus, recepisse beneficium remissionis per Christum promissæ. Ita enim intelligunt illud: ideò ex fide, vt sit firma promissio. Confitentur ergo tanquam rem euidentem, quòd si iustificatio pendet aliquo modo ex operibus, nullo esse modo potest certitudo gratiæ, quanta est fidei catholicæ, quia neque tanta haberi potest cognitio conditionis nostrorū operum coram Deo. Et ideo nullum est excogitabile medium asserendi certitudinem gratiæ, quod non recidat in opinionem Lutheranorum. Cuius contrarium contendebant catholici isti, aduersum quos disputamus.

Prima ratio.

Rom. 4.

¶ Secūdum argumentum est quod facit Sāct. Thom. 1. 2. quæst. 112. arti. 5. vbi hanc propriè disputat quæstionem. Ad quam respondet trimembri conclusione. Putà, quòd potest huiusmodi certitudo haberi ex priuilegio: non autē communi lege, tametsi possit homo maximas huius rei habere coniecturas. Et probat secundam partem, quam hic cōstituimus, tali ratione. Certitudo non potest haberi de aliquo, nisi possit diiudicari per propriū principium. Principium autem & obiectum gratię est Deus ipse, qui nobis ignotus est: ergo gratiam suam, quando habeamus, certò scire non possumus, intelligit Deum esse principiū, per suam gratuitam voluntatem acceptantē nos ad gloriam, quæ nobis non innotescit, nisi per nostra opera, quæ nonnunq fallacia sunt. Nō autem desunt, qui locum hunc & rationem S. Thomæ ita interpretentur, quòd loquatur tātummodo de scientia: scilicet, quòd nemo possit scire se habere gratiam. Nam sub ijs eisdem terminis proponitur quæstionis titulus, & inter respondendum interponit exēplum de scientia, quæ procedit ex primis principijs inde monstrabilibus. Et forsan responsio hæc, si sanè intelligatur, nihil aberrat à mente S. Tho. Sed tamen inde nihilominus comprobatur nostra conclusio. Nam Sanct. Tho. tanquam per se manifestam prætermisit conclusionem de certitudine fidei. Nunq enim fuerat suspicatus, vt posset quis vnquàm cogitare, ꝙ reuelatio

2. Argumēt. S. Thom.

latio fidei catholicæ extenderetur ad particularem & proprium statum huius vel illius hominis. Sed neque dubitabat de euidentia scientiæ. Nihil est enim euidentius, quàm quòd nõ potest gratia Dei euidenter cognosci. Et ideo non quæsiuit nisi de certitudine scientiæ, hoc est, cognitionis in genere: vtrũ tam certò quis posset iudicare se esse in gratia, quanta est certitudo scientiæ. Vbi cùm determinat partem negatiuam, non solùm concludit, quòd nõ potest esse euidentia (de hac enim non erat quæstio) sed quòd nulla potest esse certitudo cui non possit subesse falsum: vnde maiori ratione consequitur, non posse haberi certitudinem fidei catholicæ: quæ maior est certitudine scientiæ. Et quòd hic fuerit sensus Sanct. Thomæ, inde fit liquidum, quòd definit illam præcise haberi posse certitudinem amicitiæ Dei, quam quis potest ex indicijs & coniecturis venari. ¶ Tertium argumentum est illud quod iam supra, non vno tantùm loco informauimus. Habitus non generat assensum, nisi circa suum proprium obiectum (quod axioma est celebratissimum philosophorum omnium perinde ac theologorum) obiectum autem propositum fidei nõ est, nisi Deus, & illa quæ ad spem nostram pertinent, iam reuelata sunt in sacra scriptura, vel inde authoritate Ecclesiæ deducta & expressa: ergo illorum duntaxat est assensus fidei: at verò scriptura nullibi promittit remissionem nisi in genere, Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Et, Si conuerterit se impius, & cætera. In particulari autem nusquam asserit legẽ communi, hanc vel illam singularem personam sufficienter esse per Deum adparatam, neq; obiecisse obstaculum suæ misericordiæ: ergo nemo valet per fidem catholicã habere talem de se assensum, quòd sit receptus in gratiam Dei. Præter illos qui ex priuilegio talem de se habuere reuelationem. Vt de Abraham multi Patres adnotant in illo verbo Gene. Nunc cognoui, id est, cognoscere te feci, quòd timeas Deum: & de Paulo, Sufficit tibi gratia mea. Profectò qui agnoscunt cooperationem nostram necessariam esse ad iustificationem, ignoro, quo possint calore vim huius argumenti repellere. Nam dicere, quòd habitus infusus fidei catholicæ extendat, exeratq; sese vltra lineas sui proprij obiecti, est naturam ipsam fidei abnegare. Probissimè enim Sanctus Thomas in initio statim. 2. 2. explicat naturã habitus fidei: sanè quem Deus in hoc penitus infundit nobis, vt nos inclinet, moueatque ad assensum eorum præcisè, quæ nobis reuelauit pertinentia ad beatitudinem. Est enim fides substantia sperãdarum rerum. Quod quidem eo vsq; ego credo, vt si Deus alicui peculiariter aliam alius generis veritatem (vt futuram victoriam) reuelaret, assensus ille non spectaret ad fidem catholicam: licèt parem haberet certitudinem. Quinimò si quibus sua propria salus modò reuelaretur, non fieret talis reuelatio per assensum fidei catholicæ, quæ communis est omnibus, sed per aliam peculiarem. Et est huius argumenti confirmatio, quòd qui modò lege communi non certò credit esse in gratia, nullatenus censetur hæreticus. ¶ Iam verò quarto loco arguitur. Quòd hic aut ille consequatur beneficium tam gratiæ quàm gloriæ, effectus est prædestinationis: gloria enim est summus eius finis, & gratia, medium de se ad gloriam ordinatum: etiam in illis qui non sunt perseueraturi. Effectus autem prædestinationis, non est in particulari singulis personis notus per fidem, sed in genere tantùm: nimirum, quòd facienti ea quæ per fidem iubemur, obueniet salus per gratiam Christi: ergo nemo per solam fidem est certus gratiæ, & salutis suæ. ¶ Quintum & principale argumentum sumitur ex illa distinctione superioris capitis, vbi discernebamus inter certitudinem ex parte obiecti, & illam quæ est ex parte subiecti. Argumentum autem est huiusmodi. Certitudo fidei catholicæ cernitur, non modò ex parte subiecti, sed ex parte obiecti. Nam est assensus non solùm ita firmus, in quo nulla sit formido, sed ita infallibilis, cui non possit subesse falsum: nullus autem communi lege talem potest habere assensum, se fecisse quod debuit ad assequendum gratiam, quin possit decipi, saltem non repugnat naturæ talis assensus huiusmodi deceptio: ergo talis assensus, non potest esse fidei catholicæ. ¶ Atqui ex hinc elicitur argumentum sextũ, quòd nec potest huiusmodi assensus certitudine adęquare fidem catholicam, neque verò mereri nomen aliud quàm fidei humanæ, hoc est, intensissimæ opinionis. Nullum enim est medium inter fidem humanam & diuinam. Est nanque diuina fides (si de illa certissima loquamur, de qua hic disputamus) reuelatio cui assensum præbere tenemur. Nam potest esse quædam etiam spiritussancti attestatio per indicia quædam, de qua futurus est sermo capite postremo. Citra diuinã autẽ reuelationẽ, nõ restat, nisi illa fides quæ probabilibus testimonijs naturalibus cõnititur, cui quidẽ nõ repugnat falsitas in obiecto. Qua decausa naturales philosophi nullum cognouerunt habitũ

infra

Margin notes: Tertium argumentum. — Gene. 22. Abraham & Paul. 2. Cor. 12. — Refutatur cauillus. — S. Thom. — Quartũ argumentum. — Quintũ argumentum. — Sextum argumentum. — Philosophi de fide.

infra scientiam, adeò certum, qui non possit subesse falsum. Quocirca nullum statuerunt habitum fidei medium inter scientiam, & opinionem, vt cap. 11. super. 1. posteriorum disputauimus. Neque Aristotel. inter sex virtutes intellectus commemorat habitum fidei, eò quòd fides humana, quacunque polleat certitudine, potest esse falsa. Ad rem igitur vt descendamus. Si assensus quo quisque iudicat se esse in gratia non elicitur ex fide catholica, neque infunditur per speciale reuelationis priuilegium, nō potest esse adeò certus, vt omnem depellat dubitationem, quia neque tali assensui repugnabit subesse falsum. Explicaturque etiamnum vis argumenti. Citra diuinam reuelationem, cui homo tenetur credere, nemo potest firmiori ac certiori assensu persuasum habere se esse in gratia, quàm ego modò habeo esse Constantinopolim, quæ quidem mihi fides est incerta & firma, vt non sit in mea potestate non ita credere, vel quam mihi est compertum, esse in Hispania vrbem Segobiensem, in qua natus sum: & tamen huiusmodi fidei potest subesse falsum, qa nihil repugnat falso me credidisse fuisse vrbem, quam non vidi, aut extare iam nunc illam, quam olim vidi. ¶ Sed redarguebam ego præterea illos qui affirmabant, nihil prohibere, quò minus posset quis, tam fixum firmumq; habere assensum, se non opposuisse obicem gratiæ, quàm habetur de articulis fidei argumento, quod sit hic septimum. Nimirum, quòd huiusmodi homo, aut leuis esset, aut hæreticus. Etenim si iudicaret, nullum esse tam efficax medium ad persuadendum sibi, se esse in gratia, quàm est reuelatio fidei, & nihilosecius tanta firmitate & certitudine adhæret huic, quanta articulo fidei, leuis, temerariusque esset: vtpote, qui dispari, minoriq; argumento æquam tribueret fidem, atque reuelationi Dei. Si verò iudicaret aliud quodpiam argumentum vel coniecturam, vel authoritatem tanti esse ponderis ad id persuadendum, quanta est authoritas Dei reuelantis fidem catholicam, is planè hæreticus esset. ¶ Octauum denique argumentum, atq; adeò postremum, quo & prædicta patefeant, & viam aperiamus dissoluendi argumenta, quę cōtra obiectantur, est huiusmodi. Ad hoc vt certum de se homo ferat iudicium, quòd est Deo reconciliatus, debet perspectum, ex ploratumque habere proprium cor, aliquid ne ibi lateat, qod diuinæ amicitiæ obstet: hoc tamen non potest omnino infallibiliter percipere: ergo neque certam ferre sententiam se esse amicum Dei. Secunda propositio inde fit manifesta, quòd quamuis plurima possint esse eius rei indicia, nullum tamen est ita euidens, quòd non sit etiam commune existentibus in peccato mortali. Præcipua enim omnium testimonia sunt duo. Primū est offerre vitam pro Christo. Maiorem enim hac charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis: & tamen hęreticus tam firmo, tamque excelso animo dabit vitam in obsequium (vt putat) Christi, quàm legitimus Christianus. Alterum testimonium est, nullā prorsus habere conscientiam peccati mortalis: & tamen neq; hoc facit tantam fidem, quanta est catholicæ: tum quia, vt ait Paul. Nihil mihi cōscius sum, sed neq; in hoc iustificatus sum: tum etiam quia non solùm absq; conscientia peccati mortalis, verùm absque conscientia venialis potest esse homo, saltem per modicū temporis: & tamen nequit tunc certò affirmare, quòd nullum habeat peccatum, ne iuxta sentētiam Ioannis, se ipse seducat. Et per hoc respondendum est ad argumentum aliud, quod fautores certitudinis gratiæ magnum arbitrabantur. Inter homines perspicuum est famulo quando legitimè iussa facit Domini, ergo potest etiam homo scire quando iustè obtemperat Deo. Aliàs periculosa posuisset mandata, si nunquam nobis constare posset, quando ea iustè, vt ipse præcipit, exequamur. Respondetur inquam, discrimen esse inter obsequium præstitum hominibus, & id quod debetur Deo. Nam tota obedientia, quæ debetur hominibus, versatur in opere exteriori. Deo autem necessarium est etiam intimo corde seruire: at natura cordis est, vt soli Deo pateat, nobis autem sit inscrutabile. Et ideo natura ipsa rei est quòd non possit homini certò constare, quando habeat gratiam Dei: quam gratuita sua voluntate per internas nostras actiones largitur nobis. Sed responsa hæc ad postremum capitulum spectant, vbi sunt obiectiones soluendæ.

Ethic. 6.

Septimū argumentum.

Octauum argumentum.

Ioan. 15.

Duo testimonia gratiæ.

1. Cor. 4.

1. Ioan. 1.

Aliud contrā argumentū.

Quo eadem veritas testimonijs scripturæ & sanctorum corroboratur.

Cap. XII.

Rationibus ijs præmissis, perspicaciora fient testimonia scripturæ, & sanctorū, quibus eadē veritas cōstabilitur. Primū, ac celeberrimū est illud, Nemo scit, an odio vel amore dignus sit. Hunc aūt locū adeò Protestantes alienū existimāt ab hoc sensu, vt nos insinuelēt, q̄ tanq̄ inimici componēdæ pacis cum peruertamus. Aiunt

Eccles. 9.

Aiunt enim, intellectum illorum verborum non esse alium, quàm quòd ex operibus quæ extrinsecus apparent, nullum sumitur argumentum illius, quæ intus est, charitatis, & iustitiæ. Quod enim illic tractat Sapiens, est quo modò iustis mala proueniunt, quasi essent impij: atque contra impijs bona, acsi essent iusti. Quare cùm iustis & impijs promiscuè accidant, & bona, & mala, nihil inde comperti habemus de internis meritis cuiusque, sed omnia seruantur incerta vsque in supremum diē. Et præterea excandescunt in nos, quomodo in hoc sensu affirmemus, neminem scire an odio vel amore dignus sit, cùm nequam homines, dum actu perpetrant aliqua flagitia, apertissimè sciant odio esse dignos. Hi tamen istorum cauilli, quando litera non illis planè aduersaretur, nihil deberent imminuere sanctorum omnium authoritatem, qui in hoc semper sensu locum hunc citant: sed & quando sanctorum cessasset authoritas, textus ipse est planissimus. Nam primò diuersæ sunt propositiones, Nescit homo vtrum odio vel amore dignus sit: &, nescit homo ex operibus externis, an odio vel amore dignus sit: prima enim est absoluta: altera verò modo quodam restricta: & tamen Sapiens non solùm secundam, sed absolute asserit primam. Quod autem subiungit, vniuersa æquè euenire iusto & impio, non est coartatio conclusionis: sed refutatio cōtrarij. Acsi dixisset, Nihil te moueant fortunæ, & euentus hominum, vt inde iudicium feras meritorum. Sunt enim illa deceptoria indicia: eò quod citra discrimen bono eueniunt, vt iustis ita & peccatoribus: & ideo his euētis nihil obstantibus, non solùm alter de altero, verùm neque ipse de se homo scit, an odio vel amore dignus sit. Et confirmatur hic sensus ex litera ipsa, quæ sic habet, Nescit homo, vtrùm amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quòd vniuersa æquè eueniāt iusto & impio. Ecquid est omnia in futurum seruari incerta, nisi quòd in præsenti nulla potest esse certitudo? Nam si per fidem talem possemus assequi, non comparasset futurum ad præsens, sed quæ apparent opera ad fidem mentis. Scilicet quod per opera non possemus certiores fieri, attamen possemus per fidem. Ad aliud verò argumentum, quò tanta in nos bili inuehuntur, respondetur quòd nemo catholicorum dixit, nō posse flagitiosum hominem scire, quādo sit odio dignus. Facit enim Sanct. Thomas loco citato idem argumentum. Ad quod respondet, diuersam esse rationem cognoscendi peccatum & gratiam. Nam peccati obiectum est bonum commutabile, quod est nobis notissimū, principium autem est nostra sola voluntas: gratiæ verò & obiectum est Deus: & causa sua, gratuita voluntas, quæ nobis non potest tanta certitudine innotescere. Quo circa non dicit Ecclesiastes, nescire hominem an odio vel amore dignus sit, quasi par sit ratio vtriusque partis, & neutra possit sciri: sed quòd non potest homo certò cognoscere, quando sit amore dignus. At vero quia nemo esse potest de amore dubius, qui non simul hæsitet, an sit dignus odio, in hoc sensu dictum est, Nescit homo an odio vel amore dignus sit. Maiori tamen probabilitate posset quis dicere, illud Sapientis enuntiatum, nō esse intelligendum, nisi de prædestinatione. Nimirum, quòd nemo scit, quò destinatus sit, scilicet, an in vitam, an verò in mortem. Sed primùm inde saltem conuincuntur Lutherani docentes, posse hominem esse certum non solùm præsentis iustificationis, sed suæ perseuerantiæ vsq; in finem. Præterea cùm ille qui est in gratia, etiam si nō sit perseueraturus, verè sit tunc in amore Dei secundum præsentem iustitiam: & simpliciter negetur scire hominem quādo amore dignus sit, non solùm negatur scientia perseuerantiæ, verùm quòd scire possit homo quando sit in gratia. ¶ Secundum testimonium aduersus certitudinem gratiæ est illud, Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam. Et infra, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et rursus, Verebar omnia opera mea, sciēs quòd non parceres delinquenti. At verò & hunc, quamuis manifestum, locum cauillari quoque contendunt aduersarij: dicentes, quod Iob illic id tantùm confitetur, quòd iustitia nostra comparatione ad Deum non reputatur iustitia. Attamen manifestaria hæc est delusio scripturæ. Non enim vnum, sed duo longè distantia sunt, quæ iustus ille prædicat. Adulatus enim ei fuerat suus ille mentitus amicus commemoratione iustitiæ suæ. Nam etsi filij tui, inquit, peccauerunt Deo, & dimisit eos in manum iniquitatis suæ, tu tamen si diluculo consurrexeris ad eum, & omnipotentem fueris deprecatus: si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & peccatum tuum reddet habitaculū iustitiæ tuæ. Hāc Iob adulationem duplici recutit modo. Primò ꝙ etiam si cōpertissimum haberet, se esse iustū, iustitia sua tamen nulla esset, si compararetur Deo. Mox quòd neque ipsam qualemcunque iustitiam, quæ in homine est per gratiam Dei, potest

Expositio textus.

Non est eadem ratio cognoscendi pec. & gratiam.

Tertius sensus.

Iob. 9.

potest homo certò cognoscere, quando vel adest, vel abest. Ob idq; diuersis vtitur verbis. Sic enim ait scriptura. Respondens Iob ait, Verè scio, quòd ita sit, quòd non iustificetur homo compositus Deo. Hic non ait, ignoro, sed scio, quòd nemo est adeò iustus, vt possit contendere cum Deo. Subdit autem secũdum argumentum diuersum. Si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, non intelligam. Eandem ergo iustitiam, quam scire dixerat non esse cõparandam cum Deo, subiungit se nescire quãdo veniat, quandove abeat. Pari modo inferius, Quantus, ait, ergo sum ego, vt respondeã ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Non solùm ex eo quòd licèt sit in iusto aliquod bonũ opus, sunt tamen multa permixta mala, verũ quòd idipsum quod in nobis iustum est, munus est diuinæ misericordiæ. Subnectit autem, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Id est, eadem ipsa iustitia, qualiscunq; esse potest in homine, non est vsque adeo mihi nota. Et ideo verebar, inqt, omnia opera mea, hæsitans an delicta essent: sciens quòd nõ parceres delinquenti. Vnde Greg. 9. libro moralium, ca. 10. super verbo illo, Si venerit ad me, non videbo eum. Sæpe, inquit, mens, cùm de virtutis suæ securitate resoluitur, insidiante aduersario, inopinatæ culpæ telo perforatur. Et cap. 18. super alia sententia. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Sunt, inquit, nonnulla quæ sciri à nobis facilè nequeunt. Nam sæpe recto studio contra delinquentium culpas accendimur: & cũ vltra æquitatis metas per iram rapimur, hoc zelum iustę districtionis æstimamus. Et eùm prædicantis mens vtiliter placere studeat, ad amorem laudis propriæ turpiter defluit. Atque ita horrendo modo vnum idemq; opus culpa peragit, quod virtus inchoauit. Hæc Gre. Atq; hac de causa verebatur Iob omnia opera sua. Plurimaq; in eandem sententiam subiungit eleganter, cap. 19. vbi ait, quòd humanus animus immensa cogitatione caliginosus, semetipsum etiam discutiendo non penetrat. Et iterum, Iustorum, inquit, corda ad perfectum se examinare nequeunt. Tertius præcipuusq; locus est ad Corint. vbi ait Apostolus, Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Vbi adnotanda est gradatio Pauli. Ait enim primum, fallax esse iudicium, quod alter de altero profert, Mihi pro minimo est à vobis iudicari, vel ab humano die: id est, ab humano iudicio. At verò, quòd non solùm aliorum de se iudicium nihil facit, sed quòd neque idipsum, quod de semetipso habet, certum reputat. Cùm ergo suum de se iudicium conferat cum alieno, palàm docet, quòd sicut non potest alius de alio infallibilem ferre sententiam, ita nemo de semetipso. Cuius causam talem annectit. Quia si quispiam posset suæ iustitiæ certior fieri, id maximè esset quando nihil sibi cõscius esset: non tamen est firmum argumentum, cùm ex negatione infertur affirmatio: videlicet, nullius sum conscius peccati, ergo sum iustus. Sed Deus, inquit, est qui iudicat me. Si tunc Paul. non habebat suæ sanctitatis reuelationem, planus est sensus. Nempe quòd Deus solus sciebat qualis esset in conspectu suo. Si verò forte eiusmodi haberet reuelationem, vt suggerit nobis Ambro. sensus est, quòd quanquam sibi notus esset, non tamen id certò nouerat ex testimonio conscientiæ suæ, sed quia ita Deus sibi indicauerat. Interpretamentum autem, quo Luther. art. 14. hunc locum deprauauit, quodque sui discipuli mordicus retinent, & absurdissimum est, & ca. iam. 11. à nobis coargutum. Aiunt enim ex hoc loco Pauli id tãtùm colligi, quòd nullum sumitur argumentum iustificationis ex operum qualitate, & probitate: nam delicta inquit Luther. quis intelliget? At qualiacunque, inquit, sint opera nostra, etiam si sint peccata, sola fide efficimur certissimi, non imputari nobis. Quibus possit auribus Christianus portenta hæc audire? Nempe quòd non solùm peccata, rationem etiamnum culpæ retinentia non imputentur à iustissimo Deo (qui, vt ait Psal mista, iniquitatem odio habuit, & secundum Iob, nõ parcit delinquenti) verumetiam quòd dum homo conscius est peccati, certior tunc per fidem fit non sibi imputari. Hæc autem monstra, prærerquàm quòd supra satis expugnata sunt, his quoque locis, quos modò tractamus, apertissimè repugnant. Nam imprimis Paul. non dicit, quòd ex conscientia non sumitur aliquod argumentum iustificationis (nam gloria nostra, ait alibi, hæc est, testimonium conscientiæ nostræ) sed id tantùm vult, quod non sumitur inde testimonium vsquequaque certissimum. Hoc tamen irrefragabile testimonium non solùm haberi non potest ex conscientia, verùm neque ex fide. Aliàs nõ adiecisset, Qui autem iudicat me, dominus est: &, Nolite ante tempus iudicare donec veniat dominus. His enim verbis commostrat in hac

Marginalia: Grego. (beside "ceres delinquenti. Vnde Greg."); 1. Cor. 4. (beside "ad Corint."); Lutheri deprauatio. (beside "Interpretamentum … Luther. art. 14."); 2. Cor. 1. (beside "nam gloria nostra … testimonium").

hac vita præsenti, nisi Deo reuelante, non posse vsque adeo innotescere nobis diuina gratia. Et Dauid non solùm ait, Delicta quis intelligit, sed subiungit, Ab occultis meis munda me domine. Re vera qui petit ab occultis mundari, nō habet certitudinem fidei, quòd sit mūdus. Iam verò & huc referantur prouerbia illa Sapientis, Quis potest dicere, mundum est cor meum: purus sum à peccato? Et, Beatus homo qui semper est pauidus. Et, de propitiatu peccatorum noli esse securus. Vbi Lyra haud contemnendus glossator, Peccatorum, inquit, etiam eorum quæ sunt per pœnitentiam remissa. Sanè quam nescis, fueritne sufficiens.

Psal. 18.
Prou. 20. & 28.
Eccle. 5.

¶ Extant præterea S. Patrum testimonia plurima. Nam præter Gregorium, quem citauimus, est Hieronym. super illud Miche. 6. Dominus quærit à te vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Præcipitur, inquit, vt præparati simus ambulare cum domino Deo nostro: nulla hora dormire, nullo tempore securi esse debemus: sed semper expectare patrem familiàs venientem, & diem formidare iudicij, & in nocte huius seculi dicere, Ego dormio, & cor meum vigilat. Et super illud Ionæ. 3. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus? Ideo, inquit, ambiguum ponitur & incertum, vt dum homines dubij sunt de salute, fortiùs agant pœnitentiam: & magis ad misericordiam prouocent Deum. Et August. super illud Psalm. 50. Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quæ, inquit, occulta? quæ incerta? Quod Deus ignoscit, & talibus. Nihil tam occultum, nihil tam incertum. Ad hoc incertum Niniuitæ pœnitentiam egerunt: dicentes, Quis nouit, si Deus flectat in meliùs sententiam suam, & misereatur? Et lib. de perfectione iustitiæ Quantalibet iustitia præditus sit homo, timere debet ne aliquid occultum lateat. Et epist. ad Probam, quæ est 121. super illud Pauli, Nolite ante tempus iudicare, Sicut sibi quisque, nemo alter alteri notus est: & tamen nec sibi quisque ita notus est, vt sit de sua crastina conuersatione securus. Hoc ad incertitudinem perseueratiæ refertur. Sequitur autem, Proinde quanuis ex fructibus suis multi cognoscantur, tamen propter humanorum animorum ignota, & incerta, rectissimè Aposto. admonet, vt non ante tempus iudicemus. Ecce corda incerta. Et Ambros. super eodem loco Pauli, Nihil mihi conscius sum. Humiliat se, inquit, & loquitur vt homo, qui possit culpam incurrere nescius. Et Chryso. super eodem loco. Accidit & hominem in quibusdam peccare, quæ peccata esse ignorat. Et rursus, Tribus rationibus incertum est nostrum iudicium. Prima quidem, quòd etsi nihil ipsi conscij simus, eius tamen indigemus, qui peccata nostra certa ratione corripiat. Altera, quòd multa opera nostra nos latent. Tertia præterea, quòd multa aliorum opera nobis bona videntur, quæ non recta fiunt sententia. Et super Matth. in imperfecto, homil. 37. super illud supra citatum Prouerbi. 20. Nemo, inquit, est tanta firmitate suffultus, vt de iustificatione sua debeat esse securus. Bernard. autem est cuius sunt de hac re euidentiora testimonia. Licèt eodem etiam teste corrupté aduersarij vtantur.

Hierony.
August.
Ambros.
Chrysost.
Bernard.

Nam primum contra incertitudinem perseuerantiæ manifestè ait sermo. 2. in octaua paschæ, quòd licèt nunquam sine testimonio electos suos deserat Deus, nouit tamen Dominus, qui sunt eius, & solus ipse scit quos elegerit à principio. Et subdit, Quis verò scit hominum si est dignus amore vel odio? Quòd si, vt certum est, certitudo nobis omnino negatur, nunquid non tanto delectabiliora erunt, si qua fortè electionis huius signa possimus inuenire? Quam enim requiem habere potest spiritus noster, dum prædestinationis suæ nullum adhuc testimonium tenet? Est ergo non omnino certum, licèt sint aliqua testimonia. Quod autem ait in calce huius sermonis, Nouum aduenisse spiritum, certissimè noua conuersatio testatur, non intelligit de certitudine fidei catholicæ, sed de certitudine, quę sufficit pacare humanum cor. De aduentu verò spiritus sancti ad nos loquitur super Cantica serm. 17. vbi ait, Orandus est tantum, vt custodiat corda nostra & intelligentias nostras: ne forte cùm non adierit, adesse putemus: nostrumque pro ipso sequamur sensum, deuiantes. Venit nanque & vadit prout vult: & nemo facilè scit vnde venit, aut quò vadat. Et quanuis subiungat, quòd periculosissimè ignoratur, quando veniat, aut vadat: & ideo inuigilandum nobis esse, vt sensum aliquem habeamus eius accessus, & recessus, haud tamen intelligit, quòd illum, vel aduentantem, vel abeuntem, certa valeamus ratione deprehendere. Idem argumentum tractat latiùs super eisdem Canticis sermone. 74. vbi in seipso depingit sensus intrantis & exeuntis: tandem concludens hæc verba, Ex renouatione, ac reformatione spiritus mentis meæ: id est interioris hominis mei, percepi, vtcunque speciem decoris eius. Nota vtcunque. At verò in epist o. 42. ad Archiepiscopum Senonensem, sic habet, Prauum est cor hominis, & im-

& imperscrutabile: ita vt nemo sciat, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui in eo est: sed nec ipse plene. Nam cùm Aposto. diceret, Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, adiecit: sed nec ego meipsum iudico. Quare? Quoniam non possum ait, ratã vel ipse de me proferre sententiam. Ego enim nihil mihi conscius sum: non tamen in hoc iustificatus sum. Non ex toto credo me vel ipsi conscientiæ meæ: quippe cùm ne ipsa quidem queat me comprehendere totum. Nec potest iudicare de toto, qui totum non audit. Qui autem iudicat me, dominus est. Dominus, inqt, cuius vtiq; scientiam non effugit: sententiam nõ subterfugit, etiam quod propriam latet cõscientiam. Audit Deus in corde cogitãtis, quod nõ audit vel ipse qui cogitat. ¶ Ex doctoribus autem scholasticis prçter vnum Ioannem Baconem Carmelitã, nemo est qui non eandem teneat opinionem. Nam Alexan. de Ales tertia parte, tractatu de gratia, disputans quæstionem, ait, cognitione speculatiua, & certa non esse gratiam Dei cognoscibilem, sed tantùm effectiua, & experimentali, scilicet, per effectus, vt quando homo non habet propositum male agendi, quando frequenti mediatione Dei dulcedinem sentit & suauitatem, Sed est, inqt, iuxta dictum Hippocratis, experimentũ fallax. Nam ijdem effectus esse possunt in eo qui est in peccato: saltem vbi est vincibilis ignorãtia, vt in hæretico. Alexandrum secutus est S. Tho. in loco supra citato. & Bonau. & Ricar. & Duran. 1. d. 17. & quotquot hanc disputant quæstionem. Atque adeò Scot. quem immeritò nonnulli citabant in hanc sententiam affirmatiuam. Etenim. 1. sen. d. 17. quæst. 1. omnium apertissimè ait, quòd ex nullo actu quẽ exercemus, neque ex substantia eius, neq; ex intensione, neque ex delectatione, & facilitate in operando, neque ex bonitate aut rectitudine morali eiusdem possumus concludere aliquem habitum supranaturalem inesse. Et rationem subdit. Quia aliàs quocunque istorum dato, posset quis habens charitatem, cognoscere certitudinaliter se esse in charitate. Quod ipse lege cõmuni reputat impossibile. Ex quo fit cõsequens illud quod ait in. 3. d. 24. scilicet, quod charitas potest ostendi & actu interiori, quo inuenit se homo promptũ ad diligendũ Deum, & exteriori, quo feruet in actibus, & exercitijs pro dilecto Deo, intelligere de ostensione coniecturali, & experimentali, quam ait Alex. sæpe fallere. ¶ Igitur meritissimò, ac iure optimo S. Syno. contra assertionem de certitudine gratiç pronunciauit Sess. 6. Primũ cap. 9. confessionis sub his verbis, Quanuis autem necessarium sit credere, haud remissa vnquã fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum, nemini tamen fiduciam, & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse, credendum vel dicendum est. Cùm apud hæreticos, & schismaticos possit esse, imo nostra tempestate sit, & magna contra ecclesiam catholicam contentione prædicetur, vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed nec illud asserendum est, oportere eos qui verè iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse iustificatos, neminemq; à peccatis absolui ac iustificari, nisi eum qui certò credat se absolutum & iustificatum esse, atq; hac sola fide absolutionem & iustificationẽ perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, atq; mortis, & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nã sicut nemo pius de dei misericordia, deq; Christi merito, deq; sacramentorũ virtute, & efficacia dubitare debet, sic quilibet dum seipsum suamq; propriã infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest: cũ nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiã Dei esse consequutũ. Mox. cap. 12. condemnat eos, qui temerariam sibi arrogant certitudinẽ prædestinationis. Et cap. 13. eos itẽ, qui eandẽ sibi promittũt securitatẽ perseuerantię. Et can. 13. Si quis, inquit, dixerit omni homini ad remissionẽ peccatorum assequendã necessariũ esse, vt credat certò, & absq; vlla hæsitatione propriæ infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit. Et can. 14 sub Anathemate etiã condemnatur, fidei certitudinẽ in particulari, qua quis credit se iustificari, vel sufficere ad iustificationẽ, vel esse necessariam.

Ioan. Baconis. Alexan. de Ales. Bonau. Scot. Syno. Trid.

Quo ad obiecta aduersæ partis respondetur. Cap. XIII.



Argumẽta partis aduersæ plurimũ ex diuersis locis sacræ scripturç desumuntur. Tametsi præter huiusmodi testimonia nonnullas quoq; rationes adhibebant, qui huic sententiæ antequam à Synodo decerneretur, obtrectabant. Atqui Lutheranorum potissimus locus est ille, Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio: quem capite iam decimo diluciđauimus. Cętera vero omnia testimonia tam Lutheranorum, quàm nostrorum sinistra interpretatione peccant. Quæ quidem peccata, ad Roma 4.

tria

tria, quatuor ve rediguntur. Primò enim errãt vsurpantes fidem, non pro alia, quàm pro viua fide. Exinde enim, quàm certi esse postumus nos habere fidem, certos se esse putãt, habere charitatem. Vnde Luther. arti. 14. suarũ assertionum, Non contritionem inquit, sacerdos debet petere à pœnitente: quia de illa certi esse non possumus, sed fidem, quam certissimè sentire potest in corde, si eam habet, vt ait

2. Cor. vlti. August. Vnde Paul. inquit, Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An nõ cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi sitis. Hæc autem omnia perperam intellecta sunt. Primum confitemur cum Augustino. 13. de trinitate, quòd potest quis euidenter scire se habere fidem. Cuius verba sunt, Fidem ipsam quisque videt in corde suo, si credit: vel non esse, si non credit. Id quod & S. Tho. agnouit. 2. 2. quæst. 1. ar. ti. 4. ad secundum argumentum. Etenim licét non habeam euidetiam, sed tantùm credã, extare Constantinopolim, euidenter nihilominùs cognosco, talem me habere credulitatem. Et pariter est mihi euidens, me credere deum esse trinum, licèt non sit euidens trinitas. Est mihi inquam euidens quod credo, siue per fidem acquisitam, siue per infusam. Quoniã nemini est euidens habere se habitũ infusum, sed id tantùm, quòd habet credulitatem. At verò ista euidentia, est de fide secundum suam substãtiam: sane quatenus est assẽsus mentis. An verò fides viuat per charitatẽ, non ita certo scio. Aliàs, si eadem esset ratio de fide, & de fide viua, non solùm haberẽ certitudinem, me esse in gratia, sed certè euidentiã: qualem habeo, quòd credo. Vnde verbũ Apostoli, Vosmetipsos tentate si estis in fide, potiùs designat dubietatem, quàm certitudinẽ. Et ideo (vt Sanct. Tho. & omnes interpretantur) intelligendum est de fide viua, scilicet, vt quisq; se probet an sit in charitate. Atq; hoc ipsum est quod subiungitur, An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi sitis. In illis enim in quibus certum erat existere Christum per fidem, sub dubio affirmat existere per charitatem: dicens, nisi forte reprobi sitis. Et ita Hierony. exponit, quasi Aposto. Corinthios commonefaceret, vt se examinarent: non quidem an haberent fidem, sed vtrùm eam haberent, charitate informatã. Quinimò Erasmus ipse, quem Bucer. in exordio sui libri de vera ecclesiarum reconciliatione signiferum Lutheranorum ac luciferum agnoscit, ita exponit. Nisi si de vtcunq; incolumi, vita impura meruistis à

August. Potest quis euidẽter scire se habere fidẽ. Vide supra cap. 10.

Hierony.

Erasmus.

Christo reijci. Potest ergo homo certus esse de sua fide, an verò viuat per charitatem, non item. Cuius ratio discriminis manifestissima est: quoniã assensus intellectꝰ ex nulla diuina acceptatiõe dependet, & ideo notissimum est vniculq; persuasum habere euangelium, gratia verò, & amicitia dei in diuina beneuolentia & acceptatione consistit: q̃ nobis est ignota. ¶In contrarium autem potest quis citare Augustinũ. 8. de trinit. cuius verba sunt, Qui diligit fratrem, magis nouit dilectionẽ qua diligit, q̃ fratrem, quem diligit. Vnde apparẽter colligitur, non solùm informem fidem, verùm etiam formatam posse certò cognosci. Hunc autem locum omnes doctores interpretantur de actu charitatis, quantum ad substantiam. Potest enim quis certissimã habere experientiam, quòd habeat aliquem actum diligendi Deum. An verò omnia faciat quæ deus præcipit, & ex vero corde propter ipsum firmum habeat propositum nunquam peccandi, hoc non possumꝰ certò scire: maximè vbi est ignorantia praua. Qua de re lib. 1. cap. 22. dicebamus, omnem actum, quo ad substantiam, qui est in amico dei, posse esse & in peccatore. Quòd si quis rem etiamnum vrgendo hoc pacto perstrinxerit, Illa quę Deꝰ nobis pręcipit, p fidẽ sunt manifesta: ergo certò scire possumus quando illa implemus. Vnde August. in lib. de gratia Christi cap. 13. sic inquit, Docet deus eos qui secundum propositum vocati sunt: simul donans, & quid agant scire, & qđ sciunt, agere. Ad hanc replicationẽ iam supra capite proximo respondebamus, quòd quanuis in genere fides ostendat nobis legem, attamen an puro corde illam custodiamus, neque aliqua nos teneat ignorantia, id quidem nequimus certò scire, licèt talem possimus habere probabilitatem, vt pacatas habeamus conscientias. Atq; huc pertinent verba Augusti. quæ non solùm loco citato, sed alijs etiã crebrò inculcat. Id præcisè intendens, quod in cõcilio Milenitano cano. 5. sancitum est. Nempe Christi gratiam non sic tantùm nos adiuuare ad non peccandum, quòd per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, verùm quòd per ipsa præstatur, vt quæ cognouimus, diligamus, & quæ diligimus, valeamus implere. Itaque sensus Augustini non est, quòd per gratiam lege communi sciat qs in particulari, id quod facit, iustè ne & in gratia faciat: sed id quod facit in suo genere esse bonum, iuxta reuelationem fidei. Puta orare, eleemosynas elargiri, &c. ¶Secundum ergo peccatũ istorum est, quòd remissionẽ pecca-

Ratio discriminis.

August.

Interpretatio August.

Secundum peccatũ Lutheranorum

P torum

torum & dona, quæ per fidē catholicam certiores facti sumus, donata esset per Christum dilectæ ecclesiæ suæ: id est, illis qui verè cum il lo sunt charitate coniuncti, arbitrātur per ean dem fidem notū esse singulis, quòd talia dona re vera susceperint. Quod quidē non est necessarium. Quia huiusmodi promissiones (vt sæpissimè hactenus diximus) non absolutè, sed sub cōditione proponūtur, Qui crediderit & baptizatus fuerit. Qui diligit me, diligetur à patre meo, Si impius egerit pœnitentiam, &c. Per hoc documentū soluitur illud, Nos autem nō spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui à deo est: vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Ad quod respōdet S.Tho. loco citato. 1.2. quæst. 112. q intelligitur de donis gloriæ, quæ nobis in spe data sunt: ad quæ per uenturi sumus per gratiam. Quæ quidem dona licèt certissimè cognoscimus per fidem, nō tamē cognoscimus per certitudinem, nō habere gratiam, per quam illa possumus promereri. Hæc ille. Cùm ergo ait Apost. Vt sciamus, quæ à deo donata sunt, non intelligit, quòd vnus quilibet hoc de se sciat, sed quod omnes p fidem credimus illa esse iustis proposita præmia: quæ per se deus certò offert, vniuersisque paratissimus est elargiri, qui spiritui sancto nō voluerint resistere. ¶ Tertium peccatum non solum Lutheranorum, sed & nostratiū, quos redarguimus, est, quòd existimant, omne testimoniū spiritus sancti facere nobis certitudinem fidei. Cùm tamen nōnunquā ita se nobis inhabitare atestetur, vt non faciat certam fidem, cui constringamur firmū assensum præbere, sicuti fidei catholicæ: sed coniecturalem quandā cognitionē, quæ quāuis sufficiat trāquillas reddere conscientias eorum, qui omni cura & solertia student per gratiam Dei purificare corda, tamē non possumus vsquequaq; tuti esse, huiusmodi indicia & cōiecturas à spiritu sancto promanare: scientes, quòd sæpe se angelus Satanę transfigurat in angelū lucis. Ex quibus secundo, & tertio fundamentis liquidus elicitur sensus Pauli ad Roma. quo loco Protestantes, atq; maximè Buce. in reconciliatione huius controuersiæ comprimere, & prorsus euincere nos arbitrātur. Ait em̄ Paul. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Paul. autem his verbis non significat, quòd vbilibet sit spiritus sanctus, omnino adimat timorem, certissimam faciens fidem suę adsistentiæ, sed explicat virtutē eius, & inclinationē. Quippe cuius munus est promouere hominē, vt non

Promissiões dei nō absolutæ, sed per cōditionem supra.c.10.

1.Corint. 2.

Tertiū peccatum.

Spiritus inspirat animis quasdā cōiecturales gratiæ cognitiones.

Roma.8.

seruili metu supplicij operetur (cuius imaginē gerebat lex vetus) sed timore filiali, quo filius reueretur patrem. An verò adsit, nemini ita certò reuelat, vt reuelata est fides catholica. Sed tamen aliqua sui exhibet indicia, maiora, aut minora, secundum diuersos hominis progressus & sanctimonię gradus, quibus, fide per charitatē operante, promouemur. Atq; hoc ipsum est quod continuò subiungit, Ipse em̄ spiritus testimonium reddit spiritui nostro, q sumus filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Si tamen compatimur, vt conglorificemur. Huius autem mysterium testimonij agnouit Bern. ser. 1. &. 2. in octaua Paschæ in illis tribus, quæ testimoniū dant in terra, spiritu scilicet, aqua, & sanguine. Testimonia enim gratiæ dei sunt, aut nullam habere conscientiam peccati post baptismū, aut lachrymarum fonte eorum sordes abluere: mox iugibus pœnitentiæ fructibus corpus affligere, & veluti sanguinolento martyrio prauas affectiones perimere, ac deniq; in operibus spiritualibus exerceri. Sed tamen neque hæc sunt planissima testimonia, vt in illa epistola paulò antè citata idem ipse est author. Est & aliud testimonium auditas audiēdi ver bum dei. Nam qui filius dei est, verba eius audit. Atque illa mentis dulcedo, de qua Ioan. Vincenti dabo manna abscōditum, quod nemo nouit nisi qui accepit. Hæc autem omnia sufficiunt quidem sedare conscientias, & confirmare spem, non tamen pertingunt vsq; ad certitudinē fidei. ¶ Sed mirādū est, quàm nos Bucer. perstringere arbitratur ex eo quod in eodem capite ad Roma. subinfert Aposto. Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiā proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo nō etiā cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat: quis est qui condēnat? Hæc enim verba eo audit intel lectu, quòd nulla nos retroacta vita, nulli remorsus cōscientiæ debēt terrere. Nā etiam si opinemur, illa quæ modò agimus aut cogitamus peccata esse, nihilominus sumus per fidē certi, quòd omnia nobis condonata sunt per Christum: qui cùm à nostra parte pugnat, nulla nos possunt condēnare delicta. Sensum autem istorum verborum quis non videat ad certitudinem totius ecclesiæ in genere referri, & nō ad certitudinem singulorum? Explicat enim Paul. quēadmodum euncta nobis dona uerit deus cum filio suo, his scilicet, qui mēbra eius efficiūtur. Qui tamē re vera membra sint per viuidam charitatem: hoc est, quod nō pos

Bernard.

Testimonia diuinæ gra.

Ioan. 8.

Apocaly. 2.

Bucer.

sum' certò scire. Tametsi homo ita debet sanctis officijs certam facere, vt ait Petr. vocationem suam, vt possit dicere cum Paulo eodem loco. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? Et quæ sequuntur. Hic autem Bucer. sanctè precatur lectorem, vt consyderet quanta manifestatione Paul. vtatur ad confirmandam certitudinem gratiæ, affirmans nullam esse rem prorsus quę possit iustum separare à charitate, qua Deus nos diligit. Hanc enim charitatem hic existimat Bucer. significari. Porrò autem nos haud tanta egemus consyderatione ad cernendum quanta isti cæcitate legant huiusmodi testimonia. Nam primum Paulus nō loquitur de charitate, qua à deo diligimur, sed qua ipse diligebat, atq; omnes deberemus diligere deum. Amor enim diuinus, vt prior est nostro, ita neque cessat nisi priùs cessante nostro. Ob idque nulla esse posset compositio, coaptatioque verborum, quòd tribulatio vel angustia non possent dimouere deum ab ea qua nos prosequitur dilectione: quia ista pericula non pugnant contra deum, nisi quatenus nos ipsos expugnant, ac superant. At verò siue de hac, siue de illa charitate loqueretur, quis monstrum hominis ferat, imponētis Paulo, quòd affirmauerit, non posse iustum vlla de causa separari ab amore dei? Quandoquidē iustitia non auferat libertatem peccandi, neq; omnes cōfirmet in bono, vt peccare nequeat: & ideo licet nulla per se res habeat potestatē cogendi nos in malum, nos ipsi ad hoc sumus liberi. Igitur Paul. vel habebat tunc reuelationem suæ cōfirmationis, vel (quòd verisimilius est) exaggerabat, q̄ ipse esset, qualq; Romani illi quibus scribebat, atq; omnes Christiani esse deberent firmo, robustoque animo in deum. Qui enim inæstimabilē amorem erga nos dei contemplarētur, filium suum, cumq; ipso omnia nobis condonantis, profectò ob nullā earum rerum, quas Paul. cōmemorat, deberent à charitate dei semoueri. At verò licet eo vsq; pectore quis ferueat, nō tamē habet vsq; adeò securitatē suæ salutis, vt falli nequeat. Præterquam, quòd non omnes possunt tantam concipere fiduciā, sed qui imitantes Paulum omni officiorum genere operam impenderint augmento diuinæ gratiæ. ¶ Quartum vtiq; peccatum istorū est, quòd nihil distinguunt inter fidem & fiduciam. In sacris enim literis licèt iubeamur fidem habere dictis dei, nemo tamē iubetur habere fidem: hoc est, firmam persuasionem suæ salutis, sed fiduciam, quæ esse potest sine certitudine particularis fidei. Ex eo enim,

Quartum peccatum.

1. Lib. c. 7.

Fides & fiducia.

quòd quis credat cupientissimum esse Deum nostræ salutis, quā vniuersis recipere volentibus offert, licèt aliquo modo hæsitet, an aliqd à se obstiterit, nihilominus, si post vigilantem discussionem conscientiæ, nullius est conscius culpæ, cuius non pœniteat, cōfidere potest & debet in misericordia dei, qui non permittet eum errare, neq; despiciet cor cōtritum & humiliatum. Et hæc est qua debent vti consolatione peccatores. Vnde Paul. In quo habem' fiduciam & accessum per fidem eius. Et, Charissimi, si cor nostrū non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum. Si cor, inquit, nostrum non reprehenderit nos. Et in causa fiduciæ non solū ponit fidem, sed opera charitatis, per quæ fiducia roboratur. Quoniam, inquit, mandata eius custodimus, & ea, quę sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum. Quam quidem fiduciam exigebat Christus ab apostolis, vbi aiebat, Nolite timere pusillus grex. Atque de hac fiducia loquuntur omnes sancti vbicunque consolantur pœnitentium animos. Quòd si hic de nobis, vt de calumniatoribus conqueratur Bucer. quòd iam nō perseuerent dicere, fidem & fiduciam eandem rem esse, sed id tantū affirmant, q̄ fides esse non potest sine fiducia. Respondemus primū, quòd vbicunq; asserunt, sola nos fide iustificari, fidē accipiunt pro particulari fiducia, vt distinguitur contra fidem historicam. Sunt tamē adeò lubrici & varij, vt nunq̄ in eadem sententia persistant. Secundò id etiam, quod modò dicunt, est apertissimē falsum. Fides enim esse potest sine fiducia. Nam fides est mētis assensio, qua veras esse credimus reuelationes dei, atq; adeò promissiones ipsas. Fiducia tamē licèt inde incipiat oriri, non tamen firmatur, nisi ex charitate & rebus iustis, quibus deus nobis præcepit iustitiam colere. Non enim dicit scriptura, quòd fides foras mittit timorem, sed charitas. Ob idq; quantacunque quis præstiterit fidē dictis & promissionibus dei, si non adhibuerit opera, fidem quidem habebit catholicā sine fiducia: at quantacunq; fuerit fiducia, nunq̄ per ueniet ad certitudinem fidei in perticulari assistentis gratiæ. Obijciet quis fortè nobis verbū Iacobi, Qui indiget sapientia, postulet à Deo in fide nihil hæsitans. Hoc autē lib. 2. ca. 6. explanauimus. Loquitur enim Aposto. de petitionibus ad iustificationē pertinentibus, quas certa fide credendum est impetrādas fore, nisi nostræ obstiterit voluntatis obex. Sed tamen quia nunq̄ omnino absq; metu esse possum'

Ephes. 3. 1. Ioan. 3.

Luc. 12.

Bucer.

Fides iustifi cans Lutho. ranis.

Lib. 1. ca. 5.

Fides esse po test sine fiducia.

Fiducia oritur à fide. li. bro 1. ca. 6. 1. Ioan. 4. Charitas fa. mit. cit.

Iacob. 1.

eiusmodi obicis, nunquàm habebimus certã persuasionẽ assecutos nos esse salutem. Possumus tamen habere fiduciam, quæ pacare nos possit iuxta verbum Pauli, Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus. ¶ Præter hæc scripturę testimonia fautores huius opinionis de certitudine gratiæ, excogitabant nescio quas rationes, quibus arbitrabantur conficere, vt saltem in aliquibus casibus haberi possit huiusmodi certitudo. Hæ autem profectò adeò sũt tenues, vt potuissent in pręsentiarum, absque iniuria, prætermitti. Primùm ex scholasticis vnicus est, qui huius palam fuerit opinionis, nempe Ioannes quidam Bacconis Carmelita. Attamen, vt nihil eius authoritati detraham, ratio sua nihil affert probabilitatis. Ait enim quòd cũ adultus baptizatur sine aliquo obice peccati, certitudinẽ habet fidei, se esse in gratia per hunc syllogismum, Baptismus cõfert gratiam, vbi non inuenit obicem: ego non habeo obicem, & recta intẽtione suscipio baptismũ: ergo renascor filius dei. Maior est propositio fidei: minorem autem homo in se experitur: ergo conclusio est de fide. Hic autem syllogismus nullius est roboris, propter notam infirmitatem minoris. Neq; enim legitimæ dispositionis neq; veræ receptionis sacramenti tanta esse potest cognitio, quæ exæquet certitudinem fidei. At de dispositione fuit grande litigium. Arguebant enim sic. Præparatio baptismi sufficiens, est, nõ afferre obicem, quod tantùm dicit negationem mali propositi cum intentione suscipiendi baptismum: hæc autẽ affectio compertissima habenti esse potest at que euidentissima. Quòd autem illud solùm requiratur, videtur esse opinio Scoti in.4.senten.distinct.1.& dist.14. Et quanuis requiraẽ aliquis dolor, is etiam potest esse notissimus, quia (vt lib.2.cap.15.explicatum à nobis est) non requiritur contritio, sed sufficit qualiscũque dolor. Vitium autem huius argumentationis primum est, quòd non discernit inter certitudinem fidei & probabilitatẽ opinionũ. Dispositio enim in adulto ad baptismum quę expressa est in sacra scriptura, tanquam de fide, non est nisi pœnitentia, vt. Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Quam pœnitentiam requirebat etiam Pet. in actibus Apostolorum ante baptismum: nam, Pœnitẽtiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum. & August. Nemo potest nouam vitam inchoare, nisi præteritæ pœniteurit. Qualis autem pœnitentia requiratur nec S.Thom. nec Scot. neq; verò vllus doctorum certò scire potest certitudine fidei, sed probabilitate suæ cuiusq; opinionis. Ob idque licèt Scot. (quod loco citato falsum mõstrauimus) vel quiuis alius crederet, quòd sufficeret non habere malum propositum, & inde inferret se esse in gratia, non haberet certitudinem fidei, sed certitudinem suę opinionis. Nam quanuis omnes consentiant, quòd baptismus confert gratiam, vbi non inuenit obicem, non est certum certitudine fidei, quòd ad tollendum obicem non requiratur vera contritio, quę fit dolor re vera propter deum, nec qui ita doceret, haberetur hæreticus. Quicquid ergo fit de opinionibus doctorum, nemo habere potest certitudinem fidei, quòd talis dispositio sit sufficiens. Secundum autem vitium argumentationis huius, peius est. Nam quomodo quis potest habere certitudinẽ fiedi, se non laborare aliqua ignorantia crassa, vel iuris, vel facti, vel alicuius catholicæ veritatis, aut propter suam animositatẽ, aut fortè negligentiam ad inuestigandam veritatẽ, quæ perseuerans ignorantia est obex gratiæ? At verò præter dubitationem dispositionis, quis potest certior omnino fieri, quòd ille qui baptizat habeat intentionem baptizandi? Ille quidem qui paruulum ante vsum rationis intingit, certitudinem habet fidei de salute paruuli. Nam de sua sibi cõstat intẽtione, & quòd in paruulo non fuerit obex, est manifestum. Qui autẽ baptizat adultum, nõ habet sciẽtiam dispositionis suscipiẽtis, sicuti neq; suscipiens habere potest scientiam intẽtionis conferẽtis. Licèt illa credulitas sufficiat, vt maneat tutus, Sed contra baptismus in voto sufficit ad conferẽdam gratiã (vt supra lib.2.constitutũ est) quinimò expressa est determinatio concilij sub Innoc.3. de presbytero non baptizato, ca. veniens, scilicet ꝙ non solùm per sacramentum fidei, sed etiã per fidem sacramenti efficitur quis membrũ Christi: ergo qui certus est de sua dispositione, certus etiã erit de gratia baptismi. Respõdetur ꝙ fides & votum sacramẽti nõ sufficit ad salutẽ sine sacramẽto in re, nisi quãdo adest vera & legitima cõtritio, ꝙ aũt sit vera contritio, puta dolor propter deũ, non põt liquidò constare. Si autem cõtritio nõ est sufficiens, quãuis petat sacramentũ, & sacerdos fingat illud administrare, si re vera nõ baptizat, nulla conferẽt grã, quia neq; dispositio p se sola sufficiebat, neq; ex opere (qđ aiunt) operato cõferẽ. Si ergo nec de dispositiõe quę per se sola sufficiat, neq; de sacramẽto primã cõferente gratiã haberi põt certitudo fidei, fit, vt neq; haberi possit de gratia ipsa. ¶ Per hæc proditur ignorantia aliorum, quos lib.2.ca.15. reprobauimus.

Roma.5. Scholasticæ rationes. Ioannes Bacco. De dispositione. Refutatio. Math.3. Actu.2. Certitudo salutis est de salute & gratia paruuli baptizati, non tamẽ adulti. Apol ca.5. De presbyt. non bapt. Ad aliorum opinionẽ responsio.

Aiunt enim,quòd quicunque putat se fecisse,
quod in se est ad delēdum peccatū,iam est in
gratia:hoc autē clarissimè quisq; de se potest
cognoscere,scilicet,quòd putet se non habere
peccatū:ergo erit certus suæ iustitiæ. Prodita
inquam est inscitia istorū.Sanè qui existimāt
non posse hic subesse ignorantiam culpabilē,
sicut in alijs rebus:cùm tamen sit manifestissi
mum,quòd potest quis leuiter credere,fecisse
sufficientē diligētiam,tam ad examinandum
consciētiam suam,q̄ ad explorandum aliquā
veritatē,cuius ignorantia laborat,quam tamē
diligentiam non fecerit.Quinimò potest cre-
dere se habere dolorē propter deum,'vt modò
dicebamus,dum non sit talis. Fallissimum er-
go est,quòd quicunq; putat se fecisse quod in
se est,sit liber à peccato.Nam tūc quicunque
putaret se esse in gratia,eandē haberet.Et quā
do hanc suam istis opinionē cōcederemus,nō
tamen inde inferrēt certitudinem fidei catho-
licæ:siquidē neq; ipsimet est nisi opinio. Re-
sponsio prætere a ex his colligitur ad argum̄.

Caietan. de tēpore infusionis gratiæ

Caietani. 1.quæstio.de contri.cuius lib. 2.cap.
16.meminimus.Negat enim eodem instanti
quo homo per speciale auxilium dei sufficien
tissimè est dispositus, infundi semper gratiā,
sed deus,inquit,expectat plus,minusve pro li
bito suo.Cuius totam rationem & causam ad
fert,quòd aliàs posset esse homo certus se esse
in gratia.Quoniam de huiusmodi,inquit, suf-
ficienti dispositione certitudo haberi potest.
Opinio autē hæc vt illic dicebamus,non solū
vniuersis theologis aduersatur, consentienter
docentibus,eodem instanti cōcurrere vltimā
dispositionem & gratiam,sed sacræ etiam scri

Testimonia scripturæ.

Ezechie. 33.

pturæ malè consonat. Vt,Dixi confitebor ad
uersum me iniustitiam meam domino, & tu
remisisti,&c.Et,Impietas impij non nocebit
ei,in quacunq; die conuersus fuerit. vbi Aug.
& patres semper intelligunt,in quacunq; ho-
ra,& quocunq; momento.Et S.Thom. 1.2.q.
112.vbi in forma quæstionē disputat, expres
se respondet,quòd ex necessitate, non quidē
coactionis, sed tamen infallibilitatis dat gra-
tia se per auxilium dei præparanti.Et est præ

Argumentum.

terea argumētum,quòd si talis opinio esset ve
ra,certum esset tempus,quò Deus remoraret
pœnitētem.Nam dicere,quòd aliquando ces-
sat plus, aliquando minus,ridiculum esset.
Si autem in medio illius temporis intercede-
ret mors pœnitentis,tunc legitimè dispositus
obiret absq; gratia .In summa gratis & absque
vlla probabilitate negatur lex in operib⁹ gra-
tiæ,quam deus instituit in operibus naturæ.
Nempè,quòd vltimam dispositionem simul
comitetur forma.Neq; vllo pacto inde fit cō-
sequens,vt haberi possit certitudo gratiæ.
Quoniam nemo potest esse certò cōscius suæ

De martyrio.

legitimæ præparationis.¶ Aliud argumētum
certitudinis gratiæ meditari quis posset de il-
lo,qui martyrium patitur in testimonium fi-
dei.Est enim sanctorū doctrina(vt libr. 2.c.16
dictū est) quòd illic omnia condonantur cri-
mina.Sed tamē facilè argumentum soluitur p
illud documentum,quod lib. 1.ca.20. expone
bamus.Nempe,nullum esse actum habentem
speciem charitatis,qui non sit quantū ad sub-
stantiam cōmunis illis etiam qui sunt in pec-
cato,præsertim qui aliqua tenentur ignoran-
tia.Quis dubitat,quin hæreticus eodem robo
re animi & ardore (vt putat) charitatis sese of
ferat martyrio,atq; verus christianus? Ob id-
que licèt prægrandem habeat fiduciam mar-
tyr suç salutis,non tamen habet fidem catholi
cam,nullum obijcere se obstaculum:nisi p spe
cialem reuelationem certior fiat. Hæc autem
responsio inde præcipuè confirmatur, quòd
de vniuersis propemodum martyribus, vel le
gimus,vel credimus, Deum illis peculiariter
reuelasse,placere sibi eorum sacrificium.Quæ
quidem reuelatio nō fuisset necessaria:si actus
ipse,infallibile esset testimoniū.Sunt alia om
nia argumēta,veluti hæc imbecilla & frigida,
in quibus idcirco percensendis permultùm lā
gueret oratio.De quibus ergo satis,atq; adeò
de toto opere,quod deo authore,ad suam ip-
sius gloriam,hucusque perduximus. Vtinam
aliquid ecclesiæ suæ emolumentum fecerim,
ad cōciliandas controuersias,quæ trigesimū
iam annum orbem Christianum deuexant,
Neque solùm oues Christi in diuersa sym-
bola dispergūt,verùm in arma etiamnum co
gunt. Tametsi quàm fuerint necessaria & san

Cæsaris iustissima arma pro fide tuenda.

cta,quæ Cæsar pro tuenda fide induit, Deus,
cuius causa agitur,clarissimis eius victorijs pa
tefecit.Faxit ipse,cuius perfecta sunt opera,vt
si alia non est commodior via,vel hac in oui-
le reducamur sub vno pastore,per quem spūs
sanctus,tum has discordias cōponere, tū etiā
turbas sedare tandem dignetur.Qui cum pa-
tre,& filio vnus est Deus, Cui laus est sem-
piterna .

FINIS.

APOLOGIA FRATRIS DOMINICI SOTO SEGOVIENSIS

Theologi, ordinis Prædicatorum, & Cæsareæ maiestatis Caroli quinti Imperatoris à sacris cōfeßionibus: Qua Reuerēdo patri Ambrosio Catharino, episcopo Minoriēsi de certitudine gratiæ respondet.



Catharinicō tradi zēdi studium.

ATALE ergo Theologis est, perq̄ reuerēde pater Catharine, vt nemini quicquā edere alia lege liceat, q̄, vt tibi sit illico responsurus, tuæq; ferulæ porrecturus manū: Nobis vel maxime, qui ob cōmune religionis institutū sanctiori te attingimˀ necessitudine. Hoc quippe societatis vinculō ita colere perseueras, vt nos vbiq; oēs lacessas, deque singulis verbis flagelles. Durißimā sanè, tam tibi, q̄ nobis prouinciā, mi pater colendißime, nemine tradente suscepisti, nulloq; cogente sustines, si veluti in publica specula omniū censor sedēs, quicquid in publicum prodierit, aut contra te scriptū putes, aut, nisi tuo insulto charactere, abire nō feras: vir alioqui christiani pectoris, atq; adeò indigni, cui ista cōtradicendi, detrectandiq; libido cōtigisset. Ab ipso enī statim tēpore, quo iam ætate prouectus ex iurecon-

Catharinus senex & iureconsultus adijt theologorum scholas.

sulto theologus de repente prodijsti, simul & audire cœpisti i scholis, & cōtra egregios scholarum doctores scribere. Nunc verò in hoc sacrosancto concilio constitutißimū habes, vt qui, te incōsulto, aliquid euulgauerit, te iudice, pœnas luat. Hæc nullatenus mei gratia cōmemorassem: nā etsi me tuis quoq; maledictis respersseris, paulò tamen mitius, q̄ alios soles. At cui tam refrigeuerit Christi charitas, qui nō te, pater admodū reuerende, earū admoneat contumeliarum, quas in optimū patrem Bartholomæum à Miranda coniecisti, propterea q̄ de residentia prælatorū diuersam à tua sententiam suadere tentauit? Quā tamen, vtcunq; tu contrà sentias, non solū maior, verum melior etiam theologorū pars semper sibi habuit persuasam: nempe iure diuino esse præceptā. Atqui poteras & tuam sententiā, etiā si falsa esset, munus tamen frigide colorare: & de calore ma-

Ratio Catharini refutatur cētera residentiam episcoporū de iure diuino.

ledicendi plurimū remittere. ¶ Etenim q̄d ad causam pertinebat, tua omnis cōfirmatio, residentiam non esse de iure diuino, hæc prorsus est, Quanuis episcopatus institutio sit diuina, tamen applicatio huius personæ ad hunc peculiariter episcopatū, munus est Pōtificis summi: modˀ ergo curæ & residētiæ determinatur ab eodē pōtifice. Quā porrò collectionē, mira culū est, vt habeas pro euidēti, cùm tamē neq; probabilitatē præferat in sensu, quo tu intelligis, scilicèt, quòd modˀ curæ nullo sit modo determinatus iure diuino. An putas, pater sapientißime, episcopatˀ duntaxat titulū sine re diuinitus esse institutū? Cùm Deus, inquā, creauit episcopatū, nū aliqua munera instituit illi cōnexa, ab episcopi functione indiuisa & inseparabilia? Quis ambigat? Nam aliàs statuendo episcopatum, nihil instituisset. Sicuti qui instituit regnum, aut quemuis alium magistratum aut dignitatē, certam sanè functionem erigit. Exempli gratia, An negabis episcopum iure diuino habere potestatem ordinandi, confirmandi, & aliorum id genus, licèt posit vsu p̄ culpa suspendi? Credo id non ibis inficias. Vel responde, quidnam Deus instituit quando instituit episcopatum? Non ergo consequitur, Authoritas est pontificis personam episcopi creare: ergo determinare, quam debeat habere curam & potestatē. Pari modo respondebunt tibi qui sustinent, residentiam esse de iure diuino. Nimirum quòd cùm prædicare, visitare, & cætera id genus sint annexa functioni episcopali de iure diuino (quæ commodè fieri nequeunt, nisi a b ipsa persona, cui iniuncta est cura) residentia ipsa est de iure diuino. Quid enim refert quòd Christus singulares personas addixisset singulis diœcesibˀ? an hāc curā remisisset pastori summo vel canonicè electoribˀ, postquàm præscripsit episcopi officia? Aequa ergo ratione iure diuino tenentur episcopi residere, ac si ipse creasset episcopos, Siquidē Papa nomine, & vice Christi per spiritū sanctū creat episcopū: quod tu nequis cauillari in verbo apostoli, In quo vos posuit spiritˀ sanctˀ episcopos, regere ecclesiā Dei. At Actu.20. responsio tua est, q̄ nō posse pastoralē curam præstari sine personali & assidua residentia, non habet euidentiam. Quam, rogo, exigis

euidē

euidentiam à theologo in huiusmodi moralibus disciplinis? An illam fortè quæ necessaria est mathematico? At hanc postulare non solum contradicere est Aristoteli, docenti, non esse à Philosopho morali eiusmodi demonstrationem requirendam: verùm stupidi est hominis euidentiores rationes in vnaquaque re efflagitare, quàm fert ipsius rei negotium. Si autem contentus ea es persuasione, quam morales philosophi, rerumque prudentes pro euidentia ducerent, profectò hanc persuasionem tibi facerent, præter experientiam, cùm euangelium, tum & probationes, quas à rerũ natura ratio naturalis colligit.

Aristot. 1. Ethicorum

Confutatio secundæ rationis.

¶ Atq; adeò similiter peccas alio enthymemate, Nullus est locus manifestus in sacra scriptura, vbi episcopi iussi expressè sint residere, ergo residentia nõ est de iure diuino. Nã profectò quando in tota sacra pagina nihil aliud legeremus, quàm quòd episcopi instituti sunt in pastores & prælatos, hoc ipsum sonat quòd sint residẽtes. Nam quid rogo est creare regẽ, eligere consulem, mittere prætorem in prouinciam, &c. quàm constituere hominem, qui personaliter administret huiusmodi munera & magistratus? Quantò magis hoc verum est in episcopo, cuius, cùm ipse sit, qui solus personaliter redditurus est rationem in die iudicij animarum, quæ Christi sanguine redemptæ, suæ sunt fidei commissæ, omnino necessaria est præsentia? Aliàs, quid opus fuisset Christo domino nostro instituere peculiares episcopatos, quod tu concedis, vt essent proprij pastores? suffecisset enim vnicum fecisse episcopum totius ecclesiæ, qui suos dimitteret in omnes orbis partes vicarios. Neq; verò ex hinc continuò sequitur, vt nulli sint casus, quibus quandoque posint episcopi sede sua abesse, præsertim aothoritate põtificis maximi, cuius est, in similibus necessarijs casibus ius interpretari diuinum. At non est modò animus tractandi hanc cõtrouersiam. Neque abrodere nunc volo, quæ sum in hãc causam meditatus: dabit enim deus proferendi opportunitatem. Sed retuli exẽpli gratia hanc tuam argumentationem, vt ostenderem, quo vtaris Achille. Quam profectò, etiam si Achilles esset, non debuisses hoc tempore in pugnã mittere. Tempore, inquam, quo episcoporum absentia à suis sedibus, tam est ecclesiæ perniciosa, debuisses potiùs ab huiusmodi abstinere disputatione, quàm eorum obligationem extenuare. Tantum abest, vt hominem, qui in concilio verisimiliorẽ, & ecclesiæ commodiorem partem defendebat, tam atrociter insimulare, & obiurgare licuisset. Homini, inquam, quem tu vsu & cõsuetudine noueras doctum, catholicum, pium, grauem, modestum, honoris minimè ambientẽ, nemini nocuum, cunctis denique christianis moribus imbutum, perinde ac si antithesim suorum morũ perfecisses, sic tertio quoq; verbo contraria horum vitia, & probra impingis: atq; eadem citra scomma quidẽ vllum, sed (vt à peiori verbo temperem) significantius, q̃ vt ego præ pudore referre ausim. Ais statim in epistola concupisse hoc loco, vt pectus fenestratum (quod Socrates aiebat) tibi contingeret, quò perspicua esset omnibus charitas, quã amico erga omnem fratrẽ geris. Ad contuendã quidem charitatẽ tuam, nulli opus est fenestra pectoris tuiinã cur nõ ardeat episcopus charitate? Sed in hoc certè optaremus tuum fenestratum pectus, vt intueremur quonã amplexu maritari charitati valeat tanta verborum amarulentia. Suscipio admonitionem tuam, q̃ monacho non liceat episcopum reprehendere, sed errata lugere: nihil ergo reprehendo, sed lugeo: & (quod aliuæ licuit) respõdeo, cur nõ cædis: Quod demũ ais, te in gratiã & gloriã Synodi hæc scripsisse, iudices sunto, qui leniori sunt, æquiorisq; perinde ingenio. Nã ista à te summota corrixatio & tam acris obiurgatio nõ potest, & inter catholicos, & in Synodo non esse scandalosa. Quod verò demũ addis, nõ fuisse Patribus per Reuerendisimos Legatos liberum hoc punctum, tam modò ecclesiæ de necessariũ, in Synodo disputare, an scilicet residẽtia esset de iure diuino, tu tecum ipse reputa, quàm manifestario testimonio, si vlla ubi esset habenda fides, partes ageres hostium Synodi: sanè cui imponunt, nõ esse in illa integrã libertatem. Sed de his satis: ego enim haud ita credo. Et vbicũque cõciliũ sit, suscipio, amplector, & veneror.

Quo status causæ & controuersiæ constituitur. CAP. II.



D meam autem causam vt descendam, optassem magis, vt mihi per te licuisset cum nemine vnquam litigasse (quod semper hactenus habui constitutisimũ) quàm tecum pater spectatisime, congredi. Porrò cuius maluissem personam ob tuam religionem & episcopalem dignitatem semper revereri, quàm opiniones vnquàm, vel legere, vel audire. At verò, vt paulò antè dicebam, adeò te existimas ab omnibus impeti, vt me

etiam potueris de meo proposito dimouere. Atqui diu mecum consultaui, responderem ne tibi, an silerē potiùs. Enimuerò vix iniri potest concertatio vlla, vbi stylus ipse contradicendi non aliquid pariat, vel amaritudinis, vel saltē asperitatis: quæ vt ab ingenio christiano procul esse debet: ità meo certè est ingratissima: potissimū aduersus episcopū. Haud enim nescio isti vestro ordini, à maximo vsq; ad minimū, quātus sit habēdus honor. Et potuissem præterea tua oīa in me opprobramenta ingenio tuo cōdonare: qui religionē arbitraris tali atramēto contra oēs scribere, quotquot tibi videntur errasse. Atqui errant apud te vniuersi, qui abs te quoquo pacto dissident. Præsertim ꝙ, vt paulo ante dicebā, hæc nostra catholicorum, quā molitus es, cōcertatio nō omnino refert, quæ esse deberet, animorū concordiā. At tamen cū iudicio isto meo (vtcūq; sit tuo inferius) in eadem etiānum hæreas salebra de certitudine gratiæ, quā S. Synodus condēnauit, nō potui, nec credo, debui, censuram tuam sine responso dissimulare. Eo præsertim, ꝙ cū me ita infamaueris, vt qui falso nōnullis ea impinxerim Catholicis, quæ nullus eorū vnq̄ dixerat, rebar actum à me iri hoc à te datū scandalum, inter eos nimirū qui Synodo nō interfuerant (synodalibus enim res est contra te oculatissima) nisi has ego sordes eluerem. Patefacerem, sq̄ nihil ego effingerim: sed publicā manifestariamq; historiā denarrauerim, cui vel tu ipse palàm etiānum attestaris. Hanc deniq; nostrā apologiam, si eo recipias Christiano pectore, quo à me proficiscitur, efficere tecum possem (quod maximè cupio) vt tuū istum detractandi, vel animū poneres, vel stylū saltem moderares. Patere tantisper, dū id ostendā, quod dixerim, te perdurare in sensu dānato per Synodū. Haud enim te inter Lutheranos censeo, senē, quē sum semper vt Catholicum veneratus: at alium sensum retines: mitiorē quidē, falsum tamen. ¶ Sed quo rem à prima linea exordiar, liber noster de natura & grat. ad tuum delatus tribunal, totus displicuit. In quatuor verò postremis capitulis tertij libri tractauerā de certitudine gratiæ: quæ longissima omniū fuit disputatio, & molestissima in sancto concilio. Et quia non simplex, verùm duplex fuit controuersia, duos ego sensus discreui, q̄ potui pro ingenio meo luculentissimè. Primus erat Lutheranorum: qui ideo astruūt vnumquēq; esse certum suæ gratiæ certitudine fidei, ꝙ docēt eandem gratiam ex nullis nostris operibus dependere: nec tanquā ex dispositionibus: sed apprehēdi sola fide catholica: qua credimus promissiones Christi veras esse & certas. Atq; adeò quanta certitudine credere tenemur, Deū esse veracem, credere etiā (aiunt) astringūtur singuli iusti, se esse in gratia. Quē sensum nemo vnquam in cōcilio addubitauit esse falsum: neque discutiebatur, nisi vt explicatiùs condēnaretur. Alter verò fuit sensus eorū, qui, tāquam catholici, cōfitebantur, depēdere modo dicto gratiā, ex operibus nostris, nihilosecius, posse hominē lege cōmuni certū fieri, certitudine excludente oēm prorsus dubitationē, se esse dispositum, esseq; subinde in gratia constitutū. Atq; id quidem testimonio spiritussancti: de quo loquitur Paul. ad Rom. 8. vbi ait ꝙ Spiritussanctus testificatur spiritui nostro, quod filij dei sumus. Horū autē catholicorū, postq̄ tu tātopere tibi hunc titulū, honoris gratia, vsurpas, lubentes concedimus, fuisse te Coriphęū. Ego verò non solùm alia, mitioriq; nota subnotaui Catholicos, quàm protestantes, verū & diuersis quoq; argumētis contra ipsos vsus sum. Tu autē contra, duos edidisti tractatulos, ambos quidē mihi obuersos, sed tamē primū, ais, te antequam librum nostrum videres, absoluisse, alter verò est, quo contra me propriè causam agis. In vtroq; querela tua est, & stomachus, ꝙ ego catholicos cum maximo scandalo & iniuria infamauerim. Siquidē non solùm in primo mēbro aduersus Lutheranos cōuenimus, nēpe quorum sensum summo cōsensu refutamus, verùm & in altero nulla erat, inquis, Catholicorū dissensio. Nisi quòd ego perplexè inconstanterq; locutus, voluerim verbis propriè dissilire ab alijs. Ob idq; in primo tractatu statim proponis facillime te diuinasse, verba decreti aliter plerosque accepturos, q̄ fuerat mens sanctæ Synodi. Et in altero cōtra me propriè, ais, me impingere id Catholicis, quod à mente & cogitatione eorum semper fuit alienum. Et subdis dolere te, non tibi per nos licuisse, nostrum videre librum, antequā ederetur. Intellexissem enim in nihilo te, non aliter q̄ nos rem sentire. Atq; inde orsus, acerrimā in nos instruis pugnā. Ego verò, pater colendissime, antequam ad singula ex ordine respondeam, explicare conabor, quantum inter nos discriminis, non solùm extiterit, sed, vt videò, modò etiā existat. Ac deinceps breuissimè aperiā (confirmādo ea, quæ latissimè in libro nostro cōgessimus) falsum esse sensum in quo perduras, &, vt ego credo, diuersum à mēte Synodi. Deniq; tertio loco, vel singula, vel præcipua capita tua dissoluendo persequar. ¶ Igitur vt missum faciamus Lutheranorū sensum in quo repellēdo summa est nobis cōcordia, dis-

Errat de certitudine gratiæ.

Exordium.

Roma. 8.

Querimonia Catha.

Distributio Apologiæ.

Diuisio.

dia, dissensio, quam inter tuam, meamq; mentē, nullā extra verba esse existimas, hæc est in re maxima. Porrò, quòd tu arbitraris, posse fieri hominē certum suæ gratiæ, certitudine, quæ licèt non sit æqualis fidei catholicæ, sit tamē vera fides, id est, omnē prorsus dubietatē excludens: atq; id quidē lege communi: nēpe testimonio illo, quod, autore Paulo, Spiritusſanct reddit spiritui nostro, qđ sumus filij Dei. Hoc ego verò, salua pace & authoritate tua, credo esse omnino falsum. Non possum aliter sanctam, quā arbitror, veritatē enuntiare. Quòd si pergis, vti facis, id de omnibus vniuersim iustis affirmare, apertè pugnas cum communi Christianorum sensu. Imò iterum atq; iterū, aio præter eos, quibus sanctissimis hominibus Deus propriè id indulserit priuilegiū, neminē esse certū suæ gratiæ per assensum, qui mereatur nomē fidei, hoc est, qui prorsus omnē tollat dubietatē, extinguatq; omnē metum, vsq; ad minimam particulam. Hęc si explicauero, palàm fiet, quàm gratis tot mihi pplexitates, falsitates, & ignorantias, de me toties admiratus, exprobraueris, quamq; fuisset tibi consultius, decedere de propria opinione, vt alij omnes fecerunt: & simpliciter auscultare, vt iacet, decreto Synodi. ¶In hac autē explicatione nō multa repetam eorum, quę in tractatu nostro protuli: esset eīm fastidiosum audire, sed ea tātùm, quæ in gratiam propriè tui fuerint operæpretium. Non inquam, tam incumbam veritati asserendæ, vt quæ illic satis est confirmata, quàm tuæ repellendę exprobrationi. Tu ergo, pater obseruande, quia quam semel concepisti, opinionem, nulla ratione euellere animo potes, illo potissimùm loco Pauli fulcire eam persistis, vbi ait, Spiritusſanctum testimonium reddere spiritui nostro, quòd filij simus & hæredes. Inde enim hanc tu instruis paralogizationē statim in primo tractatu, Testimonium hoc Spiritusſāncti fide accipimus: & cùm sit testimoniū Spiritusſancti, validūest: & cùm sit validum, certum facit credentē, qui nouit illū: & ita certum, vt sit infidelitatis titubare. Testimonio enim Spiritusſancti subesse falsum nō potest. Quare cōcluditur, ais, quòd homo potest esse certus suæ gratiæ: atque hoc certitudine fidei, & eius fidei, cui non potest subesse falsum. Verba tua sunt ad literā: q̄ licèt inter argumēta proponendæ quæstionis ponas, tamē certissimò credis, syllogismum concludere, adeò vt in ambobus tractatibus frequentissima inculcatiōe illum repetas. Ob idq; duos fidei assensus hac ratione discernis: scilicet, quòd alius sit assensus fidei, cuius certitudo sumitur ex obiecto: nempe qui de ijs fit, quæ ab Ecclesia proposita sunt, vt credantur. Qualia sunt omnia scripta in sacra pagina. Quam quidem fidem oēs agnoscimus esse catholicam, hoc est, vniuersalem, vniuersisq; necessariā. Alius verò est assensus fidei, cuius certitudo sumitur ab interno lumine Spiritusſancti testificantis, q̄ filij dei sumus. Et hæc, inquis, licèt, nō sit tāta, quanta est fides catholica, est nihilominus vera fides, oēm prorsus dubietatem excludens, eò q̄ est à spiritusancto. Et quoniam in hac vocula, tāta, vel tua, optime pater, vel mea subest fallacia, vide quomodo negas, hanc fidē esse tantā, quanta est catholica. Hac enim sola ratione id negas, quia non est tam vniuersalis, vt eius obligatio vniuersos cōplectatur. Item non tanta, quia non eadem via sumitur eius certitudo, scilicet, ab obiecto per Ecclesiā proposito. Cæterùm tanta est in effectu: nempe quia omnem dubietatem tollit, ab animoque abstergit, velut fides catholica. Quandoquidem ratio tua est, quòd sit ab eadem diuina causa, qua fides catholica: vtpote ab Spiritusancto. Itaque si rem tecum bene reputas, solùm negas esse tantā extēsiuè (vt verbis philosophorū vtamur) tantam nihilominus concedis intensiuè: seu, si mauis, effectiuè. Nam intentio, etiam fidei catholicæ, cumulatior esse potest in vno, quàm in alio, iuxta illud, Adauge nobis fidem. Quòd si ista verba non placent, retines saltem paritatem in hoc effectu, quòd neque minimum scrupulum dubietatis relinquit, sicut fides catholica. Ita enim expresse, ais, in tua declaratione, his verbis, Et ideo non vocamus hanc fidem catholicam, id est, vniuersalem, sicut accipit beatus Athanasius, sed est fides particularium sententiarum. Et subdit, Et falsissimum est, quòd homo ex lumine fidei non pōt aliud cognoscere, quàm quod ab ecclesia est determinatum. Hæc tu. Differt ergo apud te solùm hæc fides, sicut particularis ab vniuersali, in certitudine autem æquiparantur. Itaque vt adæques fidem propriæ gratiæ, lege communi illi quæ est ex priuilegio. Ego verò, &, vt reor: quotquot rem oculatissimè perspexerint, longissimè aliter sentimus: Porrò quòd præter fidem catholicam, & specialem illam reuelationem, quæ ex priuilegio sacratissimæ Virgini, nonnullisque alijs sanctissimis facta est, nullus assensus, etiam si communi testimonio Spiritusſancti sit ingenitus, illum pertingit gradum, vt omnem prorsus dubietatem adimat. Et ideo aio, non mereri nomen fidei, nisi more humano: scilicet, quemadmodum homines ciuiliter loquun-

Roma. 8. Paralogismos Catha. Duplex fides catholica. Tanta fides. Luce. 17.

loquuntur de fide:& de securitate. Explicabo me adhuc amplius:quia citiùs patiar tibi videri prolixus, quàm implexus. Agnosco cum omnibus Christianis, aliàs essem hæreticus, quòd cuicunque venienti in gratia Dei, Spiritussanctus testimonium aliquale reddit suæ in Christo regenerationis:modò minùs, modò maius, prout quisque proficit in via Dei. Assensus tamen instillatus ab Spiritusancto, nonnunquam, puta in hominibus tepidè conuersis, adeò est remissus, vt neque magna, sed tenuis sit opinio. Crescit autem crescentibus indicijs, puta dulcedine interna diuinarum rerum, & firmitate propositi in bono, &c. Nunquam tamen (citra speciale priuilegium) eo vsque firmatur, vt omnem abradat penitus scrupulum: nisi vt simus certi more loquendi humano, vel (quod philosophi morales dicerent) moraliter. Homines enim in conuersatione ciuili dicimur firmiter, & certissimò credere, quando nulla est verisimilis ratio dubitandi. Exempli gratia, Certissimò credo, securusque sum, quòd extat Roma: nihilominus hoc iureiurando non affirmassem: quia fieri potest, vt iam modò non sit. Securus etiam sum & tutissimus, humano more loquendo, quòd amicus, quem ante horam sanum vidi, viuat modò: non tamen id iurassem, quod tamen facerem de articulis fidei. Neque verò, si quis mihi contrarium diceret, omni proculdubio affirmarem. Quia ista credulitas non diluit omnem suspicionem. Et ideo Aristoteles non distinxit fidem hanc ab opinione. Ita prorsus dico de testimonio Spiritussancti lege communi, quòd sumus filij Dei. Imò vtinam ego aliquando ad tantam certitudinem peruenirem, quantam habeo quòd extat Roma: quæ tamen non est nisi intensissima opinio.

Fides moralis.

¶ Antea verò quàm hæreticum me appelles, negâtem, testimonium Spiritusancti efficax esse ad ingenerandam fidem, quæ deleat omnem dubietatem, animaduerte, quæso, expositionem meam, quam explicatissimè scripsi in tractatu meo. Ad hoc vt generetur in nobis assensus fidei tollens omnem hæsitationem, non satis est, quòd sit ab Spiritusancto, sed requiritur, quòd certitudinem habeamus esse ab Spiritusancto. Et ideo, vt ego illic referebam ex Sancto Thoma, & theologis, duo concurrunt ad assensum fidei, scilicet lumen internum inclinans nos, & præterea authoritas diuina alicuius proponentis, hoc esse reuelatum à Deo: qualis est autoritas in ecclesia proponente sacras scripturas. Cùm autem Spiritussanctus internè vnicuique per indicia, & quas tu vocas circunstantias, reuelat statum gratiæ, adest quidem prima causa certitudinis, scilicet internum lumen, à quo qui manat assensus, non potest esse falsus. Quia tamen habere non possumus certitudinem, quòd ista intrinsecus reuelatio sit à Spiritusancto (quoniam non est authoritas Ecclesiæ proponentis, nec Dei certò affirmantis quòd ipse sit, qui reuelat) ille assensus non tollit omnem dubietatem. Non quòd Spiritussanctus id non posset, si vellet: absit enim tam ingens blasphemia: sed quia ita nobis loquitur, vt nobis non constet, eum esse, qui loquitur. Quandoquidem Angelus Satanæ transfiguret se in angelum lucis. Neque certiùs reuelat nos esse in gratia, quàm per coniecturas, quas hæretici homines nonnunquam ex leuitate, & ignorantia, tam sibi habent apparentes. Accipe aliud exemplum. Si Christus seruator noster nunc in forma humana indignissimo mihi appareret, & antequàm mihi aperiret se esse Christum affirmaret aliquam veritatem, certè nihil aliud quàm opinionem mihi faceret: licèt quicquid dixisset, verissimum esset. Postquàm autem certò retegeret se esse Christum, perinde omnia quæ mihi diceret crederem, atque articulos ipsos fidei. Ex hinc falsitas appareret illius, quod ais in tractatu secundo, nihil prohibere aliquem de aliqua re habere notitiam à certitudine fidei, & tamen eundem nõ cognoscere, vtrùm à lumine fidei illud veniat. Imò, aio ego, quòd in his quæ sola reuelatione Dei constant, nemo potest certiùs nosse hoc esse verum, quàm nouerit hoc esse reuelatum à Deo. Atqui ex hinc palàm constat differentia inter priuilegiatos, & illos qui de communi lege recipiunt testimonium Spiritussancti, quòd sint in gratia. Illi enim ita percipiunt reuelationem, vt certissimò illis constet, illud esse reuelatum à Deo: Deo tunc faciente per se, quod modò facit per Ecclesiam. Siue reuelatio sit inhærentis gratiæ, siue alterius rei, vt futuræ victoriæ. Nobis autem, quibus communi lege fit reuelatio, nõ id constat certitudine fidei, maioris, quàm quæ habetur per coniecturas, quòd ille spiritus, qui nobis loquitur, est Spiritussanctus. Atque hoc est inter nos punctũ discriminis, quòd tu parem facis reuelationem communem, illi, quæ est ex priuilegio. Nihil curo de intensione: nanque etiam illa maior fuit in Virgine, quàm in Paulo. Sed saltem in hoc, quòd pellit omne dubium. Quod ego: imò

Requisita ad fidem.

Exẽplum de Christo.

Reuelatiõ priuilegiã.

Punctũ discriminis.

verò

verò Synodus pernegat. ¶ Quò ergo ad causam propiùs accedam, vbicunque ego affirmo, neminem certum fieri posse suæ gratiæ tanta certitudine, quanta est fides catholica, sed solùm humano modo, nõ solùm nego de quantitate illa extensiua ex parte obiecti, scilicet, quòd non possit esse tam vniuersalis certitudo de hoc, quàm est eorum quæ proponuntur ab Ecclesia (de hoc enim nihil disputabatur) verùm dico quòd in effectu nõ potest esse tanta. Hoc est, quę tollat prorsus omnem dubietatem: qualis est effectus fidei catholicę. De quo penitus sensu agebatur inter theologos & Patres: & nos modò te negante, discordamus. Itaq; tu duas lege communi ponis fides: scilicet catholicam, atque hanc specialem: quæ quum apud te omnem tollat dubietatẽ, fides tibi est proprijssimè. Ego verò tantùm vnam, scilicet, illam quæ est catholica, & quãcunque aliam ex priuilegio: vbi Deus certò reuelat, suum esse testimonium: quæ quidem in certitudine non differt à catholica: sed in hoc, quod non est vniuersalis. Nisi forsan fuerit proposita ab Ecclesia. Qualis est illa, Aue gratia plena. Illa autem, quam tu ponis, peculiaris de cuiusque gratia, lege communi, non est fides, sed opinio: magis minusúe intensa: & quæ in prouectis sanctis tollit dubietatem. vt more humano dicamur per illam certi. Quò fit, vt quando ego cum omnibus theologis dixi illam tantùm esse propriè fidem, cui non potest subesse falsum, non intelligebam (vt tu fingis) quòd debeat esse de obiecto necessario, sed quòd in sensu composito, etiam si sit de contingenti, non stet quempiam sic assentiendo decipi. Quod est, talem assensum omnino tollere dubietatem, faciẽdo hominem certissimum. Et vt opposita iuxta se posita clariùs elucescant. Disputant veteres Græci philosophi, an accidens quantitatis res distincta sit à substantia, sicuti color. Illa autem propositio necessaria est, si est vera: & impossibilis, si est falsa. Sed quia assensus ille, quantitas, alia res est, quàm substantia, non tollit omnem dubietatem, dicimus quòd sic, aut cõtradictorio modo assentiens, potest decipi. Quare vtraque pars est opinio. Eodem modo loquimur de hac cõtingenti, Ego sum in gratia. Si enim hoc mihi Deus reuelaret speciali priuilegio, vti Paulo, esset certissima fides: cui non posset subesse falsum. Quum autem mihi communi lege reuelat Spiritussanctus per dulcedinem mentis, quam mihi instillat, vel per alias coniecturas, quibus conijcio habitare in me eundem spiritum, licet, sub conditione loquendo, necessarium sit, quòd si assensus sit ab Spiritu sancto, idem sit verus, tamen quia non certò cognoscimus esse ab illo, dicimus quòd potest huic assensui subesse falsum. Enimuerò similibus cõiecturis possem decipi. Et quòd hic fuerit sensus S. Synodi, infra faciemus manifestũ. Postrema expositionis nostræ particula sit, quod cùm assensum Spiritussancti apello fidem humanam, non intelligo humanã ex parte causæ, quod per se cuicunque, præterquam tibi est manifestissimum. Video enim causam esse Spiritumsanctum. Qua ratione si quis dicat eam diuinam & fieri more diuino, nihil renuo, sed nuncupo humanam, quia certitudinem habet, & dubietatem tollit, modo loquendi humano, & ciuili, Scholastici dicerent, fidẽ esse moraliter, nisi quod verbum nõ est vsque adeò latinum in hoc significatu. Ad hoc enim vt simpliciter dicatur diuina in modo tollendi dubietatem, exigitur præterquàm quòd sit à Deo, vt constet reuelationem fieri à Deo.

Tanta certitudo.

Cui nõ potest subesse falsum.

Exemplum.

Fides humana.

Quo vera sententia confirmatur.

CAP. III.



HAC prælacta explicatione, pergo: vt ea quæ prælocutus sum, confirmem: non quidẽ argumentis pluribus, si quidẽ in tractatu proprio cumulaui plurima. Sed hac tecũ, pater doctissime sola interrogatione agam. Quando Paulus docet Spiritumsanctum reddere testimonium spiritui nostro, quod sumus filij, & hæredes, nunquid de vniuersis hoc censet, qui sunt in gratia Dei? Credo non negabis: quoniam generaliter videtur loqui. Quinimò tu in enarratione cuiusdã loci diui Bernardi, & inferiùs recitando aliud testimonium diui Ambrosij, & sæpe hoc contra me obseruas, quòd de omnibus existentibus in gratia illud intelligatur, apertè asseris. Hoc autẽ, quod tu mihi obmoliris, gratissimè suscipio, vt apertissimè vel te deuincam, vel meam prodam inscitiã. Interrogo mox ergo, An quotquot sunt in gratia contendas habere tantam fidem se esse in gratia, vt nullam prorsus habeant dubitationem, sed sint prorsus certi atque adeò securi, quòd pro illo tunc instanti sunt Deo accepti? Si hoc tu pater circunspectissime, mihi concedis, non amplius tecum disputo, sed me causa cecidisse fateor. At verò, præterquàm quòd talis error expressè nũc est damnatus à sancta Synodo, vt infrà palàm ex decreto cõuincam

Interrogatio.

uincam,mittam te ad vniuersum Christianismum,si ita te prędicantē ferant.Sunt em̄ pleri que ancipites:quinimò vix sunt q nō habeāt dubitatiunculā aliquā,& meticulum,quo fint statu apud Deum. Sunt, inquam, complures egregia sanctitate:scrupulosi tamē: qui nunquam sunt sine metu:plus nimiū tenaces Gregoriani verbi,quòd timorati animi sit,ibi culpam agnoscere,vbi culpa nō est. Mitto alios tepidos homines cōflictantes cum carne,modo cadentes,modò resurgentes:qui nonnunquam sunt in gratia,& tamen mentitissimò dubitāt de statu suo, quousq; magis proficiant. Vade ergo & concionare sic inter istos,Quot quot sunt in gratia,sunt certi absq; vlla dubitatione se in tali esse statu,& ideo quotquot dubitant,extra gratiam sunt. Euidentissima em̄ est consequentia ex contrario cōsequentis ad cōtrarium antecedentis. Credo pater prudentissime,nunquam ita concionaberis:nā talem concionatorē arbitror fustibus exterminaret populus. Profectò, si quotquot aliquo pacto hæsitant de sua gratia, illa vacant, miserrrima esset hac parte humana conditio. Nūquam ergo dabis hoc, credo. Sed quod optimo iure meo assumere ego possum, tu quoq; largiris: nēpe quàmplurimos esse in gratia,de qua tamen vtcunq; dubitant. Colligamus ergo argumētū ex his duobus assumptis. Quotquot sunt in gratia,recipiunt aliquale testimonium Spiritussancti,maius minusve: nō autem oēs certitudinē habent suæ gratiæ, tollentē omnē dubietatē:nō ergo in vniuersum testimoniū Spiritussancti validum est ad generandā proprię fidem:id est,quę omne expungat dubiū. Vis palàm rē audire ab Augustino? Id quod Paulus dixit Spiritumsanctū testificari filijs Dei,ait ipse, charitatem foras mittere timorē: Non autem ait, Omnis charitas, sed perfecta charitas,foras mittit timorē. Nihil ergo vetat charitatem esse cum aliqua formidine: atque ideo cum aliqua dubitatione.Infractum ergo est tibi hoc argumentum,vt non amplius ex hoc duntaxat medio concludas,assensum aliquem propriē esse fidem tollentem omnem dubitationem,ꝙ scilicet productus est ab Spiritusancto.Neq; illo nos amplius loco Pauli diuexes.Anteà ergo quàm ad alias probationes tuas descendam,repetam Achillem tuum, cuius supra memini.In principio enim statim prioris tractatus,citans locū Pauli,quòd Spiritus sanctus cōtestatur spiritui nostro,subdis, Hoc autem testimoniū proculdubio fide accipimus.Si intelligis,quòd fide accipimus verbum Pauli,scilicet,quòd Spiritussanctus contestatur spiritui nostro,verissimū est:nam fide accipimus omnes scripturas sacras:sed hoc nihil ad causam.Si verò ais,quòd assensus,quē Spiritus lege communi suggerit,sit proprie fides,falsum est:neq; probabis vnquam.Subiūgis enim.Et cùm sit testimonium spiritussancti,validum est.Hic iam ruit tua ratiocinatio: nam si vniuersim intelligas,vti facis,quòd omne testimonium spiritussancti est validum ad generandum fidem eliminantem omne dubium,falsum iam id esse probauimus.Et tu falsum certè suspicabaris.Nam subnectis.Et quū sit validum,certum facit credentem,qui nouit illum,& ita certum,vt sit infidelitatis titubare. Vbi nō simpliciter infers, quòd sit per se validum facere certum omnem iustum,sed eum qui nouit illud.Id quod ego ingenuè concedo:sed tamen eo modo quo quis nouit, testimonium esse spiritussancti, agnoscit se esse in gratia.Addo ego nihilominus cōtra te, quòd quum nemo sit omnino certus, testimonium illud internum esse ab Spiritusancto,fit,vt neque sit penitus certus,quòd sit verum.Quocirca nulla est infidelitas habenti gratiam,titubare.Quoniam,licèt testimonio Spiritussancti non possit subesse falsum,haud tamen constat esse spiritussancti.¶ Sed ais,nō omne testimonium diuinū esse vsq; adeò validū,neq; facere talē fidē,sed vbi homo examinat conscientiā suam,& perpēdit oēs circunstantias & coniecturas inexistentis gratiæ.Tunc enim autore Augu.perfecta charitas foras mittit timorē.In primis iam nō tibi cōstas:siquidē ex vna parte(vt antea citabamus)identidē repetis,ꝙ omnibus existētibus in gratia, spiritussanctus testificatur:atq; ex altera modò confugis ad certas circunstātias.Præterea neq; hoc perfugio, satis es tutus.Nā sunt plurimi,vt illi quos theologi vocant insipiētes,qui tam plenas in se cōiecturas nō sentiūt,vt ois expungatur illis ratio titubādi.¶ At cò progrediamur,vbi me credis confodere.Saltē in prouectioribus habentibus vehementes cōiecturas,& indicia Spiritussancti,efficax est testimoniū diuinū,vt omnē tollat titubandi causam,atq; ideo faciat certissimā fidē.Hic enim subest pūctū cōtrouersię. Vbi respōdeo,ꝙ licèt eò possit quis ꝑ gratiā Dei ꝓmoueri sanctimonia & rebus Christianē gestis,vt habeat pacatū animum, credēs se esse in gratia dei, illa tamē nunq̄ est nisi mora lis certitudo:quā ego dicebā humanā.Quę ita sedat animū,vt illa intēlissima opinio,quā nos homines vocamus fidē,cuius exēpla ante apo nebam. Dicimus enim nunc certò credere qui Tridenti degim⁹ extare Romā. Et hoc modo perfe-

Argumentū contra Catharinū.

August.

Repellitur argumentū Catharini.

Cauillus Catharini.

perfecta charitas foras mittit timorē, lege cō-
muni. Imò quisnā ad tam excelsum gradum
certitudinis, ex hominibus etiā rarissimæ san-
ctitatis, de sua obtenta gratia cōscendat? Neq;
alio argumento opus est præter experientiā.
Experimento enim cōperimus, nōnullos hæ-
reticos ob suam leuitatem, & ignorantiam, &
quam ostentant sanctimoniā, tanta esse ani-
mi serenitate & certitudine se esse in gratia
(hanc ego appellabam certitudinē ex parte
subiecti) quanta sunt multi catholici. Quo enī
pacto maior potest significari charitas, quàm
vt animā suam ponat quis pro Christo? & ta-
men sunt multi, q in sua hæresi pertinaces gla-
dio occūberent. Porrò autem neminem hacte-
nus audiuimus catholicū prudentē, qui ita cer-
tus assereret se esse in grā, vt vos dicitis. Quin-
imò tu ipse interrogatus (vt audiui) an esses
ita de te ipse certus, nō ausus es affirmare. Sed
respondebis, Id te propter modestiam siluisse.
Profectò si ea certitudine posset quis assequi
se esse modò iustum, quæ omnē tolleret dubie
tatem, nulla esset superbia ita de se affirmare:
maximè quòd (vt tu ais) citra maximā sancti
tatem, hæc certitudo haberi potest. Quum ta-
men cōtra, vt ego in tractatu meo dicebā (ad
quod argumentum cuperem respōdisses) ea
sum mente, vt neq; inter Lutheranos credam,
præter stupidos, quēpiam esse, qui tanta certi
tudine se iudicet esse in gratia, quantā ipsi
prædicāt habere omnes iustos. ¶ Imò age, per
pendamus, quæ in secūdo tractatu ais, scilicet
nō requiri ab ijs, qui hanc tuā certitudinem ha
bent suę gratiæ, vt se pro illa exponant mar-
tyrio, aut iureiurando id asserāt. Si quis est cer
tus absq; vlla dubitatione se esse in gratia, cur
non ei licebit iurare? Profectò si quis mihi in-
tentaret mortem nisi iureiurando asserem es-
se in gratia, & vera esset tua opinio, licitum mi
hi esset iurare, vt me seruarem. Sicuti licitum il
li esset cui speciali priuilegio de sua sibi gratia
constaret. Nemo est tamen in orbe iustus &
prudens, qui ita iuraret. Quinimo omnes dice
rent se ita credere, nō tamen tam certo, vt iura
re id possent. Rursus si tyrānus mihi cōminare
tur mortem, nisi negarē me esse in gratia, nun
quid nō potius mori deberem, quàm mentiri?
Si tua tamen verum haberet opinio, menda-
cium esset id negare. Igitur tunc esse deberem
martyr. Reliqua argumenta latissimè patent
in tractatu proprio.

Martyr. & iureiur.

Quo ad priorē tractatū Reuerē. Catha rini respondetur. CAP. IIII.



T quo firmiora hæc fiant
& lucidiora, ad tua, optime
pater, argumēta descendo.
In priori tractatu postquā
illo syllogismo, quem pau
lò ante eneruabā, colligis
tuam cōclusionem, scilicet
quod homo potest lege cō
muni esse certus suæ gratiæ certitudine tollen
te omne dubium, confestim annectis exposi-
tionem noni capit. decreti de iustificatione.
Quod cùm totum apertissimè cōtra te faciat,
postremam tu tamen particulam assumis tuo
iudicio exponendam. Hanc priùs videamus,
deinceps adnotabo verba, quæ tu prætermi-
sisti. In calce cap. sic habet decretum, Sicut ne
mo pius de Dei misericordia, de Christi me-
rito, deque sacramentorum virtute & effica-
cia dubitare debet, sic quilibet, dum se ipsum,
suamq; propriam infirmitatem, & indisposi-
tionem respicit, de sua gratia formidare & ti-
mere potest. Hactenus (inquis) nihil est in cō
trouersia apud catholicos. Ego verò ostēdam
opinionem tuam huic particulæ aduersari.
Sed adiectum est, inquis, cùm nullus scire va-
leat certitudine fidei, cui non potest subesse fal
sum, se gratiam Dei esse consecutum. Et quia
tu ab hoc postremo membro orsus es, tuum
ipsius sequamur ordinem. Atqui imprimis ex
positionis gratia arguendo percontaris: cùm
multi ex priuilegio talem habuerint certitudi
nem, vt beata virgo, & alij sanctissimi, cur nō
fuerint excepti. Omnes procul dubio præter
te vnum respondebunt, nulla fuisse opus ex-
ceptione: eo quòd per se esset notissima, talis
in Deo potestas. Quinimò sacra pagina ex-
pressè haberi huiusmodi reuelationis priuile-
gia, vt, Aue gratia plena: dominus tecū. Et de
Magd. Remissa sūt ei peccata multa. & alia id
genus. Syno. autē tm̄ definiuit illa, de quibus
dubiū aliquod esse pōt: de priuilegio aūt ne-
mo potest dubitare. Tu autem, vt tibi cōsulas,
hac nescio quibus rationibus reiecta respōsio
ne, quæ omniū fuit mēs Patrū, nouā, atq; inau
ditam cōmentus es. Videlicet, Synodū nō me-
minisse eorum priuilegiorū, neq; opus fuisse,
propterea quòd eiusmodi fides peculiaris ex
priuilegio nō est fides, cui nō pōt subesse fal-
sum. Eo quòd est de re contingēti. Quare licēt
sanctus, cui sit talis reuelatio, non fallatur, pos-
set tamen falli. Cùm ergo Synod. censet nemi
nem posse esse certum suæ gratiæ, fide, cui nō
potest subesse falsum, decretum, inquis, nō at-
tingit illos. Atq; hoc tibi respōsum præpara-
sti, vt similiter respōderes de tua peculiari fide
quam

Expositio de creti.

Cōmentum Cathar.

quam asseris habere posse vnumquemlibet iustificatum lege communi:scilicet,quòd nõ excluditur per verba Synodi. At verò nemini vnquam fidem facies huius tui confìcti responsi. Quis enim dubitet,quin S.Synod.palam denegetomnem fidem,quæ omnem abigit contrariam opinionem? Per hoc enim quod ait, Cui non potest subesse falsum,non designat(vt supra exponebamus) necessitatem propositionis,sed talem fidem,per quam certus fit assentiens,quòd non sit possibile,se, dum per eam assentit,decipi:quod est dicere,fidem remouētem omne dubium. Eo modo quo fides diuina,quando scilicet cõstat reuelationē esse dei, clarissima est.Ob idq; illic non insinuatur, vel permittitur,vt tu putas,alia fides,cui licèt possit subesse falsum,certissimùm nihilominus faciat de præsenti credentē Quinimo illa particula est definitiua,& expressiua rationis veræ fidei.Ac si dixisset,Quòd nemo potest esse certus lege cõmuni(de hac enī erat quæstio)se esse in gratia, certitudine fidei catholicæ, aut fidei æqualis in effectu.Illa enī sola est fides,cui non potest subesse falsum.Aliàs si tantùm voluit negare certitudinē fidei catholicæ, quare nõ non ita expressit?facilius enim erat dicere,fidei catholicæ,sed qa nõ solū illa excludebatur, verū omnis,quę veram,legitimāq; haberet rationem fidei,vsi sunt Patres illa periphrasi,cui non potest subesse falsum,ad explicādā fidei veram,propriamq; rationē.Cui verissimo sensui non cohæret tua opinio.Sed quid laboro in expositione verborum decreti?Nonne per seipsa lucidissima sunt?Cùm enim causam,cur quilibet iust⁹ formidare,& timere potest, hāc subijcit,quòd nullus scire valet certitudine fidei,cui nõ potest subesse falsum,se gratiā Dei esse consecutū,manifestissimè excludit omnē assensum fidei,quę aduersatur formidini & timori:tu autē adeò certū asseris assensum,vt omnem pellat dubietatē,& formidinē, & amorem de præsenti,ille ergo expressè dānatus est. Ob idq; vbicunq; in tuis tractatibus de me cõquereris,quòd nūquam dixeris quępiam esse certum suæ gratiæ,fide,cui non potest subesse falsum,responsum iam tibi puta. Hoc enim qđ ais,fide tollente omnem dubietatē,idem est in virtute,quod fide cui nõ potest subesse falsū, Idest qua certus est,quiita assentitur,nõ posse tali fide decipi. ¶ Retrocedamus autē ad præcedens membrum textus,de quo pater Reuerend.nullam aagnoscis cõtrouersiam inter Catholicos.Illud enim in primis lætanter,quasi à te pugnans,legis,videlicet,cautissimè. ℂ Synodum pronūciasse,quòd quilibet,dum seipsum &c.de sua gratia formidare, & timere potest. Non enim ais,dixit,formidare debet,sed,põt. Et tamen si testimoniū Spiritussancti lege cõmuni non abstergit omnem dubitationem,dicendum fuisset,inquis,formidare debet. Vt homines obligarētur semper esse in metu. Antea verò quàm ad tuum ego,debet,respõdeam,ad nostrū tu precor,potest,responde. Tantundē enim est,põt,quantū iure,& licitè potest.Resumo ergo argumentum supra factū ex cõcessione tua,quinimo ex veritate ipsa. Testimonium lege cõmuni Spūssancti omnibus adest iustis. Si autē,vt tu censes,tale testimoniū vbique validū esse ad omnē cõuellēdā formidinē, nemini iusto licet dubitare se esse in gratia. At tamē S.Synod.Pius,inquit,(& dubio procul de omni pio intelligit,lege cõmuni) formidare,& timere potest.Quare neq; hæc particula absq; cõtrouersia est,si in tua persistis opinione,sanè,quæ illi reluctatur,est autē sententia Synodi citra cõtrouersiam vera:est ergo opinio tua citra controuersiā falsa.Haud tamē adiecit Synodus,formidare,& timere debet, ꝓpterea quòd potest quis ad taotā gratiā peruenire,vt modo,& more humano loquēdi, aut nullam aut certè tenuissimam dubitationē habeat suę salutis,sed sit sedato,pacatoq; animo: vti viris heroica virtute progressis vsu venit.Et hoc est quod ait Ioan.Perfecta charitas foras mittit timorē.Sed repetamus,si placet,ab initio verba decreti,quæ sunt hæc.Quāuis autē necessariū sit credere,neq; remitti,neq; remissa vnq̃ fuisse peccata,nisi gratis diuina misericordia propter Christum,nemini tamē fiduciā,& certitudinem remissionis peccatorum suorū iactanti, & in ea sola quiescēti,peccata dimitti,vel dimissa esse dicendum est,Cùm apud hæreticos, & schismaticos possit esse,imò nostra tēpestate sit,& magna cõtra Ecclesiā catholicā cõtētione prædicetur,vana hæc,& ab omni pietate remota fiducia.Perspice pater oculatissime rationem decreti. Vbi nõ modò opinio tua,sed ratio ipsa elidituR. Ais enī lege cõmuni posse hominem,qui examinat conscientiam, perpenditq; circūstantias omnes ingenitæ charitatis, certissimam habere fidē omni procul dubio, se esse in gratia.Contra verò Synodus id denegat.Cùm apud Hæreticos,inquit,& schismaticos,(porrò similibus cõiecturis deceptos)possit esse.Non inquam similibus ex parte causæ (nam veræ cõiecturę à Spiritussancto sunt,falsæ verò à Satana) sed similibus:qa angelus Satanæ traosfigurat se in angelū lucis.Nullus ergo certus esse potest lege communi certitudine tua pater optime.Et sequitur in decreto, Sed

Reprobatio Cui nõ potest subesse falsum.

Annotatio Catharini.

Textus decreti.

Textus decreti.

Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui vere iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatiōe apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemque à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum, qui certò, & firmissimè credat se absolutum, & iustificatum esse. Quidnam euidentiùs contra te proferri potuit? Ais tu, Cùm primùm quis iustificatur, testimonio Spiritussancti, fieri certum suæ gratiæ (si diligenter expendat circunstantias) certitudinē tollente omnē dubitationem. Non curemus, an sit catholica, nec ne, possitq; illi subesse falsum, nec ne: ais tamen absque vlla omnino dubitatione de præsenti iustum statim esse certum. Quibus formaliter verbis contradicit Synod. scilicet nō esse asserendum, oportere eos, qui verè iustificati sunt absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos. Fateor hoc pronuntiasse aduersus Protestantes, sed tamen generaliter condemnatur certitudinis dogma, siue talis certitudo dicatur solùm dependere ex fide, vt illi aiunt, siue etiam ex dispositione nostra, cui⁹ habeatur certa fides, vt tu dicis. Hac ergo de causa proposui in principio te in eadem hærere salebra, quam Sancta Synodus condemnauit. Testis mihi est Deus, nullam me tibi consultò obiecisse calumniam an verò mea fuerit ignorantia, aliorum esto iudicium. Mitto sigillatim respondere ad exempla, & rationes, quæ in hanc tuam causam conglomeras: Sane arbitratus, quòd qui hanc nostram legerint apologiam, facillimè iudicabunt, quàm extra chorum, quod aiunt, saltes, ❡ Illud tamen silenter præterire non possum, quod ferme in calce ex alijs verbis concilij conficis argumentum. Est canon vigesimussextus, Si quis dixerit, iustuus non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & sperare æternam retributionem à Deo, per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum: si bene agendo, & diuina mandata custodiendo, vsque in finem perseuerauerit, Anathema sit. Ex hinc tu instruis argumentum. Vult ergo inquis manifeste canon iustos specialiter teneri ad sperandum pro bonis operibus: iusti igitur obligantur ad hoc. Et addis Quòd si nemo se iustum esse potest nosse, nullus consequenter potest scire de suis operibus an bona sint, hoc est, meritoria vitæ æternæ. Quòd si ita est, profectò nullus tenebitur ad hoc spei suæ præceptum, quod peculiariter respicit iustos. Et quidem mihi hæc sequela videtur manifesta. Hactenus tu, multaq; sequēter adhibes ad confirmandum quòd Sancta Synodus peculiare iustis posuerit præceptū spei. Quare non sufficit, inquis, quòd probabiliter se iustum esse agnoscat, sed quòd certissima fide id teneat. Fateor perquàm Reuerendissime pater dum legēdo in hunc locum incidi, libellus mihi è manibus cecidit. Quid enim aio? cū hoc Reuerend. patre verba prodigam: quippe cui adeò placuerit sua hæc fidei certitudo, vt in eius gratiam, talia fuerit meditatus. Nempe, quòd Sancta Synodus peculiari lege obligauerit iustos sperare, præter diuinum præceptum spei, quod omnibus est Christianis in vniuersum positum. Te etenim sciscitor optime præsul, vis sanctam Synodum aliquod præceptum humanum præscribere iustis de spe habenda, præter diuinum? Cuinam talis rei fidem facies? Ecclesia enim in huiusmodi potissimùm præceptis de virtutibus theologicis, nihil aliud vnquam cogitauit, quàm ius explicare diuinum. Præceptum autem spei, sicut fidei, & charitatis, nunquid, perinde ac decalogus, omnibus Christianis præscriptum est? Num peccator, sicuti credere in Deum, ipsumque amare, ita & in ipsum sperare non tenetur, quemadmodum & iustus? Non quidem sperare, quòd pertinax mali vitam possit consequi æternam. Sed volo dicere, quòd eodem præcepto tenetur sperare peccator gratiam Dei, & quòd per sua opera auxilio præeunte diuino consequetur vitam æternam, quo & ipse iustus. An verò suspicaris melioris esse hac parte conditionis peccatorem, quàm iustum, vt propterea quòd sit in peccato, eximatur ab hac obligatione? Fateor equidem, quòd fiducia crescit ex operibus, sed quòd nouum sit præceptum spei in aliquibus Christianis, quod non sit in cunctis, nouum est in Ecclesia dei. Quod autem sancta Synodus definire voluit, quinimo apertè definiuit, est, ꝙ quilibet tenetur sperare, quòd si iustus fuerit, & per seuerauerit, per bona opera, præuia gratia, cōsequetur æterna præmia. Ita vt obligatio ad omnes indiscriminatim spectet: actus verò spei feratur in totam hypothesim, si benè egerit perseueranter. Sicut dictum est Cayn: Si bene egeris, recipies, &c. Tametsi forsan illic sancta Synodus nihil meminit de præcepto: Sed quia Lutherani dicunt, opera iusti non esse meritoria vitæ æternæ, ait, Si quis iustus non debere, &c. Sed alia etiamnum ratione pater reuerendiss. de his te verbis conuenio. Censes enim omnem iustum teneri singulari præcepto spei, quod tamen, nisi certitudine fidei excludente omnem dubietatem, explere nequit. Tenetur ergo secundum te omnis iustus

Hæret in eadē salebra.

Canon. 26.

Inopinabilis opinio Catharini.

Sensus Synodi.

Redargutio secunda.

ſtus certitudinē habere ſuæ gratiæ, Porrò autē, an hæc tua cōcluſio apertiſsimè repugnet verbis capituli noni, vbi habetur, Quod non oportet eos, qui verè iuſtificati ſunt, abſq; vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere eſſe iuſtificatos. Et rurſus, Quod pius homo dē ſua gratia formidare, & timere poteſt, tu videris. Agnoſce ergo ad ſpem habendam non ſolùm ſatis eſſe iuſtis, & pijs fidem habere, modò à nobis expoſito, ſe eſſe in gratia, ſed ſatis eſſe omnibus fide catholica credere, per Deum nō ſtare, quominus vniuerſis gratiam, vireſq; ſuppeditet ad ſua ſeruanda præcepta, quorum obſeruantia, eadē fide tenemur æternam agi felicitatem.

Quo ad. 2. tractatum reſpondetur.
CAP. V.

TRactatus autem ſecūdus eſt, quo me propriè laceſsis, laceras, arguis atq; redarguis. Cui titulum facis, Defenſio Catholicorum, qui pro poſsibili certitudine præſentis gratiæ diſſerue runt. Non tamen opus tibi fuerat omnes defendere. Nam pleriq; multi aliter iam ſentiunt, quàm tu. Imò neſcio quiſnam tecum alius per ſiſtat. Statim autem in nuncupatoria epiſtola ad Patres ais, poſt abſolutam ſuperiorem interpretationem decreti, delatum eſſe ad te librum amici ac fratris in Domino chariſsimi, me nominans, in quo multa ſunt, ais, quæ nō probas, & meritò à doctis, & peritis in ſacris literis, minimè probanda exiſtimas. Vel nō me amicum chariſsimum appellaſſes, vel non me continuò vſqueadeò gratis deieciſſes. At ſic ſoles amicos. ¶ Sequitur in tua Epiſtola. Illud tamē plurimùm, ac meritiſsimò diſplicuit, quod in quæſtione de poſsibili certitudine gratiæ, ea nos defendiſſe teſtatur (ego ſcilicet) quæ non ſolùm à mente, & cogitatione noſtra ſemper fuerunt aliena, verumetiam his è diametro aduerſa, quæ nos, & verbis perſpicuis pronunciauimus, & coram vobis etiam ſcriptis recitauimus, vt video, de te ſolo loqueris: ſed an de te & ſodalibus tuis loquaris, parum refert. Quomodo autem nihil vobis impoſuerim, ſed quæ diu defendebatis, & tu etiam Reuerend. pater mordicus retines, ſtatim aperiā inter tractandum titulum quæſtionis meæ, quem tu vrgendo refricas. Quod autē ſubdis, me teipſum ſuppreſſo nomine petere in illa diſputatione, nihil minus credas. Diſputabam enim in genere contra illos, qui illam opinionē tutauerāt, ad explicandas rationes Synodi. Neq; tui, ſi qua Chriſtiana fides, memineram. Neque verò cogitare poteram, quòd aliquis amplius ex catholicis poſt factum decretum concilij in me reſurgeret. Tametſi imprecatus ſum, quòd vtinam iam nemo in illa opinione perſiſteret. Repetis rurſum mirificè nos (te ſcilicet & me) conuenire de quæſtione definita per Synodum. Quare doles, quòd non tibi licuit librum noſtrum videre antequam imprimeretur, vt intelligerem nihil aliud te ſentire quàm ego ſentio. Ad quod ego reſpondeo, adeò inter nos diſconuenire, vt quātum ex tuis modò ſcriptis conijcio, licēt tecum rem contuliſſem, nihilo magis conueniſſet. Verba autem hęc, verba ſunt penitus. ¶ Ad apologiam ergo tuā, vt veniamus, hanc ſtatim auſpicaris à proteſtatione. Proteſtor enim, inquis, cū ope roſum nimis, & oneroſum eſſet valde, taxare cuncta, quæ me offendunt in illo libro, non reliqua me probare, quæ nō reprehendo. Bone Deus, quantum exiſtebat periculi, ſi omnia probaſſes, quādoquidem tam ſanctam duxeris proteſtationem præmittere. Quid ſi cūcta reprobaſſes? An ideo labefactata omnis eſſet authoritas libelli mei? Ita tu ſolus tecum reputas? Mihi verò nullam inde inieciſſes curā contrà proteſtandi. Miſi quidem libr. ad Illuſt. ac Reuer. Legatos: qui affirmant nihil inibi inueniſſe, quod non caſtam, Integram, Chriſtianāque doctrinam redoleat. Verba ſunt in forma vnius illorum. Tui autem non item ſui me mor, qui ſubſcriberes. Tametſi non tam vſque adeo ſtupidus, qui non intelligam, quàm poſ ſint multa ex meis reprehendi. Potiſsimùm, quòd neque mihi aliorum vniuerſa probata eſſe potuerint. Neque illorum quidem, quorum non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere. ¶ Subiungis non paruum me præbere ſcandalum cùm dixerim, certamen nobis eſſe cum catholicis, & adhuc manere. Nā dixi, Certamen exiſtit: cum re iam (inquis) definita per Synodum, debuiſſem dicere, Extitit: quaſi iam nulla ſit quæſtio. Potuiſſem reſpondere, quòd ſincerè, & forſan nimiū ſecurè ſus ſum verbo præſentis, quod eſt diſputantium. Et præterea, quòd cum Proteſtantibus, qui nondum obediunt cōcilio, adhuc exiſtit quæſtio. Sed vt videas quemadmodū ijs, qui ignem gladio ſuffodiunt, nōnūquam ſcintilla exilit in faciem, iterum aio nunc tecum, qui catholicus es, certamen exiſtere. Quare tu es domine Epiſcope, qui ſcandalum, omnium iudicio dederis. Nam dicere, quòd in concilio diſputabatur, cōtra quàm eſt definitum, atqui id dicere decreti explicandi cauſa, nullum erat ſcandalum: ſed laus egregia. S. Synodi, liberè permit

Proteſtatio Catharini.

Legatorum approbatio.

Exiſtit quæſtio.

Scandalum.

permittentis vniuersis sua proferre iudicia, ex quibus veritas erueretur. Tu autem, qui vt tua retineas placita, obuiam impressus exis catholicis, tu es qui scandalum, & offendiculū obijcis. ¶ Videamus enim titulum quæstionis, de qua asseris nihil inter nos differre. verba mea sunt hæc. Quæstio ergo est, vtrùm valeat homo citra speciale reuelationis priuilegium de communi lege habere tantam certitudinem, se esse in gratia, quanta est fides catholica. Et infra. Sola ergo constituitur quæstio de certitudine fidei catholicæ, illiúsve simili. Tu contendis nunquam sub tali titulo fuisse agitatam quæstionem inter Catholicos. Ego verò nunquam interfui in congregatione Theologorum, sed aio meipsum te præsente in congregatione Synodi cùm de hac re dicerē, sic quæstionem explicuisse. Et quãdo non fuisset sub hoc formaliter titulo discussa, tamē sensus ipse quem tu etiam nunc persistis defendere, ad hæc verba explicatus palàm reducitur. Repetam ergo quod paulò antè dixeram: Voculæ istæ, tanta, & similis, sunt quæ à te sinistrè intellectæ (si mihi colendißime pater ignoscis) te fallunt. Ego enim iuxta duas quæstionis sensus duas posui in quæstione particulas: primam cōtra Lutheranos, An scilicet fide catholica poßimus esse certi nostræ gratiæ, alteram pro Catholicis: Nempe vtrùm poßimus tanta vel simili certitudine, vt est Catholica. Neq; verò intelligebam de quantitate aut similitudine in extensione, hoc est, quæ ad omnia per ecclesiam proposita pateret vniuersitate cunctos obligandi: quod sonat catholica. In hoc enim bene video nullum esse discrimen inter Catholicos, id ipsum cunctis negantibus. Neque opus erat huius meminisse sensus, Sed vtrum simili certitudine vel tanta in hoc effectu, qui simillimus est effectui fidei Catholicæ atq; adeò tantus, quod est, tollere omnino & expungere omne dubium, poßit quis esse certus adeptæ gratiæ. Id quod ego tantùm agnosco, vbi est speciale priuilegium: tu autem in omnibus iustis iure communi per tuas illas circunstantias ex interno lumine. Quid ergo me de hac re gratis obtundis mi pater? nūquid quod de hoc puncto steterit diutißimè controuersia negare tu potes, qui eandē sustinere pertendis? At non debuit, inquis, hęc appellari æqua similisve catholicæ. Tu non ita appelles, qui veram fidei rationem, si non ignoras, dißimulas. Fides enim propriè, nulla est, nisi quæ modo exposito æquatur catholicæ. Quòd si in huiusmodi disciplinis theologiæ ancillatricibus, tibi vnquam vacasset scholasticè versari, nūquam hoc nobis exhibuisses negotium. Arist. 6. Ethico. ex eo nō collocauit fidem inter virtutis habitus, quòd nulla est humana, quæ lineam transcendat opinionis. Et ipse exprimi nequit vera ratio fidei, quā ipse ignorauit, tollentis omnē dubitationē, nisi per hoc quòd sit catholicæ similis. Itaq; inter fidē moralē, seu humanam, & catholicam, vel illi similem, nullum est medium apud theologos, qui hoc nomine digni sint. Nihil verò vnius Bachonis authoritati detractum volo, vtcūq; hic fuerit hallucinatus. Concludit enim (quæ tibi probatißima est collectio) ex vna propositione de fide, & altera, quæ nō est de fide, cōclusionem, tanquam de fide hoc syllogismo. Quicunq; baptizatur, recipit gratiam: ego baptizor: ergo recipio gratiā. Haud considerans conclusionem sequi debiliorē partem. Quod in analyticis per se notißimum est axioma. Nam si propter quod vnūquodq; est tale (vt ait philosoph.) illud est magis, vbi vtraque pręmissa necessaria est illationi, nō potest conclusio certior fieri debiliori præmissarū. Quòd autem lege communi nullus habeat fidem se esse baptizatum, firmiorem, quàm quæ est moralis, euidentißimum est. Seu de illis loquamur, qui infantes baptizati sunt, seu de adultis, quibus non certißimè constat baptizantis intentio: quæ necessaria planè est, vbi non adest in baptizato sufficiens cōtritio, & dispositio, quę sufficeret sine Sacramento. De qua tamen dispositione non potest haberi maior certitudo, q̄ coniecturalis. Et hæc de quæstionis titulo. ¶ Persistis exinde contendere in corroborationem tuæ conclusionis, quòd homo ex lumine fidei non solùm potest credere ea, quæ ab ecclesia determinata sunt, vt credantur, verùm extendi eius lumen ad ea etiam, quę sunt in facti contingentia. Id quod quibus auribus fuerit exceptum in congregatione theologorum, dißimulaui ego in tractatu meo: propter ea, quòd qui illud protulit, est certè catholicus, religionis doctus, & mihi charißimus, qui illud optimo zelo dixit: licèt aliqui crediderint suggestionem fuisse tuā. Satis autem existimo à me esse refutatum. Et quia nihil mihi respondes, nihil replico. Nisi quòd præterquā quòd Lutheranis vehemēter fauet opinio tua, proprium fidei obiectum sunt penitus res sperandæ, vt ait Paul. scilicet ea quæ ecclesia proponit esse diuinitus reuelata. Vnde S. Thom. & theologi, binam ponunt virtutem diuinam necessariam generandæ in nobis fidei (nihil enim loquimur de modo, quo Prophetis & Apostolis fuit facta reuelatio.) Hæc autem

Marginal notes: Titulus quæstionis. — Tanta & similis. — Fides propriè. — Ioan. Bacho. — S. Thom.

duo sunt. internus luminis motus, & item autoritas Ecclesiæ proponentis, hæc esse reuelata. Nam aliàs, quam certitudinem haberent Christiani, hoc, illúdve esse reuelatum à Deo? Loquor citra speciale priuilegiũ. At verò mirabilis est eloquentia tua. Ais enim hoc tuum assertum nulla opus habere disputatione, aut responsione: quoniam id negare, est cõtra euidentissimas scripturas. Post hãc autem hyperbolen, nullam profers scripturã: sanè, quæ omnes tibi reclamassent: Sed subdis testimonium Augustini & S. Thomæ, dicentium quòd ipso lumine fidei potest homo certò noscere se habere fidem infusam. Quòd scilicet nõ est propositum ab Ecclesia. In primis falsissimè citas authores. Illud enim, quod ais, infusam, tu illis imponis. August. nanq; & Thomas solum dicunt, quòd potest quis videre se credere, si credit: & non credere, si non credit. Vbi non de habitu, sed de actu est sermo. Haud enim somniauit vnquam Augustinus quòd quis videat habitum, infusus ne sit, an acquisitus. Imò benè dicit Scotus, quòd habitus infusi nõ videntur. Sed hoc tantùm affirmant, quòd cũ quis credit, videt se credere: sicut qui opinatur, videt se opinari, & qui est iratus, videt se iratum: & sic de alijs actibus, vel affectionibus animæ. Hanc veruntamen euidentiam minimè sentit progigni à lumine fidei, sed ex euidenti experientia. Nam quæ speramus (vt ait Paulus) & pari ratione, quæ credimus, non videmus. Est enim fides argumentum non apparentium. Vide quò te præcipitat ista dialecticæ ignorantia, quam tu publicè contemnendo confiteris perparũ fuisse tibi curæ. Responde quæso, vtrum ego videam Deum esse trinum? Non certè, sed credo per fidem: nisi cum Paulo restrictè dixeris, videre per speculum, & in ænigmate. At vtrùm video me credere, Deum esse trinum? Video profectò, atque id euidentissimè. Nõ tamen video, per quam fidem credam, sed fide teneo, quòd per infusam. Hoc est per diuinum motum. Ergo euidentia illa, de qua ait Augustinus, quòd video me credere, si credo, non est à lumine fidei. Nam tantam habeo euidentiam me sub aliquo dubio opinari, Pontificem superstitem Romæ, & Cæsarem Augustæ, quàm me certò credere Deum esse trinum. Nota verba Augustini, Video me credere, si credo, & me non credere si non credo. An Turcha, qui videt se non credere in Christum, hoc videat lumine fidei? Nõ certè: sed est euidentia illi naturalis, sicut est mihi, me credere. Quomodo ergo applicare hoc poteris, ad tuam contingentem propositionem, quòd fides in generet tibi assensum, te esse in gratia, tam firmum, vt omnẽ tollat dubitationem: sicuti si esset ab Ecclesia propositum? Aliud præterea rogo attendas, Nempe quemadmodum iam hic nobis suggeras, fidẽ catholicam, cuius obiectum proponit Ecclesia, & cuius assensum ait Augustinus à nobis videri, eandem inquam fidem esse, quę facit illum tuum certum assensum receptæ gratiæ. Cur ergo ita me acriter improperas, quòd tibi imposuerim, vbi dixi, tanta aut simili certitudine fidei, vt est catholica? Sed & illud potissimùm, quis taceat? Citas sanctum Thomã prima secundæ, quæstione cẽtesima duodecima, articulo quinto, ad secundum dicentem, quod potest homo certò noscere se habere fidem: & tamen prudenter subtices suam explicationem, ne te lędat. Subdit enim quòd propterea, quòd certitudo pertinet ad intellectũ, qui habet fidem, certus est se habere fidem (puta se credere) quouis id habitu fiat. Non est autem (inquit) similis ratio de gratia, & charitate & alijs huiusmodi, quæ perficiunt vim appetitiuam. Vbi expressè negat posse quempiam habere lege communi certitudinẽ gratiæ & charitatis. Id quod longe explicatissimè edocet in enarratione Pauli, secunda Corinthiorum vltimo, videlicet, quòd possumus certò scire Christum habitare in nobis per fidem informem, haud tamen pòssumus certò scire habitare in nobis per fidem formatam, sed hoc latiùs in libro nostro. Alia minutiora quæ huc congeris, cum tua insigni maledicẽtia, scilicet quod vos cum vituperio & scandalo diffamauerim, ad æquum lectorem, qui inter nos arbitretur, remitto, an forsan in suum refundantur authorem. ¶Sed ad ea quatuor veniamus, de quibus ais nos conuenire. Primam fateor concordiã, scilicet quod nemo potest habere suæ gratiæ certitudinem fidei catholicæ, id est, vniuersalis, Si modo intelligis, vti videris, in sensu Lutheranorum, dicentium, quòd illa fide quæ omnibus est in præcepto, nẽpe qua credimus promissiones Dei, veras esse, cũ iustificamur, tum etiam certi efficimur iustitiæ nostræ. Nã in alio sensu, etiã tuo, plurimùm dissentimus. Ais enim (vt paulò antè adnotabam) quod eadem fides non se solùm extẽdit ad ea quæ proponuntur ab ecclesia (quæ reuera est catholica) sed ad ea quæ sunt in facti contingentia, puta ad gignendum assensum peculiaris gratiæ. Quod ego sanctissimè reprobo. Conuentum & inter nos secundo fuerit, quod certitudo propriæ gratię non sit tanta ex parte obiecti, quanta fides catholica: quia huiusmodi obiectum

Falsò citatur August.

Quatuor de quibus conuenitur.

ctum non proponitur ab ecclesia, tanquam reuelatum. Sed hoc nullatenus ad rem pertinebat. In illo verò, in quod ais nos tertiò conuenire, nimirum quòd ambo eodem modo intelligamus decretum, Puta quòd vbi ait, hominem non posse esse certum adeptæ gratiæ certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, solùm intelligitur de fide catholica: In hoc inquam ex diametro distamus. Ipsissimum enim quod tu ais, ego denego. Quoniã si concederem, viderer mihi palàm negare decretum. Enimuerò (quod paulò superius adnotabam) cum S. Synodus huic affirmationi, Quilibet suam infirmitatem respiciens de sua gratia formidare, & timere potest, hanc e regione negationem, ceu causam, subijciat, quoniam nullus scire valet certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum, absque vlla amphibologia, non solùm de catholica fide, sed de quacunque manifestissimè loquitur, quæ contraria est formidini & timori. Vnde cùm tua fides omnem tollat dubietatem, apertissimè illic condemnatur. Hæc autem iam superiùs explicatissima à nobis sunt. Quocirca neque quartò, vt tu existimas, conuenimus, hominem scilicet certum esse posse suæ gratiæ. Tu enim id sentis de certitudine tollente omnem dubietatem, ac si diuinitus nobis esset certò propositum id esse reuelatum à Deo: ego verò, & credo catholici omnes auscultantes sanctum decretum, id abnegamus. Sed solùm cõcedimus certitudinem moralem modo à nobis supra latissimè exposito. Neque tu aliud ex meis scriptis colligere valeres, si tuam istam atram bilim lecturus expueres. Hoc veruntamen ingenuè fateor, & me à te esse admonitum gratias habeo.

Non eodem modo intelligunt decretum.

In septimo enim nostro argumento, capite decimo, referendo hæc verba Buceri, Fides facit hominem certum se esse in gratia, quando habetur per motum spiritus sancti, subiunxi ego hanc concessionem, Ecquis hoc vnquam dubitare potuit? Vbi iam tu me deuictum exultanter clamitas. Sanè qui perspicuis verbis tuam tibi sim opinionem elargitus. Fateor inquam ad cauendam huiusmodi argutiam, cautiùs dixissem, Ecquis vnquã dubitare potuit, verissimum esse, quicquid à Spiritusancto nobis fuerit suggestum? Hæc enim fuerat mens mea: non autem quòd vniuersim esset nobis certum, certitudine quam tu cogitas. Attamẽ potuisses ex verbis proximè subiectis mẽtem meam deprehẽdere. Subnexa hæc enim à me sunt verba, Sed tamen quando ille motus sit à Spiritusancto, de hoc dicimus non posse habericertitudinem fidei catholicæ. Vbi explicatissimè significaui, quòd licèt ad veritatem assensus satis sit instillari à Spiritusancto, tamen ad certitudinem, non sufficit: sed requiritur præterea nobis certò constare, idem reuelatum esse à Spiritusancto. Itaque volui dicere, Ecquis hoc vnquam dubitare potuit, scilicet, quod fides facit hominem certum, se esse in gratia, quando fides habetur per motum Spiritus sancti, nobisq; constat haberi à Spiritusancto? Hoc nanq; totum ambit nomen fidei. Quare confestim subdidi, quòd testimonium Spiritus sancti aliquando non est tam certum, quàm fides catholica: nempe quando non est certum, an testimonium sit Spiritus sancti. ¶ Absit vt cuncta persequar, quæ in me coaceruas argumenta, & quas contradictiones ex meis dictis exprimere pergis, affatim oleo tuo interlitas: ne nauseam alijs faciã, quam ego passus sum, cùm tuum prælegerem libellum. Etenim quamprimum tuam hallucinationem percepi, nempe quod meam intelligere mentem nolebas, vbi negabam posse hominem agnoscere suam gratiam tanta certitudine, quanta est in fide catholica, aut simili, neq; quando dicebam, posse haberi certitudinem humanam (hoc est ciuiliter loquendo) reliqua omnia, quæ ex hac hallucinatione plurima deriuabas, veluti ingratum pharmacum deuoraui. Quapropter cùm illas radices denudauerim, satis arbitror ramosam tuam arborem succidisse. Atqui omnes illos sanctos Patres, Bernard. inquam, Chrysost. & reliquos, quorũ me testimoniis premere putas, eam intelligo certitudinẽ astruere iustis suæ adeptæ gratiæ, quam homines humanos, & ciuili more certitudinẽ, & securitatẽ vocamus. Aliàs enĩ sibiipsi contradicerent. Quod absit vt cogitemus. Aiunt enim in aliis locis, quæ in nostro tractatu retulimus, non posse de hoc haberi tantam, vt tu existimas certitudinem. Nisi vbi loquuntur de speciali priuilegio. Præterquam quòd sæpe in hoc sensu efferunt testimonium diuinum, quod non potest fallere, si euti humanum. Quanuis enim mihi certissimò constaret ab homine emanasse testimonium cuiuscunque rei, quantuncunq; ille esset veracissimus, non eadem certitudine mihi constaret, idem esse verum. Quando tamẽ mihi Spiritussanctus reuelat filium me esse Dei, si mihi constaret, testimonium esse diuinum, haud quaquam dubitarem, verum esse. Et hoc est, quod ait Chrysost. vbi tu eum citas. His verbis, quando spiritus testatur, quæ nam relinquitur nobis ambiguitas? Quòd si homo

Ad testimonia sanctorũ patrum.

quispiam, vel angelus, &c. aut alia creata potestas aliquid promitteret, meritò quispiã dubitaret: de illa autem suprema essentia quis dubitare potest? Hæc ille. Nihilominus iuxta hęc verba, vbi res non potest cognosci nisi per reuelationem, nemini vnquàm certiùs cõstabit, verum hoc esse, quàm cùm constiterit testimonium esse Spiritussancti. Nam precor te Reuerend. pater, vis ne Patrum testimonia in hoc accersere, vt hominibus persuadeas, quòd quicunque est in gratia, si diligenter explorauerit conscientiam suam, absq; vlla prorsus dubitatione fiet certus suæ cum Deo amicitię? Quos putas homines inuenire, qui tibi fidem, contrà quam in se ipsi experiuntur, præstare possint? Respondebunt enim multi, nihil mihi cõscius sum, sed nec in hoc iustificatus sum. Quòd si non vis admittere hũc sensum Pauli, profectò nihilo secius, optimus etiam quisque respondebit, Non habeo verisimilem rationẽ, cur maneat in me peccatum: tamen quòd omnino ita sim cert⁹, vt sine vllo prorsus metu nũc comparerem in conspectu Dei, quomodo mihi persuadebis, qui contrà experior? Mitto alios minoris perfectionis, atq; alios item recenter conuersos. Vis negare experientiam fermè omnium de hac vita decedentium: quos vix possunt sapientissimi homines securos reddere, & absque omni metu pacatos? Ad quid moror? iam enim supra de hac te re ad plebem concionatum nusi. ¶ Sed bone Deus, quàm
1. Ioan. 3. nos vrges loco illo. 1. Ioan. 3. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus à Deo. Ac si fiducia esse non posset sine fide, tollente, modo tuo, omnẽ dubietatem. Vis ergo homines inchoantes, qui licèt sint in charitate, non possunt tamen nõ titubare, vis, inquam, absq; fiducia esse? Peccant igitur omnes contra præceptũ spei. At vero Christiani non ita sentiunt. Sed vbi nihil reprehenderit cor nostrũ, illa fides, quæ modo à nobis exposito, sedat conscientias nostras, fiduciam in nobis sufficit generare, & nutrire. ¶ Sunt præter
Fides à spiritu sancto. hæc nonnulla, ad quæ non possum non sigillatim respondere. In primis, quod crebro me vrges, cur illa fides, quæ communi lege ab Spiritusancto gignitur iustis, quòd sint in gratia, non sit diuina? Iam ego identidẽ respõdi, quòd si vis coarctare nomẽ, vt dicatur diuina ex parte causę, mea nihil refert: ten non est simpliciter diuina, sed in modo retinet nomen moris humani, ex eo quòd reuelatio non sit simpliciter hoc more diuino: scilicet, vt omninò reueletur, quòd illud testimonium sit diuinũ. Quod requiritur, vt fundit. s t. llatur omnis dubitatio: sed ad modum loquendi hominum facit nos certos.

¶ Quod autem vehementer miraris, quòd vocauerim fidem catholicam, illam, quæ peculiariter nonnullis sanctis ex priuilegio sit adeptæ gratię, non ex diuinis, sed ex tuis miraculis est. Ego enim nihil miror, quòd me toruè legeris. Haud enim vnquã ego dixi, quòd esset catholica, sed tãta incertitudine. Cùm enim quęsissem, an fide catholica, vel tanta possumus esse certi, id quantum ad secundam partẽ concessi: de illa, siuæ sit ex priuilegio, siue sit adeptæ gratiæ, quæ obtinendæ victoriæ, siue rei alius cuiusq;. Tu autẽ non distinguis inter diuinam, & catholicam. Has enim ex priuilegio, diuinas ego sentio (quod tu alio loco me calũniaris negare) & diuinas quidem, non tantùm ex parte causæ, vt est illa tua de lege cõmuni, sed simpliciter, quantum ad modũ etiam tollẽdi dubietatẽ. Quia, scilicet, tunc certò, reuelatur testimonium esse diuinum. Haud veruntamẽ illas censeo simpliciter catholicas, id est, vniuersales. Quinimo cap. 11. argu. 3. explicatissimè dixi, rationẽ obiecti fidei catholicæ tantùm extendi ad ea, quæ ab ecclesia omnibus proposita sunt ad credẽdum. Quales non sunt peculiares illæ. Atqui quando obiectum fidei catholicæ aio illa penitus comprehẽdere, quæ ab ecclesia sunt proposita, loquor nunc secundùm rei veritatem, quando scripta est fides. Quid ergo deflectis ad ea quæ reuelabant prophetis antequàm scriberentur? Haud enim nego quandoq; olim fuisse fidẽ citra scripturam, sed iam tamen præscripta nobis est.

¶ Colligis paulo inferiùs (de quo nõ dubitas) in hoc pendere fallaciam meam, quòd cùm audio ex Paulo testificari Spiritum sanctum spiritui nostro, existimo hoc testimonium pẽdere ab operibus nostris. Haud æquidem in hoc fallor optimè pater. Sed aio, quòd Spiritussanctus testificatur hoc nobis, non ea certitudine, quæ tollat dubietatẽ: sane quòd nõ nobis certò reuelat, testimonium illud esse suum: sicuti facit alijs ex priuilegio, sed hoc reuelat suggerendo nobis bonum propositũ rectè agendi, & mentis dulcedinẽ, atq; alia id genus, ex quibus conijcere possumus ipsum habitare in nobis. Non tamen vsque adeò certò vt tu existimas.

¶ Prodis deinde inconsiderationẽ meam: qui certitudinem fidei, maiorem facio certitudine scientiæ: nõ distinguens cum S. Thoma, quòd fides sit certior in se, scientia verò, quo ad nos. Legisses lineã proximam S. Tho. vbi docet, quòd nihilominus simpliciter, & absolutè loquẽdo, fides certior est scientia. Adde, quòd firmitas fidei (quæ nomine certitudinis nonnunquam defi-

Fides ex priuilegio.

Fides catholica.

Fallaciam.

Fides certior q̃ scientia.

designatur) maior est, esseq; debet, etiam in nobis, quàm scientiæ. Potius nanq; abnegare deberem id cuius mihi videretur esse scientia, q quod docet fides. Reputassent enim philosophi euidentem hanc illationem, absq; vlla distinctione. Hæc essentia diuina est pater, & ea dem est filius, ergo filius est pater. Quam nos tamen fide negamus. ¶ Pari me ratione subsannas, quòd hanc propositionem, tanq dignitatē, assumpserim. Ad ea quæ naturalia sunt, nemo obligatur, opponens mihi præcepta decalogi, quibus, licet sint à iure naturali deriuata, nihilominus obligamur. Porrò, ego nihil miror, quòd non tibi tam facilè succurrerit distinctio illa, quę philosophi est promptissima. Naturale enim vno modo id dicitur, ad quod habemus naturalē inclinationē: alio vero modo vt distinguitur contra liberum: vt pote, qd non est in nostra potestate. Et quod de hoc secūdo modo esset illic sermo, luce clarius erat. Hæc autem minoris sunt momenti.


Naturale bifariam.

¶ De illo verò in calce demū cū omnibus qui nos legerint, de te conqueror honorande pater, quàm me gratis in sinistrum sensum traduxeris, quòd scilicet cōtra scripturas & sanctos Patres cōparauerim Martyrem hæreticū martyri vero quantū ad plenitudinē cordis, & affectum charitatis, Ac si ego adcò fuerim mente alienatus, vt pseudomartyri veram tribuerim charitatem: quæ est in legitimo. Nunquid hac de causa distinxi de certitudine gratiæ ex parte obiecti, & ex parte subiecti? Quod ergo nos diximus, illud est penitus, quod manifestissimo, & irrefragibili experimento vniuersi norunt, qui hęreticos comburi oculis cōspexerunt. Vidimus enim plurimos multo maiori alacritate festinare ad rogum, quàm aliquis fortè Christianus in charitate iret damnatus à Turcis. An negare poteris, quin ille tam certus apud se sit, tamq; securus (licet non tutus) se mori in gratia dei, quā est quispiā fortè ex christianis existētibus in charitate? Aliàs quo modo exuri se viuētem, & bullienti oleo sum mergi tam exultabundus gauderet? Illam ego voco certitudinem ex parte subiecti. Quid ergo ais me loqui contra scripturas, & cōtra Patres, qui solas historias rerum gestarum refero? Aut quid tāquam per se notum supponis, quòd nemo certus potest dici cuiusq; rei, quæ falsa sit, nisi secundum scholasticos, qui inerudité multa cōminiscuntur? Ita enim tibi consultum putas si scholasticos derideas. Nūquid & vulgo, & apud omnes sapientes, non certus ille dicitur, qui securus est, & absq; vlla dubitatione aliquid credit? Illi hæretici iureiurando tibi affirmabunt, adcò se esse certos de suis erroribus, vt sunt certi de fide catholica. Et quicquid de nomine sit, illa experientia satis nobis est ad conuincendum, nullam esse cōiecturā, quę sufficiat abstergere omnem dubitationē, quòd sumus in gratia, quādoquidem illa, quæ maxima est, puta, quòd animam quis ponat suam, non est irrefragabile testimoniū charitatis. Porrò autem, quòd me negligētiæ in simulas non esse in calce libri nostri bona fide impressum quintum decretum, nulla mea culpa fuit. Arripuit em̄ chalcograph⁹, quod potuit exemplar, & me inscio correctū est. Id quod ego cùm hic Tridenti forsan vidi, statim reficiendum, reformandumq; curaui. Potissimū, quòd in primo canone mendosè impressum erat. Creatus in gratia, pro constitutus in gratia. Cæterùm ais me profiteri, quòd rem vniuersam teneo, & docere simul possum hæreticos, & catholicos. Quam re vera insolentiam meam nescio vnde collegeris, nisi quòd scripsi contra hæreticos, & deflexi nonnunquam à nonnullis opinionibus catholicorum. Hac tamen ratione quoscunque posses scriptores de eodem crimine deferre: & ordine seruato euangelico, festucam de oculo fratris eijcere. Quod autē vbicunq; in me acerbius obloqueris, hoc excusas, quod acerbiora ego iactauerim in catholicos, id profectò tanto minus ferre possū, quanto maius malum est culpa, quàm pœna. Possum inquam, debeo saltem, iniuriam à quocunq; pati: quòd verò ego in libro meo cuipiā fecerim, nondum hactenus noui. Sanè qui neque in Protestantes quicquam amarulentiæ aut acerbitatis euomui. Tantum abest, vt catholicorum aliquem vel minimo verbo læserim. Nisi hoc acerbitatem censes, quòd quādo non poteram in suas sententias descendere, meam pro meo ingenio satagebam confirmare, propalando quoq; suarum peccatum. Nec vero modo, qualibuscunq; in me verbis fueris inuectus, amplius irritasti, quàm vt pro fide tibi catholica, proque expositione decreti, & (quod tu ais) gloria Synodi, respōderem. Cæterum tui me semper habebis in Christo obsequentissimū, atq; ideo ad iussa tua paratiorē, q litigandi tecum cupidū: quod mihi per te vtinam sit semper liberum. Vale.

Certus.

DECRETVM DE PECcato originali Sacrosancti OEcumenici Concilij Tridentini, Sessione quinta, vno patrum consensu promulgatum.

PROLOGVS.



Sacrosancta oecumenica Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidẽtibus nomine Sanctißimi Domini nostri Pauli, diuina prouidentia Papæ. III. Reuerendiss. Dominis D. Ioanne Maria de Monte, Episcopo Prænestino, & Marcello Ceruino, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem Presbytero, & Reginaldo Polo, tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Sãctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis de latere legatis, Etsi oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant, decet tamẽ, vt fides catholica, sine qua impoßibile est placere Deo, extirpatis erroribus vniuersis, in vna synceritate integra, & illibata permaneat, quo per eam ecclesia sancta Dei de suis hostibus, à quibus nunquã non impetitur, gloriosißima triumphare poßit. Cũ igitur nostris etiam temporibus, de peccato originali, & de illius remedio, quæ velut Christianæ nostræ fidei fores, omnibus citra controuersiam manifestißima esse debuerant, serpens ille antiquus humani generis perpetuus hostis, noua certamina suscitauerit, iã tandem ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos sese accingens, indeque sumens exordium, vnde & morbus coepit, ne populus Christianus omni vento doctrinæ circunferatur, sacrarum scripturarũ & sanctorum Patrum, & probatorum Conciliorum testimonia, & ipsiùs catholicę ecclesię, iudicium & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit.

CANONES.

1 Si quis non cõfitetur primum hominem Adam, cum mãdatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem & iustitiam, in qua creatus fuit, amisisse, incurrisseq; per offensam huiusmodi præuaricationis, iram & indignationem Dei, atque adeò mortem, quam antea illi comminat⁹ fuerat Deus, & cum morte captiuitatẽ sub eius potestate, qui deinde mortis habuit imperium, hoc est diaboli, totumq; Adam, atque adeò nos per illam præuaricationis offensam, secundum corpus & animam in deterius cõmutatum fuisse. Anathema sit.

2 Siquis soli Adæ, præuaricationem suam, non aliis etiam & eius propagini asserit nocuisse, acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, non nobis, sed sibi soli perdidisse, inquinatoq; illo per inobedientiæ peccatum, mortem & poenas corporis tantum in omne genus humanum, & secundum cõmunem legem transfudisse, non autem & peccatum, cui pro poena debebatur, vtraq; mors: corporis, videlicet, & animæ, anathema sit. Cùm contradicat Apostolo dicenti, Per vnum hominẽ peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.

3 Si quis morbum huius originalis peccati, quod origine vnum est, & in nobis propagatione, non imitatione diffusum residet, vnicuiq; proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit auferri, quàm per meritum vnius Domini nostri Iesu Christi, qui Deo nos in sanguine suo recõciliauit. Factus nobis sanctificatio, iustitia, & redemptio: aut negat, ipsum meritum nobis per fidem, & baptismi sacramentum applicari, anathema sit. Huic enim omnes prophetæ testimonium perhibẽt remissionem peccatorum accipere per nomẽ eius, omnes qui credunt in eum, neq; e aliud nomen esse sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde illa vox, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. & illa, Quicunque baptizati estis, Christum induistis.

4 Si quis

4 Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit in remißionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam, vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis in remißionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia catholica vbique diffusa, semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remißionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerant. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spritusancto, non potest introire in regnum Dei. Hanc fidei & sanctorum Patrum normam imitando, hoc S. Synodus fatetur, ac declarat in baptismate per Iesu Christi gratiam, quam confert & continet, non modò remitti reatum originalis peccati, sed totum id auferri, quod veram & propriam rationem peccati habet.

5 Si quis ergo per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati, remitti negat: aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi: aut non imputari, Anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil est damnationis ijs, qui verè consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortem, qui non secundū carnem ambulant, sed veterem homioem exuentes, & nouum, qui secundum Deum creatus est, induentes: Innocentes, immaculati, puri, innoxij: ac Deo dilecti effecti sunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita vt nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit, quæ cū ad agonem relicta sit, nocere non cōsentientibus, & viriliter per Christi Iesu gratiam, repugnantibus non valet, quinimo qui legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquādo Apostolus peccatum appellat: S. Synodus declarat, Ecclesiam catholicam nūquam intellexisse peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat,

Si quis autem contrarium senserit, Anathema sit.

DECRETVM DE IVstificatione, sacrosancti OEcumenici cõcilij Tridentini, in sexta Sessione, vno Patrum consensu promulgatum.



CVM hoc tẽpore non sine multarum animarum iactura, & graui Ecclesiasticæ vnitatis detrimento, erronea quædam seminata sit de Iustificatione doctrina, ad laudem & gloriam omnipotẽtis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem, & animarum salutem: Sacrosancta Oecumenica & generalis Trident. Synodus in Spiritusancto legitimè congregata, præsidẽtibus in ea nomine sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papę tertij, Reuerendiss. Dominis Dominis Ioanne Maria Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello Ceruino, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbytero, sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalib. & Apostolicis de latere legatis exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamq; doctrinam ipsius iustificationis, quam sol iustitiæ Christus Iesus fidei nostræ author, & cõsummator docuit, Apostoli tradiderunt, & Catholica ecclesia Spiritu sancto suggerente perpetuò retinuit: districtiùs inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere, quàm præsenti decreto statuitur, ac declaratur.

De naturæ, & legis ad iustificandos homines imbecillitate. Cap. 1.

Primùm declarat sancta Synodus ad iustificationis doctrinam probè & syncerè intelligẽdam oportere, vt vnusquisq; agnoscat & fateatur, quòd cũ omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiã perdidissent, facti immundi, & vt Apostolus inquit, natura filij iræ, quemadmodũ in decreto de peccato originali exposuit, vsq; adeo serui erant peccati, & sub potestate diaboli & mortis, vt nõ modò gẽtes p vim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiã literam legis Moysi inde liberari, aut surgere posſẽt, tametsi in eis liberũ arbitrium, minimè extinctũ esſet, viribus licèt attenuatum & inclinatum.

De dispensatione & mysterio aduentus Christi. Cap. 2.

Quo factũ est, vt cœlestis pater, Pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis Christum Iesum filium suũ & ante legẽ, & legis tẽpore, multis sanctis Patribus declaratũ, & promissum, cũ venit beata illa plenitudo tẽporis, ad homines miserit, vt & Iudæos qui sub lege erant redimeret, & gẽtes quæ non sectabãtur iustitiã, iustitiã apprehenderent, atq; omnes adoptionem filiorũ reciperẽt, hũc proposuit Deus ꝓpitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius ꝓ peccatis nostris, nõ solũ aũt pro nostris, sed etiã pro totius mundi.

Qui per Christum iustificantur. Cap. 3.

Verùm & si ille pro omnibus mortuus est, nõ omnes tñ mortis eius beneficium recipiũt, sed ij dũtaxat, quibus meritũ passionis eius cõmunicatur. Nã sicut re vera homines nisi ex semine Adę propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cũ ea propagatione per ipsum dum concipiuntur propriam iniustitiam contrahant: Ita nisi in Christo renascerentur, vnquam iustificarentur, cũ ea renascentia per meritũ passionis eius, gratia qua iusti fiunt illis tribuatur: pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semp agere hortatur patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorũ in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitq; in regnũ filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionẽ, & remissionem peccatorum.

Insinuatur descriptio iustificationis impij & motus eius in statu gratiæ. Cap. 4.

Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, vt sit trãslatio ab eo statu in quo homo nascitur filius primi Adę in statu gratiæ, adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christũ saluatorẽ nostrum. Quæ quidem translatio post euangeliũ promulgatum sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri nõ potest, sicut scriptum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ potest introire in regnum Dei.

De ne-

De necessitate præparationis ad Iustificationem in adultis, & vnde sit. Cap. 5.

Declarat præterea ipsius iustificationis exordium in Adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione: qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, vt qui per peccata à Deo auersi erāt, per eius excitantem, atq; adiuuantem gratiam, ad conuertendū se ad suam ipsorum iustificationem eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando, disponantur, ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritussancti illuminationem, neq; homo ipse nihil omnino agat, inspirationē illam recipiens, quippe qui illam & abijcere potest, neq; tamē sine gratia Dei mouere, sed ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Vnde in sacris literis cùm dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis nostrę admonemur: cū respondemus, Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur.

Modus præparationis. Cap. 6.

Disponuntur autem ad ipsam iustitiam dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deū, credentes vera esse, quæ diuinitus reuelata, & pmissa sunt. Atq; illud imprimis à Deo iustificari impium per gratiam eius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, & dū peccatores se esse intelligentes à diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur ad considerandum Dei misericordiam se conuertendo in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumq; tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata, per odium aliquod, & detestationem, hoc est per eam pœnitentiam, quam ante baptismum agi oportet. Deniq; dum proponunt suscipere baptismum, inchoare nouam vitam, & seruare diuina mādata. De hac dispositione scriptum est, Accedentē ad Deum oportet credere, quia est, & quòd inquirentibus se remunerator sit, &, Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua, &, Timor Domini expellit peccatū, & Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu, in remissionē peccatorum vestrorum, & accipietis donū Spiritussancti, & , Euntes ergo docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti, docētes eos seruare quæcunq; mandaui vobis. Denique præparare corda vestra Domino.

Quid sit iustificatio impij, & quæ eius causæ. Cap. 7.

Hanc dispositionem seu præparationem, iustificatio ipsa consequitur, quę non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus: vt sit hæres, secundum spem vitæ æternæ. Huius iustificationis causæ, sunt finalis quidem gloria Dei & Christi, ac vita æterna: efficiens verò misericors Deus, qui gratuitò abluit, & sanctificat, signans, & vngens spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Meritoria autem dilectissimus vnigenitus suus Dominus noster Iesus Christus, qui cū essemus inimici, propter nimiā charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationē meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit: instrumentalis item sacramentum baptismi, quod est sacramentū fidei, sine qua nulli vnquam contigit iustificatio. Demū vnica formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit: quia videlicet ab eo donati renouamur spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus: iustitiam in nobis recipiētes vnusquisque secundum suam mensuram, quam Spiritussanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusq; dispositionē, & cooperationem. Quanquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritussanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificātur atq; ipsis inhæret. Vnde in ipsa iustificatione, cū remissione peccatorū hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, & charitatem. Nam fides nisi ad eā spes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit. Qua ratione verissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam, & otiosam esse, & in Christo Iesu, neque circuncisionem aliquid valere, neque

præputium, sed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione, Catechumeni ab Ecclesia petunt, cũ petunt fidem vitam æternam præstantem, quam sine spe & charitate fides præstare nõ potest. Vnde & statim verbum Christi audiunt, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Itaque veram & Christianam iustitiam accipiẽtes, eam ceu primã stolam pro illa quam Adã sua inobedientia, sibi & nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, cãdidam, & immaculatam iubentur statim renati conseruare, vt eam perferant ante tribunal domini nostri Iesu Christi, & habeant vitam æternam.

Quomodo intelligatur, impium per fidem & gratis iustificari. Cap. 8.

Cùm verò Apostolus dicit, iustificari hominẽ per fidem, & gratis, ea verba in eo sensu intelligẽda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ catholicæ consensus tenuit, & expressit, vt scilicet per fidẽ ideo iustificari dicamur, quia fides est humanę salutis initium, fundamentum & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius cõsortium peruenire. Gratis autem iustificari ideo dicamur, quia nihil eorũ, quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera ipsam iustificationis gratiam promeretur: si enim est, iam non ex operibus, alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia.

Contra inanem hæreticorũ fiduciam Cap. 9.

Quamuis autem necessarium sit credere, neque remitti, neq; remissa vnquam fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia, propter Christum, meminit tamen fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum suorũ iactanti, & in ea sola quiescenti peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est, cùm apud hæreticos & schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur, vana hæc & ab omni pietate remota fiducia, sed neq; illud asserendum est, oportere eos, qui verè iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos, nemineniq; à peccatis absolui ac iustificari, nisi eum qui certò & firmissimè credat se absolutum & iustificatum esse, atque hac sola fide, absolutionem & iustificationem perfici, quasi qui hoc non credit de Dei promissis, deq; mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Cùm velut nemo pius, de Dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramentorũ virtute, & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dũ seipsum suamq; propriam infirmitatẽ, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest. Cùm nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

*De accepto iustificationis incremen*to. Cap. 10.

Sic ergo iustificati, & amici Dei, ac domestici facti euntes de virtute in virtutem renouantur (vt Apostolus inquit) de die in diem, hoc est, mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem per obseruationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperãte fide bonis operibus crescunt, atque magis iustificantur, sicut scriptum est, Qui iustus est, iustificetur adhuc. & iterum, Ne verearis vsque ad mortem iustificari. & rursus, Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm. Hoc verò iustitiæ incrementum petit sancta Ecclesia, cũ orat, Da nobis Domine, fidei, spei, & charitatis augmentum.

De obseruatione mandatorum Dei, deq; illius necessitate & possibilitate. Cap. 11.

Nemo autem quantùmuis iustificatus, liberũ se esse ab obseruatione mandatorum putare debet. Nemo temeraria illa, & à patribus sub anathemate prohibita voce vti, Dei prę cepta homini iustificato ad obseruandũ esse impossibilia. Nam Deus impossibilia nõ iubet, sed iubẽdo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis, cuius mandata grauia nõ sunt, cuius iugũ suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum (vt ipsemet testatur) seruant sermones eius, quod vtique, cum diuino auxilio præstare possunt. Licèt enim in hac mortali vita, quantumuis sancti & iusti, in leuia saltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadunt: non propterea desinunt esse iusti. Nam & iustorum

iustorum illa vox est, & humilis, & verax, Dimitte nobis debita nr̃a, quo fit vt iusti ipsi eò magis se obligatos ad ambulandū in via iustitię sentire debeant, quo liberati iam à peccato, serui autem facti Deo, sobriè, iustè, & piè viuētes, perficere possūt per Christum Iesum, per quem accessum habuerūt in gratiam istam. Deus namq; sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur, itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemq; cōsecuturum, etiam si Christo non compatiatur, vt & cōglorificetur: nam & Christus ipse (vt inquit Apostolus) cùm esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis ęternę. Propterea Apostolus ipse monet iustificatos dicens, Nescitis ꝙ hi qui in stadio currunt, omnes quidē currunt, sed vnus accipit brauium? sic currite vt comprehendatis: ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno nō quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutē redigo, ne fortè cùm alijs prędicauerim, ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus, Satagite vt per bona opera certā vestram vocationem, & electionem faciatis. Hæc enim facientes nō peccabitis aliquando: vnde constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut (quod intolerabilius est) pœnas æternas mereri. Atq; etiam eos qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorū socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortādo, cum hoc vt in primis glorificetur Deus mercedem quoque intuentur ęternā, cùm scriptum sit, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem, & de Mose dicat Apostolus, quòd aspiciebat in remunerationem.

Prædestinationis temerariā præsumptionem cauendam esse. Cap. 12.

Nemo quoque quandiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio vsqueadeò præsumere debet, vt certò statuat se omnino esse in numero prędestinatorum, quasi verum esset quòd iustificatus aut ampliùs peccare non possit: aut si peccauerit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam nisi ex speciali reuelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

De perseuerantiæ munere. Cap. 13.

Similiter de perseuerantiæ munere de quo scriptum est. Qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit (quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potēs est eum, qui stat statuere, vt perseueranter stet, & eū qui cadit restituere) nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur. Tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debēt. Deus enim nisi ipsi illius gratiæ defuerint sicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere. Veruntamen, qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore salutem suam operentur, in laboribus, in vigilijs, in eleemosynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs, in castitate. Formidare enim debent scientes, quòd in spem gloriæ, & nondum in gloria renati sunt, de pugna quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse nō possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent, dicenti, Debitores sumus, non carni, vt secū dum carnē viuamus: si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

De lapsis & eorum reparatione. Cap. 14.

Qui verò ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo per pœnitentię sacramentum meritò Christi amissam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio, quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti patres aptè nūcuparūt. Etenim pro his, qui post baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus sacramētum instituit pœnitentiæ, cùm dixit, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retēta sunt. Vnde docendum est Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multò aliam esse à baptismali, eaque continere non modò cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum & humiliatum, verùm etiam eorundem sacramentalem confessionem saltem in voto, & suo tempore faciēdam, & sacerdotalem absolutionem, itemque satisfactionem per ieiunia,

iunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ vel sacramento, vel sacramenti votu, vnà cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ (vt sacræ literæ docent) non tota semper, vt in baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperunt ingrati, Spiritumsanctum contristauerunt, & templum Dei violare nõ sunt veriti. De qua pœnitẽtia scriptum est. Memor esto vnde excideris, age pœnitẽtiam, & prima opera fac. & iterũ, Quæ secundùm Deũ tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilẽ operatur. & rursus, Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ.

Quolibet peccato mortali amitti gratiam, sed non fidem. Cap. 15.

Aduersus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est non modò infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocunque alio mortali peccato, quanuis non amittatur fides, acceptã iustificationis gratiam amitti, diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei, non solùm infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum cõcubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui lethalia committunt peccata, à quibus cum diuinæ gratiæ adiumẽto abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur.

De fructu iustificationis, hoc est de merito bonorum operum, deq; ipsius meriti ratione. Cap. 16.

Hac igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptam gratiã perpetuo cõseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba, Abũdate in omni opere bono scientes, quòd labor vester non est inanis in Domino. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscat operis vestri, & dilectionis quam ostẽdistis in nomine ipsius, & nolite amittere confidentiã vestram: quæ magnã habet remuneratione. Atq; ideo bene operantibus vsq; in finem, & in Deo sperãtibus proponẽda est vita æterna, & tanquã gratia filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanq̃ merces ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona iustitiæ, quam post suum certamẽ & cursum repositã sibi esse aiebat Apostolus à iusto iudice sibi reddendã. Non solùm autẽ sibi, sed & omnibus qui diligunt aduentũ eius. Cũ enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorũ opera semper antecedit comitatur & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse possent, nihil ipsis iustificatis ampliùs deesse credẽdũ est, quò minus plenè illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta diuinæ legi pro huius vitæ statu, satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore (si tamen in gratia decesserint) consequẽdam, verè promeruisse cẽsẽantur, cùm Christus Saluator noster dicat, Siquis biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternũ. Sed fiet in eo fons aquæ viuæ, salientis in vitam æternam. Ita neque propria nostra iustitia, tanquam ex nobis propria statuitur, neq; ignoratur aut repudiatur iustitia Dei: quæ enĩ iustitia nostra dicitur, quia per eã nobis inhærentem iustificamur, illa eadem Dei est, quia à Deo nobis infunditur per Christi meritũ. Neq; verò illud omittendũ est, quòd licèt bonis operib[9] in sacris literis vsqueadeò tribuatur, vt etiam, qui vni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus eum nõ esse sua mercede cariturũ, & Apostolus testetur id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modũ in sublimitate, æternum gloriæ pondus operari in nobis. Absit tamẽ, vt Christianus homo in seipso vel cõfidat vel glorietur, & nõ in Domino, cuius tãta est erga omnes homines bonitas, vt eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes, vnusquisque, sicut misericordiam & bonitatem: ita seueritatem & iudicium ante oculos habere debet, neq; seipsum aliquis etiã si nihil sibi cõscius fuerit iudicare, qm̃ omnis hominum vita, nõ humano iudicio examinãda, & iudicãda est, sed Dei: q illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ, & tũc laus erit vnicuiq; à Deo, q (vt scriptũ est) reddet vnicuiq; secundũ opera sua.

Post hanc catholicam de iustificatione doctrinam, quã nisi quisq; fideliter, firmiterq; receperit, iustificari nõ poterit: Placuit sanctæ Synodo hos canones subiungere, vt omnes sciant, non solùm quid tenere, & sequi, sed etiam quid vitare & fugere debeant.

CANO-

CANONES.

1 Si quis dixerit hominē suis operibus quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, absque diuina per Christū Iesum gratia posse iustificari coram Deo. Anathema sit.

2 Si quis dixerit ad hoc solùm diuinam gratiam per Christū Iesum dari, vt faciliùs homo iustè viuere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrunque, sed ægrè tamen & difficulter possit. Anathema sit.

3 Si quis dixerit sine præueniente Spiritussancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur. Anathema sit.

4 Si quis dixerit liberum hominis arbitriū à Deo motum & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atq; vocanti, quoad obtinendam iustificationis gratiam, se disponat ac præparet, neque posse dissentire, si velit, sed velut inanime organū quoddam nihil omnino agere, mereq; passiuè se habere. Anathema sit.

5 Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, figmentum deniq; à Satana inuectum in Ecclesiam. Anathema sit.

6 Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deum operari, non permissiuè solum, sed etiam propriè, & per se, adeo vt sit eius proprium opus, non minus proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli. Anathema sit.

7 Si quis dixerit opera omnia quæ ante iustificationem fiunt, quacunq; ratione facta sint verè esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tantò eum grauius peccare. Anathema sit.

8 Si quis dixerit gehennæ metum, per quē ad misericordiam Dei de peccatis dolendo cōfugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere. Anathema sit.

9 Si quis dixerit, sola fide impium iustificari, ita, vt intelligat nihil aliud requiri quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, eū suæ voluntatis motu præparari, atq; disponi. Anathema sit.

10 Si quis dixerit homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse. Anathema sit.

11 Si qui dixerit hominem iustificari, vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritū sanctum diffundatur, atq; illis inhæreat, aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tātùm fauorem Dei. Anathema sit.

12 Si quis dixerit fidem iustificantem nihil aliud esse, quàm fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse qua iustificamur. Anathema sit.

13 Si quis dixerit omni homini ad remissionem peccatorū assequendam, necessarium esse, vt credat certò, & absq; vlla hæsitatione propriæ infirmitatis, & indispositionis peccata sibi esse remissa. Anathema sit.

14 Si quis dixerit hominem à peccatis absolui ac iustificari, ex eo quòd se absolui ac iustificari certo credat, aut neminem verè esse iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionē & iustificationem perfici. Anathema sit.

15 Si quis dixerit hominē renatū & iustificatū teneri ex fide ad credendū secretò esse in numero prædestinatorum. Anathema sit.

16 Si quis magnum illud vsque in finem perseuerantiæ donum, se certò habiturum, absoluta, & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit. Anathema sit.

17 Si quis iustificationis gratiā, non nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, vtpote diuina potestate prædestinatos ad malum. Anathema sit.

18 Si quis dixerit Dei præcepta homini etiā iustificato, & sub gratia cōstituto esse ad obseruandum impossibilia. Anathema sit.

19 Si quis dixerit nihil præceptū esse in euāgelio, præter fidem, cætera esse indifferētia, neq; præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decē præcepta nihil pertinere ad Christianos. Anathema sit.

20 Si quis hominem iustificatum, & quantūlibet perfectum dixerit non teneri ab obseruantiam mandatorum Dei, & Ecclesiæ, sed tantùm ad credendum, quasi verum Euangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ sine conditione obseruationis mandatorum. Anathema sit.

21 Si quis dixerit Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse, vt redemptorem cui fidant, non etiam vt legislatorem, cui obediant. Anathema sit.

22 Si quis dixerit iustificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, vel cũ eo non posse. Anathema sit.

23 Si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, neq; gratiam amittere, atq; adeò eum qui labitur & peccat nunquam verè fuisse iustificatum, aut contra posse, in tota vita, peccata omnia, etiã venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia. Anathema sit.

24 Si quis dixerit iustitiã acceptam non conseruari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera: sed opera ipsa fructus solummodò, & signa esse iustificationis adeptæ, non etiam ipsius augẽdæ causam. Anathema sit.

25 Si quis in quolibet bono opere iustum, saltem venialiter peccare dixerit: aut quod intolerabilius est, mortaliter: atq; adeò pœnas æternas mereri, tantumq́; ob id damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem. Anathema sit.

26 Si quis dixerit iustos nos debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & sperare æternam retributionem à Deo per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum: si bene agendo, & diuina mandata custodiendo vsque in finem perseuerauerint. Anathema sit.

27 Si quis dixerit nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis: aut nullo alio quantũuis graui, & enormi præterquàm infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti. Anathema sit.

28 Si quis dixerit amissa per peccatum gratia simul, & fidem semper amitti: aut fidem, quæ remanet non esse verã fidem, licèt non sit viua, aut eum qui fidẽ sine charitate habet non esse Christianum. Anathema sit.

29 Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere: aut posse quidẽ, sed sola fide, amissam iustitiam recuperare, sine sacramẽto pœnitentiæ: prout sancta Romana, & vniuersalis Ecclesia à Christo domino, & eius Apostolis edocta hucusque professa est, seruauit & docuit. Anathema sit.

30 Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpã remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ: vel in hoc seculo, vel in futuro in purgatorio, antequã ad regna cælorum aditus patere possit. Anathema sit.

31 Si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis, bene operatur. Anathema sit.

32 Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita. Aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum (cuius viuum membrum est) fiunt non verè mereri augmentũ gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consecutionem, atq; gloriæ etiam augmentum. Anathema sit.

33 Si quis dixerit per hanc doctrinam catholicã de iustificatione à sancta Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi Domini nostri derogari: & non potiùs veritatem fidei nostræ, Dei denique, ac Christi Iesu gloriam illustrari. Anathema sit.

LAVS DEO.

RELECTIO FRATRIS DOMINICI Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorũ, Cæsareæ Maiestati à sacris confessionibus, de ratione tegendi & detegendi secretum.

SECVNDA ÆDITIO NVPERRIME AB authore recognita, multisq́ in locis aucta, & à mendis quàm maximè fieri potuit, repurgata.



SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Maria à Terranoua.
M. D. LXVI.

ILLVSTRISSIMO DOMINO AC REuerendissimo præsuli, D. Ioanni à Toleto, Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinali, Burgensiq; episcopo, ex ordine prædicatorum assumpto, suus frater Dominicus Soto eiusdem ordinis. S.




HAVD nescio Præsul clarissime, ꝗ sit libellus hic impar, quem Dominationi tuæ, aut nuncuparē, aut certè Romā mitterem. Verum tamen cū mecū soleas (quę tua humanitas est) itidem expostulare, cur quæ in gymnasio publice dictamus, queq; auditores tumultuariè codicibus excipiūt, nō aliquando exacta & polita prælo permittimus, animum subijt has, D. tuæ meditatiūculas exhibere, de quibus, quæ nos cætera præstare possumus, facilè conijcias: atq; adeò, vt rigorem tu iubendi remittas, si indigna iudicaueris quæ in lucem prodeant, aut si diuersa fortè steterit sententia, timorem ego tēperem obsequendi. Vereor nāq;, hoc me quoq; nomine traducere pergas: sanè quē, postꝗ à seculi vndis, cathedris (inquam) alijsq; id genus scholarum noībus, in hunc me religionis secessum recepi, nunquā (quod votis omnibus optauerā) latere siuisti. Nam quòd patres huiusmodi secularibus titulis mundo me rursus prodiderint, tuū certè studium fuit, tuaq; prorsus authoritas. Adeò enim D. tuæ animo sedit cùm literarum omniū, tùm maximè sacrarum studia fouere & locupletare, vt quantulā nos cunq; accessionē ad eam rem facere possimus, nō neglexeris. Verum enimuerò dum fidem hac ratione religionēq; sanctissimè colis, agis profectò nihil aliud, quàm quod vobis gentile est ac domesticū institutum. Vestra enim Albanorū domus, tāetsi vtroque parente regibus ædita, ob hoc tamē apud nostrates clarissima habetur, ꝙ præ se semper tulerit, fidei, christianæq; religioni honorē & cultū summa obseruatione deferre. Vnde ducibus vestris semper id solēne fuit, vt nullū vnquā Hispania Mauris, Turcis, alijsq; barbaris christiani nominis hostibus bellum indixerit, quo non sese armauerint primi, sanguinēq; & plurimi animas fuderint. Testis est vel Africana illa expeditio: vbi frater tuus Garsias à Toleto, quē honoris gratia nomino, pro patria, pro fide & religione tam sese generosè deuouit. Sed & in longa illa expugnatione regni Granatæ, quæ tantu Hispanis negotiū facessiuit, tantoq; sanguine constitit, ꝗ se vestri strenue gesserint, illustris corona perpetuo fuerit testimonio, quā de capta tunc signorū ac vexillorum turba insignibus vestris circundederunt. Quā ergo fidē armis tui, ac rebus clarè gestis propugnarunt, hanc nimirū, si moribus tu & literis omni authoritate & studio operæpretium duxeris asserere, extollere, & amplificare. Quocirca cū tu præsul reuerendissime domum hanc tuam, vnde ad illum ordinē summūq; senatum assumptus es, amplissimis ædificijs, monumentisq; exornes, modisq; omnibus augere & nobilitare studeas, tamē ego, cuius interest officio publico gratias referre, nihil gratius D. tuæ vicissim rependere possum, ꝗ literaria hæc munuscula. Quæ, quātulacunq; sint, acceptare (vt reor) nō dedignaberis: quādoquidem nō minus regium est, exigua libenter accipere, quàm ampla magnifice tribuere. Vale.

ARNOLDVS SCHVRERIVS BRAbantus Lectori.

Quùm canit Ausonius vates, non ambo placere,
Multa loqui, & summa cancta silere fide:
At Cato, Simoniades, contrà celanda putarunt,
Sic & Aristides: nè Metancea premat:
Ac honor, & nomē clarū (ab Ioue quæ inqt Homerus)
An curanda probis, an remouenda forent?
Certus vt hic fias, librum hunc amplissime Lector
Sumito, quo Soto iudice, doctus eris.

❧Relectio Fratris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorū, Cæſareæ maieſtati à ſacris confeſsionibus, De ratione tegendi & detegendi ſecretum.



Rouidēter maiores noſtri, patres grauiſsimi, concioq; bonarū literarum ſtudioſiſsima, & re ſapienter explorata, inſtituerunt, vt de cūctis, quæ annis ſingulis publicè legimus, ſelectū aliquid relegerem⁹: ſanè qđ paulò eſſet accuratius elaboratū: ꝑ cuiuſque ingenio ſuis numeris abſolutū. Enimuero, Quū relego (ait quidā) ſcripſiſſe pudet: nā plurima cerno, Me quoq; qui ſcripſi, iudice, digna lini. Atqui cū pleraq; oīa quæ anno præſenti de præclariſsima virtute iuſtitiæ interpretati ſumus, ardua quidē ſint, atq; adeò cognitu tū iucunda, tum etiā in primis neceſſaria, tamen ex tam varia ſupellectile hoc vnū argumentum & vos impendio efflagitatis, & nos potiſſimū iudicauimus, de quo relectionē hanc cōficeremus: quod eſt, De ratione tegendi & detegendi ſecretū. Nam inter ea quæ ad vitā humanā præcipuū habent momētū, id profectò nec in poſtremis eſt, ſi pro dignitate perpendamus, qua rōne tacere, quave proferre debeamus, quæ nobis ſunt ſecretò cōcredita, ac fidei noſtræ cōmiſſa. Vt.n. arcanū amici temerè effutire nō modò vanitas eſt, ſed iniquitas, atq; adeò infidelitas, ita cōtrà, tunc occultū celare crimen, quādo magiſtratus via id & rōne percōtatur, delictū eſt. Imò verò, ſi crimē in perniciem ſpectet Reipublicæ, qui nō, vel ſua ſpōte, illud ſtatim defert, impius eſt, & patriæ proditor. Quocirca, qui ſuam aſtrinxit fidē arcani tacendi, inter Scyllam ſe intelligat, & Charybdi nauigare. Quod Philippides ille, Lyſimacho regi gratiſsimus, ſapienter admonuit: nā cùm à rege rogaretur, quidnā ſibi vellet ſuarū rerū impartiri, reſpōdiſſe fertur. Quiduis ó rex: modò nequid arcani. Et Ariſto. rogatus quid in vita eſſet difficillimū, reſpōdit. Ea reticere quæ minimè eſſe opus vnquā efferri. Et Socrates faciliùs eſſet dicebat imperitis & malis hoibus flammā ore inardentē cōtinere, q̄ arcanū. At cùm argumentū hoc animo luſtrare incipio, & mēbratim explorare, latiùs patere video, q̄ vt vna relectione poſsit abſolui. Etenim, ſi res à carceribus (quod aiūt) ad metā vſq; tractāda eſt, accerſere huc materias oportet đ correptione & denūtiatione fraterna, de accuſatione & de inquiſitione: quippe in quibus ſumma huius diſputationis poſita ſit. Illic enim, cū reis, tū etiā teſtibus periculū imminet, aut velandi qđ ius eſſet denuntiare, aut reuelādi quod neutiquā opus eſſet prolato. Ob idq; boni cōſulite, ſi dum relectionē inſtituere cœpimus, currente rota, iuſtus liber exierit. Enimuerò, quāquam hæc diuerſis in locis vulgata, verſataque ſint, & apud theologos, & plurimū apud iuris cōſultos, tū hoc hactenus deſiderat̄, vt rōnes vniuerſæ tegendi & detegendi ſecretū in ſumma cōprehenderētur: quas tā prælati, q̄ ſubditi ſimul habeāt ante oculos. Quòd ſi pro expectatione veſtra præſtiterimus, nō fuerit, puto, inutilis labor noſter: ſin minus, temeritatē accuſate meam, qui materiā ſumpſerim, nō meis viribus æquā. Nā etſi cura nos publica Prioratus noſtri, cui per obedientiā deeſſe nō poſſumus, frequēter à quiete ſtudiorū noſtrorum interpellet, tamē nullā inde præteximus excuſationē. Debuiſſem⁹ enim ſilere potiùs, vt culpa careremus, q̄ quidpiā edere, cuius veniam deprecaremur. Sed faxit Deus vt oratio nobis cōtingat digna, quæ à nobis, & in hoc veſtro conſeſſu, & de re grauiſsima habeatur.

Argumentū operis.

¶Sed ad rē deſcendentes, ab illo proloquio ſapienter rectè arbitramur proficiſci: quod eſt Prouerb. 11. Qui ambulat fraudulēter, reuelat arcana: qui autē fidelis eſt, celat amici cōmiſſum. Nā ita mos eſt aliqđ prothema initio ꝓponendi, qđ ſit totius relectionis fundamētū. Atq tria eſſe exiſtimo neceſſaria mēbra hui⁹ diſputationis. Primū quo explicet qđnā genus virtutis ſit, ſecreta cōtegere: quaq; lege ad id officiū teneātur mortales. Alterū, quo perſcrutemur, quibus de cauſis, aut ſua quiſq; ſpōte, aut ſi quis fuerit interrogatus, iure debeat occultū crimē detegere. Tertiū ac poſtremū, quo oſtendamus quādo quiſpiā vi & iniuria petit ſecretū pādere, qua prudētia, qbuſq; verbis ſeſe licebit citra mendaciū protegere: atq; adeò quid tū priùs perpeti debeat, q̄ vel ſe, vel amicū prodat. Stylus verò ſcholaſticus erit & peripateticus, quippe q ad veritatē veſtigandam & differendā lucidior eſt, atq; ad cōcludē-

Prothemai

Diſtributio operis.

dam & iudicandã aptissimus. Sint em̃ quãuis ipsi latinissimi, q res scholasticas oratorie tractant, nosq; barbaros existiment, tamẽ nũq̃ eas potuerũt eo dicẽdi genere, de suis cuiusq; principijs efficaciter rõcinari, & perspicue desinire Nos verò vniuersis literarũ studiosis morẽ geramus: eò vel maximè, quòd multis licet, citra eloquentiam Ciceronis, esse Theologos.

MEMBRVM PRIMVM.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrùm celare secretũ sit officiũ fidei. ¶ Ad partẽ negatiuã arguitur. Fides est virtus intellectualis: sed secretũ seruare est virtus moralis: ergo seruare secretũ non est officiũ fidei. Quòd si dixeris præter fidẽ intellectualẽ, aliã esse fidem moralẽ, replicatur hoc modo. Fides moralis est pars & species iustitiæ: imò fundamentum totius iustitiæ, vt autor est Cicero primo de offic. c. de iustitia. sed seruare secretũ nõ est actus iustitiæ: ergo nec est actus fidei. Probatur minor. Seruare propriũ secretũ nõ pertinet ad iustitiã: iustitia enim (inquit Aristot. 5. Ethic.) est ad alterũ: quare hominis ad se ipsũ nec iustitia est, nec iniustitia: celare aũt alienũ secretum est opus charitatis & amicitię: quod verbis ꝓpositis Salomonis insinuat. Qui fidelis est, celat amici cõmissum: ergo neutrũ secretum seruare est actus iustitiæ. ¶ Secũdò arguit. Velare, aut, pro rõne, reuelare secretũ, pertinet ad prudentiã, cuius est discernere inter tẽpus tacendi, & tempus loquẽdi: vnde Prouer. 10. Qui moderat labia sua prudentissimus est, & ca. 11. proximè ante prouerbiũ thematis. Qui despicit amicũ suũ indigens corde est: vir autẽ prudẽs tacebit. i. tacebit in publico, occultè aũt castigabit: vt habet glossa interlinearis: ergo celare secretum, officiũ potius est prudẽtiæ, q̃ fidei. ¶ Tertiò & postremò arguitur. Secretum temerè & sine causa effutire, hoc vanitas est, & incõtinentia: etenim, vt docet Arist. 7. Ethic. c. 4. quanq̃ cõtinentia, absolutè dicta, circa solas versetur voluptates tactus: tamẽ, cũ addito dicta, ad alias etiã affectiones extendit: est enim qs incõtinens honoris, aut iræ, atque adeò linguæ: quocirca, q temerè secreta ꝓfundit, vaniloquus appellatur. Atq secretũ, præter rõnem, metus causa reuelare, cõtrarium est formidini: vt cũ quis in eculeo leui tormento victus, crimẽ prodit, de quo iniustè interrogatur: ergo celare secretũ, officiũ propius est, aut cõtinẽtię aut fortitudinis, q̃ iustitiæ, atq; adeò fidei. ¶ In cõtrariũ est prouerbiũ propositũ: vbi qui reuelat arcana, fraudulentus appellat: atq; adeò, fidelis, qui celat amici cõmissum.

Secretorum aliud est de re propria eius qui secretũ apud se cõtinet: aliud verò est de re aliena. Et quia hęc varias habẽt cõsideratiões, tres erunt quęstiones in hoc primo mẽbro. Prima de secreto in gñe: altera, de secreto alieno: & tertia, de secreto cuiusq; ꝓprio. ¶ Sed ante solutionẽ primæ qõnis, circa expositionẽ termi norũ nõ tacitus prætereibo, esse quosdã, q hoc noie secretũ, quod in scholis frequẽtissimum est, scrupulose vtanĩ, pro eo qđ est arcanũ & occultũ: insinuantes non esse in hac significatione satis latinũ. Sed nihilominus, quanq̃ secretum idẽ est qđ separatũ: vt est illud iuris cõsultorũ: Secretorũ secreta est ratio. i. Diuersorum diuersa est ratio, atq; iudiciũ: vnde secretò loqui est in secessu & sine arbitris loqui: tñ profectò id ipsum quod quis secretò loquitur secretũ etiam latinè dicitur. Nã apud iurisconsultos, latinitatis nõ negligentes, nõ rarus est vsus huius noĩs in hac significatione. Vt. ff. de re militari. l. Omne delictũ. Exploratores qui secreta nunciãt hostibus, proditores sunt. Atque adeò Quintil. in altera declaratione ꝓ cæco, nõ semel vtitur hoc noie. Poterã (inquit) iudices secretum hoc senis, profundũq; vocare cõsilium. Sed de hoc satis. ¶ Quod tamen ad rem attinet, loquimur primũ omniũ de secreto in tota disputatione formaliter, nẽpe de re quæ suapte natura digna est vt secreta seruet, scilicet, q̃ aut mala est & peccatũ, aut cuius reuelatio est perniciosa. Ad hunc enim modum loquunt hoies de secreto: nã virtutes & opera q̃ ad gloriã hominis spectãt, nõ sunt celatu digna: nec appellãtur secreta. Quapropter cæci illi euangelici Matth. 9. nihil fecerũt cõtra virtutem, diffamãtes Christũ de miraculo: nã, vt ait illic Hierony. dñs propter humilitatem fugiens iactantiã hominũ, præceperat ne se diffamarent: & illi propter memoriã gratię, non potuerũt tacere beneficiũ. ¶ Secundò notandum est ꝙ secretũ & occultũ, & (quod his opponit) manifestũ, multis modis dicit, vt videbimus in fronte statim secũdi mẽbri: tamẽ in pręsenti qõne secretũ vocamus, quicquid nec est notoriũ, nec infamia ꝓclamatũ. Ita vt dicamus secretum, quicquid ab ecclesia tolerat: vt habetur. c. Vestra. De coha. cler. & mul. Tñ etsi varij sint gradus secretorũ: nã aliqđ est omnino secretum, qđ præter Deũ, solus ipse nouit, q crimen admisit, aut forsan confessor. Alio modo accipitur secretum: pro eo qđ iuridicè probari non põt: vt qñ vnus solus est testis sine alijs indicijs. Tertio modo dicit secretũ: quicquid nõ est in iudiciũ delatum, nec publica infamia laborat

Nomen secretum.

Secretũ multiplex.

borat:licèt possit ꝓbari. Et quãto secretum inter pauciores continet, tãto grauius scelus est illud prodere. Sed de his oibus generaliter mota est qõ. ¶ Tertiò notandũ est, ꝙ nomẽ fides, duplex est & æquinocũ ad duas virtutes, alteram intellectualẽ, & alterã moralẽ. Significat em̃ primò habitũ & virtutẽ mentis, qua certò & constãter, & (qđ dicunt) firmiter, dictis cuiuspiã adhæremus. Queãdmodum Aristot. in Top. lib. 5. Fides (inquit) est opinio cum vehemẽtia: id est, assensus sine hæsitatiõe. Quæ quidem ad præsens negotiũ nihil attinet. Significat secundò habitum voluntatis, qui & fidelitas nuncupat, quo dicta & promissa factis cõplemus, & certa facimus. Quõ accipit illic, Accipe, daq; fidẽ. Quã graphicè describit Cice. 1. offic. c. de iustitia dicens. Fides est dictorũ cõuentorumq; cõstantia & veritas. Et dicit fides (qđ præter Cicero. adnotauit etiã Aug. lib de mẽdacio, ca. 20.) qa fit qđ dicit. Id. n. præ se ferunt duæ illæ syllabæ fides: quarũ prior insinuat, facere, posterior verò dicere. Quã virtutẽ tãti fecere Romani, vt statuã ei, Iouis optimi vicinã, in capitolio statuerẽt. Quod ex oratiõe Catonis refert Cice. offic. lib. 3. Et vsq; adeò eã semp coluerũt, vt ꝓ fide, vel hostibus seruãda, Marcus Regulus mortẽ oppeteret. Et de hac loquimur in ꝑsentiarũ. ¶ Sed qa hoc primũ ad notitiã dicendorũ cõducit, notandũ est quartò, duplicẽ esse, id genus fidẽ: alterã quidẽ quæ versat circa dbitũ legale: qđ est vere & iure debitũ: quale est in cõmercijs & cõtractibus ciuilibus, in qb9 est ratio dati & accepti. v. g. Fides est, emptorẽ statuto tẽpore ꝓmissum pretiũ ꝑsoluere: & cõiuges mutuas sibi operas impẽdere: & ciues principi parẽre: ac deniq; principẽ qui tributa populi recepit, ciues vicissim armis tueri, ornare morib9, & legibus emendare. Quod sonat illud euangelij. Quis putas est fidelis seruus & prudẽs, quẽ cõstituit dñs sup familiam suã? Matth. 24. Et huiusmodi fides nulla rõne à iustitia separat, imo est ipsa iustitia: atque adeò p oẽs materias iustitiæ diffundit. Et de hac loquit Cic. loco citato: vbi dicit, fidẽ fũdamentũ esse iustitiæ: vt pote ꝙ oĩs iustitia inde pendeat, si certũ quisq; faciat qđ dicit. Vnde, in vsum abijt mortalib9, vt quoties qs iniuriã passus est, deorũ hominũq; fidẽ imploret. Alia verò est fides & fidelitas q̃ versat circa debitũ morale, qđ nõ est absolute debitũ, sed ad quandã naturalẽ ꝑtinet honestatẽ. Vt siquis quid ex liberalitate sua & bonitate ꝓmisit, fides est vt impleat. Quod sapiẽs admonet Eccl. 5. Si qđ vouisti deo, ne moreris reddere, displicet. n. ei infidelis & stulta ꝓmissio. Et huiusmodi fides nõ est ꝓpriè iustitia: nã vbi debitum fundat in sola liberalitate & bonitate ꝓmittẽtis, nõ est vera rõ debiti: nec est ꝓinde integra rõ iustitiæ. Est tñ, vt docet S. Tho. 2. 2. q. 80. pars potẽtialis iustitiæ: nã partẽ potẽtialẽ cardinalis virtutis vocãt philosophi illã virtutem: in qua nõ est tota rõ talis virtutis cardinalis: sed ꝓpter similitudinẽ reducitur ad illam: veluti liberalitas reducitur ad iustitiam.

Fides duplex.

¶ His prænotatis respõdetur ad qõnem trib9 cõclusionib9. Prima. Secretũ seruare alienum, est officiũ fidei. Probat. Actus exterior, illius potẽtiæ & virtutis est, cuius ꝓpriũ obiectũ, ꝓximẽ mouet ad talẽ actũ, & ꝓpriè intendit p illũ: vnde dimanauit regula illa philosophorũ, Habitus & ꝓprius actus versant circa idẽ obiectũ. Vt visio iudicat esse ꝓprius actus potẽtiæ visiuæ, qa color, qui est ꝓpriũ obiectũ illius potẽtiæ, ꝓximẽ mouet ad talẽ actũ: & dare eleemosynã est actus misericordiæ: qa miseria, q̃ est obiectũ misericordiæ, mouet ad talẽ actũ: & subleuatio miseriæ intendit p illũ: sed ꝓpriũ obiectũ fidei, vt expositũ est, est facere quod qs dixit, & implere quod ꝓmisit, & hoc est qđ mouet ad seruandũ secretũ & qđ intenditur p talẽ actum, ergo seruare secretũ est officiũ fidei. Exponit minor. Senator, aut canonicus, aut quæcunq; ꝑsona publica astringit iureiurando seruare secretũ senatus, aut capituli: fides ergo est quæ inclinat ad seruandũ tale secretũ. Et eadẽ rõne, si ꝑsona priuata, data fide secreti, recepit arcanum alterius. Sed q̃ visu aut relatione tertiæ ꝑsonę nouit crimẽ alienũ, quanq̃ expressẽ nõ ꝓmiserit secretũ, censetur tñ virtualiter ꝓmisisse: propter vinculũ & ius naturale, quo quisq; tenetur seruare secretum proximi, vt quæstione sequẽti manifestabitur.

Prima conclusio.

¶ Scđa cõclusio. Seruare secretũ ad qđ quis tenet ex officio publico aut legali debito, est officiũ fidei, q̃ est pars subiectiua & ꝓpria species iustitiæ: sed seruare secretũ ad quod qs ex honestate solũ naturali obligat, est officiũ fidei, q̃ est pars potẽtialis iustitiæ. V. g. Senator aut canonicus & quicunq; publica astringit fide, virtute iustitiæ tenet seruare secretũ publicũ: & Eps secretũ papæ: qđ iurat seruare. c. Ego episcopus. De iureiurando. quod si reuelat, cõmittit iniustitiã: & grauiorẽ ex gñe suo, quasi nõ redderet mutuũ aut furtũ. Et maiori ratione sacerdos tenet vinculo iustitię seruare secretum cõfessionis qa hoc illi incũbit ex officio. Imò verò sacerdotẽ seruare secretũ, nõ solũm est iustitia, sed religio: atq; adeò reuelare: nõ solũm est iustitia, sed sacrilegiũ. Sed inter ꝑsonas priuatas: qui data fide recipit arcanũ amici, te-

Secunda conclusio.

netur illud abscōdere de iustitia: veluti tenetur quis seruare depositū. Atq; adeò, qui per iniuriam extorsit ab alio secretū suū, tenetur illud seruare: sicut fur tenetur restituere furtū. Vt si quis literas alienas aperuit, prætercȝ ꝙ grauiter peccauit, obnoxius est secreti seruandi. At verò quādo quis visu, aut relatione tertiæ personæ secretū nouit, tunc nō propriè de iustitia, sed de honestate naturali tenetur illud seruare. ¶Colligitur ergo ꝙ seruare secretū proximi, est propriè officiū fidei, vt habetur in verbis thematis. Ob idq; in epistola Philiberti episcopi. quæstio. 22. 5. can. De forma. inter sex officia fidelitatis quæ seruus debet iurare domino, secundum est, de secreto seruando. ¶Colligitur deinde, huiusmodi fidem partem esse iustitiæ: & ideo Ioseph spōsus Virginis vt iustus cōmendatur ab euangelista, Matth. 1. qui de flagitio sponsæ, qđ fortè fuerat suspicatus, vt putat Aug. noluit eam traducere. i. prodere & diffamare: quia id probare nō poterat. ¶Tertia conclusio. Seruare secretū de re propria, nō est propriè officiū fidei, sed cōtinentiæ, & charitatis, qua se quisq; tenetur diligere: & famæ suæ cōsulere. Prima pars persuadetur illa replica primi argumenti principalis: nam fides est pars iustitiæ: hominis autē ad seipsum nec iustitia est nec iniustitia. Secūda pars est manifesta: nā qui secretum suum temerè reuelat, vanus est, & incontinentis linguæ, atque adeò suæ prodigus famæ.

Tertia conclusio.

¶Ad primū argum. ētū respōsum est in secūdo notabili. Et ad replicā ꝓ priori parte respōdimus modò in tertia cōclus. Sed ad secūdā negatur ꝙ seruare secretū alienū sit proprius actus charitatis aut amicitiæ: at remotè imperatur à charitate: nā charitas, quia est vniuersalis virtus, habet imperium super oēs alias virtutes & oēs mouet ad suū finē. Vt charitas patriæ mouet ad aggressum bellicū: qui tamē est prorius actus fortitudinis: & charitas propriç personæ mouet ad ieiuniū, ne noceat cibus: qui tamen est proprius actus tēperantiæ: & ad hunc modum charitas amici mouet ad seruandum eius secretum: qui tamen est actus fidei.

¶Ad secundū argū principale respōdet Aris. 6. Ethic. c. 12. vbi dicit ꝙ virtus facit rectā intētionē & propositū finis: sed prudētia disponit & inuenit media quibus illū consequimur. Vt fortitudo facit propositū strenuè agēdi in bello: sed qñ expediat aggredi, quādove receptui canere, hoc prudētia discernit. Et tēperantia facit intentionē comedendi quātū cōuenit valetudini: sed quādo oporteat aut nō oporteat comedere, hoc ostendit prudētia. Eodē modo, fides est quæ inclinat vt nō reueletur sine causa secretū: sed quādo oporteat velare, quandove reuelare, hoc dirigit prudentia. ¶Ad tertiū respondet ꝙ nihil vetat idem opus à duabus virtutibus, etiā particularib⁹, aut à duobus vitijs, ab vno proximè, & ab alio remotè dimanare. Et hac ratione, quanquam reuelare secretum sit proprium peccatum infidelitatis, nascitur tamē quandoq; ex defectu continētiæ, & quādoq; ex defectu fortitudinis. Nā virtutes sunt connexæ: & ideo, vna sublata, reliquæ fiunt debiliores, neq; habēt iustum gradū virtutis.

QVÆSTIO SECVNDA.



Trùm seruare secretū proximi sit sub præcepto? ¶Ad partem negatiuā occurrit in primis exemplum Christi seruatoris nostri, cuius nos admonet Paul. ad Ephes. 5. vt simus imitatores, qui crimen proditoris Iudæ cæteris Apostolis nunciauit dicens. Vnus ex vobis me tradet, Ioannis, 13. & interroganti Ioanni, Domine quis est? respondit: Cui ego intinctum panem porrexero. Et, vt de thesauro scripturç noua proferamus & vetera, Leuit. 5. præcipiebatur. Qui audierit vocem iurantis (scilicet falsò) testisq; fuerit &c. nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Vnde colligit Augustinus, vt refertur. 22. quæstio. 5. capit. Hoc videtur. quòd non solùm ante peccatum admonendus est frater ne peccet, sed postquam peccauit, quanuis peccatum sit secretum, denunciandus est illi qui possit prodesse & non obesse. Et, vt ab vtroque iure testimonium petamus. ff. De iniurijs. habetur eum qui nocentem infamauit, non esse bonum & æquum ob eam rem condemnari. Peccata enim nocentium nota esse oportere & expedire. Ergo seruare secretū crimen, non est sub præcepto.

¶Secundò arguitur. Omnia præcepta necessaria ad salutē, comprehenduntur sub decalogo, secundum illud Matt. 19. Si vis ad vitā ingredi, serua mandata: & subnectunt solū præcepta decalogi, Non homicidium facies. Non adulterabis &c. sed non constat quo præcepto decalogi comprehendatur secretorum fides: ergo non est præceptum.

¶Tertiò arguitur. Non videtur minus malum prænunciare peccata futura, quàm denunciare præterita: sed licet astrologo prænunciare hominum peccata quæ de astris & complexione hominum coniectat, vt etiā habetur lege. Item apud Labeonem. §. Si quis Astrologus. ff. de iniurijs. dummodo id non faciat

faciat arte magica:nã tũc vltore gladio puniẽdus eſt,vt iubet.l.Nemo.C.de maleficijs & ma the.ergo licet & peccata præterita reuelare. ¶Et cõfir.Hiſtorici multa enarrãt peccata, q̃ vel erant occulta,vel nõ fuiſſent adeò publica, ſi nõ hiſtorijs proderẽtur:ergo ſeruare ſecretũ nõ eſt ſub præcepto.¶Sed in contrariũ eſt,qa opera iuſtitiæ ſunt ſub præcepto:de quo admonemur Matth.7.vt quæcunq; voluimus faciant nobis hoies,hæc & nos faciamus illis:ſed fidelitas eſt pars & ſpecies iuſtitiæ, & ſeruare ſecretum eſt fidelitatis officium,vt dictum eſt: ergo ſeruare ſecretum eſt præceptum.



Vanuis ſuperiori quæſtione definitum ſit ſeruare ſecretum eſſe virtutem, ſupereſt tamen ſub iudice an ſit ſub præcepto : nã ſunt virtutes multæ ad vitæ perfectiones ſpectãtes,quæ nõ ſunt niſi ſub cõſilio:vt de paupertate inſinuauit Chriſtus iuueni illi euãgelico,Si vis perfectus eſſe,vẽde oĩa quæ habes &c.& de virginitate dicit Paul.1.Cor.7.præceptum dñi nõ habere,conſiliũ autẽ dare.Atqui,dũ quærim⁹ an fides ſecreti ſit ſub præcepto,loquimur de ſecreto formaliter.i.de re quæ ſuapte natura digna eſt vt ſecretò ſeruetur,nẽpe quæ mala eſt, aut mali cauſa.¶Reſpõdetur ergo ad qõnem quinq; cõcluſionibus.Prima.Ad fidẽ alieni ſecreti,qđ eſt de re proximi, naturali iure tenemur diuino,atq; humano.Cõcluſio receptiſſima eſt oibus philoſophis & theologis, ſed locos ſeruari oportet,à qbus veritatẽ eruam⁹. Et qđ ſit ius naturale celare ſecreta q̃ ſunt peccata,probat primò ex ipſa peccatorum natura. Hoc em̃ differt inter virtutũ opera & vitiorũ, ꝙ natura virtutũ,qa bonæ ſunt,eſt,vt manifeſtent:ſed peccatorũ natura:qa mala ſunt, eſt, vt contegantur,nec, niſi ex neceſſitate correptionis aut punitionis detegãtur.Qualia enim ſunt rerũ principia,talẽ ſortiunt̃ naturã:pro cedũt aũt virtutes à naturali lumine,peccata verò ab ignorãtia:nã omnis prauus ignorat.3.Ethico.c.1.ſunt ergo virtutes ſuapte natura dignæ quæ palàm fiãt,peccata verò ſunt celatu digna.Vnde,mos ſcripturæ eſt peccata vocare tenebras,virtutes verò lucẽ.Vt Io.3.Dilexerunt hoies tenebras,magis q̃ lucẽ.Et Ro.2. Abijciamus opera tenebrarũ,& induamur arma lucis.Et Eſa.3.repræhendunt̃ q peccata ſua ſicut Sodoma prædicauerũt.Sed Matth.5.præcepit Chr̃s vt luceãt opera nr̃a bona corã hominibus:& natura,ea q̃ in nobis imperfectiora ſunt cõtecta eſſe voluit,faciẽ verò voluit cõtrà,patere.Eſt ergo cõtra naturã crimina detegere,niſi correctionis grã ordine ſeruato iuris

Prima conclusio.

atq; adeò præceptũ naturale eſt ſecreta celare. ¶Et cõfir.hæc rõ.Amicitia,quæ hoibus tã eſt neceſſaria,nulla ſanè eſſe poſſet, niſi peccata & praua hoim corda occulta eſſẽt Nã ſi mala q̃ tu ſecretò admittis,cũctis eſſẽt manifeſta, qs te proſequeret amore?Et ſi q̃ alij in corde cogitãt mala,tibi eſſẽt cõperta,quẽ poſſes vnq̃ amare?Reuera prẹclarè nobiſcũ actũ eſt , cũ hoim mala deus & natura occulta eſſe voluerunt,vt, vel hac rõne amicitia inter hoies coaleſceret. ¶Secũda rõ ſumit̃ à dãno dato,& ꝓcedit non ſolũ de ſecreto peccato cuius reuelatio eſſet in famia,ſed de omni ſecreto cuius reuelatio eſſet pernicioſa:vt ſi qs latentẽ proximi theſaurum aperiret latronibus,aut latentẽ hoiem ꝓderet hoſtibus.Rõ eſt huiuſmodi.Naturale vinculũ charitatis eſt vt proximos ſicut noſipſos diligamus.Matth.22.cui proxima eſt illa gñalis iuſtitia,vt quæcũq; volum⁹ vt nobis faciãt homines,hẹc & nos faciam⁹ illis,atq; adeò(vt eſt in libro Tobiæ)q̃ nolumus ab alijs nobis fieri, nec nos alteri faciamus vnq̃:vñ lex pendet & ꝓphetẹ.i.oĩa præcepta iuſtitiæ,tã affirmatiua, q̃ negatiua:ſed quicũq; mortalium tecta rõne cupit vt qđ alteri ſecreto cõmiſit,ſecretũ ſeruetur,vt pote vñ honor & fama,& ſæpiſsimè vita pẽdet:ergo ęqua rõne,quicũq; naturali iure cõſtringit ſimile officiũ alteri vicisſim præſtare.¶Tertia rõ ſumit̃ à fine.Neceſsitas em̃ & rõ mediorum à fine ſumẽda eſt,autore Ariſto.2. Phy.tex.88.Sed in vita humana neceſſariũ eſt alios alijs arcana ſua cõmittere & credere ad capiendũ cõſiliũ futurorũ,vel ad leuandã & exonerãdã triſtitiã & ægritudinẽ animi,ad aliaſq; permultas vtilitates quas affert ſapiẽtiũ amicitia:ſed ſi hoies nõ aſtringerent̃ ad fidẽ ſecretorũ,nõ eſſet q hæc cõmitteret amico:ergo fides ſecretorũ eſt ſub pręcepto naturali:alias multa & egregia ceſſaret amicorũ officia.¶Et cõfir. hæc rõ.Lex naturalis eſt,vt res & cõſilia publica nõ temerè cõmittant̃ cuicũq; de plebe, ſed ſint ſenatores & rectores ſpectatæ virtutis & prudẽtiæ,quorũ fidei cõcedant:hoc verò ſeruari nõ poſſet niſi eſſet ſecretorũ fides:ergo ad fidem ſecretorũ,perſonæ præſertim publicæ tenentur:qđ vel maximè manifeſtũ eſt tpe belli:nã tunc capitale eſt ſecreta reipub. hoſtibus prodere,vt.l.Omne delictũ.ff.de re milit.ſanctum eſt.Atq; adeò poſtremò cõfirmatur concluſ.Natura in hoc hoies ꝓduxit,vt in pace & trãquillitate cõuiuant:eſt enim hõ ſuapte natura ciuile animal,vt autor eſt Ariſto.Ethic.9. ſed ſi hoies hominũ ſecreta detegerent, maximè inde perturbatio,atq; adeò reipublicæ per uerſio cõmoueretur:ergo præceptũ naturale

est, vt hoĩes hominũ vicissim secreta custodiãt. ¶Quòd aũt secretorũ fides sit itẽ sub pcepto diuino positiuo, vel ex illo maximẽ cõprobat Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corri pe illũ inter te & ipm solũ. vbi Christus, vt mitissimus medicus, sũmopere solicitus fuit, quò occulta crimina nõ fierẽt manifesta, nisi oibus prius tentatis, vt secretò corrigerentur. Imò verò, vsq; adeò fuit honoris nostri & famæ ꝓtector, vt caueret, ne vel per cõiecturas occulta ꝓximorũ crimina iudicaremꝰ. Nolite. n. (inqt) iudicare & nõ iudicabimini. Matt. 7. Quod reuera rõni consonũ fuit: nã in hac mortali vita, in qua locus est pœnitẽtiæ & emẽdationis, vtilis est, atq; adeò necessaria fama, tũ peccatori ipsi vt resipiscat, tũ etiã alijs ꝓximis, quibꝰ hõ bonæ famæ prodesse põt: ob idq; peccata in hoc seculo velanda Deus esse voluit & contegenda, sed in die iudicij, vt iã fama peccatoribꝰ nõ erit necessaria, tunc expedit vt oia ad manifestam vindicationẽ in publicũ traducant. Vnde. 1. Cor. 4. Nolite (inquit Apost.) ante tẽpus iudicare, quoadvsq; veniat dñs, q illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ. ¶Postremò probatur cõclusio ex iure humano. Nã primũ vtroq; iure cautũ est ne quis, nisi via iuris, alterius crimẽ prodat, vt. C de famo. libel. l. vni. vbi Valẽtinianus & Valẽtius strictè admonẽt, vt nemo quenq̃, nisi in iudicio, diffamet: atq; adeò, his q extra iudicium libellos famosos spargunt pœnã decernũt capitis. Quæ lex in cõcilio Illiberritano approbatur. q. 1. ca. Si qui. vbi præterea anathematizantur qui id genus libellos in ecclesia ponũt. Qua causa & qõne Greg. ca. quidã maligni. excõmunicauit quendã q libellũ famosum produxit. Et Adria. ca. 1. huiusmodi infamatores præcepit flagellari. Nã pœna capitis nõ intelligitur nisi quãdo libellus infamatorius crimina profert capitalia. Et. ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. §. si quis. accumulatur pœna huiusce infamatoribus, vt intestabiles sint: id est, vt nec testamentũ facere possint, nec ad testamẽtum, tanquam testes, adhiberi, vt exponitur. l. Is cui. ff. de testa. §. Si quis. quę lex refertur in cap. Si testes. 4. q. 3. ¶Et cõfirmatur cõclusio. Nã leges humanæ non solũ prohibent quenq̃ nisi in iudicio diffamari, sed nequis alium in iudicium deferat, nisi cuius crimẽ idoneis testibus ꝓbare posset: vt cauet. C. de proba. l. fin. Quæ lex recipitur iure canonico. 2. q. 8. cap. Sciant. Nã crimen quod nõ probat, pro falso habetur in iure. Quocirca accusator qui in accusatiõe defecerit, decreto Damasi papæ pœna plectitur talionis. ca. Calũniator. 2. q. 3. Et ibidẽ Adria. Qui non probauerit (inquit) quod obiecerit pœnã quã ipse intulerit patiatur. Et idem habetur. ff. ad Senatusconsultũ Turpilianum. l. 1 &. C. de accusa. l. fin. ¶Et tertiò confirmatur. Quia nõ solũ circa priuatas personas hoc cautum est vtroq; iure, sed & prælatis præscriptũ est, ne crimina puniãt, quãuis sibi sint nota, nisi in iudicio fuerint ꝓbata. Stant decreta cõciliorum Varenẽ. & Aphi. ca. si tantũ eps. & ca. Placuit. 6. q. 2. vbi habetur, nullã iniuriã epo irrogari, si ei soli nõ credat. Nã secretorũ solus Deus & cognitor est iudex. d. 32. c. Erubescãt. Et hæc de secreto gñali. Nã de quibusdã secretis in particulari sunt etiã iura. Vt de pœnitentijs & remiss. sub grauissima pœna cauet ne sacerdos quoquo modo secreta cõfessionis reuelet. Et ca. Ego episcopus. De iureiur. episcopus iurat seruare secretũ papæ. Et. 22. q. 5. c. de forma. iubetur seruus esse fidelis domino in secreto seruando. Et. ff. de re milit ari. l. Omne delictum. §. Exploratores plectũtur pœna capitis, qui exercitus secreta hostibus pandunt. Colligamus ergo, triplici nos iure cõstringi ad fidẽ secreti seruandi. ¶Secunda conclusio. Præceptum seruandi secretum, tametsi habeat formam affirmatiui, est negatiuũ. Probatur. Nã seruare secretum, est non reualare nisi ordine Iuris: & ideo obligat semper & pro quocunq; tempore. Quotiescunq;. n. quis reuelat secretũ alterius, nocet illi: atq; adeò peccat. Itaq; perinde est seruare secretum: ac si dicas, non diffamare proximum: si secretum est de re infami, aut nõ dare dãnum, si secretum est de re cuius reuelatio est causa damni. ¶Tertia conclusio. Secretũ alienum temerè & sine causa reuelare peccatũ est ex genere suo mortale, leuius quidem q̃ homicidiũ & adulterium, sed grauius q̃ furtũ. Loquitur hic de secreto criminenam de hoc est principalis intentio in tota relatione. Probatur ergo prima pars. Peccatum illud est mortale ex genere, qđ ratione obiecti est contra charitatẽ, sed reuelare secretum est huiusmodi: ergo. Explicat hæc minor. Proprium & per se obiectũ, & malum quod sequit ex reuelatione occulti sceleris est infamia ꝓximi: nã fama est clara cũ laude notitia: & qui reuelat crimẽ alterius per se generat malã opinionem illius: sed per accidens est ꝙ tale crimẽ obijciat peccatori in faciẽ, quod est cõtra honorẽ, pertinẽs ad contumeliã: aut ꝙ talis reuelatio vergat in detrimentũ bonorũ, aut vitæ alteriꝰ (& hoc memoria teneat ad notitiã dicẽdorũ) sed ꝙ denigrare famã ꝓximi sit contra charitatẽ, patet, quia fama cõputatur inter bona humana: & ideo non stat ꝙ quis diligat aliũ, & tamẽ denigret

Secunda cõclusio.

Tertia conclusio.

denigret famam illius.¶Secũda & tertia pars
conclusionis asseruntur à S.Thom.2.2.q.73.
ar.3.Et probantur ambæ.Nam grauitas pec-
catorum ex genere,debet attēdi secundũ gra-
uitatē obiecti:sed vita maius bonũ est q̃ fama:
& mors,maius malũ q̃ infamia:ergo homici-
dium grauius peccatũ est q̃ denigratio famæ.
Et quia adulterium de se opponitur futuræ vi
tæ & educationi prolis, fit vt grauiùs etiã sit q̃
reuelatio criminis,quæ est contra famã. Dixe
rim ex genere:quia in indiuiduo: si reuelatio
est contra vitã,vel infamia est valde notabilis,
poterit esse maius peccatum q̃ adulteriũ. ¶Pa
ri ratiõe probatur quòd reuelatio criminis sit
maius peccatum q̃ furtum.Nã fama est maius
bonum q̃ bona exteriora tẽporalia.Primò qa
est bonũ magis spirituale. Vnde Prouer.22.
Melius est nomen bonũ q̃ diuitiæ multæ. De
inde, quia latiùs & ad plures se extendit,sicut
odor vnguenti.Vnde Eccl.7.Melius est nomẽ
bonũ,q̃ vnguenta pretiosa.Et postremò quia
diuturnius est. Vnde Eccl.42.Curã habe de bo
no noi:hoc eñ magis permanebit tibi,q̃ mil-
le thesauri pretiosi & magni. ¶Et cõfirmatur
ex S.Tho.2.2.q.33.ar.7.quia infamia plus no
cet q̃ amissio bonorũ tẽporalium. Nocet eñ
nõ solum in temporalibus (in quibus etiã sæ-
pe iacturam facimus) sed etiam in spirituali-
bus:quia multi timore infamię arcentur à pec
cato,qui perdita fama obdurantur in illo. Vn
de Hierony. super.18.ca.Matth. Corripiẽdus
(inquit) seorsum est frater,ne,si semel pudorẽ
vel verecundiam amiserit,permaneat in pecca
to.Et secundo,quia infamia vnius vergit in in
famiam aliorũ. Vnde August.in epist.ad ple-
bem Hipponensem.Infamato vno religioso,
totus cõuentus infamatur.Et tertiò,quia pro-
dito peccato vnius,exẽplo illius alij trahũtur
ad peccandũ.At verò hæc dicta sint de reuela
tione secretorum in genere.Nam sunt in par-
ticulari nõnullæ reuelationes,vbi,præter infi-
delitatẽ accumulantẽ circunstantiæ aliorũ ge-
nere peccatorũ. Vt,patefacere latronibus vbi
lateat thesaurus proximi,præter infidelitatẽ,
genus est furti:quẽadmodum prodere latentẽ
hominẽ hostibus occidendum:genus est ho-
micidij ¶Serui ergo sunt & mancipia,qui plu
ris æstimant in pecunia fidẽ,quàm in secretos
vt est apud Comicũ.Cuius tu fidẽ in pecunia
perspexeris,verere ei verba credere? Nam sa-
pientes longè aliter sentiunt.Socrates eñ cele
bratissimus lumine naturali,colendam fidem
potiùs docebat in arcanis,quã in creditis pecu
nijs.Et Cato,vel de hoc potissimùm celebrat⁹
est,q amicorum arcana mira sanctitate cela-
bat.Et Simonides,homines infimæ notæ cen-
sebat eos,qui secreta cõtinere nõ possent: atq;
adeò similes seruo illi apud Comicum, qui ri-
marum plenus cũcta effundebat arcana.Quid
plura? Vsq; adeò apud summos Philosophos
celebrata est secretorũ fides, vt,vel ob hoc ma
ximè,antiqui mysticas olim cęremonias in tẽ
plis deorum statuerint,quas nefas erat in pu-
blicum efferre:vt capta inde silendi cõsuetudi
ne,fidẽ secretorum colere & obseruare docerẽ
tur homines:vt est apud Plutarchum in De li
beris educandis. Sed multò sanè sanctior est
Christianis magisq; religiosa secretorũ fides:
nam(quò tres positas cõclusiones summo ar
gumẽto stabiliamus) vsq; adeò Ecclesiæ solen
ne est secreta celare,vt sacrosãctũ Eucharistię
sacramentum sacerdos occulto peccatori mi-
nistrare debeat,antequã eius crimen prodat:
etiã si illud extra sacramentũ secretò nouerit.
Quæ doctrina est August.homil.50.de pœni.
& refertur secunda quæst.prima.cap.Multi.
¶Quarta conclusio.Grauius peccatum est re
uelare secretum quod quis ex debito iustitiæ Quarta cõclusio.
tenetur tacere,quàm illud ad quod solùm te-
netur de honestate naturali, cæteris paribus.
Verb.gra.Senatori aut canonico grauius pec
catum est reuelare secreta publica, q̃ priuatæ
personæ reuelare illud quod non incumbit si
bi ex officio tacere:nam in priori est vera ra-
tio iustitiæ,& in altero non est tam propria ra
tio iustitiæ.Atq; adeò,sacerdoti summum sce
lus est reuelare secretum confessionis:quia nõ
solùm est infidelitas contrà ius naturale, sed
est sacrilegium & cõtaminatio sacramenti cõ
tra ius diuinum:& præterea est in perniciem
maximam Christianismi:nam sublato sigillo
secreti,tolleretur sacramentum confessionis,
quod Christianis maximè est necessarium.
¶Quòd si quis percontetur vbi in Euangelio
expressum sit illud ius diuinum, respondetur
quòd licèt nullibi sit expressum,tamen mani-
festè colligitur ex necessitate finis.Ex illis nã-
que verbis.Ioan.20. Quorum remiseritis pec
cata remittuntur eis,& quorum retinueritis re
tenta erunt:colligitur præceptum sigilli, tan-
quam medij ad finẽ.Quare id genus secretum
nulla de causa nec propter summũ bonum to
tius orbis,reuelandum est:vt infrà dicturi su-
mus.Quæst.vlti.membri tertij. Quapropter,
sacerdoti reuelanti summa pœna destinata
est,vt scilicet officio priuatus perpetuam agat
pœnitentiam: videlicet(secundum antiquam
formam)ignominiosè peragrando per orbẽ
capit.Sacerdos.De pœnit.dist.7.Sed iam mo
dò intrudi debet in arctissimũ monasterium.

ca.Omnis vtriusq; sex⁹.De pœn.& re. ¶ Sed & in secretis priuatis sunt etiã gradus. Vnde si ordinẽ secretorũ colligere iuuat,io primo gradu est secretum cõfessionis:io secũdo secretũ publicum extra confessionẽ:in tertio quãdo priuata psona per iniuriã extorsit secretũ alterius:nã tunc de iustitia tenet illud seruare: quẽ admodũ fur tenet restituere furtũ:vt si iudex vel alia psona vi & iniuria extorsit secretũ ab aliquo,tenet illud celare.Et eodẽ modo qui literas alienas aperuit,pter peccatũ qđ cõmisit aperiendo,peccat reuelãdo,cõtra iustitiam.In quarto gradu est qñ qs ex sua bonitate, data fide,recepit arcanũ amici.Tunc em̃ etiã de iustitia,tenet illud tacere:nã alter nõ cõmisisset secretũ nisi ille daret fidẽ:& ideò illic est fides secreti,sicut fides depositi.In qnto & vltimo gradu est quãdo qs visu aut relatione alterius nouit secretũ:nam tũc solùm tenet seruare de honestate naturali.Nihilomin⁹ esset peccatũ mortale reuelare,nisi via iuris:nã honestas naturalis pars est iustitiæ,vt dictũ est, potẽtialis. Augetur etiã aliunde obligatio secretorũ:vt si quis accepit secretũ sub iuramento,aut si reuelatio illius esset in periculũ vitæ,&c. Insinuabat se hic quæstio,an seruari secretũ vsq; adeò sit in præcepto,vt teneat quis aliquãdo prius mortẽ oppetere,q̃ illud reuelare:sed hæc in tertio mẽbro cõgruentiùs disputabit:vbi tractabimus quãdo quispiã cõtra ius de occulto crimine interrogat,quidnã sit acturus.¶ Quota & vltima cõclusio.Qui secretũ alienũ temerè & sine causa reuelat,tenetur ad restitutionem famæ.Hoc patet,post quã fama est vere bonũ alienũ,quod ille abstulit.Sed tamẽ hanc cõclusionẽ non est præsentis loci tractare:diximus enim latiùs de illa in materia de restitutione. Sed satis est hic meminisse φ reuelator secreti nõ tenetur restituere retractando se:nã retractatio illa esset mẽdaciũ.Sed dicũt quidã φ debet dicere se malè & præter ius esse loquutũ: quod tamẽ ego nũquã credidi.nã potius esset hoc cõfirmare infamationẽ.Enimuerò qui nõ dicit se fuisse mentitũ,insinuat se verũ dixisse. Sed alia via facienda est restitutio:vt si ille infamator bene aliàs loquatur de infamato:vel in alijs bonis cõpenset infamiã.Nã potest cõmutari fama cũ bonis alterius generis,vt dicit S.Tho.2.2.q.62.ar.2.ad secũdũ. Potest tamẽ diffamat⁹ remittere restitutionẽ famæ,sicut restitutionẽ aliorũ boorũ,vt illic cõpbauim⁹. ¶ Ad primum argumentum multis modis solet responderi.Primò φ Christus nõ reuelauit psonã Iudæ in singulari,sed in cõmune dixit: vnus vestrũ me traditurus est:vt dicit Eugeni⁹ cap.Si sacerdos.De officio ord.Sed tamẽ hæc solutio nõ prorsus satisfacit:nã quãquã Matt. 26.sint illa verba generalia,tamẽ statim subiũgitur.Qui intingit manũ mecũ in paropsyde, hic me tradet.Quòd si qs dicat multos simul intinxisse in eadẽ paropsyde:saltẽ Io.13.(qđ est argumentũ nostrũ) Iudam ,pprie designauit dicens:Cui ego panẽ intinctũ porrexero. ¶ Aliter etiã respondet.S.Tho.2.2q.33.ar.7. scilicet φ Christus,tanq̃ Deus habebat publicũ peccatũ Iudę,& ideo poterat illud statim denuntiare.¶ Vel dicendũ (vt reor) quòd Christus nõ denuntiauit peccatũ præsens Iudę qđ habebat in animo,sed tanquã propheta prænũtiauit φ futurũ erat:& prænũtiatio erat necessaria ad finẽ redẽptionis,vt persuaderet se nõ tradi inscium aut inuitũ. Vnde,publicè solũ prænuntiauit illud in genere.s.vnus vestrũ, vt dicit Eugenius:sed peculiariter Ioãni designauit Iudã ad petitionẽ Petri,vt tutus esset se nõ esse illum traditorem:nã id verebatur Petrus.¶ Ad illud Leui.qnto conceditur φ tenet quicunq; reuelare peccatũ secretũ proximi,illi q potest prodesse & nõ obesse, vt latiùs explicabimus mẽbro secundo.Et eadẽ ratione intelligitur illa lex. Eum qui.ff.de iniurijs.videlicet φ eum qui nocentẽ infamauit(.s.ordine iuris)nõ est bonũ ob eam rem condẽnari.¶ Ad secundum principale respõdetur quòd præceptum fidelitatis secreti seruandi reducitur ad octauum præceptũ,Nõ falsum testimoniũ dicesnã quod nõ probatur,pro falso quodãmodo habetur in iure.¶ Ad tertium, conceditur quod licet Astrologis,aut de astris,aut de cõplexione,aut de physionomia, affectiones hominum & quodãmodo peccata in genere prænuntiare,dũmodò fiat salua fama alterius: nec certò affirmetur,tanquam res manifesta. Vt si asserat talem hominẽ:quia tali sydere natus:in tale genus virtutũ naturã habere tẽperatam, aut in tale genus vitiorum eam habere corruptam. Et hoc non est reuelare occultũ crimẽ, sed docere quid sit in natura rerũ. At verò in particulari asseuerare eũ aut hoc futurum, aut homicidiũ patraturum,temeritas est. ¶ Et ad cõfirmationem de historicis,primò nõ est necessarium oẽs historicos excusare:nã sunt qui multa scribunt,quæ potiùs essent silentio prętereunda.Et secundò quanquã multa crimina scribant quæ nõ essent aliàs adeò publica, hoc tamẽ licet propter bonũ publicum, vt homines exẽplis antiquorũ instruãtur & perterreãtur.Eo vel maximè si enarrentur historiæ priscorum:nã occulta delicta viuentiũ in publicũ efferre,libellum esset conficere diffamatoriũ.

Vtrùm

Secretorum gradus.

Quinta cõclusio.



Trûm hominem infamare seipsum re uelando temerè proprium crimen, sit mortale peccatum.

¶Ad partem affirmatiuam arguitur illo præcepto Sapientis recitato. Eccle. 14. Curam habe de bono nomine: Et Esa. 3. reprehendũtur qui peccata sua sicut Sodoma prædicant, nec absconderunt: & Psal. 55. Quid gloriaris in malitia? & Psal. 92. Vsquequò peccatores gloriabuntur, effabuntur & loquentur iniquitatem? ¶Secundò arguitur ratione. Reuelare peccatum est contra naturam peccatorum: quę suapte natura, vt diximus, sunt abscondenda: sed quicquid sit contra naturã: videtur esse peccatum mortale: ergo. ¶Tertiò arguitur. Fama est bonum: ergo illam negligere est peccatum: quod videtur esse mortale: nam est contra naturam boni q omnia suapte natura appetunt. ¶Et cõfirmatur. Infamare proximum, reuelando eius crimen est mortale, vt dictum est quęstione proxima: ergo & infamare seipsum. Consequentia patet ex ordine charitatis: qui in quocunq; homine incipit à seipso. ¶Ad hæc accedit authoritas August. in libello De bono viduitatis. c. 20. quod refertur. 11. q. 3. cap. Nõ sunt audiendi. vbi vehementer increpat illos, qui putant satis esse habere bonã cõscientiam apud Deum: imprudenter & crudeliter cõtemnentes ꝓpriam famã: quia nobis (inquit) necessaria est vita nostra, alijs verò fama nostra. Idem repetit in sermone De cõmuni vita clericorum: quod habetur. 12. q. 1. ca. Nolo. ¶Sed in contrarium est: quia vbi nulla est iniuria, nõ est peccatũ mortale: sed hominem reuelare proprium crimen non est iniuria: quia hominis ad se non est iustitia: vt est apud Arist. 5. Ethi. ergo reuelare proprium crimen non est mortale.



D Quæstionem respõdetur septẽ cõclusionibus. Prima, Hominẽ reuelare ꝓprium crimẽ temerè & sine causa peccatum est. Conclusio hæc satis cõprobata est argumentis ꝓpositis ad partẽ affirmatiuã: nam est cõtra naturam peccati: qđ debet celari: cũ sit malum: & cõtra naturam famę: quæ cùm sit quoddam bonũ, conseruanda est. Dixerim, sine causa, quia reuelare crimen proprium ad capiendum consilium, vel velandam tristitiam, non est aliud quàm operæpretium, atque adeò virtus.

Prima conclusio.

¶Secunda conclusio. Ex genere suo non est cõtra iustitiam, sed solùm pręter charitatem, qua quicunque tenetur se & sua diligere. Hæc itidem cõclusio in priori quæstione probata est: nam iustitia, vt inquit Aristoteles. 5. Eth. est ad alterum: & ideo hominis ad seipsum, nec iustitia est nec iniustitia: & volenti, vt ibidem dicit Aristoteles, non fit iniuria. Quare, qui prodigus est famæ: ex genere suo, nisi aliæ qualitates circunstent, nemini facit iniuriam.

Secunda conclusio.

¶Tertia conclusio. Hominem reuelare proprium crimen sine causa, ex genere suo, vt existimo, nõ est peccatum mortale, sed solùm veniale. Conclusio hæc sæpe in has scholas producta est: & sunt magistri nostri qui eam affirmauerunt: & nostris nos lectionibus eam obiter attigimus: at nondum hactenus de suis penitùs principijs eam comperi ratiocinatam: quapropter in animo est prorsus examinare quid habeat veritatis. Explico primò conclusionem. Reuelare quẽpiam suum crimen proprium ex genere suo, nihil aliud est, quàm denigrare propriam famam: nam si id fiat per iactantiam aut per complacẽtiam peccatorum, circunstantiæ sunt addentes grauitatem supra genus peccati infamiæ. ¶Et vt opposita iuxta se posita clariùs elucescant, sententia est domini Caietani nobilissimi auctoris contraria huic nostræ, super. 2. 2. q. 73. art. secundo, quæ complectitur tres propositiones. Prima, Hominem infamare seipsum: ex genere suo est peccatum mortale, sicut occidere seipsum. Et quanquam non ponat exemplum nisi in casu quo quis infamat se, imponendo sibi falsum crimen, tamen rationes eius æquo pede procedunt quando quis præter ius reuelat occultum suum crimen: nam generaliter illic, & in summa in verbo. Detractio: dicit quòd infamare seipsum est mortale: & grauius, quàm infamare alium: & manifestum est quòd reuelare proprium crimen: est infamare se. Secunda eius propositio est. Hoc nõ solùm est contra charitatem, sed contra iustitiam: nam infamans se facit iniuriam Ecclesię & Reipublicę, cui necessaria est cuiuscunq; fama. Vnde colligit, quòd nulla de causa quis excusatur à peccato mortali infamando se: etiam si positus in tormentis infamet se, ad liberandam vitam.

Tertia conclusio.

¶Tertia propositio eius est, quod qui infamat se, tenetur sibi restituere famam: quia illam per iniustitiam sibi abstulit. At vero, salua authoritate doctoris grauissimi: atque adeò mihi colendissimi, probatur in contrarium conclusio nostra, videlicet quòd hominem infamare se ipsum, non sit ex genere mortale. In primis non est contra charitatem proximi: quia nemini nocet, nec contra charitatem propriam: nam charitas, qua quisque tenetur se diligere, de per se & primò solum obligat

obligat quantū ad bona spiritualia virtutum & gratiæ:sed quātum ad bona tēporalia, non obligat,nisi quatenus sunt necessaria ad finē spiritualē:ergo quādo fama mea nō est simpliciter mihi necessaria ad virtutē,nō est contra meam charitatē eam negligere:sed solùm erit præter charitatē.i.contra feruorem charitatis, postquàm est verum bonū.Et ideo ex genere suo non est nisi peccatum veniale. ¶Secūdò arguitur.Prodigalitas pecuniæ ex genere suo, vt solùm dicat sine causa abijcere bona,nō est peccatum mortale:quia homo habet liberum arbitrium suorū bonorū,sed solùm esset mortale ex circunstantia,si homo teneretur alere familiā,aut prouidere pauperibus in graui necessitate:ergo neq; prodigere famā, neq; honorem,ex genere suo est mortale:quia postquam fama & honor sint bona exteriora, tā liberum arbitrium habet homo super famā & honorem,quàm super alia bona.Hic autē insinuatur punctū opinionis Caietani:est enim notādum duo esse genera bonorū.Alia nāq; sunt quorum homo est dominus:vt sunt pecuniæ & facultates,quas homo pro libito pôt donare aut abijcere:quare,si sine causa quis abijciat huiusmodi bona,non peccat mortaliter.Sed aliud est bonum,cuius homo non habet arbitrium:vt est vita,quia nō potest homo se occidere.Existimat ergo dominus Caietanus ꝙ honor & fama sunt omnino sicut vita, itaq; homo nō habet potestatē suæ famæ:sed ꝙ solus Deus & Respublica habent dominiū famæ:& ideo qui infamat se,facit iniuriā Reipublicæ & tenetur restituere.¶Nos tamē sano meliori iudicio,censemus contrà, honorē & famā esse sicut pecuniā , quātùm ad hoc:& hominē habere arbitriū illorū, sicut pecuniæ: nisi ꝙ in genere venialis grauius esset prodigere famā,quia est maius bonū,quàm pecuniā. Et mouemur hac ratione,quia de vita est expressum præceptum.Illo enim præcepto,Nō occides:non minus prohibetur quisq; se occidere,quàm alium,vt docet egregiē Augu. lib. 1.de ciuitate Dei.c.20.Ita de vita legimus solum Deum esse Dominum illius:vt Deute.23 Ego occidam:& ego viuere faciam.& Sap.16 Tu es Domine qui vitæ & mortis habes potestatem.vnde colligitur,nos nō esse dominos propriæ vitæ.Item ratio naturalis est manifesta:quia cùm vita sit fundamentum omnium bonorum,atq; adeò naturalissimus appetitus omniū rerum sit cōseruandi se,cōsequens est, vt homo nō habeat arbitrium vitæ : sed solus Deus est qui pôt hominem occidere,etiā pro libito:& Respublica,quę potest eum occidere solū pro bono publico.Vnde colligit S. Tho. 2.2.q.64.art.5.ꝙ occidens se ipse non solū facit cōtra charitatē,sed contra iustitiā,respectu Reipublicæ,cuius est vita hominis. Sed tamē de fama,nihil tale legimus:imò ratio naturalis oppositum docet:videlicet quòd sit i arbitrio nostro,vt sine peccato mortali possimus illā negligere.Quod profectò loco modò citato S.Tho.in solutione ad tertium apertè videtur sentire. Ait enim ꝙ licitè potest homo de seipso disponere quātum ad ea q̄ pertinent ad hanc vitā,q̄ hominis libero arbitrio regit.Sed trāsitus de hac vita ad aliam feliciorē,nō subiacet libe.arb.hoīs,sed potestati diuinæ: & ideo non licet homini se interficere.Ac si apertè dicat,Vniuersa hominis sunt posita in eius arbitrio præter vitā.Vnde nec famā excipit nec honorē.¶Et cōfirmatur hæc ratio.Quāuis fama & honor sint præstātiora bona suapte natura,q̄ pecunia & facultates,nihilominus magna copia pecuniæ in ciuili æstimatione præualet alicui famæ:quēadmodum licèt aurum præstet argento,nihilominus magnū pōdus argenti præualet paruo auro.Quis dubitet decem millia ducatorum pluris æstimanda esse, q̄ famā priuatæ personæ? Si ergo homo habet liberū arbitrium supra magnā pecuniā,cōsequens est,vt habeat arbitrium supra famam suam & honorē.¶Secundò cōfirmatur ratio. Fama potest pecunijs recompensari,vt doctores consentiunt in.4.dis.5.Imò homo pauper rationabiliter mallet restitutionē famę sibi fieri pecunijs,quàm recuperationē famæ:imò vero habet infamatus arbitrium remittendi gratis restitutionē famæ,vt concedit etiā Adrian. nobilis author.in.4.q. De restitutione famæ. & in quol.11.sicut potest homo remittere latroni pecunias quas ei deprędatus est:ergo habet hō arbitriū & potestatē sup famā,vt sit verè dñs illius,sicut & aliorū bonorū exteriorū. ¶Sed tertiò probat cōclusio principalis. Christus redēptor noster Matth.5.docet nos contemnere tria bonorum genera,in quibus gentes statuebant felicitatē:scilicet,diuitias : Beati pauperes spiritu:& secundò famā & gloriam mundi:Beati mites:& tertiò voluptates, Beati qui lugent.Nec illic solùm,sed vbiq; Euāgelij frequentissimū est consiliū mūdi contēnendi: & tamē omne quod est in mūdo,vt inqt Ioā. in prima can.c.2. concupiscētia carnis est, id est voluptas sensuum,aut concupiscētia oculorum,.i.auiditas diuitiarum: aut superbia vitæ,id est,ambitio honoris & famæ:ergo consilium est ex genere suo honorē & famā nihili pendere:tm̄ abest vt sit mortale peccatū famā negli-

Duo bonorum genera.

negligere. ¶ Quartò arguitur principaliter. Si esset peccatū mortale reuelare propriū crimē sine causa, esset pari ratione mortale nō respōdere detractoribus & obijciētibus nobis publicè & iniustè peccata nostra: nā certè perinde est nō respōdere diffamāti me, cùm facilè possim, ac si me ipse diffamassem: sicut pinde est, nō resistere latroni cùm possim, ac si ꝓdigerē bona mea: at cùm qs detrahit mihi, nō teneor respōdere: imò est arbitrio meo tacere: vt dicit S. Tho. 2.2.q.73.ar.4. ad primū argumentum. imò verò, licèt qs mihi falsum crimē imponat, nō teneor respōdere, nisi essē ego persona publica, aut crimē esset cōtra religionē: vt si quis me appellasset hereticū. Exemplū dedit nobis Christ⁹ redēptor noster, qui, vt inquit Apost. 1. Pet. secundò. cùm malediceretur, non maledicebat. Et præter alia loca Euangelij, quæ plurima notari possent, id maximè exhibuit in passione, Matth. 27. vbi cùm multa falsa testimonia ei obijcerentur, & Pilatus dixisset: non audis quanta aduersum te dicūt testimonia? ita mē non respondit ei vllum verbū: ita vt miraretur præses vehemēter: nempe ꝙ nollet se cō purgare cū facilè posset Et quāquā necessariū erat ad finē redemptionis vt nō respōderet, tamē id etiam fecit (quod notāt doctores) vt exēplum nobis daret nō respondēdi maledicentibus. Vnde in instructione Aposto. Matth. 5. Beati (inquit) eritis cùm maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malū aduersum vos, mentientes ꝓpter me. ¶ Et explicat ampliùs hæc ratio. Si nō essemos magis domini famæ nostræ quā vitæ, sequeretē ꝙ quotiescunq; possem⁹ famā nostrā defendere, sine ꝓximi nocumento, mortalis esset omissio defensionis, cōsequēs est falsum: ergo & antecedēs. Probatur sequela. Nā qui sine cuiuspiam detrimēto potest vitam defendere, si nō defendit, mortaliter peccat: vt qui ruēte domo, aut, inuadente tauro, non fugeret: nā ille tunc virtualiter se occideret. Sed falsitas cō sequentis ꝓbatur: quia dū priuata persona diffamatur, quanq̄ se posset cōpurgare sine infamia & detrimēto alterius, nō tenetur saltē sub peccato mortali, cōpurgare se, vt iam modò dicebamus: quia potest cedere iuri suo: quemadmodū posset cedere latroni inuadenti res suas. ¶ Et quintò arguitur. Si nō essem⁹ domini ꝓpriæ famæ aliter quā vitæ, sequeretur ꝙ nulla ratione possem⁹ exponere famā: nec propter salutē spiritualem: consequēs est falsum: ergo & antecedens. Sequela probatur. Nam quanq̄ quis certus esset, vitā nocere sibi ad salutē spiritualem, nullo modo posset se occidere, aut si ne alia ratione permittere homicidium sui, vt Augustinus latè docet primo de ciuitate Dei. c. 20. Sed falsitas cōsequētis probatur. Nam procul dubio quicunq; cognoscēs præclaram famam & honorē sibi plurimū nocere ad vitam spiritualem; posset permittere propriā infamiam: atqui forsan ad illum finē posset detegere aliqua sua crimina, vt per infamiā humiliatus, tutiùs viueret: saltem nō esset mortale, ea detegere. Imò, Scotus. 4. dist. 15. q. 3. ar. 2. videtur insinuare, ꝙ occultus homicida debet se prodere, vt puniatur: nam dicit ꝙ debet patienter tolerare pœnam talionis, quia aliter non potest fieri plena satisfactio pro homicidio. Nescio an intelligat, ꝙ homicida tenetur se prodere. Quod tamē ego nullo modo crediderim: quia nullus reus tenetur esse actor aduersus se extra sacramentū: imò nec illud esset consilium. Sed tamen forsan citra peccatū mortale, posset scelerosissimus & perniciosissimus homo prodere se iudici cū periculo famæ & vitæ, vt pateret pœnā qua Deo & Reipublicæ satisfaceret. Id maximè, si nō sperasset alia se vnq̄ via corrigendū fore. ¶ Et cōfir. Quia si nō essemus magis domini famæ q̄ vitæ: sequeretur ꝙ nulla ratione possemus extenuare aut minuere famā nec propter vitā spiritualem: consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur sequela: quia nō licet, nec propter opera pœnitētiæ ad satisfactionem pro peccatis, minuere vitā: secundum illud Hieronymi: Non differt vtrū magno vel paruo tēpore te interimas. Sed falsitas consequētis probatur: quoniam licitum est opera pœnitentiæ austerissima facere: vt admonet Ioan. Ma. 3. quanq̄ inde coniectari possit huiusmodi pœnitentem peccatorē esse in genere. Atqui sacerdotes possunt pro grauissimis sceleribus graues pœnitentias imponere, quaq̄ inde sumatur argumentū ꝙ pœnitēs in genere est peccator: dummodò caueatur ne reueletur peccatum in particulari. Imò verò quando in primitiua Ecclesia pro graui peccato mortali imponebatur septennium pœnitentiæ, quis dubitat per illas pœnitentias quodammodo diffamatos esse pœnitētes? Quare si fama tam esset custodiēda quàm putat opposita opinio, certè Ecclesia, nunquam illas pœnitentias permisisset.

¶ Et sextò principaliter arguitur ab honore ad famam. Honor enim est reuerentia quæ alicui defertur propter aliquam excellentiam, sed fama est bona existimatio quæ de homine habetur seu illæsæ dignitatis status, moribus & legibus comprobatus. ff. de varijs & extraordinarijs cognition. l. Cognitionum.

Arguitur

Arguitur ergo. Negligere honorem & gloriã mundi: non est ex genere suo peccatum mortale: ergo nec negligere famam. Consequentia est nota, quia idẽ fere iudicium est vtriusq;. Et probatur antecedẽs. Nam qui assumeretur ad amplas dignitates & magistratus: & totis viribus renueret, imò qui quas haberet, abijceret, & ad vilem statum se summitteret, profectò nihil aliud faceret, quàm Euangelicum cõsilium: & qui hostem fugeret cùm se facilè posset defendere, & qui se prædicaret infami genere natum, cùm id posset celare, profectò prodigus esset honoris, & tamen non condemnaretur de peccato mortali: nec vllus se vnquàm de hoc accusauit in sacramento: aliàs deberent prædicatores in concionibus exhortari populum vt curam haberẽt honoris: quod esset cõtra prædicationem Euangelicam. ¶ Et septimò principaliter probatur conclusio exẽplo sanctorum, qui errata sua sæpe scriptis prodiderunt, quę tamẽ potuissent celare. Vt Augustinus cùm alibi sæpe, tum in confessionibus: & maximè lib. 2. cap. 2. vbi deplorat concupiscentiam carnis quam passus est in adolescentia: Rapiebat (inquit) caligo libidinis imbecillem ætatem per abrupta cupiditatum: atque mersabat gurgite flagitiorum: ibam longius à te, & effundabar & diffluebam & ebulliebam per fornicationes meas, & tacebas. Et Ambro. (vt in eius legitur vita) publicas mulieres publicè ad se ingredi fecit, vt visis his, diffamaretur apud populum, atque adeò, vel illa ratione impediret, ne eligeretur in episcopum. Et religiosissimus Anselmus in Meditationibus deplorat amissam turpiter virginitatem. O virginitas (inquit) iam non dilecta mea, sed perdita mea: ò fornicatio sordidatrix mentis meæ, perditrix animę meæ. Et sunt qui idem impingant Hieronymo. At verò Hieronymus id nõ planè testatur. Verba ei⁹ sunt in Apologia ad Pammachium. Virginitatem in cælum fero, non quia habeam, sed quia magis miror quod non habeo. Ingenua & verecunda confessio est, quo ipse careas, id in alijs prædicare. Vbi nõ manifestè cõfitetur se non esse virginẽ: sed dicit se nõ laudare virginitatẽ, eo ꝙ ipse habeat. Vel negat se habere perfectã mentis virginitatem: cum frequẽtes impulsus carnis fuerit, etiã in senectute perpessus: vt ipse fatetur ad Eustochiũ de custodia virginitatis. ¶ Octauò & postremò ꝓbat cõclusio ex vniuersali sensu hominũ. Nam licèt quis pãdat crimina sua, etiam ex animi leuitate: modò id nõ faciat iactantia aut cõplacentia peccatorũ: certè non censetur ab hominibus mortaliter peccasse, nisi inde sequatur periculũ vitæ aut scandalũ. ¶ Quarta cõclusio. Sæpe est peccatũ mortale cũ quis ꝓprium crimẽ reuelat. Primò si id faciat per iactantiã aut cõplacentiã peccati. Par enim peccatum est homicidiũ, & cõplacentia in homicidio: atq; adeò grauius iactantia illius. Et hoc clamãt illæ authoritates primi argumenti ex Esa, & Psal. Secundò potest esse mortale ratione scandali: vt si quis haberetur & suspiceretur vt sanctissimus, & reuelaret grauissima sua peccata: vnde alij aut sumerent occasionẽ peccãdi, aut cõtemnẽdi tale genus hominũ. Si enĩ esset religiosus alicuius ordinis, contemneretur ille ordo. Et tertiò potest esse mortale ꝓpter conditionẽ personæ. Vt si esset persona valde necessaria Reipublicæ: vt prælatus, cuius officiũ alius tã dignè gerere non posset. Tunc enim profectò graue peccatũ mortale esset infamare seipsum. Et quartò esset mortale, si ex reuelatione proprij secreti quis incurreret periculum vitæ, vt Sanson videtur mortaliter peccasse reuelando mysteriũ capillorũ Dalidæ: vbi abscõdita erat eius fortitudo. Iudi. 16. quanq̃ posteà occidendo se cũ hostibus nõ peccauit: vt dicit Augu. 1. de ciuitate Dei. ca. 21. quia instinctu id fecit spiritussancti.

Quarta conclusio.

¶ Quinta cõclusio. Hominẽ infamare seipsum sæpe est officiũ virtutis. Primò, vt dictũ est, ad capiendũ cõsilium vel leuandã tristitiã, si aliter fieri non potest, decet reuelare propria crimina, licèt sit nõ nulla infamia, illa esse amicis nota. Et secundò ratione iustitię, vt cùm quis proximũ falsò diffamauit, tenetur publicè, se retractare, cũ periculo propriæ famæ. Et tertiò esset officium virtutis ꝙ quis se permitteret infamari ꝓ amico. Vt si ego feci crimẽ quod falsò imponitur amico meo, quãq̃ esset casus in quo nõ teneor reuelare meũ crimẽ: quia videlicet nõ fui causa vt alteri attribueretur: tamẽ possum cedere iuri meo, & prodere me ad protegẽdum famam amici. Imò verò si è conuerso amicus meus fecisset crimẽ quod falsò mihi impingitur, quanuis possem me cõpurgare, liceret nihilominus mihi tacere, vt infamia mea custodirẽ famam amici: sicut licet ponere vitã pro amicis: secundum illud Ioã. 15. Maiorẽ hac charitatem nemo habet, q̃ vt animã suam ponat quis ꝓ amicis suis. Cõclusio hæc quinta facilè probatur: quia in oĩbus casibus positis, est honesta causa reuelandi crimina: & ideo nulla est prodigalitas reuelare. Et quartò pari ratione illi qui in eculeo vehemẽter torquẽt, licitũ est crimẽ occultum cõfiteri, etiã si cõtra ius interrogetur, si aliter tormenta vitare non potest. Sed de hoc latior erit sermo in calce tertij membri.

Quinta conclusio.

¶ Sexta

Sexta conclusio. ¶ Sexta conclusio. Siquis sibi falsò imponat crimen, non est mendacium priniciosum, sed solùm officiosum. Hanc cõclusionem obiter adnotauerim bona venia reuerendissimi Cardinalis Caietani contrarium asserentis loco citato. Et probatur. Qui falsò sibi crimen imponit, nulli alteri facit iniuriam nec sibi: quia volenti non fit iniuria: sed solùm est famæ prodigus. Quo fit, vt illud mẽdacium ex genere suo non sit peccatum, nisi veniale: sed esset mortale, si circunstaret aliquis casus quartæ conclusionis, aut si diceretur mẽdaciũ sub iuramẽto, aut si esset in periculum vitæ. Sed fortè, si quis sibi imponeret falsum crimen vt seruaret vitã patris, & pœnam ei⁹ capitis in se transferret: dum modò id faceret sine iuramento & scandalo &c. non esset mortale. ¶ Quòd si quis arguat contra hanc conclusionem ex verbis August. 1. de ciuitate Dei cap. 20. vbi dicit ꝙ falsi testimonij, non minus reus est, qui de se ipso falsum fatetur, quàm si aduersus proximũ id faceret: sed aduersus proximum, falsum testimonium est mortale: ergo aduersus se ipsum. ¶ Respõdetur ꝙ Augu. solùm prętẽdit, quòd illo octauo præcepto: Non falsum dices, prohibetur omne falsum testimonium: etiã illud quod quispiam aduersus se dicit: sicut illo præcepto. Nõ occides, prohibetur etiã quicũq; se occidere, ꝙ nos ingenue fatemur: tamen non prætendit ꝙ tantum sit de se peccatum cùm quis dicit falsum aduersus se sicut aduersus ꝓximum: nam quãquàm falsum testimonium ex genere suo sit mortale, quia omnia præcepta decalogi obligant sub mortali, tamẽ in indiuiduo non est necesse quodcunq; esse mortale: nisi vbi est iniustitia, qualis non est homi nis ad se ipsum. Esset tamen mortale si esset cũ periurio, aut cum conditionibus explicitis in 4. conclusione. ¶ Septima & vltima cõclusio.

Septima cõclusio. Quomodocunq; quispiam se disfamauerit, nõ tenetur ad restitutionem suæ famæ, etiã si per mendaciũ se diffamauerit. Primò, quia nemini fecit iniuriam: & secundò, quia si alicui deberet famam, non deberet nisi sibi: qui est dominus illius: ob idq; potest sibi restitutionem remittere.

¶ AD primum argumentum principale respondetur primò, quòd præceptum illud sapientis: Curam habe de bono nomine: non sonat obligationem sub reatu mortali: nam cõparat bonum nomen pecunijs: & præceptum de custodia pecuniarum non obligat sub mortali: quia prodigalitas ex genere suo non est peccatum mortale, cùm non sit contra iustitiam, vt colligitur ex S. Thom. 2. 2. quæst. 11. ¶ Et secundò respondetur, quòd præceptum & consilium custodiendi famam, hoc modo intelligitur: vt quis satagat exercere se officijs honestis virtutis: quæ digna sunt fama & honore apud Deum & homines: secundum illud Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona &c. & secundum illud Apost. Phil. 4. Quęcunq; sunt vera, quæcunq; sancta, quæcunq; bonæ famæ, hæc cogitate. Non tamen est præceptum, saltẽ obligans sub mortali ad custodiendum famã, in se consideratam, tanquàm bonũ temporale. Fama etenim atq; honor (vt inquit Sallustius) est vmbra virtutis: vnde, sicut illum qui rectà pergit ad solem, vmbra etiã inuitum sequitur: sed qui soli tergum vertit, vmbram sequitur, quam nunꝗ attinget: ita eum qui virtutẽ colit, bona fama consequitur: sed qui anxiẽ post famam & honorẽ currit, fieri non potest vt cõsequatur vnquã. ¶ Ad alias authoritates Esaię & Psalmistæ respõsum est in quarta cõclusione, concedendo esse mortale quòd quis iactet se de peccato. ¶ Ad secundum principale respondetur, quòd quanquam negligere & prodigere propriam famam sit contra naturã boni temporalis, non tamen est contra charitatẽ, nisi quando fama est necessaria ad finem spiritualem: nam iocosum mẽdacium contra naturam, est tamẽ veniale. ¶ Et eodem modo respondetur ad tertium argumentum. Et ad confirmationem negatur consequentia: nam hominem infamare proximum: est contra iustitiam: sed infamare seipsum, nulla est iniustitia: & ordo charitatis inter se ipsum & alium debet attendi quantum ad bona spiritualia: sed tamen bona tẽporalia nullus sibi tenetur magis concupiscere, quàm alij. ¶ Ad authoritatẽ tandem Augustini, quæ videtur vehementer pugnare aduersus secundam & tertiam & vltimam conclusionẽ (videtur enim sentire quòd conseruare propriam famam sit opus iustitię: quia est necessaria alijs: & quòd sit proinde mortale, illam negligere: atq; adeò, quòd infamans se teneat ad restitutionẽ) respondetur primò, ꝙ Aug. loquitur illic de sanctissimis quibusdã mulieribus, quæ à populo venerabãtur vt religiosissimæ, & tñ negligebant famã suã, putantes esse virtutẽ vt æstimarent malę & vilipenderẽtur. Et hoc cõdemnat August. ratiõe scandali, quod dabãt populo: scãdalũ eñ erat, ꝙ mulieres, quæ priùs æstimabant religiosæ, crederent postea peccatrices: & maxime in primitiua ecclesia cauendũ erat Christianis ne darent scãdalũ gentilibus, qñ infamia vni⁹ Christiani cedebat in infamiã toti⁹ christianitatis.

¶ Et

¶Et secundò respondem⁹, quòd Augustinus intelligit famam nostram esse necessariã Rei publicę, sicut sunt bona exteriora: puta, quando Reipublica & proximi indiguerint. Vnde, sicut non teneor seruare diuitias vt seruiã Rei publicæ aut succurram proximis, sed solùm teneor quando illas habeo succurrere proximo in necessitate: ita nec teneor, si sum persona priuata, custodire famam & honorem meum. Et quemadmodum prodigus bonorum suorum nõ tenetur restituere Reipublicæ, ita nec prodigus suæ famæ. ¶Sed quid ad Paulum quem adducit illic Augustinus. 1. Cor. 10. Placete omnib⁹ per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo: non quęrens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.

¶Respondetur, quòd Paulus erat Apostolus: quapropter ex officio tenebatur habere bonam famã: & idem præcipiebat cæteris prælatis: sed priuatæ personæ solùm tenentur habere bonam famã faciendo opera digna honore & fama. Et hæc de primo membro.

MEMBRVM SECVNDVM.



IN hoc membro secundo iuxta partitionem huius operis inuestigaturi sumus causas, quibus quispiam tenetur secreta reuelare, præsertim secreta crimina: nam de his est intẽtio huius secundi membri. Sed ante titulũ quęstionis primę, pro distributione disputationis notandum est, tres esse genere vias, quibus ad cognitionẽ occultorum criminum iure proceditur: vt habetur De accusa. c. Qualiter & quãdo. 2. §. Ad corrigendos, &. c. Licet Hely. de simonia. Quæ sunt, Denuntiatio: Accusatio: & Inquisitio: quæ secundum varios modos occulti criminis, discernuntur. ¶Vbi secundò ad notandum est, doctores decretorum ac digestorum multifariè distinguere nomen occultum: vt refert Panormi. cap. Ex literarum. De tẽporibus ordi. sed ex professo. ca. Vestra. De coha. cler. & mulierum. At, omissa turba citationum, tribus modis aliquod crimen dicitur occultum in iure: priuò, vt opponitur probabili: secundò, vt opponitur publico: & tertiò vt opponitur notorio: nam authore Aristo. 1. Top. c. 13. æquiuocum ex consideratione cõtrariorum cognoscitur. ¶Notorium dicitur bifariàm, aut notorietate iuris, aut notorietate facti. Notorietate quidem iuris: quando, aut manifestissima iudicis sententia quis damnatus est de tali crimine: quæ nulla ratione possit inficiari, aut quando reus ipse recto ordine iuris crimen confessus est: aut quando idoneis testibus ita comprobatur, vt nulla possit tergiuersatione celari. Notorietate verò facti, quando quis in conspectu populi scelus patrauit: ita vt vno verbo dicatur: notorium: quod nulla tergiuersatione celari potest: vt habetur. c. Tua nos. De cohab. cler. & muli. Publicum verò, quanuis etiam accipiatur pro notorio: tamen vt distinguitur à notorio: accipitur pro eo quod fama publica proclamatum est, quãuis possit aliqua tergiuersatione celari: & alio nomine dicitur famosum. Et vtrũq;, tam notorium quàm publicum, dicitur etiam manifestum. Sed probabile est illud, cuius sunt legitimi testes, vt in iudicium deferri possit. Occultum ergo in primo gradu & simpliciter, est illud quod opponitur probabili: id est cuius nõ sunt legitimi testes: & de huiusmodi occulto intelligitur illud Vrbani. c. Erubescant. d. 32. Secretorum & cognitor Deus & index est: nã de his non est iudicium humanum. Occultum in secũdo gradu est illud quod opponitur publico simul & notorio, quanquam sit probabile: itaque occultum dicitur quicquid ab ecclesia toleratur: vt habetur in dicto. c. Vestra. De coha. cle. & mulie. Notorium enim aut publicum nõ toleratur: quia notorium statim punitur, & publicũ inquirendum est vt puniatur. Occultum in tertio gradu: quod largè dicitur occultum, est illud quod aliqua tergiuersatione celari potest, licèt laboret infamia.

¶Igitur peccata notoria non indigent aliqua via vt cognoscantur: quia satis cognita sunt vt puniantur. De quibus ait Apostо. 1. Timo. 5. Quorũdam hominũ peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: &. 2. quæstio. 1. cap. Manifesta. & sequentibus. Manifesta crimina accusatione non indigent. & glossa Augustini super illud Genesis quarto: Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Euidentia (inquit) patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. De accusa. cap. Euidentia. Quocirca secũdum tria genera occultorum, sunt tres viæ cognitionis. Quod enim occultum est in primo gradu, cognoscitur solũ via correptionis fraternæ & denunciatione Euangelica: sed quod occultum est secundo modo, est materia, non solùm correptionis, sed etiam accusationis: quod tamen occultum est tertio modo, materia est, & correptionis, & accusationis, & inquisitionis. Itaque, inquisitio solùm est de crimine cuius percrebuit infamia: sed accusatio, de

Tres viæ cognoscẽdi crimina.

Occultũ triplex.

Notorium.

Publicum.

Probabile.

tio, de omni crimine probabili: siue laboret in famia siue nō: & correptio & denuntiatio euāgelica, de omnibus etiam occultis. De his ergo tribus vijs dicturi sumus in hoc secundo membro. Sed de denuntiatione loquemur sub nomine fraternæ correptionis: quod in vsu doctorum frequentius est. De qua quatuor operæpretium est disputare quęstiones, nēpe an correptio sit sub præcepto, quando obliget hoc præceptum, quos obliget, & quo ordine.

QVÆSTIO PRIMA.



TRVM correptio fraterna sit sub præcepto. ¶Ad partem negatiuā arguitur primò. Nemo obligatur ad impossibile, secundum illud Hieronymi: Maledictus qui dicit Deum aliquid impossibile præcepisse: at correctio peccatoris non est in potestate hominis, sed solius Dei: qui cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Roma. 9. Vnde Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meꝰ traxerit eum: & Eccles. 7. Consydera opera Dei quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit: ergo correctio fraterna nō est sub pręcepto. ¶Secundò arguitur: præcepta quæ sunt erga proximos sunt propter eorum necessitatem: sed nulli peccatorum necessarium est vt ab alio corripiatur: ergo correptio nō est sub præcepto. Probatur minor: nam cuiuscunque correctio & emendatio in sua ipsius est potestate cum solo auxilio diuino: Deus enim constituit hominem & reliquit illum in manu consilij sui. Ecclesia. 15. ergo nullus indiget auxilio alterius vt seruetur à morte spirituali: quemadmodum indigent homines aliorum auxilio, vt seruentur à morte temporali.

¶Tertiò arguitur. Omnia præcepta necessaria ad salutem, vt dictum est quæstione secunda membri primi, reducuntur ad aliquod præceptorum decalogi: sed non apparet quo illorū decem præcipiatur correptio fraterna: ergo correptio fraterna non est sub præcepto.

¶Et confirmatur hæc argumenta: quia rarissimi sunt, qui æstiment tanquam peccatum omissionem correptionis: nec est vsus vt homines in sacramento confessionis huiusmodi peccati meminerint. ¶In contrarium est præceptum redemptoris nostri Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. &c. 1. Thes. 5. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes. &c.



IC primum omnium notādū est φ quanq̄ correptio & correctiò promiscuè sępè pro eodem accipiantur, differt tamē inter hęc nomina: φ correptio est via ad correctionē: correctio verò, finis correptionis: quod & August. docet. 1. De Ciuitate Dei, cap. 9. dicens. Nolunt quidam plerunq; corripere, cū fortasse possint aliquos corripiendo corrigere. Vnde φ frater corrigatur nō est in potestate corripientis: & ideò correctio nō est in præcepto, sed correptio: nam teste Aristot. 1. Top. cap. 2. Nec rhetoris est persuadere, nec medici sanare: sed nihil eorum omittere, quæ sunt necessaria. Aliter distinguit. S. Thom. inter hæc nomina, in. 4. d. 19. q. 2. art. 1. scilicet φ correptio sit fratris ad fratrē, correctio vero, sit prælati respectu subditorum. Sed eodem fermè redit: nam correptio eò propriè attribuitur prælatis, φ habent vim coactiuam, qua possunt vsque ad correctionē vel punitionē corripere. — Correptio & correctio.

¶Secundò, vt ex collatione harum viarū perspicacius de singulis iudicemus, notanda sunt illa quibꝰ differt inter correptionē fraternā & accusationē & inquisitionem. Et quia, vt author est Aristot. Ethic. 7. vt principium in speculabilibus, ita se habet finis in operabilibus: atque adeò, actus morales à fine sortiantur speciem, vt idem docet in. 5. Ethic. à fine operæpretium est exordiri. ¶Differt ergo primo correptio fraterna ab accusatione & inquisitione, fine. Nam finis correptionis est bonum priuatum particularis personæ: sed finis accusationis & inquisitionis est bonum publicum. Enimuerò homo cōsideratur primò vt singularis psona: & secundò vt membrū reipublicæ (sumus enim, vt ait Aposto. primæ Corinth. 12. vnius corporis mēbra) quare crimen cuiuscunq; hominis ambabus rationibus malum est: & quia homini propriè nocet, & quia in perniciē reipublicæ generaliter diffunditur. Quocirca correptionis fraternæ finis est correctio & recuperatio fratris: quod illo verbo euangelico insinuatur: Si te audierit lucratus es fratrē tuum: sed accusationis & Inquisitionis finis est publica punitio, vt pœna publica vnius, terrori sit cæteris, secundum illud Paul. 1. Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Hoc enim differt inter pœnam huius vitæ & pœnā æternam inferni: nā pœnæ huius vitę non per se expetūtur, nec debent infligi propter malū hominis, sed inquātum sunt medicinales vel ipsi cui infliguntur, vel alijs: at pœna inferni non est medicinalis, — Finis correptionis.

sed solùm est in malum: & supplicium damnatorum, propter bonum iustitiæ: tametsi in hac vita nos iuuet ad terrorem.

¶ Et ex hac prima differentia nascitur secūda, vt ratiocinatur S. Tho. 2.2. quæst. 33. artic. 1. quæ ad euidentiam dicendorū præcipuum habet fundamentum. Correptio fraterna differt ab accusatione & inquisitione, genere virtutis. Nam correptio fraterna est actus & officium charitatis, accusatio verò & inquisitio sunt opera iustitiæ. ¶ Quòd si perconteris an sit actus proximus &, vt dicunt, immediatus charitatis. Respōdetur φ non est nisi actus proximus & immediatus misericordiæ: quæ est species & effectus particularis charitatis: nam benefacere fratribus: est generale officium charitatis: sed benefacere specialiter ad leuandum miseriā: est species & effectus particularis charitatis, vt docet S. Tho. 2.2. q. 31. & cùm peccatū sit summa inter miserias hominū, fit, vt corripere peccatorē, sit præcipuū opus misericordiæ, post illud quod est remittere peccatū inimico. Vnde Albinus (quod est in decretis. d. 45.) Tria, inquit, sunt genera eleemosynarum: vna corporalis, egēti dare quicquid poteris: altera spiritualis, dimittere à quo læsus fueris: tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis: eleemosyna verò græcè idē est quod misericordia. Et hoc modo correptio est opus charitatis: quod significant illa verba Hebr. 12. De⁹ quos diligit corrigit. imò & illa: Si peccauerit in te frater: nā nomē fratris affectum explicat charitatis: & inde sumptū est nomen: correptio fraterna ad differentiā correptionis & castigationis prælati per accusationem aut inquisitionē, quæ dicitur iudicialis. ¶ Quòd si arguas cōtrà, correptionē esse poti⁹ actū iustitiæ, ex glossa illa Rabani, Matth. 18. Peccātem zelo iustitiæ corrigamus: respondet S. Tho. 2.2. q. 33. art. 1. φ vel loquitur de correptione prelati, quę est actus iustitiæ: vel loquitur de iustitia, vt est generale nomē omnium virtutū. Sed forsan Rabanus voluit insinuare φ licèt corripere peccatorē sit opus misericordiæ: tamen si cōparetur ad hoc quod est parcere pœnitēti, habet quodāmodo speciem iustitiæ. Ait enim. Peccātem zelo iustitiæ corrigamus, & pœnitenti viscera misericordiæ pandamus. Et licèt vtrūq; sit misericordiæ, tamē condonare peccata est mera misericordia: sed corripere & arguere habet aculeū iustitiæ. Distinctio Archidiaconica. Si peccauerit. 2. q. 1. vide licet, φ quatenus correptio ordinatur ad emēdationem fratris, est opus charitatis: sed quatenus ordinatur ad exemplū aliorū, est opus iustitiæ, sine ratione conficta est. Sed de Archidiacono nō faciemus amplius mentionem: nā si habetur pro oraculo in hac materia est, quia ad literā, nec iota mutato, trāsfert omnes octo articulos S. Tho. 2.2. q. 33. ¶ Ex his duabus differētijs sequitur alia: scilicet φ correptio per accusationē & inquisitionem habet vim coactiuam & coerciuam: quæ proinde solis prælatis & magistratibus incumbit: sed fraterna correptio omnes in vniuersum obligat: vt. q. 3. manifestabimus. ¶ Ex his tādem colligitur definitio correptionis fraternæ: quæ est apud Albertum, & apud S. Tho. in. 4. d. 19. Correptio fraterna est admonitio fratris de emendatione delictorū, ex fraterna charitate: vbi exprimitur, & finis, & genus virtutis.

Correptio actus est charitatis.

Correptio fraterna.

¶ HIS præiactis respōdetur ad quæstionem quatuor conclusionibus. Prima. Correptio fraterna est sub præcepto naturali, diuino, & humano. Conclusio est receptissima cunctis doctoribus, & theologis, & iurisconsultis: vt sunt Altisiod. lib. 3. tract. 25. capit. 1. S. Thom. 2.2. quæst. 33. artic. 2. Richar. & cæteri sententiarij in. 4. d. 19. & Panor. & canonistæ cap. Nouit. De iudicijs. & capit. Si peccauerit. 2. quæst. 1. Quam conclusionem tenet etiam illic Innocē tius: tametsi Panor. falsò intellexerit eius mentem. Verba enim Innocentij sunt hæc in dicto cap. Nouit. Ad istam denuntiationem nō credimus aliquem teneri, nisi sicut tenetur ad alia opera charitatis: nisi sit talis, ad quem ratione officij & curæ hoc pertineret. Ex quibus falsò colligit Panormita. intentionem Innocentij eam esse, vt solis prælatis sit præceptum fraternæ correptionis, cū tamen ille dicat φ alij non tenentur: nisi sicut ad alia opera charitatis: quę tamen sunt sæpissimè in pręcepto. Quare, nullus potest negare quin sit omnibus sub præcepto, est tamen nobis in votis in hac materia cō clusiones vulgatas, & singularibus rationibus asserere, & ad particularia applicare: hoc enim in materia potissimè differendum est.

Prima conclusio.

¶ Probatur ergo primò conclusio iure naturæ. Homo est animal suapte natura ciuile & sociabile, vt author est Arist. 9. Ethicorum. & vt primo Politic. id latiùs explicat, non solùm ad societatem natus est vt oues & boues, cæteraque id genus animantia: quæ in hoc solùm gregalia sunt, quòd affectiones suas illiteratis vocibus sibi mutuò manifestant: sed homo in hoc est animal sociale, vt alios alij ratione & sermone instruant: atque adeò, quid vtile sit, quidve noceat: quid denique iustum sit, aut iniustum se inuicem doceant, admoneantque: ergo quisq; hominum iure naturæ

tenetur errantem cõsilio suo & exhortatione in viam reducere: instar membrorũ corporis: quæ, cũ nullum sibi solũ sufficiat, mutuas sibi operas impẽdunt. ¶ Et augetur hæc ratio. Nã lex hęc naturalis arctiùs ligat Christianos: sanè q nõ naturali modo, sed baptismatis vinculo, mẽbra vnius corporis sum⁹ in Christo (verba sunt Apostoli. 1. Cor. 12. In vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus) ergo quemadmodum manus stomacho alimenta ministrant, sed stomachus vicissim manus alit: pedes sustinent oculos: & oculi pedes dirigunt: ita debent pauperes diuitibus seruire, & diuites vicissim pauperes alere: atq; adeò iuuenes & robusti, senes & debiliores debent sustinere: sed qui, tanquã senes, prudẽtia & cõsilio valent, tenẽtur velut oculi ignorantes & errãtes ad veritatẽ & virtutem reuocare: vt in fabulis est græcorũ de amicis illis, quorum cùm alter claudus esset, alter vero cæcus: hic claudum humeris gestabat, ille verò gressus cæco dirigebat. ¶ Secundò probatur conclusio iure diuino. Primò. Ratione creationis Deus est omnium cõmunis Pater: qui debuit proinde nobis prouidere secundũ nostram conditionem: sed cũ nullus sibi solus sufficiat: non prospiceret Deus nobis vt pater, nisi vnicuiq; mandaret de pximo suo, vt habetur Ecclesia. 17. at verò inter humanas necessitudines, vna nec infima est, vt quisq; errãtẽ corripiat: ergo hoc est præceptum diuinum. ¶ Et cõfirmatur ex præcepto morali vet. legis. Exod. 23. & Deut. 22. legimus. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum: ergo, à fortiori, si quis viderit proximũ suum errantem & deuiãtem à Deo, tenetur eum reducere: quanto proximus plus est q̃ bos, aut asinus. Sed tertio & potissimũm probatur cõclusio præcepto Euãgelico. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. vbi Christus seruator noster nihil aliud q̃ naturale pręceptum explicuit, nisi q cùm esset sol iustitiæ, hoc vt cætera præcepta naturalia illustrauit, formam quidẽ docens corripiendi, qua pudori & famæ nostræ consuleret optimè, vt sua fuit erga nos immensa charitas. Et quòd verba illa sonent præceptum, non solũ colligitur ex verbo imperatiuo, corripe, sed ex verbis proximè præcedentibus. Postquàm enim meminit Christus quemadmodũ venerat saluare qđ perierat: atque adeò, parabola de illo, qui nonaginta nouem ouibus in monte relictis, iuit quæsitum eam quæ perierat, exaggerauit quanti ei constitisset salus humani generis: subnectit: Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Et subsequitur, Si autem peccauerit in te frater, corripe eum &c. ac si apertè dixisset: voluntas patris est vt tanta sit vnicuique cura fratris sui, nè pereat, quanta fuit mihi: & quem admodum mandatum est mihi à patre vt perditos homines lucrifacerẽ, ita & vobis sit in pcepto. Vnde Innoc. cap. Nouit. De iudicijs. referens prælatis Franciæ, verba hæc Euangelij, subiungit. Quomodò nos mandatum diuinũ possumus nõ exaudire? Vbi insinuat illud esse præceptum. Animaduertite qui nomina vestra Christo in baptismo dedistis, quàm nobis cõmendauerit fraternam correptionẽ, quam nos tamen contrà, curamus tam negligenter: quantoq; nos honore dignatus est, qui quarũ ipse fuit animarum redemptor per passionẽ, nos quodãmodo per correptionẽ seruatores esse voluit: Si te (inquit) audierit, lucratus es fratrem tuum. Quod bene adnotauit Iacobus cap. quinto. vbi inquit. Fratres mei si quis vestrum errauerit à veritate & conuerterit quis eum: scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suę, saluabit animã ei⁹ à morte: & operit multitudinẽ peccatorũ. Ergo qui fratres corripere parui faciunt, non Christum, sed Cain imitantur: qui vel in hoc fuit caput ecclesiæ malignãtium, q fratricidiũ excusans, custodẽ se esse fratris falsò negauit. ¶ At verò q dicta cõclusio sit de iure positiuo, multis canonibus cõprobatur, vbi præcipitur correptio fraterna: vt. d. 83. cap. Prouidẽdum. & cap. Consentire. & 86. dist. cap. Facientis. & expresiẽ. 24. q. 3. capit. Tam sacerdotes.

¶ Secunda conclusio. Præceptum correptionis fraternæ obligat ex genere suo sub reatu mortali. Probatur. Peccatũ est grauissimũ malum hominis: quare qui omittit fratrẽ à peccato liberare, cùm possit, non habet erga illum charitatem: & ideo talis omissio est cõtra charitatem. Vnde August. super can. Ioã. tract. 7. exponens illud: Sic dilexit Deus nos, & nos debemus alterutrũ diligere. 1. Ioan. 4. Non putes (inquit) te tunc amare seruũ tuũ, quãdo eũ nõ cædis, aut tunc amare filiũ tuum, quando ei non das disciplinam, aut tunc amare vicinũ tuum, quãdo eum non corripis. 5. q. 1. capit. Non putes. & sermone. 16. De verbis domini: exponens præceptum Christi Matt. 18. Si neglexeris (inquit) conuiciatorem corripere, peior es tacendo, quàm ille cõuiciãdo: sed qui cõuiciatur mortaliter peccat: ergo & qui omittit corripere. ¶ Secundo probatur conclusio. Super illud Roma. 1. Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facienti- 2. Cõclusio.

 bus

¶ AD Primum argumentum. Conceditur, ꝙ nullus potest conuerti, nisi misericordia dei præueniente: & ideo: quem deus indurat, sicut Pharaonē, non potest homo corrigere: nihilo minus homines debemus adiuuare misericordiam dei: sumus. n. secundū Ioan. in. 3. cano. vt cooperatores veritatis: scilicet, disponentes ad gratiā quam Deus infundit: secundum illud. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. Vnde August. quod habetur. 23. quæst. 4. cap. Sicut. Licet aliqui (inquit) à solo deo corrigantur, vt Petrus: nihilominus non est negligenda correptio nostra: quia tunc ex correptione homo proficit, cùm deus miseretur & adiuuat. Et statim, ca. Nabuchodonosor, dicit ecōtrario, ꝙ licèt aliqui etiā correpti nō emendentur, vt Pharao, nihilominus non est à correptione cessandum.

¶ Ad secundum argumentum respōdetur primò, ꝙ sæpè est tanta necessitas correptionis, quāta eleemosynæ: vt puta quando peccatum procedit ex ignorantia, vt dictum est in tertia conclusione. Et secundò respondetur, quòd quādo procedit ex passione aut malitia, quan uis non sit tunc adeò necessaria, nihilominus magnoperè peccator indiget admonitione: vt egregiè docet Chrysost. super primam epistolam Cor. Homilia. 44. nam quāuis qui peccat ex passione in vniuersali cognoscit peccatum & priuationem gloriæ & pœnas inferni, tamē in particulari habet excæcatum iudicium: & ideo indiget peccator identidē hęc admoneri. Vnde, Si verbis tuis (inquit Chrysosto.) non obediat peccator, interim custodi & contine à maligno negotio: fortasse enim reuerebitur.

¶ Ad tertium argumentum respōdetur, quòd præceptum correptionis fraternæ reducitur ad quartum præceptum de honoratione parentum: sub quo militant omnia præcepta quibus tenemur impendere aliquod beneficium proximo. Nam in decalogo solū sunt illa præcepta quæ statim proposita recipiūtur sine aliquo doctore: sed quæ non sunt adeò manifesta, quin indigeant expositione sapientum, virtualiter comprehēduntur sub illis, vt docet S. Thom. 1. 2. quæst. 100. articu. 3. Atqui, præceptum honorādi parentes statim propositum naturali lumine recipitur, sed benefacere alijs proximis, licèt non sit ita manifestum, tamen facili negotio persuadetur.

¶ Ad vltimam confirmationem nescio quid aliud respondeamus, quàm vt exhortemur ne tanta sit negligentia huius præcepti. Nam in religionibus, & inter viros timoratæ conscientiæ non est tanta incuria huius præcepti. Cæteri verò aut excusantur quia pauci sunt qui sperant sua correptione posse fratres emendare: aut accusandi sunt, vt dicit Augustin⁹, quia ex verecundia aut alio humano respectu omittunt præceptum implere Euangelicum.

QVÆSTIO SECVNDA.



TRVM præceptum correptionis obliget semper & pro quocunq; tēpore. ¶ Ad partem affirmatiuā arguitur primò. Apostolus admonet Timotheū: Argue, obsecra increpa, opportune, importunè. 1. Timot. 4. & Propheta: Clama, ne cesses: annuncia populo meo scelera eorum. Esai. 58. ergo nulla nobis est opportunitas obseruanda, sed sine cessatione corripiendum. ¶ Secundò arguitur. Si aliqua de causa cessandum esset à correptione, maximè quando timeretur peccatorē de correptione scandalum accipere & deteriorē fieri: sed (vt inquit Hieronymus) veritas vitæ nō est dimittenda propter scādalum: nam, auctore Beda, vtiliùs scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. De regu iuris. capi. Qui scandalizauerit. ergo propter scandalum nō est cessandum à correptione: exēplo Christi, Matth. 15. qui propter scandalum pharisæorum non cessauit prædicare veritatem.

¶ Tertiò arguitur. Si aliquid nos posset excusare à correptione, id esset præsertim, quando corripere non possumus sine magno incommodo nostro & detrimento: sed non excusatur à peccato mortali qui vel metu mortis omittit corripere: ergo præceptū correptionis obligat pro quocunq; tempore. Minorem videtur docere Augustin. 1. De ciuit. Dei, capit. 9. cuius verba sunt. Propterea cum malis flagellantur & boni qui non corripiunt: quia reformidatur vulgi iudiciū, carnis excruciatio, aut peremptio. ¶ Sed in contrrium est quòd præceptum correptionis est affirmatiuum: & præcepta affirmatiua non obligant pro quocunque tempore.

AD quæstionem respondetur nouem conclusionibus. Prima. Præceptum correptionis non obligat pro quocunque tempore, sed cōuenientibus necessitate & opportunitate. Probatur conclusio. Hoc differt inter præcepta affirmatiua & negatiua, quòd præcepta negatiua prohibent malum, affirmatiua verò præcipiunt bonum: bonum autem, vt ait Dionysi. 4. capitu. De diu. no. consurgit ex in Prima conclusio.

tegra causa: malum verò ex quocūq; defectu: quo fit vt malum nunq̄ bene fiat, sed quomodocunq; & quotiescunq; fiat, est peccatū, nisi ignorantia excusetur: sed tamen id quod est bonum ex obiecto non bene fit, nisi quando suis circunstantijs vestitur: & ideo quamuis vtrunq; præceptum obliget semper, id est, quātum ad præparationem animi: tamen quantū ad exercitium, negatiuum obligat (vt dicunt) pro semper, affirmatiuum verò, non, nisi concurrentibus circunstantijs secundum necessitatem: & quia finis correptionis est correptio & emendatio fratris, tunc obligat hoc præceptum, quando emendatio est necessaria, & fieri potest commodè. Et quidem Gerson inter theologos, De correptione, tracta.34.& Astēsis iurisconsultus libro secundo. titul.6. constituunt sex conditiones necessarias ad correptionem: tres ex parte corripientis: quæ sunt, certa peccati cognitio, māsuetudo, & commoditas, ita vt non sit alius qui commodiùs corripere possit: & tres ex parte corripiendi: videlicet, quod eius peccatum sit mortale, quòd sit spes emendationis, quòd non spectetur aliud tempus opportunius. Hæc autem operæpretium erit de suis principijs enucleare: necessitas nanque corripiendi iudicanda est, & ex obiecto, & ex circunstantiis: scilicet, ex peccato, & ex conditionibus peccatoris atque corripientis. ¶ Sit ergo secunda cōclusio.

2. Cōclusio. Omne peccatum mortale est materia necessaria correptionis. Probatur. Finis correptionis est lucrari & recuperare fratrem: vt patet ex verbis euangelij: Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: ergo omne illud per quod frater perditur, est materia correptionis: sed per peccatum quodcunque mortale perditur homo & auertitur à Deo: ergo omne peccatum mortale est materia correptionis. Ex ratione conclusionis exprimitur eius sensus: intelligitur enim quoties peccatum pendet quodammodo in futurum, ita vt maneat, aut per tinacia, aut periculū peccati. Nam si peccatum est omnino præteritum, non est materia correptionis Hoc adnotauerim propter glossam in capitulo. Si peccauerit. secunda quæstio.1. dicentem q̄ præceptum correptionis est solū de peccato futuro, vt euitetur: sed præteritum corripere solùm est consilium: quam glossam alij non probant, dicentes q̄ respectu peccati, etiam præteriti, currit præceptum correptionis: sed tamen his non obstantibus manifestū est, q̄ si peccatum est iam præteritum, ita vt nec maneat complacentia, nec periculum in illo, non est præceptum nec consilium correptionis. Probatur: quia cessante fine, cessat necessitas medij: quando ergo peccator emendatus est: nulla est necessitas corripiendi. Imò verò perniciosum esset cicatricem sanati vulneris refricare, cùm Propheta beatos eos censeat quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et in hoc differt correptio fraterna ab accusatione & inquisitione quæ locum etiam habent in peccatis præteritis & emendatis: quia finis eorum est punitio propter bonum commune. ¶ Ex sensu conclusionis subsequitur secundò, peccatum veniale aliquando esse necessariam materiam correptionis: puta quando in periculum hominem conijcit peccandi mortaliter: maximè si ex genere suo ordinet ad mortale: vt cū quis domū ingreditur suspectam, aut familiaritatē cōserit cum mulierculis: quod illo præcepto regulæ Augu. admonemur. Si oculi petulantiam in aliquo vestrum aduerteritis, statim admonete, ne malè cœpta progrediatur. Sicut enim q̄ videret hominem subire periculum mortis tēporalis, mortaliter peccaret nisi eum seruaret, ita & qui non seruaret hominem à periculo mortalis peccati. ¶ Sed contra hanc secūdam cōclusionē, quatenus vniuersalis est, arguitur. Super illis verbis euāgelij: Si peccauerit in te frater tuus: ait glossa interlinearis: Id est, si iniuria te affecerit: ergo solùm est præceptum vt suas quisq; iniurias corripiat, & non alia peccata. Quod confirmatur ex glossa Hieronymi: Si peccauerit in nos frater, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem: si autem in Deum quis peccauerit, nō est nostri arbitrij. Vbi insinuat, quòd peccata in Deum non sunt materia correptionis: sed accusationis potiùs. ¶ Respondetur quòd illa glossa non intendit limitare præceptum correptionis ad solas proprias iniurias: nam Christus, vt diximus, nihil aliud fecit quàm exprimere ordinem præcepti naturalis, quo certè tenemur corripere quęcūq; peccata proximi: & ideo non est præceptum de his aut illis peccatis corripiendis, sed de ordine corripiendi omnia: & maximè quia vanum esset corripere propriam iniuriam, postquàm illa ta est. Imò verò proprias iniurias, si probare possumus, non tenemur secretò corripere, sed licet nobis statim in iudicio vindictam petere: sed si recipienda est illa glossa, intelligenda est hoc modo: vt omne peccatum quod fit in præsentia mea appelletur quodammodo iniuria mea, quia est contra pudorem & reuerētiam meam. Sed verba Hieronymi potiùs attinent ad indulgentiam peccatorum, quàm ad cor-

ad correptionem: scilicet quòd possumus dimittere peccata propria, sed tamen peccata in Deum, aut bonum commune: vt sunt hæreses, & proditiones, denuntiare tenemur: vt infrà dicemus, si secreta correptione statim extingui non possunt. Sed omnia sunt nihilominus materia correptionis, si certa spes sit emendæ. ¶ Arguitur tamen secundò ex glossa Augustini super eisdem verbis. Si peccauerit in te id est, te sciente. 2. quæstio. 1. capit. Si peccauerit. qoæ germana est illius textus: ex qua colligitur quòd sola peccata occulta sunt materia correptionis: & non publica. Respondetur quòd nos solùm asserimus omne genus peccati esse materiam correptionis: sed Augustinus loquitur de ordine corripiendi expresso in Euangelio: quòd scilicet peccata secreta secretò corrigantur, cùm illa quæ sunt publica, possint publicè corripi: de quo latiùs quæstione quarta.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio. Peccata venialia singularis personæ nisi sint per se ordinata ad mortalia, non tenemur corripere sub reatu mortali: secùs, si in republica iam percrebuissent. Prima pars probatur: quia nullus tenetur sese de venialibus corrigere, nisi sub reatu veniali: ergo nec frater tenetur corripere fratrem ab illis sub reatu mortali. Et de huiusmodi venialibus puto intelligit Palud. 4. distin. 19. quando dicit q; de veniali non est necessaria correptio. Qui tamen posset fratrem emendare à cõsuetudine leuiter mentiendi, aut iurandi, teneretur quidem: aliàs peccaret venialiter: illud enim etiam est quodammodo lucrari fratrẽ. Et hoc est præceptum Christi. Ioan. 13. Si ego laui pedes vestros, vos debetis alter alterius lauare pedes. Per lotionem enim pedum intelligitur ablutio peccatorum venialium, vt notant doctores super illis verbis præcedẽtibus: Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet. Secũdam verò partem conclusionis mihi persuadeo, saltẽ de prælatis. Prælatus enim qui posset plebem suam à leuibus iuramentis purgare, aut ab aliis consuetudinibus peccandi venialiter, teneretur id facere sub reatu mortali. Probatur. Nam prælatis ex officio incumbit cura boni publici: & ideo tenentur notabile damnum publicum sub reatu mortali purgare si possunt: & peccata venialia, quanuis in singulis personis non sint notabile malum, tamen quando sunt frequentia in republica, magni momenti est illa extirpare. ¶ Et confirmatur. Nam si in religione nostra caderẽt obseruationes nostræ, vt puta fratres passim vterentur lineis, vescerentur carnibus, & silentia rumperent, qoanuis hæc apud nos nulla sint peccata, tamen prælatus qui huiusmodi damna resarcire posset & ad regulam reuocare, tenetur certè sub reatu mortali id satagere. Sed de hoc aliàs: ne lineam correptionis fraternæ transgrediamur. ¶ Quarta cõclusio. Tres sunt circunstantiæ requisitæ, vt sit obligatio corripiendi: scilicet cognitio peccati, spes emendæ, & opportunitas: loquitur enim hæc cõclusio de solis circunstantijs quæ faciunt necessitatem & obligationem corripiendi: nam prudentia, mãsuetudo. &c. sunt circunstantiæ, vt ritẽ fiat correptio. Primò requiritur antequam quis corripiat, vt nouerit fratrẽ esse aut in peccato mortali, aut in periculo peccandi: vnde Ecclesia. 20. Priusquàm interroges, ne vituperes quẽquam. Sunt qui dicant satis esse hominem dubitare de peccato fratris, vt debeat ipsum corripere: sicut ad eleemosynas corporales non solùm tenemur quando manifesta est necessitas corporis, sed quãdo verisimiliter dubitamus. Sed tamen profectò nõ est par ratio: quoniam in corporalibus nullum est periculum, si eleemosyna erogetur non indigenti: at in spiritualibus, nocet proximo, qui leuiter & temerè iudicans eum esse peccatorem, obijcit ei peccatum. Verum est tamen, quòd pẽsandę sunt coniecturæ facientes rem probabilem, & conditiones personarum: licet enim quandoque insinuare fratri crimina sua, de quibus rumor spargitur, dummodò prudentia & temperamento id fiat. Hoc tamẽ admonitos esse volo sacerdotes: sanè nullatenus licere, de his quæ in confessione audierunt, peccatorem extra confessionem corripere: vsq; adeò enim sacrosanctum est sigillum cõfessionis, vt nisi in confessione, nullo modo liceat peccata exprobrare aut insinuare pœnitenti.

Quarta cõclusio.

¶ Secunda conditio est, vt sit spes emendæ: nã aliàs correptio esset vana: & ad opus vanũ nemo obligatur: & præcepta mediorũ sunt propter consecutionẽ finis: debet namq; qui arat, in spe arare, & qui triturat triturare in spe fructus percipiẽdi. 1. Cor. 9. & Matth. 7. prohibemur sanctum dare canibus, & margaritas ante porcos proijcere. & puerb. 9. Noli corripere derisorẽ ne oderit te. At verò, nõ debẽt hinc ansam capere Christiani vt sint negligentes corripiendi: excusant enim multi negligẽtiam suam causantes raram esse spem emẽdationis, cùm tamen frequentissimos contrà sentiamus emendatos, de quibus malè sperabamos: vt admonet August. 23. q. 4. ca. Nabuchodonosor. ¶ Vnde prudenti distinctione vtendum nobis est in proposito. Aut enim quis certus est sufficien-

sufficientibus coniecturis nihil se esse profuturum: & tunc non tenetur corripere: nam, vt inquit Ioannes capit.5.1. cano. Est peccatum ad mortem: nõ dico pro illo vt roget quis. sed tunc locum habet glossa super illud Ioan.2. Zelus domus tuæ comedit me, Bono zelo comeditur qui quælibet parua quæ viderit, corrigere satagit: & si nequit, tolerat & gemit. Quòd siquis arguat, quia semper erit spes proprij præmij ex merito correptionis. Respondetur, quòd quando correptio est vana, non est meritoria. Si verò quis dubitat an proderit: & certus est, quòd non oberit corripiendo, tunc debet corripere: sicut medicus quando certus est medicinã nihil obfuturam, & dubitat esse profuturam, adhibere debet. Hanc regulam docet August. de pœniten. distinct.7.ca. Si quis, & secundo. Ideo do tibi pœnitentiam, quia nescio an tibi prodesset: nam si scirem nõ tibi prodesse, non tibi darem. & in libro De correptione & gratia: Nescientes quis pertineat ad prædestinatorum numerum, & quis non pertineat: sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. Itaq;, solùm excusamur à correptione, quando certi sumus nihil nos profuturos: quia debet qui arat in spe arare: sed quãdo opinamur sub dubio nos posse prodesse, corripere debemus: aliàs qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquàm metet.

Dubium. ¶ Sed quid si quis timet potiùs, corripiẽdo obesse quàm prodesse? Tũc, aut timet obesse nõ solùm peccatori qui indurabitur, sed bono cõmuni & religionis, & tunc cessandum est à correptione. verbi gratia. Vereor si corripiam impudentẽ & perditum hominẽ, blasphematurum nomẽ dei: aut si ex sacris illum admoneã literis, cõtempturum & falsò interpretaturum, cessandum est tunc à correptione: quia bonũ cõmune, & maximè religionis, præferendum est bono particulari: & illud esset dare sanctũ canibus, & mittere margaritas ante porcos: non enim canes aut porci censentur quibus nihil prodest disciplina, sed qui illam impugnant, contemnuntq;. Verba sunt Augustini libro secundo de sermo. domi. in monte. ca. 31. Canes pro oppugnatoribus, porcos pro contemptoribus, non impropriè accipimus. At si quis timet obfuturum solùm peccatori in tẽporalibus: quia si corripio, verbi gratia, fratrem, maximè inde tristitia & pudore affectus infirmabitur, aut aliud detrimentum incurret, tunc adhibenda est cautela, vt quàm minimo damno fieri possit correptio fiat. Nihilominus non est propterea cessandum: quia bona spiritualia præferenda sunt temporalibus: secundum illud Matthæi quinto. Expedit tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. ¶ Hoc verũtamen habet quæstionem: si quis timet obesse soli peccatori in spiritualibus corripiendo, an debeat nihilominus corripere? Ad cuius partem affirmatiuã formatum est secundum argumentũ principale. ¶ Sanctus Thomas secunda secundæ, quæstione trigesimatertia, articulo sexto, distinguit duplicem esse correptionem: alteram iudicialem, quæ pertinet ad prælatos: & hæc nõ est dimittenda propter turbationem delinquentis: etiam si sit incorrigibilis: sed puniendus est ex ordine iustitiæ propter bonum publicum. Alia est correptio fraterna, & dimittẽda est quando timetur turbatio & maior peruersio peccatoris. Vnde nos possumus colligere, quòd quãdo peccatum est in perniciẽ publicã aut in præiudicium tertij, vt hæresis, aut proditio: aut cùm quis machinatur occidere aliũ: tunc, quamuis timeatur turbatio & obduratio peccatoris, est denũtiãdum illi qui potest prodesse & non obesse, si peccatum est secretum: & si sit probabile potest etiam denuntiari vt puniatur correptione iudiciali, vt latiùs explicabimus quæst.4. Sed si peccatũ non est huiusmodi, tunc, si timetur induratio fratris & lapsus in peiora, nulla est necessaria correptio. Nam iudicialis non est tunc necessaria: & fraterna, quia solùm ordinatur ad emẽdationem fratris, esset tunc perniciosa. Vnde August. 1. de ciuita. Dei. ca.9. Si propterea quis obiurgãdis & corripiendis malè agẽtibus parcit, quia eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, consilium est charitatis. Et hoc intendit Sapiens, dicens. Noli arguere derisorem, ne oderit te. vbi glossa: Non est timẽdum ne tibi derisor cum arguitur contumelias inferat, sed hoc potiùs prouidendum, ne tractus ad odiũ inde peior fiat. ¶ Sed est magnum argumentum, quòd licèt peccatum non sit in præiudiciũ reipublicæ, nec tertiæ personæ, non obstante timore maioris indurationis & peruersionis peccatoris, sit corripiẽdus. Christus enim præcipit corripere fratrem: primò secretò: mox adhibere testes: deinde denuntiare: & tandem pertinacem excommunicare: ergo quamuis nulla sit spes emendæ, corripiendus est frater, vt de pertinacia excommunicetur. Et Christus loquitur illic de correptione fraterna quæ est respectu cuiuscunque peccati. Panor. in capitu. Nouit. De iudicijs. propter hoc argumentum tenet quòd nõ est cessan-

cessandum à correptione: licèt nō sit spes correctionis: imò quamuis timeatur, peccatorem futurum esse deteriorem: quia tunc debet denuntiari propter bonum exemplum aliorum. ¶ Sed certè hoc solùm est verum, quando peccatum est publicum, aut vergit in detrimentū aliorum. Aliàs falsum est vt iam modò probatum est. ¶ Respondetur ergo ad argumētum, quòd Christus in illo præcepto semper supponit spem emendæ, vt certè habenda est: esset enim nequissimus qui post exhortationē amici, & adhibitionem testium & denuntiationem, non obediret Ecclesiæ. Vnde tanquàm rarissimum addit Christus: Si ecclesiam non audierit (scilicet, vt sperabatur) tunc sit sicut ethnicus &c. Vnde, si à principio timetur potiùs peruersio fratris, quàm speretur emendatio, cessandum est à correptione.

¶ Tertia & postrema conditio vt quis sit obligatus corripere: est opportunitas: primò ex parte personæ, vt nō sit alius qui commodiùs corripere possit: possit, inquàm, de potentia (vt dicunt) proxima: nam quamuis ego nouerim alios adesse qui meliùs corripere possint: vt est prælatus aut doctor: tamen video negligentes esse, tunc ego teneor: quemadmodum cùm video hominem grauem pati necessitatem, licèt sint parentes & cognati, qui subleuare possint miseriam hominis, video tamē eos non facere, tunc ego teneor. Nec tamē quum primùm videmus fratrē in peccato, tenemur corripere, qa forsan sine correptione ipse emēdabitur. Requiritur præterea opportunitas temporis: nam si vis hominis recenti iniuria affectu feruentem bilem extinguere, nihil aliud facias, quàm igni adhibere ligna. Vnde Augustinus libro De ciui. Dei. Cap. 9. Si quis obiurgandis & corripiendis malè agentibus parcit, quia opportunum tempus inquiritur, non videtur esse cupiditatis occasio: sed consiliū charitatis. ¶ Sed vtrùm liceat aut expediat quandoque perditum hominum permittere in peiora prolabi crimina, vt ignominia peccatorum confusus faciliùs resipiscat & emendetur. Est enim pro parte negatiua argumentum ꝙ cùm peccatum sit offensa Dei non est propter aliquem finem permittendum: videtur nanque quòd quemadmodum mala non sunt facienda vt inde veniant bona, ita nec sunt permittenda. ¶ Respondetur. Deus qui nunquam permittit malum nisi propter bonum, bifariàm permittit mala: vno modo in pœnam priorum peccatorū: sicut gētes, eo quòd eum non glorificauerunt, tradidit in reprobum sensum: vt dicit Apostolus Rom. primo: & hac ratione nō licèt nobis permittere peccatum quod euitare possumus: non enim pertinet ad iudicium humanum punire homines il la via. Alio modo permittit Deus peccata, vt cautiùs homo viuat: sicut forsan permisit peccatum Petri: nam, vt habetur Eccle. 42. Melior est iniquitas viri (id est: hominis prudentis & fortis) quàm mulier (id est: homo ignauus, & imprudens) bene faciens: quia illa ex peccato cautiùs resurgit: hæc verò ex boni operis complacētia vana securus periculosiùs cadit. Et hac ratione licet nobis aliquando permittere peccatorem ad tempus peiùs cadere, vt cautiùs resurgat: nam correptio est propter emendationem: & ideo facienda est vt meliùs cōducit ad illum finem. Nec est idem, propter bonum permittere malum.

¶ Quinta cōclusio colligitur ex superioribus. Omissio correptionis trifariàm contingit. 5. Cōclusio. Quandoque enim est officium & virtus charitatis: quandoque peccatum veniale: & quandoque mortale. Conclusionem hanc colligit Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 33. articul. 2. ex Augustino. 1. De ciuitate Dei. capitul. 9. Et prima quidem pars facilis est: nam, quanquam omissio correptionis, quando est necessaria, peccatum sit ex genere mortale, vt dictum est, tamen si omittatur propter causas expressas in tertia conclusione, est virtus. Secunda & tertia pars habent plus difficultatis apud Sanct. Thom. & doctores. Verba Sancti Thomæ sunt hæc. Fraterna correptio prætermittitur cum peccato mortali, vt dicit Augustinus, quando formidatur iudicium vulgi, & carnis excruciatio, vel peremptio: dummodo hæc ita dominentur in animo, quòd frater næ correptioni præponantur. Et hoc videtur contingere quando aliquis præsumit de aliquo dilinquente probabiliter, quòd posset eū à peccato retrahere, & tamen propter timorem vel cupiditatem prætermittit. Sed alio modo omissio est peccatum veniale, quando timor & cupiditas tardiorem faciunt hominem ad corripiendum, non tamen ita quòd si hoc constaret, quòd fratrem posset à peccato retrahere, propter timorem vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo suo præponit charitatem fraternam. Hæc Sanct. Thomas. Et similia verba dicit Ricardus, & omnes theologi in quarto. distinctio. decimanona, quos sequuntur canonistæ. Quæ verba profectò subobscura sunt.

¶ Pro quorum expositione quæritur, vtrùm quotiescunque quis omittit corripere fratrem timore mortis peccet mortaliter. De qua quæ- Quæstio præcipua.

stione sunt duæ per extremum opiniones: in quarum medio, vt puto, consistit veritas. Vna est quòd quotiscunque quis omittit corripere timore mortis peccat mortaliter. Ita inter alios expressè opinatur Gabri.d.74. Si quis (inquit) probabiliter crederet se posse fraterna correptione retrahere adulteram ab adulterio, & timet adulterum ne ab eo occidatur, & metu mortis omittit, peccat mortaliter: & sic in similibus. Altera opinio est quòd nūquàm priuata persona peccat mortaliter omittendo correptionem, nisi quando cōsentit & cooperatur peccato. Ita opinatur Franciscus Mayronis super verbis August. commemoratis veritate.7. Adrianus.q. De cor.frater. licèt non ponat tam expressum exemplum sicut Gabriel, tenet tamen opionem Gabriel. Et ambo videtur sibi manifestè elicere illam opinionem ex verbis August. & S. Thom. nam dicit August. bonos flagellari: quia omittunt corripere, eò quòd formidatur carnis excruciatio vel peremptio: quòd Sanct. Thom. exponēs: dicit quòd quando quis probabiliter præsumit quòd potest alium auertere à peccato, & omittit propter cupiditatem vel timorem, peccat mortaliter. Et ratio insinuatur manifesta: quia tūc postponitur charitas vitæ corporali: nam ordine charitatis tenemur magis diligere vitā spiritualem proximi, quàm corporalem propriam. Et Caiet. illic dicit quòd ex quacunque causa quis omittat correptionem, non est peccatū mortale, si saluetur in præparatione animi, quòd si crederet aliū posse retrahere à peccato, omnia postponeret charitati. Vbi designat vniuersalem conclusionem, quòd quicūque & quotiescūq; credit probabiliter se posse corrigere fratrem, quacunq; causa omittat, peccat mortaliter. Sed quicquid sit de alijs, puto nec August. nec S. Thom. id in vniuersum sensisse. ¶ Vnde ad euidentiam quintę conclu-
6. Cōclusio. sionis statuimus sextam. Personæ priuatę nullum est peccatum timore mortis aut amissionis notabilis famæ, aut bonorum exteriorum cessare à correptione, vbi correptio nō est simpliciter necessaria: quanuis certum sit correptionem profuturam. ver. gra. In casu posito Gabrielis quo quis timore mortis cessaret corripere adulteram, nullo modo peccaret. Probatur. Præceptum correptionis priuatum hominem solùm obligat ex charitate, & non de iustitia: sed ad opera charitatis nemo tenetur cum detrimento vitæ: aut cum notabili detrimēto bonorum aut famæ, aut honoris: ergo nec ad correptionē. Probatur minor. Nullus tenetur facere eleemosynam existēti in extrema necessitate, si inde subsequatur extrema necessitas propria: vt vir quando est grauis necessitas proximi, nullus tenetur incurrere tantam necessitatem vt succurrat alienæ.

¶ Secundò probatur. Quando correptio mea non est simpliciter necessaria: quia videlicet frater potest se corrigere sine correptiōe mea: tunc ego non postpono charitatem proximi vitæ meæ, quanuis cessem corripere timore mortis: quia tunc vita mea non est illi simpliciter necessaria. Et eadem ratione, si quis sine periculo honoris mei & bonorum meorum ipse potest se corrigere, ego non præpono bona mea charitati, quanuis non exponam illa pro correptione: quemadmodum si quis cominaretur se peieraturum aut furaturum citra extremam necessitatem, nisi darem illi bona mea, ego nihilominus non teneor dare, vt seruem illum à peccato, quia ille ex malitia peccat, & non ex necessitate bonorum meorum: sed correptio mea nūquam est simpliciter necessaria peccatori, saltem vbi peccatum non procedit ab ignorantia (de quo statim) nam quicunque cognoscit se esse in peccato, solo auxilio diuino potest intra se conuerti: ergo tunc non postpono charitatem proximi vitę meæ corporali: quanuis timore mortis cessem corripere. ¶ Tertiò probatur conclusio ex vniuerso hominum, & sapientum sensu: vnde magnum sumimus in moralibus argumentum. Qui enim timore mortis omittit corripere, à nemine profectò argueretur peccati: quàquàm si quis postponeret vitam vt emēdaret fratrē, laudaretur de opere supererogationis & consilij. Et quartò arguitur. Quia secundùm doctores nemo obligatur baptizare puerum cū periculo propriæ vitę: saltem quando periculum est ab extrinseco puta ex malitia tyranni prohibētis me baptizare puerum: ergo à fortiori nec teneor cum tali periculo corripere fratrē: nam maior est necessitas puero, baptismi, quàm adulto, correptionis.

¶ Et hæc omnia cōfirmātur. Nam iugum Domini suaue est, qui non obligat nos ad opera difficillima: sed esset difficillimum in vniuersum priuatos homines obligare vt vitā exponerent pro correptione. Imò credo nec tenemur corripere cum magno periculo honoris: aut cum magna iactura bonorum temporalium. Et confirmatur secundò ex sententia S. Thom. 2. 2. quæstio.38. articul.5. vbi quærit an teneatur homo diligere salutē spiritualem proximi, potius quàm corp⁹ propriū: & facit tertium argumentum ad partem negatiuam: quia homo non tenetur exponere vitam corporalem

poralem pro salute spirituali proximi, sed hoc est perfectorum: & respondet concedendo. Quia (inquit) non est tanta cura nobis vitæ spiritualis proximi, quanta est corporis proprij: nisi in casu quo quis tenetur prouidere saluti illius. Quod intelligit, quando alicui incumbit ex officio: vel quando vita nostra est simpliciter necessaria saluti proximi: aliàs exponere vitam pro correctione pertinet ad perfectionem charitatis.

7. Cóclusio. ¶ Septima conclusio. Prælatus aliquando tenetur pro correptione subditorum exponere vitam, etiam vbi peccata non procederent ex ignorantia. Nam quanquam tunc non est vsqueadeò simpliciter necessaria eorum correptio, tamen, quia ratione officij incumbit illi correptio: fieri potest, vt vbi priuatæ personæ fuerit consilium ponere vitam pro fratre, prælato sit præceptum ponere illã pro filio. Vnde de omnibus in vniuersum amicis ait Christus Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis: quasi hoc ad perfectionem pertineat: sed de pastoribus ait Ioan. 10. Pastor bonus animam suã ponit pro ouibus suis: quasi hoc pertineat ad necessitatem.

¶ Sed tunc est dubium, quid sentiat S. Tho. in illis verbis allegatis: scilicet, Quia si quis præsumit de alio quòd posit eum à peccato retrahere, & omittit timore persecutionis aut excruciationis carnis, peccat mortaliter quia vitam corporalem præponit charitati proximi. non enim solùm loquitur de prælatis, sed de vniuersis hominibus. ¶ Respondetur quòd si daretur casus, quo vita corporalis priuati hominis esset simpliciter necessaria saluti spirituali proximi, tunc nõ dubito, quin teneretur ille mori pro correptione fratris. Et hic est sensus S. Thom. nam aliàs præponeret vitam charitati. Sed nescio an talis casus necessitatis correptionis posit occurrere: nam si peccatum procedit ex malitia aut passione, ipse peccator se potest corrigere: postquam cognoscit se esse in peccato: & si ex ignorantia inuincibili, tunc non est peccatum: & si ex ignorantia vincibili, tunc ipse tenetur quærere doctorem. At verò in tali casu si qui peccat ex ignorantia vincibili quærit doctores qui illum instruant, tũc credo quencunq; etiam priuatum hominem, teneri, non obstante periculo mortis, docere illum veritatem, si non sit alius qui corripiat: nam ille esset casus simpliciter necessitatis. Et præterea tenetur quis pro bono communi corripere non obstante periculo mortis. Vt si hæreticus peruerteret Christianos persuadendo falsa dogmata, quicunque qui commodè posset, teneretur, non obstante periculo mortis, obijcere se huiusmodi malo.

¶ Sed nunc restat dubium, vtrum nũquam priuata persona peccet mortaliter omittẽdo correptionem, nisi quando correptio est simpliciter necessaria, vt expositum est. Nam si hoc esset, verumrarissimè occurreret necessitas huius præcepti: quod tamen nobis summopere commendauit Christus redẽptor noster: quin imò lex ipsa naturalis.

¶ Ad hoc respondet octaua cõclusio. Non solùm quando correptio est simpliciter necessaria: sed etiam de peccatis cõmunibus quæ non procedunt ex ignorantia, tenetur priuatus homo fratres corripere sub reatu mortali: quãdo id fieri potest sine notabili detrimẽto vitæ aut bonorum temporalium. Probatur. Correptio obligat sicut reliquæ eleemosynæ: præceptum autem eleemosynæ non solùm obligat in extrema necessitate: sed etiam in graui necessitate, de superfluo: at quando peccatũ nascitur ex passione vel malitia: quanuis peccator non sit in extrema necessitate correptionis: quia posset ipse respicere: tamẽ est in graui necessitate: quia difficilè homines emendantur sine correptione. Et sicut in diuitibus censetur superfluũ diuitiarum illud quo citra graue detrimentum possunt elargiri, ita in correptione: quando quis facili negotio & sine detrimento potest corrigere fratrem, tunc tenetur sub reatu mortali corripere: nam aliàs negligit salutẽ fratris: quod repugnat charitati. 8. Cóclusio.

¶ Nona & postrema conclusio. Multis modis contingit omissionem correptionis esse peccatum veniale. Primò, quando quis omittit, putans se nihil posse proficere: tamen leuibus cõiecturis perdit spem: aut quãdo ex aliquo metu cessat corripere, qui tamen est leuis: & multis alijs modis. 9. Cóclusio.

¶ AD primum argumentum principale respondetur, quòd Apostolus non præcipit importunè corripere, ac si non debeat expectari opportunitas: quia correptio est actus virtutis, quæ requirit circunstantiam temporis: sed importunè intelligitur, quantũ ad æstimationem perditorum hominum, quibus semper prædicatores & correptores sunt importuni. Et idem dicendum est ad illud: Clama necesses.

¶ Ad secundum argumentum latè responsum est cõclusione quarta: sed ad formam illius dicendum, quòd quando ex correptione timetur scandalum publicum, aut maior peruersio peccatoris, cessandum est. Et ad illud Hieronymi: Vtilius scandalum nasci permittitur

tur, quum veritas relinquatur: respondetur dupliciter: primò quantum ad veritatem vitę, homo non debet facere cōtra præcepta Dei, quę sunt necessaria ad salutem, propter scandalum aliorum. Possumus tamen prætermittere opera consilij quæ non sunt simpliciter necessaria ad salutem propter scandalum, secundum illud. primæ Cor. 8. si esca scandalizauerit fratrē meum, carnes in æternum non manducabo. Quare cùm præceptum correptionis sit propter emēdationem fratrum, cessante fine, cessat præceptum: & ita non relinquitur veritas vitæ, si ad vitandum scandalum vel peruersitatem fratris dimittatur correptio. Sed quātum ad veritatem doctrinæ non debet homo cessare à prædicatione veritatis propter scandalum Pharisæorum, exemplo Christi Matthæi. 15. ¶ Ad tertium latè responsum est sexta & septima cōclusionibus: quando scilicet timore mortis licet omittere, quando verò nō. Sed ad verba August. 1. De ciuitate Dei. dupliciter possumus respondere: primò quòd verba illa non sonant esse peccatum mortale omittere correptionem timore mortis: ait enim quòd propterea boni flagellantur cum malis, quia omittunt corripere eo quòd timetur peremptio: & loquitur de flagellis tēporalibus. Quare nō intelligit nisi quod est forsitan peccatum veniale: & ideo illos qui ita omittunt vocat bonos. Sed quia S. Thom. & Ricar. & omnes glossant illud esse peccatum mortale, exponatur, vt dictum est in septima conclusione de prælatis, aut quādo correptio est simpliciter necessaria.

QVÆSTIO TERTIA.

VTRVM omnes in vniuersum homines quoscunq; peccatores corripere teneantur. ¶ Ad partē negatiuam arguitur. primò. Pręceptū correptionis Matt. 18. soli Petro, tanquā prælato ecclesiæ, datum est, & Matth. 5. solis Apostolis (quibus succedunt episcopi, capite. Quorū vices. 68. distinctione) & cæteris discipulis, (quibus succedunt inferiores prælati. cap. In nouo 21. d.) dictum est. Vos estis sal terrę. Vos estis lux mūdi: & in veteri lege Ezech. 3. & inferiùs. 33. soli speculatores, id est, prælati admonentur illis verbis: Si dicente me ad impiū, morte morieris, non annunciaueris ei vt auertatur à via sua impia, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. vnde Hiero. Sacerdotes (inquit) studeant illud euangelij implere. Si peccauerit in te frater tuus: ergo soli prælati obligantur præcepto correptionis: quod officio pastoris, quales ipsi sunt, maximè congruit. Et ratione naturali confirmatur: nam inferiora hæc cælorum influentia & motu gubernantur: & prælati in sacra scriptura cælorum nomine per metaphoram censentur, qui enarrant gloriam Dei. Secundò arguitur quòd nō teneamur corripere quoscunq; peccatores. Correptio, vt dicemus quęstione sequenti, procedit vsq; ad denuntiationem quæ fit prælato: sed multi sunt qui non habent prælatum: vt papa, nisi in materia hæresis, vt habetur cap. Si papa. 40. d. & infideles: de quibus Paulus. 1. Cor. 5. Quid mihi (inquit) de his qui foris sunt iudicare? & vsurarios qui permittuntur ab ecclesia vanū esset corripere, postquam vanum esset denuntiare: immo meretrices videtur esse perniciosum corripere: nā, vt inquit Augu. Tolle meretrices, & oīa turbabis libidine: & hæreticos post primā & secundam monitionem pręcipit Paulus euitare Tit. 3. immo nec cum excōmunicatis licet communicare, vt dicit Paul. 1. Cor. 5. ergo nec illos licitum cuiquā est corripere. ¶ Tertiò arguitur. Subditis non licet prælatos suos corripere: ergo non oēs tenentur præcepto correptionis respectu omniū. Probatur antecedēs. Correptio (vt nomen sonat) fieri non potest sine increpatione: sed Pau. 1. Timoth. 5. Seniorem (inquit) ne increpaueris, sed admone vt patrem: vnde Exo. 19. Bestia quę tetigerit mōtem lapidabitur. &. 2. Regum. 6. Oza percussus est à domino quia tetigerat arcam, cùm se inclinaret ad casum: vbi significantur prælati, qui & latores legis sunt & custodes: sicut in monte dabatur lex, & in arca custodiebatur. ¶ Quartò & postremò arguitur. Peccatoribus non est ius alios corripiendi: ergo non tenentur hoc præcepto: aliàs vtroq; modo peccarēt & corripiendo & non corripiendo: & sic daretur perplexitas: quæ tamen est impossibilis in lege Dei. Probatur antecedēs. Christus repræhendit eos qui vident festucam in oculo fratris & non vident trabem in oculo proprio: & Paul. Rom. 2. In quo alium iudicas, teipsum cōdemnas. & Psal. 49. Peccatori autē dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum? Et de pœnitent. d. 6. cap. 1. §. Sacerdos. Potentissimum crimē est sacerdotum qui non priùs se iudicāt quàm alios ligant. & Isydorus de summo bono: Nō debet vitia aliorum corrigere, qui est vitijs subiectus. Et ratione id confirmatur: quia correptio est officium charitatis: peccator autem qui corripit alium cùm se non corrigat, non videtur id ex charitate facere, sed ex superbia:

nam

nam in quo quis ſe non diligit, non præſumi-
tur alium diligere. ¶ Sed in contrarium eſt de-
cretum Anacleti Papę. 24. quęſt. 3. Tam ſacer-
dos, quàm reliqui fideles, omnes ſummam de-
bent habere curam de his qui pereunt: quate-
nus eorum redargutione, aut corrigãtur à pec
catis, aut, ſi incorrigibiles appareant, ab Eccle-
ſia ſeparentur.



Vęſtio hęc duo inſinuat: pri
mũ, an omnes attingat præ-
ceptũ correptionis: alterum,
an vniuerſis peccatoribus te
neamur id officiũ præſtare.
Ad quam quæſtionẽ reſpõ-
1. Cóclusio. detur sex conclusionibus. ¶ Prima. Omnes in
vniuerſum mortales, modo ſint rationis cõpo
tes tenentur præcepto correptionis Duplex
enim eſt correptio, vt. q. 1. adnotauimus: altera
quæ eſt actus iuſtitiæ: & hæc, quia procedit vſ
que ad condẽnationem & vindictã, atq; adeò
vim habet coërciuam, ſolis principibus incum
bit, & prælatis publicam habentibus authorita
tem: qui, vt habetur. 1. Petr. 2. ſunt tanquam à
Deo miſsi ad vindictam malefactorum: laudẽ
verò bonorum. vnde Apoſtolus Rom. 13. Nõ
ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter
eſt, vindex in iram ei qui malum agit. Altera
verò eſt correptio quæ eſt actus charitatis: cu
ius finis eſt emendatio fratris: de qua, & mota
eſt præſens quæſtio, & reſpondet prima con-
cluſio, quę facilè colligitur ex ſuperioribꝰ. Prę
ceptum enim illud euangelicũ charitatis: Dili-
ges Dominum Deum tuũ, & proximum tuũ
ſicut teipſum, omnes mortales in vniuerſum
attingit lege naturę: ſed correptio eſt opus cha
ritatis, & neceſſarium, vt iam manifeſtatũ eſt:
ergo omnes mortales ligat, atq; adeò, non mo
do Chriſtiani tenentur hoc præcepto, ſed quę
uis gentes, quacunque lege aut ſecta viuant.
¶ Et ſecundò probatur. Ad eleemoſynas cor-
porales omnes in vniuerſum mortales lege na
turæ ſunt aſtricti: ergo ad ſpirituales: qualis
eſt fraterna correptio. ¶ Et tertiò probatur.
Quemadmodum, in corpore duplex eſt habi-
tudo, ſcilicet capitis ad membra & membro-
rum adinuicem: & in exercitu alia eſt habitu-
do ducis ad milites: cui ex officio incumbit
exercitum gubernare: alia verò ſingulorum
ad ſingulos milites qui ſeſe mutuò protege-
re tenentur: ita in humana Republica, & in
militia ſpirituali, qualis eſt vita hominis ſu-
per terram, præter curam quæ prælatis ex
officio & ex iuſtitia incumbit, eſt mutua
neceſsitudo & charitas inter ciues vt ſe inui-
cem ope & conſilio iuuent.

¶ Secunda concluſio. Omnes tenentur quoſ- 2. Cóclusio.
cunque cuiuſuis legis & ſortis homines cor-
ripere: ita vt Chriſtiani teneantur corripere
infideles, & vice verſa. Probatur. Nam actus
potentiæ & virtutis extenditur ad omnia quę
continentur ſub ſubiecto illius potentiæ aut
virtutis: vt viſio extenditur ad omnes colo-
res: ſed charitas extenditur in vniuerſum ad o-
mnes homines: ergo præcepto correptionis
(quod eſt charitatis) cuncti tenentur quoſcun
que alios corripere.

¶ Et confirmatur ex verbis Euangelij: Si pec-
cauerit in te frater: omnes enim mortales ratio
ne creationis cenſentur fratres, ſecundùm il-
lud Matthæ. 23. Vnus eſt Magiſter veſter, o-
mnes autem vos fratres: quare, non modò
Chriſtiani dicuntur fratres, qui lauacro regene
rationis in filios Dei adoptantur: vt ait Chry-
ſoſtomus ſuper epiſtolam ad Hebræ. & refer-
tur vndeci. quæſtione tertia. capitul. Ad men
ſam. ſed & infideles ſunt proximi noſtri, vt eſt
gloſſa capit. Charitas. ſecundo. De pœniten.
diſtinctio. ſecunda.

¶ Tertia concluſio. Prælati arctiùs tenentur 3. Cóclusio.
præceptæ correptionis, quàm priuati homi-
nes. Itaque præter præceptum iuſtitiæ quo
peculiariter prælati tenentur correptione iu-
diciali arcére ſubditos à peccatis, præcepto
charitatis magis tenentur, quàm priuati homi
nes. Quæ ſententia eſt Sancti Thomæ. 2. 2.
quæſtione trigeſimatertia, articulo tertio. ſe-
cundum Auguſtinum primo De ciuitate Dei.
capite nono. Concluſio hæc, vt reor, ſatis com
probatur rationibus & teſtimonijs, quæ in pri
mo argumento principali adducta ſunt: nam
vbicunque ſacræ paginę mentio incidit huius
præcepti, prælati peculiariter deſignantur.
¶ Et ſecundò probatur ratione. Nam præla-
tus, eo quòd eſt perſona publica, & eſt cuſtos
iuſtitiæ: vt dicit Ariſtotel. quinto Ethicor. &
exemplar populi, ad omnia opera præcepto-
rum, cuiuſcunque ſint virtutis, arctiùs tenetur
ratione ſtatus, quàm populus.
¶ Et tertiò probatur. Prælatus (vt inquit illic
Ariſtoteles) tenetur proprio officio bonos
facere ciues: ergo arctiùs tenetur quocunque
præcepto quod inſtitutum eſt ad correptio-
nem & emendationem ciuium: ſed præce-
ptum correptionis fraternæ ad hunc finem
ordinatur: ergo ſtrictiùs ligat prælatos, quàm
plebem. ¶ Et quartò id confirmatur. Præ-
latus tenetur magis diligere filios, quàm pri-
uati

uati homines alios fratres: vnde Christus Ioã.
21,non commisit Petro gregẽ suum, antequã
tertiò ipsum interroget, an se plus alijs dilige-
ret: ergo ad opera charitatis, qualis est corre-
ptio, maiori vinculo tenetur erga filios, quàm
fratres erga se inuicem. ¶ Quod postremò cõ-
firmatur. Nam quemadmodũ quisq; eleemo-
synas corporales potiùs tenetur filijs & dome
sticis elargiri quàm extraneis: ita prælatus qui
est pater spiritualis tenetur spirituales eleemo
synas filijs impendere, magis, quàm priuatus
homo alijs fratribus. ¶ Sed dubium est circa
hanc conclusionem, an aliquid teneantur face
re prælati præcepto correptionis fraternę, am-
plius quàm priuatus homo. ¶ Dominus Caie-
tanus. 2.2.q.33.ar.2. quanquàm concedat con
clusionem hanc, negat tamen prælatum tene
ri præcepto correptionis fraternæ inquirere
peccatores, magis q̃ vnus de plebe: quia hoc
(inquit) esset obligare prælatum nouo præce
pto charitatis: cùm tamen præter præceptum
iustitiæ quo tenetur corrigere tanquã iudex,
non habeat particulare præceptum correptio
nis fraternæ, nisi quod habet priuatus homo.
¶ Nihilominus (arbitror) prælatus præter præ
ceptum iustitię quo tenetur inquirere tanquã
iudex diffamatos de crimine, vt dicemus infe-
rius, tenetur præcepto fraternæ correptionis
oculatiùs vigilare super gregem, quã vnus de
plebe, & accuratiùs inquirere crimina: nõ qui
dem ordine iudiciali, vbi non præcessit infa-
mia, sed tamen tenetur esse magis attentus vt
coniecturis possit rimari crimina subditorum,
vt fraternaliter corripiat. Et primò credo esse
sententiam. S. Thom. contra dominum Caie
tanum, in illo loco quem ipse exponit: puta,
in solutione ad.4. ait enim. S. Thom. quod il-
lud quod debetur alicui determinatæ personę
oportet ꝙ ei expendamus, non expectantes
quòd nobis occurrat, sed debitam solicitudinẽ
habentes vt eũ inquiramus: vnde, sicut ille qui
debet pecuniam, debet creditorem requirere,
cùm tempus fuerit: ita qui habet spiritualem
curam alicuius, debet eum quærere, ad hoc vt
eum corrigat de peccato: & manifestum est ꝙ
nön loquitur de correptione iudiciali: sed de
fraterna: vnde subiungit, priuatos homines nõ
obligari ad inquirendum corrigenda crimina:
quibus ait August. De verbis domini. Admo-
nẽris corripere, non quærendo quid repræhẽ-
das, sed videndo quid corrigas. ¶ Sed proba-
tur adhuc responsio nostra. Nam quanquàm
non teneatur prælatus nouo præcepto corre
ptionis fraternæ, tamen illo communi præce-
pto tenetur arctius: ob idq; ratione illius tene
tur facere aliquid quod non tenentur singuli
de plebe. ¶ Et confirmatur hoc maximè. Pre-
lati præcepto correptionis fraternæ tenentur
quandoq; exponere vitam vt corripiant sub-
ditos, quando frater non tenetur vitam expo-
nere pro fratre, vt diximus quæstione proxi-
ma: ergo pari ratione tenentur taliter inquire
re crimina qualiter non tenetur frater vt cor-
rigat crimina, fratris. Et tertiò confirmatur.
Quia propterea apud Ezechielem prælati di-
cuntur speculatores, quibus officium est vigi-
lare super gregem: quia non solùm tenentur
præcepto iustitiæ inquirere crimina vt iudicia
liter puniantur, propter bonum commune,
sed certà quia tenentur habere curam particu-
lariter singularum personarum, propter bo-
num priuatum cuiuscunq;: & pręsertim Eccle
siastici prelati, quibus cura & solicitudo in-
cumbit, non solùm peccata punire quæ in fo-
rum publicè deferuntur, sed occultè etiam pec
cata fraternaliter emendare, atque adeò pur-
gare corda & mentes subditorum. Quare non
satis est ecclesiastico prælato forũ habere cau-
sarum vt prætores habent, vt maior eorum cu
ra circa doctrinam & fraternam correptionẽ
quæ à charitate procedit, esset collocanda. Sed
absit vt os ponamus in cælum. ¶ Sed dubium
est secundum circa hanc tertiam conclusio-
nem, vtrùm patresfamilias teneantur maiori
vinculo corripere filios & domesticos, quàm
extraneos. ¶ Respõdetur quarta conclusione.
Quicunque tenetur corripere domesticos po 4. Cõclusio.
tius quàm extraneos. Conclusio est Augusti-
ni, quæ habetur cap. Duo ista. 23.q.4. vbi po-
nit septem conditiones personarum, quibus
ab officio incumbit correptio: vt episcopus de
bet corrigere plebem: paterfamiliàs domum:
maritus vxorem: prætor prouinciam: rex re-
gnũ &c. & loquitur de correptione fraterna:
nam paterfamilias nõ potest corripere familiã
nec vxorem, nec filios, correptione iudiciali &
coërciua: quia non potest infligere pœnas le-
gis: quare non tenetur arcére seruum à concu
bina expellendo eum domo, nisi forsan pro-
pter scandalum: nec tenetur compellere fa-
miliam ad ieiunia Ecclesiæ: sed solùm tene-
tur fraternaliter corripere, maiori tamen di-
ligentia, quàm extraneos. Imò verò non tam
strictè tenetur ad correptionem fraternam fi-
liorum aut domesticorum, quàm prælatus
respectu subditorum: nam quanquam pater,
quantum ad vitam corporalem, tenetur ma-
gis diligere filios quàm prælatus subditos: ta-
men quantũ ad vitam spiritualẽ pater spiritua
lis plus astringitur diligere subditos & vigi-
lantius

lantiùs illis prospicere, quàm pater temporalis filijs suis. ¶Quinta conclusio. Subditi strictiùs obligantur corripere prælatos, quã alios fratres aut priuatos homines. Quòd teneãtur subditi ad correptionem prælatorum manifestè sequitur ex conclusione prima. Duplicem enim correptionem adnotauimus: aliam de iustitia coërciuã, qua subditi in prælatos vti nõ possunt: aliam fraternam, quæ à charitate dimãnat: & manifestum est subditos teneri ad charitatem prælatorum: vnde Grego. in epist. ad concilium Nichacium, quæ refertur. 2.q.7. cap. sicut. secundo. Sicut (inquit) laudabile discretumq; est, reuerentiam & honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis & Dei timoris est si qua in eis sunt quę indigent correptione nulla dissimulatione post ponere: nè totum (quod absit) corpus morbus inuadat, si languor non fuerit curatus in capite. Sed quòd arctiùs teneatur prælatos corripere, quàm alios quoscunq;, etiam quàm patres temporales, ex vltimis verbis recitatis sumitur primum argumentum. Nam accuratiùs tenetur occurrere malo communi, quã priuato: sed peccata prælatorum vergũt in perniciem publicam. vnde idem Grego. vt habetur. xj. q. 3. cap. Præcipuè. Scire prælati debent, ꝙ si peruersa vnq̃ perpetrãt, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt: ergo subditi accuratiùs obstringuntur prelatos corripere, q̃ quosuis alios. ¶Et secundò, quia subditi propẽsiùs tenentur dilig[illegible] prælatos quãtum ad spiritualia, q̃ quoscunq; alios, etiam q̃ patres naturales. Nam sicut in corporalibus post amorem patrum in filios, secundum locum tenet amor filiorum in patres, ita in spiritualibus: sed præceptũ correptionis fraternæ est præceptum charitatis, ergo pressiùs obligat subditos respectu prælatorum, quàm respectu aliorum fratrum. ¶Et tertiò: quia prælati plus indigent correptione, q̃ priuati homines. vnde Aug. in regula. Non solùm vestri sed etiam ipsius (scilicet prælati) miseremini, qui quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur. ¶Quartò id cõprobatur. Quia inde grauiùs indigent prælati correptione, quòd rarissimi sunt qui prælatos & maiores corripiant. Nam alij verecũdia, alij timore, alij ambitione gratiæ comparandæ apud prælatos, à correptione erga prælatos prohibentur: quæ iniquissima conditio & sors infelicissima est prælatorum & principum, atque adeò quanto in sublimiori gradu sunt, tantò sunt hoc beneficio peius priuati. ¶At verò quia iustè quod iustum est exequi debemus, vt est Deut. 16. plures sunt obseruandæ circunstantiæ in correptione prælatorum q̃ priuatorum hominum. Primo vt summa ratio habeatur famæ & pudoris eorum, nẽpe vt de occultis criminibus occultissimè corripiãtur. Nam, vt inquit Anacletus, sententia Cham filij Noë damnantur, qui suorum doctorum vel præpositorum culpã produnt: ceu Cham, qui pudenda patris non operuit, sed irridenda monstrauit. 2. q. 7. Secũdò, vt nõ quicũq; de plebe præsumat prælatũ corripere, sed ille qui sit & spectatæ virtutis & prudentiæ. Nam si homo de plebe & peccator tentaret corripere prælatũ, ille esset vt bestia quæ tãgit montẽ, & vt Oza qui non erat dignus tenere arcam. Vnde Gregorius in Pastorali. Sanctorum vitam corrigere non præsumat, nisi qui de se meliora sentit. ¶Quòd si arguas contrà, quòd asina reprehendit Balaam: Respondetur inde solùm sumi exemplum, vt quiuis in causa propria, cùm iniustè vexatur à prelato, possit interrogare causam vt se compurget: sicut dixit asina: Cur percutis me etiam iam tertiò, nonne animal tuum sum. &c. Tertiò qui corripit prælatum, maximè Episcopum, aut principem, debet id facere cum reuerentia non increpando, sed admonẽdo, sicut dicit Paul. hoc est explicando grauitatem flagitiorum quæ augentur ex dignitate personæ: & detrimẽtum subditorum quod patiuntur ex malo exemplo superioris. Vnde Diony. in epist. ad Demophilũ, eum reprehendit ꝙ sacerdotem irreuerenter correxerat. ¶Quòd si peccata prælatorum fuerint in perniciem reipublicæ: tunc publicè fas est illos reprehendere: primùm si sit crimen hæresis, nec Papæ ipsi in hoc parcẽdum est, vt habetur ca. Papa. 40. d. Vnde Paulus Petro in faciẽ restitit, Galat. 2. quia scandalum dabat Gentilibus in fide. ¶Quòd si quis arguat quòd adhuc in materia fidei & scandali non liceat publicè subditis reprehendere prælatum, ex glossa Hierony. illic Paulus Petrum reprehendit: quòd non auderet, nisi se non imparem sciret.

¶Respondetur quòd omnis fidelis, quantumcunq; minimus censetur par cuicunque quantumcunque maximo in materia fidei, vt possit & debeat ipsum reprehendere & denuntiare. Tanta est enim labes illius criminis, quòd ad eius accusationem & serui aduersus dominum, & quilibet criminosi & infames aduersus quemlibet admittantur. capit. Præsumunt. secund. quæstio. septim. Nec solùm in materia fidei, sed quando peccata prælatorum sunt scandalosa, licet eos reprehendere publicè: vt habetur in capit. Paulus dicit. eadem causa &.q.

&c.q. Imò Petrus nnn admiserat peccatum hæresis, sed quia scandalum dabat, nec adeò graue vt esset mortale, reprehensus est. Vnde August. illic. Petrus exemplum maioribus præbuit, vt sicubi rectum tramitem reliquissent, non dedignarentur à posterioribus corrigi. Quinimò Christus ipse magister summus qui peccatum non fecit, voluit legi correptionis se subijcere, vbi ait: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo. ¶ At verò inter priuatas personas magis tenemur corripere eos qui in vita spirituali cõiunctiores sunt nobis, quàm alios: vt religiosi maiorem diligentiam adhibere tenentur corripiendis fratribus spiritualibus, quàm fratribus naturalibus. Atqui in æquali necessitate strictiùs obligamur melioribus, quàm peioribus: vt si homo aliàs probus incipit labari, maiori cura tenemur eum seruare, quàm perditum hominem. Nam ex genere obiecti propèsiùs tenemur diligere meliores: sed quia peiores plurimùm grauius indigent correptione, ex hac parte augetur quandoque obligatio respectu illorum.

6. Cõclusio. ¶ Sexta conclusio. Peccatores cuiuscunq; generis sint, tenẽtur præcepto correptionis: atq; adeò, cùm sunt in peccato possunt corripere. Prima pars probatur. Præceptum charitatis omnes in vniuersum obligat: ergo peccatores ratione peccati non liberantur illo præcepto: aliàs commodum reportarent à peccato. ¶ Secunda pars probatur. Duplex est correptio, vt dictũ est, scilicet iudicialis & fraterna: & à iudiciali correptione multi repelluntur ratione peccati: vt lege cauetur. 3.q.4. per totam, & alibi sæpe in iure, vt videbimus in De accus. Infames enim & publici peccatores, & excõmunicati accusare non possunt, nec ius dicere: & hoc, quia ad publicum iudicium requiritur æstimatio & opinio probitatis, & iudicis, & accusatoris, & testium, vt fidem faciant: sed tamẽ à correptione fraterna nullus repellitur: quia de necessitate & natura correptionis solũ est docere & persuadere veritatem: quod quicunque mentis & rationis cõpos facere potest: & cùm peccatum rationis vsum non tollat, fit vt peccatores non sint prorsus inhabiles correptioni. ¶ At verò peccatum multis modis extenuat & impedit efficaciam correptionis. Primò ex parte corripientis, quem indignũ reddit vt alium corrigat, maximè si corripiẽs maioribus criminibus sit obnoxius. Vnde Hieronymus super illud Matth. 7. Quid vides festucam &c. De his (inquit) loquitur, qui, cùm mortali crimini detineantur obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt. Et secundò, ratione conditionis peccati: vt puta, si publicus peccator publicè corripit alios: tunc enim non solùm correptio nihil prodest, imò nocet ratione scandali: nam ille non præsumitur corrigere ex charitate cùm seipsum priùs nõ corrigat, sed vt per bonam doctrinam propria celet flagitia, vt inquit Chrysost. super eisdẽ verbis. Matth. 7. Et tertiò ratione periculi. Nam peccator qui aliena peccata obiurgat, inde superbia effertur, quod proximis sese indignè præfert. Vnde Augustinus lib. De ser. Dom. in monte. Accusare vitia officium est bonorũ & beneuolorum: quod cùm mali faciunt, alienas partes agunt. Et de peccatore publicè prædicante intelligitur illud Psal. Quare tu enarras &c. vbi glossa, Quare communi sermone ad populũ profers aliquid de mea maiestate? ¶ Sed est dubium, vtrùm peccatoribus peccatum sit corripere. Arguitur enim pars affirmatiua: quia correptio est opus charitatis: peccator autem non est in charitate, ergo si corripit, nunquàm corripit ex charitate. ¶ Respondetur quòd quicunq; peccator potest sine peccato corripere: imò meritoriè: si modò correptio fuerit circunspecta: primò ne publicus peccator publicè corripiat: nam illud esset peccatum ratiõe scandali: deinde vt peccator corripiat, non increpando & superbè accusando, sed aut gemendo proprium peccatum, aut repræhẽdẽdo se simul cũ alio. Isto modo & vsurarius & meretrices & perditissimi homines possunt alios sufarinę corripere. Vnde Aug. in lib. De serm. Dom. in mõte, loco citato. Cogitemus (inquit) cùm aliquem reprehendere nos necessitas cogit: vtrum tale sit vitiũ quod nunquã habuimus, & tunc cogitemus nos homines esse, & habere potuisse, vel tale quod aliquando habuimus, & iam non habemus: & tunc tangat memoriam communis fragilitas, vt illam correctionem, non odium, sed misericordia præcedat. Si autem inuenerimus nos in eodem vitio esse, non obiurgemus sed congemiscamus: vt non alium solùm ad pœnitendũ, sed ad æqualiter conandum inuitemus. Hæc Augustinus. Adde quòd nõ solùm peccatori meritum est alium corripere, sed certè meritũ peculiariter accõmodũ ad obtinendã remissionem proprij peccati. Nam opera misericordiæ peculiariter conducunt ad remissionem peccatorum: secundum illud Danielis. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Sed maximè ad id cõfert remittere aliena peccata, secundum illud Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cui proximum est corripere fratrem. ¶ Vnde ad argumen

gumentum modò factum respõdetur, ꝙ quãquam correctio non procedat ex habitu charitatis infuso, sufficit tamen ad implendum præceptum quantũ ad substantiam, atq; adeò vt inter alios bonos mores sit laudabilis, ꝙ ꝓcedat ex naturali charitate. ¶ Sed tandẽ adnotauerim, ꝙ si esset quispiã tam perditus & infamis homo, vt correptio sua prorsus redderetur inutilis, tunc non teneretur præcepto correptionis: nam ad opus vanum obligatur nemo. Quòd si contra arguas, ꝙ tunc peccator teneretur resipiscere, vt possit corripere, quod insinuat Richard. 4. dist. 19. artic. 2. ad. 1. & Palud. q. 3. aliàs peccatum esset ei cõmodum, cũ eum excusaret à præcepto. Respondetur, ꝙ nemo obligatur ad opera misericordię, nisi qñ habet facultatẽ exhibendi. Vnde sicut non tenetur quis recuperare perditam pecuniam ad subueniendum pauperibus, quãuis posset, nisi fortè in extrema necessitate, nec tenetur procurare scientiam, quæ requiritur ad corripiendum: ita nec tenetur resipiscere à peccato, ea ratione vt adimpleat pręceptum correptiõis; Nec propterea est cuipiã cõmodum peccatũ: nam cuicunq; salubrius esset agere in gratia, q̃ excusari ab aliqua lege Dei. At verò prælati quia ratione officij semper tenẽtur ad correptionem, re vera obligantur tales esse, vt suo exemplo & correptiõe prodesse possint: quare si sunt publici peccatores, tenẽtur aut abire officio, aut taliter corrigi, vt frugi esse possint subditis.

¶ AD Primum argumentum responsum est in tertia conclusione. Probant enim illa testimonia prælatos arctiùs teneri præcepto correptionis, quàm priuatos homines: non tamẽ excipiunt quẽquam ab illo præcepto. Vnde August. 1. de ciuit. Dei. ca. 9. Ad hoc populorum præpositi constituti sunt in ecclesiis, vt non parcant obiurgando peccata. Nec ideo tamẽ ab huiuscemodi culpa penitus alien⁹ est, qui licèt præpositus non sit, in eis tamen quibus vitæ huius necessitate coniungitur, multa monẽda, vt arguenda nouit, & negligit.

¶ Ad secundum respondetur, argumẽtum nõ probare, ꝙ non liceat omnes peccatores corripere, sed ꝙ non semper oporteat vsq; ad denunciationem procedere, quando illi qui corriguntur non habent superiores prælatos quibus conuincantur. Vnde, quando Papa secreta admonitione non emendatur, illic sistendũ est, nisi sit in crimine hęresis: quia Papa nõ potest denunciari nisi quando potest accusari, vt notat glossa ca. Si Papa. 40. distinct. Item in correptione infidelium, si corripiantur de criminibus contra legẽ suam denunciãdi sunt præpositis suis: si modo apud illos notitia fuerit fraternæ correptionis. Et hoc est quod dicit Paul. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? Id est: Nos non possumus eos in iudicio cõpellere: nisi, aut nobis infesti essent, aut nostra detinerent, aut essent fidei contumeliosi: at de infidelitate admonere illos licet, & increpare, & ad fidem pro viribus appellere: vt notatur ca. Infidelis. 23. quæstio. 4. Sed tamen denunciare illos vanum esset postquam cõpelli iuridicè non possunt ad fidem. Et eadem ratione meretrices & vsurarios publicos sanctissimum est corripere: imò præceptũ, si sit spes emendæ. Sed verba Augustini hoc solum sonant, vt principes impunè permittant meretrices, ad euitandum maiora mala. Cum hæreticis verò, post secundam monitionem non licet disputare, nec conuersari, vbi fuerit periculum ne nos peruertant. Qui tamen certò speraret hęreticũ lucrari, posset & deberet ipsum corripere. Sed cũ excõmunicatis, quanquàm non licet cibum sumere, licet tamẽ correptionis gratia conuersari. Vnde idem Apostolus qui Corinthijs interdixerat cum excõmunicatis cibum sumere, admonet Thessalonicenses: Si quis non obedit verbo nostro, hunc notate, & nè commisceamini cum illo, vt cõfundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. ¶ Ad tertium argumentum latè responsum est in quinta conclusione. Non enim argumentũ probat, ꝙ nõ debeant subditi corripere prælatos, sed quòd debeant id reuerenter præstare. ¶ Et eadem ratione responsum est ad quartum in sexta cõclusione. Sed ad illud De poenitẽ. distin. 6. Potentissimum est crimẽ sacerdotũ, &c. respondetur, illud intelligi de sacerdotibus ministrantibus sacramenta in mortali: quod est mortale, nisi forsan quando ministratur baptismus in extrema necessitate, citra solennitatem.

QVÆSTIO QVARTA.



TRVM ordo Euangelicus fraternæ correptionis cadat sub præcepto.

¶ Ad partem negatiuam arguitur, quòd non sit necessariò à secreta monitione inchoandum. Deus, cuius nos vult Paulus imitatores esse, Ephesios quinto. occultos peccatores nonnunquam publicè absque præuia monitione castigat. vnde apostolus. 1. ad Corinthios. 11. dicit propter occulta peccata,

& maximè indignè ſumentium Euchariſtiam infirmos eſſe multos, & dormire multos. Et ſancti, ex quorum geſtis conijcere oportet, qualiter ſunt præcepta ſcripturæ ſacræ intelligenda, vt inquit Auguſtinus lib. con. mend. ſæpe leguntur publicè denunciaſſe, quos antea ſecretò non admonuerant: vt Ioſeph. Geneſ. 37. legitur accuſaſſe fratres ſuos apud fratrē de crimine péſſimo: & Petrus Actuū. 5. refertur publicè reprehendiſſe Ananiam & Sapphiram, qui occultè defraudauerant de pretio agri: in quibus locis nulla fit mentio de ſecreta monitione. & Leuit. 5. præcipitur vt qui audierit vocem falſo iurantis, ſtatim indicet crimen: vbi nec commemoratur, vt fiat aliqua monitio. Neque Auguſt. 22. quæſtio. 5. ca. Hoc videtur. exponens illud præceptum, meminit de aliqua monitione: ſed dicit indicandū eſſe occultum crimen illis, qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe: ergo nulla eſt neceſſaria ſecreta monitio ante denūciationem fraternam. ¶ Et cōfirmatur, argumentum vſu religioſorum, qui eſt, vt fratres proclamētur in capitulo quibus nō fuerint ſecreto præmoniti. Et ſecundò confirmatur. Grauior eſt accuſatio, qua publica petitur punitio, quàm denunciatio, qua ſola intenditur emendatio fratris: & ante accuſationem nulla eſt neceſſaria admonitio, ſed ſola inſcriptio cauſæ: vt habetur ca. Superbis. & cap. Qualiter & quando. el ſecundo. De accuſat. ergo nec denunciationem fraternam neceſſum eſt, vt admonitio præcedat. ¶ Secundò arguitur, quòd non oporteat poſt admonitionem teſtes ante denunciationem adhiberi. Aut enim peccatum eſt publicum: & tunc, vt dictum eſt, publicè arguendū eſt: nam quæ manifeſta ſunt, iudiciarium ordinem non requirunt. 2. quæſtio. 1. ca. Prohibētur. Aut eſt ſecretum, quod tamē probari poteſt: & tunc non videtur opus eſſe nouis teſtibus, quia poteſt probari. At ſi peccatū eſt ſimpliciter ſecretum: tunc vel adducendi ſunt teſtes ad probandum crimen præteritū: & hoc eſſet vanum: poſtquam probari non poteſt: vel ad obſeruandum & capiendum peccatorem ſi reciderit in futurum: & hoc apparet non eſſe licitum: quia, vt dicit Auguſtinus de verbis Domini, non debemus eſſe exploratores vitæ aliorum: ergo nullatenus, dum crimen eſt omnino ſecretum, ius eſt adhibere teſtes. ¶ Tertiò & principaliter arguitur. Auguſtinus in regula admonet vt prius præpoſito crimen oſtendatur, quàm teſtibus: ergo inductio teſtium non debet antecedere denunciationem, ſed vice verſa.

¶ Quartò & poſtremò hæc omnia confirmātur. Obedientia quæ debetur prælato præſtantior eſt, quàm iuſtitia quæ debetur priuatis hominibus: ſed quandoq; prælatus interrogat ſubditum iureiurando occultum crimen fratris, ante admonitionem & inductionem teſtium: ergo tunc tenetur, prætermiſſo ordine euangelico veritatem patefacere.

¶ In contrarium eſt præceptum euāgelicum, quo, vt ſuprà adnotauimus, explicatur ordo iuris naturalis in correptione fraterna obſeruandus.

QVÆSTIO hæc de ordine fraternæ correptionis præcipua eſt huius materiæ: vt pote, quo ſeruando aut intermittendo, ius & iniuria ſecreti tegendi conſiſtat. Atqui, ordo correptionis, vt verba ſonāt Euangelica, trib9 membris conſtat: quæ ſunt, ſecreta admonitio, teſtium inductio, & fraterna demum denunciatio: nam inobedientis excommunicatio, ad iudicialem ſpectat correctionem. Et vt de ſingulis perſpicuè dicamus, reſpondetur ad quæſtionem octo concluſionibus. At illius in primis meminiſſe opus eſt, quod ſupra ſtatuimus fundamentum: videlicet, correptionis fraternæ eum eſſe finem, vt frater corrigatur & emendetur; ſed accuſationis & inquiſitionis finis eſt vt puniatur. Quare de crimine fratris diſtinguendum eſt. Aut enim publicum eſt, aut ſecretum.

¶ Si primum, tunc eſt prima concluſio. Peccatum publicum non in ſecreto corripiendū eſt, ſed publicè arguendum. Nam finis tunc non eſt ſola emendatio fratris, ſed quo illi, quibus ſcandalum datum eſt occaſio peccandi, exemplum capiant, & terrore arceantur. De quo peccatorum genere inquit Paulus. 1. Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. & de pœnitē. & remiſſ. cap. 1. Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda. & 2. quæſtio. 1. c. Si peccauerit. Corripienda ipſa ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus: ipſa verò corripienda ſunt ſecretiùs, quæ peccantur ſecretiùs. Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas, ſcilicet, illam: Si peccauerit in te, corripe inter te, & ipſum. & illam: Peccantem coram omnibus argue. Prima conclusio.

¶ Sed concluſio primùm intelligitur de peccato publico, quod eſt notorium notorietate facti: quod videlicet nulla tergiuerſatione celari poteſt: nam alia, etiā ſi probabilia ſint & infamia laborent, non ſunt continuò publicè corripien-

ripienda. Atqui ſecundò intelligitur, non ſolū de peccatis quæ ſunt in præiudicium reipublicæ, aut tertiæ perſonæ, ſed de quibuſcunq; quomodocunque ſcandaloſis.

¶At percontatur quiſpiam, an ad publicam correctionem ſoli prælati teneātur: nam poſt quam eiuſmodi correctio non fiat gratia fratris emendandi non eſt fraterna, atque adeò, nec obligare videtur priuatos homines. Reſpō detur, priuatos etiam homines teneri publicè repræhendere fratrem, in conſpectu populi delinquentem: quoniam præcepto charitatis non ſolùm tenemur corripere fratrem, ſed ſuccurrere ſcandalo aliorum. Hoc veruntamē differt, quòd prælati tenentur præcepto iuſtitiæ publicè corripere: priuati verò ſolùm præcepto charitatis. Quocirca hi non tenentur ad publicam correctionem, niſi ſicut ad alia opera charitatis: vtpote quando id poſſunt ſine notabili detrimento præſtare. Qui enim timeret honori aut vitæ ſuæ, ſi corriperet quē piam publicè, tunc non aſtringitur: niſi forſan dum peccatum grauiter læderet honorem Dei. Si enim ſacrilegus homo impiè blaſphemaret nomen Dei, vnde offendiculum præſentibus obijceret contemnēdi diuinum nomen, obligatus eſſet quicunque blaſphemiam retū dere. Et ille eſt caſus quo obligat præceptum dilectionis Dei, & quandoq; cum periculo vitæ. ¶Sed quanuis tenetur quiſque notorium peccatum ſcandaloſum ſtatim in facie repræhendere, non tamē obligamur ſtatim denunciare iudici, quando non vergit in perniciem publicam: quia multa licēt quæ nō expediūt. 1. Corint. 6. & 10. Quare peccata priuata corripienda ſunt eo modo, qui melius conducit ad emendationem fratris. ¶Si verò peccatum ſit ſecretum, tunc ſubdiſtinguendum eſt. Aut enim vergit in perniciem publicam, in nocumentumve proximi. Et de hoc eſt ſecunda cō cluſio.

Secunda cō cluſio.

Peccata pernicioſa Reipublicæ, aut ꝓximo ſtatim denuncianda ſunt. Probatur, qa ſi ſunt contra bonum publicum, illud præferendum eſt particulari, qualis eſt fama delinquentis. Et quanquam non ſint niſi contra priuatam perſonam, melior eſt in hoc conditio iniuriam patientis quàm inferentis: atque adeò potiùs debemus conſulere illi, denunciando, quàm huic tacendo. Moderantur tamen doctores concluſionem hoc modo. Niſi fortè quis firmiter æſtimaret, quòd ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire. verba ſunt Sanct. Thom. 2.2. quæſtio. 37. arti. 7. cui ſubſcribunt Doctores theologi. quart. diſtinct. 19. & iuriſconſulti ſuper ca. Nouit. de iudic. & ſuper ca. Si peccauerit. 2. quæſtio. 1. Nos tamen perſpicaciter cenſemus audiendam eſſe hanc moderationem. Nam quando peccata ſunt in perniciem publicam, vt proditio ciuitatis, aut crimen læſæ maieſtatis, aut hæreſis, quàm rariſſimè vſu venire poteſt, vt priuatus homo poſſet abundè ſuccurrere huiuſmodi contagionibus. Et ideo dicit San. Thom. Niſi fortè quis firmiter æſtimaret &c. Atq; adeò, non eſt qui debeat confidere ſoli correptioni ſecretæ & priuatæ, niſi vir fortè magnę authoritatis, & efficaciæ, cui compertiſſimum eſſet, per ſecretam monitionem poſſe penitus extinguere id genus flagitia. Quapropter in proditione, vt plurimum, & hæreſi ſtatim procedendum eſt ad denunciationem. Id vel maximè, ſi ſit hæreticus dogmatizans, quales ferè ſunt hæretici omnes. De quibus iuſtiſſima lex eſt, vt quàm primū abſq; aliqua præuia admonitione denuncientur. Sed quādo peccatum ſecretum eſt in præiudicium tertij priuati hominis, non imminet tantum periculi ſi ſecretè corripiatur: vt cùm ſecretò noui latronem, qui furatus eſt bona ꝓximi, ſatis eſt ſi dem operam vt ſecretò reſtituat: aliàs teneor denunciare: modò id poſſem ſine detrimento meo: quia ſolùm ad id teneor ex præcepto charitatis. Nec vetat ꝙ quis iure iurando fidem ſecreti promiſerit, quominùs teneatur huiuſmodi crimina manifeſtare.

¶Sed quid ſi ſecretò ſcio Petrum inſidias parare Paulo quem certus eſt occidere, nec cohibere poſſum? Nam iuriſconſultus quidnam tēporibus noſtris Maioricæ cenſebat in tali caſu denunciandum eſſe, etiam iudici.

¶Nihilominus reſpondetur, quòd dum crimē omnino eſt occultum, ita vt probari non poſſet, denunciandum eſt illi, qui ſolùm poſſet ꝓdeſſe, & non obeſſe: ſecundum Auguſtinum. 22. quæſtio. ca. Hoc videtur. vt doctè reſpondit tunc dominus Adrianus: quia crimē quod probari non poteſt, nec per infamiam aut per indicia diſquiri, iudici tanquam iudici denunciari non licet. At verò in caſu poſito, quo Petrus parabat inſidias Paulo, ſi nullo alio modo ille qui ſciebat, poterat illum amouere ab homicidio, deberet certè denunciare Paulo, vt ipſe ſibi prouideret: & Paulo licet denunciare hoſtem iudici, tanquam iudici, vt ſe protegeret. ¶Verum eſt tamen, quòd in his criminibus ſecretis & pernicioſis detegendis cauendum eſt: vt quàm minimo fieri poſſit nocumento famę detegantur, ſi ſunt ſecreta: vt ſi damna publica aut priuata euitari poſſunt ꝑ reuelationem in genere, non fiat reuelatio in

particulari. Et ſi fieri poteſt, non eſt reuelanda perſona, ſi ſatis eſt reuelare crimen, aut alia via euitare illud. Sed ſi nullatenus euitari poſſunt grauia damna, niſi reueletur perſona, reuelanda eſt, niſi ſit ſecretum ſacramenti confeſsionis. Si tamen crimen probari poteſt quod eſt in perniciem publicam, denunciari poteſt iudicialiter & accuſari, vt dicemus quæſtione ſequenti. ¶Sed dubium eſt, vtrùm clericis liceat huiuſmodi pernicioſa crimina reuelare, maximè quãdo eſt periculum effuſionis ſanguinis: vt puta ſi reueletur latro aut proditor, aut hęreticus. Et videtur id non eſſe licitũ, nam in concilio Toletano. 23. quæſtion. 8. ca. His à quibus. & capitu. Clericus. & capit. Sententiam. extrà, Nè clerici vel monachi. prohibentur clerici ſententiam ſanguinis proferre: aut quoquo modo ſe immiſcere iudicio ſanguinis. Et quanuis, ca. Prælatis. De homicidio lib. 6. fiat illis facultas petendi emendam in ſeculari iudicio à malefactoribus in cauſis proprijs, tamen non datur facultas in cauſis alienis proximorum. ¶Reſpondetur cum Caietano. 2. 2. quæſtione. 33. articulo. 7. licitum eſſe hoc clericis, etiam ſacerdotibus: non ſolùm quãdo peccatum eſt pernicioſum reipublicę, ſed quando eſt in detrimentum graue tertiæ perſonæ, dummodo id faciant, proteſtantes, non reuelare huiuſmodi criminoſos petendo vindictam ſanguinis: ſed quò euitent damna. Nam quanquam in dicto capit. Prælatis. ſolũ exprimatur facultas defendendi cauſas proprias, etiam cum periculo ſanguinis, tamen iure naturali extenditur illa facultas, etiam ad cauſas proximorum. Quia licèt eccleſia prohibeat clericis quæ licita eſſent laicis, vt venationes, tamen non cenſetur prohibere illa, ad quæ tenentur iure naturali: & vnicuique iure naturali mandatum eſt de proximo.

Tertia conclusio.

¶At ſi crimen occultum ſolùm eſt in malum peccantis, de hoc eſt tertia concluſio. Crimen ſecretum quod non eſt pernicioſum niſi peccanti, ante denunciationem & ante teſtium inductionem, ſecreta monitione corripiendũ eſt. Probatur concluſio: primò ex verbis euangelii Matthæi. 18. Si peccauerit in te frater, corripe eum inter te, & ipſum ſolum. quę verba particulariter intelliguntur de huiuſmodi peccatis. Vnde Auguſtinus loco ſæpe citato ſermone. 16. De verbis Domini. qui refertur. ſecunda quæſtione prima. capitulo. Si peccauerit. Si peccauerit (inquit) in te frater, corripe eum inter te & ipſum ſolum: Quare? Quia in te peccauit. Quid eſt: In te peccauit? Tu ſcis quia peccauit. Quia enim ſecretum fuit quando in te peccauit, ſecretum quære cùm corrigis quod peccauit in te: nam ſi ſolus noſti quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non eris corrector erroris, ſed proditor. Quare illa particula: In te: non eſt exponẽda: Si te iniuria affecerit: (quæ eſt gloſſa interlinearis) ſed intelligenda eſt, de omni peccato quod fit coram te, vt notauimus quęſtione. 2. Vnde ſubiungit Auguſtinus. Sic agẽdum eſt non ſolùm quando in nos peccatur, ſed etiam quando peccatur ab alio, & ab altero neſcitur. Nam quodcunque peccatum fiat coram me, eſt quodammodo aduerſum me: quia mihi eſt offendiculum: vnde quodammodo iniuria afficior, quòd peccator præſentiam meam non veretur. Et forſan iſte eſt ſenſus illius gloſſæ interlinearis: Si te iniuria affecerit.

¶Et ſecundò, concluſio probatur ratione. Differt enim correptio fraterna ab accuſatione & inquiſitione: quia finis correptionis eſt emendatio fratris: accuſationis verò & inquiſitiõis, punitio: ergo correptio eo modo fieri debet qui melius conducat ad eius emendationem: fama verò plurimum iuuat vt peccator reſipiſcat. vnde Hieronymus: Seorſum corripiendus eſt frater, nè ſi ſemel pudorem & verecundiam amiſerit, remaneat in peccato: ergo primum omnium tentandum eſt vt peccata, ſalua peccatoris fama, corrigantur.

¶Et confirmatur exemplo medici corporalis: qui quàm minimo fieri poſsit diſpendio tenetur ægroto mederi. Vt enim qui ſanare poſſet ſine abſciſsione membri, grauem inferret iniuriam abſcindendo: ita qui fratrem corrigere poſſet ſine diſpendio famæ, quę pretioſum bonum eſt, iniuſtiſsimus eſſet diffamando. Quocirca, De accuſatio. Qualiter & quando. ſecundo habetur. Et ſi tribus modis poſſit procedi: per accuſationem videlicet, denunciationem, & inquiſitionem: tamen, vt diligẽs adhibeatur omnibus cautela, nè forte per breue compendium ad graue diſpendium veniatur: ſicut accuſationem legitima debet pręcedere inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire. Et ſecunda quæſtione ſepti. capitul. Accuſatio prima. excommunicantur qui ſacerdotes ante charitatiuam monitionem lacerare aut accuſare præſumpſerint. ¶Sed mouentur circa hanc concluſionem dubia nonnulla. Primum aduerſus diſtinctionem inter peccatum illud quod eſt in perniciem publicam, & illud quod priuatim cedit in malum peccatoris. Eſt argumentum: Omnia. cuiuſcunque generis peccata viden-

videntur offendere bonum publicum: nullum enim est peccatum quod non sit in scandalũ & malum exemplum fratribus: ergo vniuersa deberent statim denunciari.

¶Multùm refert hic scire quæ peccata dicuntur in perniciem publicam: & pro hac materia correptionis, & pro materia accusationis, & præsertim pro materia inquisitionis: nam sunt qui putant omnia peccata esse in perniciẽ publicam. Respondetur ergo, quòd illa sola peccata censentur in præsentiarum & in sequentibus in perniciem publicam, quæ habẽt pro obiecto proximo bonum publicum: puta quæ ex genere suo contagiosa sunt & contaminant rempublicam: vt hæreses & proditiones: nam huiusmodi homines peruertere moliuntur populum. Item ambitio & subornatio suffragiorum in cathedris & in alijs electionibus: & in vniuersum quando quis in aliquo conuentu aut ciuitate satagit peruertere fratres. Hæc enim sunt quæ statim sine admonitione, si sit periculum, sunt denuncianda & accusanda. Item compilatio ærarij publici: crimen læsæ maiestatis. Sed adulterium, homicidium, & simplex furtum, non sunt propriè in perniciem publicam: quia sunt aduersus priuatas personas, & ideo huiusmodi peccata vocabimus in præiudicium tertij. Latrones verò publici, qui vias publicas obsident, ij censentur in rempublicam peccare: nempe quorum animus est quoscunque de populo occidere & deprędari. Sed fornicatio & gula & similia sunt omnino priuata. Ex quo sequitur ad intelligentiam dicendorum, quòd peccatum publicum, vno modo dicitur vt distinguitur cõtra secretum, vt suprà diximus: alio modo vt distinguitur contra priuatum: quia scilicet fit in perniciem publicam.

Secundum dubium. ¶Alterum dubium est, vtrum secreta admonitio in huiusmodi peccatis priuatis debeat semper necessariò præcedere in quocunque peccato quomodocunque occulto, quanquã sit notum pluribus, aut de illo sit infamia. Nam videtur non esse necessaria quando peccatum est pluribus notum, sed tunc licitum esse statim corripere coram alijs qui sciunt crimen, postquàm tunc non violatur fama proximi. ¶Respondetur, quòd quanuis peccatum sit plurimis notum, non est statim coram alijs, etiam scientibus, arguendum: nam quanquàm non læditur fama, læditur tamen pudor & verecundia proximi, cùm reprehenditur in præsentia plurium. Ob idque experiendum est priùs, an per secretam admonitionem frater corrigatur. Quod ego noto in illis verbis Augustini, secunda quæstione prima. capit. Si peccauerit. Fortè quod scis & ego scio: non tamen, coràm, te corripio: quia curare volo, non accusare. Vbi docet, quòd nec coram illo qui scit, corripiendus sit in principio frater.

Tertium dubium. ¶Tertium dubium est. An quando ego solus noui crimen fratris, liceat antequam illum admoneam id patefacere amico illius qui cõmodiùs quàm ego possit eum corripere? Videtur nanque hoc esse licitum postquam confert vt faciliùs frater corrigatur.

¶Respondetur quòd nullo modo sine extrema necessitate licet crimen occultum fratris ante admonitionem, quantuncunque cordatissimo & eius amicissimo detegere. Sunt enĩ qui ignoranter putant nõ diffamare fratrem, quando amico illius secretò reuelant occulta eius peccata: cùm tamen optarem ego peccata mea nota esse tribus aut quatuor, quàm vni grauissimo & mihi coniunctissimo viro: sanè cuius bonam de me æstimationem pluris facio, quàm si quatuor alij bene de me opinarentur. Sed quando illi qui scit crimen non pateret accessus ad fratrem qui est in peccato, aut compertissimum illi esset suam admonitionem nihil profuturam, tunc licitum esset alteri insinuare, qui id vtiliter faciat. Atqui, consulerem ego tunc & prælato primùm id tanquam patri insinuaretur, dum tamen ille esset qualem oportet esse prælatum: vt puta, qui prodesse possit, non obesse fratri. Nam postquam in correctione fraterna tandem procedendum est vsque ad denũtiationẽ quæ fit prælato, optimè consulitur famæ fratris, si quando est necessarium, soli prælato denũtietur. Et in hoc casu consentirem cum Richardo in quart. distinctio. 19. articulo quarto. quæstione prima. vbi ait quòd ante secretam monitionem potest fieri denunciatio prę lato tanquam patri: atque adeò quòd prælatus potest ad id compellere subditos. Consentirem (inquam) casu quod subditus certissimus esset nihil profuturam suam admonitionem: aliàs profectò iniustitiam faceret, qui ante monitionem denunciaret prælato: nam fama subditi apud prælatum magno æstimãda est: & ideo sine extrema necessitate nõ est prodigenda. Nec prælatus potest ad id compellere: imò in visitatione debet monere, vt occulta peccata non denuncientur, nisi præuia admonitione. Et Augustinus in regula: quanquam dicat, ante inductionem testium denunciandum esse fratrem prælato tanquã patri, non tamen id permittit ante monitio-

 nem.

4. Cóclusio. nem. ¶Quarta conclusio. Si secreta admonitione corrigitur frater, ita vt nullum sit reliquum recidendi periculum, illic sistendum est. Quapropter cautè legendus est Richardus in loco modò citato, vbi dicit, quòd quanquàm frater sit correctus per secretam admonitionem, denuntiandus est tamen prælato, vt obseruet ipsum à recidiuo. Intelligitur enim dum correctus adhuc manet in periculo verisimili: aliàs nullatenus denuntiandus est, postquàm correptor consecutus est finem correptionis: quia lucratus est fratrem: iuxta illud Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: vbi insinuatur illic esse sistendum. Quare, iniuria est fratrem emendatum denuntiare.

Quinta conclusio. ¶Quinta conclusio. Quando frater secreta monitione non corripitur, tunc adhibendi sunt vnus aut duo testes antequàm denuntietur prælato. Conclusio hæc omnibus concorditer est receptissima: quia est in euangelio: non tamen omnes eodem sensu eam intelligunt: sunt enim duæ opiniones, vt meminit Sanct. Thom. 2.2. quæstio. 33. art. 8. ad primã. Dicunt quidam quòd quando peccatum est occultũ in secundo gradu, vt diximꝰ ante primam quæstionem huius secundi membri, vt puta, quando plures sciunt per quos iuridicè probari potest: tunc habet locum ordo euangelicus, & adhibendi sunt testes in correptione, non quidem noui, sed illi quibus aliàs notum est crimen. Sed quando peccatum est omnino secretum vt pote quòd solus scit ille qui admonuit, tunc nõ sunt adhibendi testes, nec de illo loquitur Euangelium. Quare siue frater corrigatur secreta admonitione, siue nõ illic sistendum est quoadusque sint aliqua indicia vel testes per quos conuincatur. Quam opinionem sustinet Durandus quart. distinctione. 19. quæstione quarta. sed antè tenuit illam Alti. libro. 3. tracta. 25. capitulo secundo. vnde desumpsit eam Durandus. addit tamen quòd poterit tale peccatum secretum sine testium inductione reuelari prælato in secreto tanquàm patri qui possit prodesse & non obesse. Subscribunt huic opinioni nonnulli canonistę. Quæ opinio fundatur in argumento quod secundo loco posuimus ante quæstionem. Enimuerò, quando peccatum est omninò secretum, aut adhibendi sunt noui testes ad probandum præteritum crimen: & illud esset vanum, postquàm probari non potest: aut ad obseruandum peccatorem, si in futurum reciderit: & hoc est iniuriosum: quia (vt dicit Augustinus) non debemus esse exploratores alienæ vitæ. Imò tunc (dicit Durandus) magis esset secundum charitatem indicandum illi qui possit impedire, quàm illi qui possit capere peccatorem in delicto. Nec potest dici (inquit Durandus) adhibendos esse testes ad probandum, quando denuntietur, quod frater fuit prius admonitus: hoc enim esset sine fructu. Nam quando denuntians nõ probat crimen per testes criminis, vanum est probare se admonuisse: quia non potest tunc iudex procedere ad punitionem, vt statim dicturi sumus. ¶Et secundò arguit Durandus. Quia si, dum crimen est omninò secretũ, quis addit testes, exponitur periculo talionis: nam reus potest illum conuenire de infamia: & ideò puniendus est, si non probauerit crimẽ. ¶Et vltimò nos arguimus in gratiam illius opinionis. Nemo habet ius diffamandi proximum ipso inuito, nec propter eius bonum spirituale: sed qui reuelat crimen illis qui non norunt, quodammodo diffamat fratrem: ergo illud nõ licet. Probatur maior. Nullus habet ius decipiendi proximo in bonis temporalibus, propter bonum spirituale: licet enim nulli rapere bona proximi, ne illa alea & scortatione dilapidet: sed fama pretiosius bonum est quàm externæ facultates: ergo nec ius est lædere famam proximi, quo arceatur à peccato. ¶His veruntamen non obstantibus, opinio est Sanct. Thom. loco citato, & Richar. & Palud. in quart. distinctio. 19. & Gabriel. in cano. lectu. 74. & Caieta. & Theologorum quos ego viderim præter Durand. & Altisiodorensem, quòd quinta conclusio debet intelligi, etiam de crimine quantuncunque occulto, & Adrianus idem sentit. Et puto, si oculatè res inspiciatur, neutiquam posse recta ratione inficiari, quin debeant adhiberi testes noui in crimine occulto, si modò speretur emenda. Et probatur primò ex verbis Euangelicis: vbi nihil distinguitur de hoc aut illo peccato, sed in vniuersum præcipitur: Si te non audierit, adhibe vnum aut duos testes: vnde subinde consequitur, vt non solùm quando peccatum est probabile, sed quotiescunq; peccator secreta monitione non corrigitur, sint adhibendi testes. Imò verò expressè loquitur euangelium de peccato secreto: nam de eodẽ peccato de quo dixerat: Si peccauerit in te frater (id est te solo sciente, vt dicit. August.) subiungit: Si te non audierit, adhibe vnum aut duos testes: ergo dicere quòd de peccato secreto sit necessaria admonitio, & tamen ꝙ non liceat post admonitionem tunc inducere testes, est negare formam Euangelij. ¶Et secundò id probatur: quia verbum ipsum,

sum,adhibe,hoc designat quod est:nouos testes adiunge:vt quod tu solus noueras, plures sciant.Nam re vera non dicerentur adhiberi ad cognitionem rei illi,qui antea nouerant.¶Et tertiò arguitur.Salus spiritualis proximi multò est præstantius bonum quàm fama:ergo quando salus spiritualis recuperari non potest sine detrimento famæ non solùm licet,sed magnoperè expedit iacturam facere famæ proximi,pro eius salute spirituali. Sicut medicus nihil aliud quàm operæpretiū facit dum membrum ægroto secat, quo vitam seruet.Eò vel maximè,quòd qui pertinax est in peccato,ius quodāmodo famæ perdit, saltem vt testes necessarij adhibeantur.

¶Et confirmatur hæc ratio.Si quispiam auarissimus mori mallet,quàm dispendio paruæ pecuniæ seruare vitam,posset quicunque furtim ab illo capere pecuniam, qua vitam eius seruaret:ergo potiori ratione licet famam ꝓximi postponere saluti eius spirituali: quam nobis Christus redemptor noster tantoperè commendatam esse voluit.

¶Quartò & postremò probatur,quòd inductio testium in Euangelio præcipiatur, quando peccatum est omnino secretū. Nam ratio illius ordinis procedendi,vt explicant omnes doctores,est vt ab vno extremo in aliud non procedatur,nisi per medium:vt videlicet cognitio paulatim diffundatur ad plures: sed si non liceret adhibere testes,nisi illos qui peccatum nouerāt,tunc vix potest intelligi, quomodò transeatur ab vno extremo in aliud ꝑ medium:ergo ordo ille intelligitur in peccato secreto:.vt quod vnus solus scit,non denunciet in publico ecclesiæ,nisi priùs id paucioribus patefaciat.

¶Et confirmatur: quia ille ordo præcipitur iure naturæ,vt quàm minima fieri potest iactura famæ corrigatur frater:vt scilicet priùs diffametur apud paucos,quàm apud multos: si autem non liceret inducere testes nisi illos qui iam nouerant,non videtur quomodò diffamatur priùs frater apud paucos: quia apud illos qui nouerant,non diffamatur de nouo. Et hæc omnia confirmātur authoritate Augustini in regula:vbi ait.Si autem post admonitionem iterum,aut alio quoque die, id ipsum eum facere videritis,iam veluti vulneratum sanandum prodat,quicūque hoc potuerit inuenire,priùs autem alteri aut tertio demonstretur,vt duorum vel trium possit ore conuinci:demonstrare autem, sonat reuelare alijs qui nesciebant peccatum proximi: ergo peccatum omnino occultum licet reuelare illis,quibus erat occultum. Sed respondet Durandus, quod Augustinus non intelligit reuelandum esse crimen,sed petulantiam oculorum,quæ disponit ad crimen: de qua præmiserat,vt statim admoneretur fraternè malè cœpta progrediantur.Hæc tamen solutio non satisfacit verbis Augustini. Primò, quia Augustinus præsupponit,quòd post secundam aut tertiam admonitionem petulantiæ oculorum,iam censetur frater vulneratus: id est,peccati reus.Et tunc dicit esse demonstrandum alijs per quos cōuincatur,scilicet de peccato.Et secūdò id patet,per exemplum quod adducit de vulnere corporali:vt quemadmodum hoc reuelandum est,nè putrescat in corpore,ita & illud reuelandum est,nè putrescat in anima:dum tamen sit pendens in futurum. Et tertiò manifesta est intentio Augustini, in verbis subsequentibus,scilicet,Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inueniendis, prohibendis, indicandis, iudicandisque peccatis,diligenter & fideliter obseruetur.Ecce non dicit solùm in occasionibus peccatorum, sed in cæteris peccatis indicandis obseruetur,vt post admonitionē testibus demonstretur.Non potest ergo dubitari, quin sint adhibendi testes quantuncunque sit secretum crimen, modò sit aliqua spes correctionis & emendationis fratris:vt ait Sanctus Thom.2.2.quæstione.33.articul. 8.& Palud.quart,distinctio.19.quæstione quart. nā si nulla penitùs esset spes,fateor nec esse adhibendos testes,imò nec esse denunciandū, nec admonendum fratrem,nisi peccatum esset ꝑniciosum Reipublicæ,aut tertiæ personæ, vt diximus quæstione secunda.Sed tamen,quāquam frater non emendetur per secretam correctionem,non subinde desperādum est, quò minùs emendari posit per testium inductionem: nam adhibitis testibus, aut confundetur frater & emendabitur,aut metuens ne capiatur in crimine,cautiùs viuet. Et præterea, mitiùs fortè tentabitur de peccato: nam aduersarius noster diabolus debiliùs tentat, quādo plures sunt qui fratrem custodiāt. Verum est tamen,quòd non satis est semel admonere secretò antequàm testes adhibeantur: sed secundò aut tertiò:vt notatur in verbis Augustini:Iterum vel aliquo quoque die.non tamen est necesse expectare tempus longissimum,sed ad arbitrium boni viri admonitio fieri debet,quoad iam non sit spes emendæ, nisi per inductionem testium.

¶ Quapropter ad primum argumentum contrariæ opinionis reſpondetur, quòd quando peccatum eſt omninò ſecretum, teſtes ſunt adhibendi tribus de cauſis, vt notat San. Thomas loco citato. articul. 8. ad tertiũ argumentum. Primò, ſi fortè frater dubitat illud quod facit, eſſe peccatum, vt poteſt contingere in contractibus vſurarum, tunc, vt dicit Hieronymus, adhibendi ſunt teſtes, vt oſtendatur illud eſſe peccatum. Secundò, ſi ſit periculum iterationis peccati, adhibendi ſunt teſtes qui peccatorem obſeruent. Vnde illud Auguſtini in contrarium, ne ſimus exploratores vitę alienæ, intelligitur quando nullam frater dedit cauſam, vt eum obſeruemus: alias cùm crimẽ fratris notum eſt cuipiam: per cuius monitionem non emendatur, ille dat cauſam vt luſtè deinceps obſeruetur. Quod Auguſtinus dicit in regula vt modò dicebamus. Tertiò adhibendi ſunt teſtes, vt dicit Chryſoſtomus, vt dum correptor denuntiat prælato crimen; ſi non potuerit probare crimen, ſaltem probet ſe admonuiſſe illum. Nec illa denunciatio tunc eſt vana, vt arguit Durandus. Nam, quanquàm tunc iudex, vt ſtatim dicemus, non poſsit iuridicè condemnare, debet tamen reum ſecretò repræhendere, & admonere ſe vigilaturum eſſe deinceps ad capiendum eum in crimine: vt, vel hoc metu ſaltem arceatur.

¶ Ad ſecundum argumentum Durandi, negatur quòd qui fraternaliter adhibet teſtes, aut denuntiat, periculum ſubeat talionis. Nam huiuſmodi denuntiator euangelicus non obligatur probare crimen. Et in hoc differt ab accuſatore, vt notat egregiè Sanct. Thomas. 2. 2 quæſtio. 68. artic. 2. ad tertium argumentum: quia denuntiator euangelicus non petit pœnam denuntiati, ſicut accuſator pœnam accuſati. Et ad tertium, quod nos adiecimus; reſpondetur, ꝙ nemo habet ius nocendi alij in bonis temporalibus propter bonum ſpirituale, quando de ſe, & ex natura rei priuatio bonorum temporalium non eſt medium ad bonum ſpirituale. Sicut capere bona proximi non eſt de ſe medium, vt proximus non fornicetur: ſed reuelare crimen fratris ad emendationem illius, eſt medium ex natura rei ordinatum ad illud: & ideo illud eſt licitum: ſicut inter arguendum dicebamus; licere capere pecuniam proximi ad emendum medicinam neceſſariam ei, non obſtante eius auaritia. ¶ Sed notandum eſt circa hanc concluſionem, quòd non ſunt adhibendi ſtatim duo teſtes, ſed prius vnus, deinde alter: vt ſi fortè frater corrigatur adhibito vno teſte, non diffametur apud duos. Et hoc eſt quod dicitur in euangelio: Adhibe vnum aut duos teſtes: id eſt: priùs vnum, &, ſi non ſufficerit, deinde alterum. ¶ Sexta concluſio. Si correptio coram teſtibus fratrem corrigere non ſufficit, denuntiandus demùm eſt prælato. In hac concluſione nulla eſt controuerſia: quia expreſſa eſt in euangelio. Sed id ſolum eſt adnotandũ vt intelligatur concluſio, quando aliqua eſt ſpes emendationis, nec timetur maior peruerſio fratris. Quod quæſtione ſecunda adnotauimus aduerſus Panormit. qui capitul. Nouit. De iudic. in ea eſt opinione, vt non ſit ceſſandum à denuntiatione, quamuis timeatur potiùs induratio fratris, quàm ſperetur emendatio. Ait enim nihilominus denuntiandum eſſe, vt cæteri metum habeant, nam in euangelio præcipitur vt habeatur tanquam ethnicus qui non audit prælatum: & eſt ſermo de illo qui denuntiãdus eſt fraternaliter. &c. 23. quæſtione quart. capitu. Eſt iniuſta. habetur, non eſſe indulgendum facilè peccatori, ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquenti. His tamen non obſtantibus dicendum eſt cum Sancto Thom. 2. 2. quæſtione. 33. articu. 6. quòd quia fraternæ correctionis finis eſt emendatio fratris; omnia diſponenda ſunt quo vtiliùs ad finem illum conferant: Ob idque vbicunque omnino perditur ſpes emendationis, ceſſandum eſt à correctione, niſi crimen ſit pernicioſum reipublicæ, vt dictum eſt. De quo loquitur Ambroſ. in dicto capitulo. Eſt iniuſta. vel loquitur de correptione iudiciali, quæ procedit ad punitionem. Veruntamen quamuis frater nec ſecretò, nec coram fratribus admonitus emendetur, non eſt continuò deſperandũ quominùs emẽdetur, per denuntiationem. Primò, quia verba prælati plus põderis habent in correptione: vnde timor augetur ſubdito, vt caueat in futurum. Et ſecundò, quia prælatus oculatiùs vigilabit ſuper fratrem, & inſtantiùs orabit Deum pro perdita oue. Et ideo Chriſtus in euangelio præſupponit quòd nunquam eſt deſperandum, quouſque frater denuntietur & admoneatur à prælato. 6. Cõcluſio.

¶ Sed reſtat nunc tandem videre, quid prælatus facturus ſit, aduerſus ſubditum denuntiatum, an liceat illi pœnas iuris infligere. De hoc ſit ſeptima concluſio. Prælatus quando ſubditus fraternaliter denuntiatur, non habet ius plectendi ſtatim ſubditum pœna iuris; quamuis crimen idoneis teſtibus Septima cõcluſio.

probari

probari posit. Probatur. Finis correptionis fraternæ est sola emendatio fratris: ergo omnia priùs tentanda sunt, vt frater sine correptione iudiciali corrigatur. Quocircà prælatus debet denuntiatum subditum admonere priùs secretò, maximè si crimen probari non potest, quando videlicet solus denuntians, illud scit. Admonere (inquam) priùs leniter si viderit expedire: deinde minis admonēdo, quòd explorabit deinceps eius vitam. Et si iudicauerit expedire, poterit admonere coram patribus. Adhibere tamē verbera neutiquàm licet. Imò, quanquam crimen posit probari testibus, si subditus promittit se corrigere, non licet ipsum punire. Est tamen differentia, quòd quando crimen non potest probari, tunc nec prælatus potest subditum iuridicè interrogare: quando tamen potest probari, tunc potest & ipsum interrogare tanquam pater. Et si subdito constat, quòd prælatus habet testes sufficientes aut indicia, tenetur cōfiteri crimen tanquam patri: sed nec tunc confessum licet pœnis iuris plectere, si proponit se corrigere. Probatur: quia in Euangelio nō præcipitur, quòd habeatur pro ethnico, nisi quando Ecclesiam nō audierit: ergo, si Ecclesiam audierit, nec est excommunicandus, nec subinde alia pœna plectendus. Licitum erit tamen huiusmodi cōfessum cædi flagello fraternaliter: non ad punitionem præteriti, sed ad terrorem in futurū. Caueant ergo prælati præcipites esse & imprudentes in processu fraternali: nam quādo crimina non sunt perniciosa reipublicæ aut contagiosa, aut emendatio non fuit iudicialis, non sunt iudicialiter punienda. ¶Sed quid si frater non emendatur? ¶In hoc casu est octaua conclusio. Si crimen idoneis testibus probari non potest, nec sit infamia, nec indicia sufficientia ad inquisitionem, tunc prælatus nihil aliud facere potest, quàm orare pro subdito, & admonere illū, & expectare dum sint indicia ad inquirendum, aut testes ad conuincendum delictum. Caueat tamen ne per viam id sacramenti confessionis sacrilegus inuestiget. Si verò crimen idoneis testibus probari potest, tunc, vt reor distinguendum est: nam si nulla speratur emenda fratris, sed potiùs maior peruersio timetur, puto cessandum esse, nec procedendum ad punitionem, dummodò peccatum solùm noceat peccatori. Ita dicit Caieta. 2. 2. q. 33. artic. 8. Et credo id verum esse si denuntiatio est fraterna: nam tunc omnia agenda sunt propter solam emēdationem fratris. Secùs si esset iudicialis. At si non speratur emenda fratris, tunc aduersus pertinacem procedendū est via iuris. Et in hoc articulo desinit via correptionis fraternæ, & incipit via iudicialis: secundum illud: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quare tunc ius est prælato in carcerē retrudere subditum pertinacē, & iuridicè interrogare sub censuris, & quæstione si opus fuerit tormentorū: & tandem confessum pœna iuris damnare.

8. Cōclusio.

¶Inno. ca. Nouit. De iudi. in principio ait, quod si peccatū est occultū, debet priuatim prosequi mandatū Euangelicum: & tandē in priuato debet peccator haberi pro ethnico & publicano. Vnde nōnulli canonistæ sumpserunt occasionem opinandi, quod ante cōprobatum crimen debet quisque peccatorē in occulto habere pro excōmunicato. Nihilominus, quod ad correctionem attinet fraternā cōpertissimum est, quod frater nō potest excōmunicari quoadusque fuerit inobediens Ecclesiæ, & probatū fuerit iuridicè crimē. Nec aliquis tenetur euitare proximū, quoadusque fuerit excōmunicatus. Et vtrunque habetur expressè cap. Multi. & cap. Nemo. 2. q. 1. Possunt tamen generaliter excōmunicari occulti peccatores qui damna dederunt: vt habetur cap. Si sacerdos. De officio ord. Et de illis intelligit Innoc. quod sunt in occulto habendi tanquàm ethnici: licèt iam modò post concilium Constantiense non teneamur euitare, nisi nominatim excommunicatos aut manifestos percussores clericorum.

¶Sed dubium egregium est circa hanc octauam conclusionem. Vtrùm quando iam prælatus procedit ad punitionem, possit denuntians fungi officio testis. Et videtur id non esse licitum: nam contra ius naturæ est, vt idem sit accusator & testis: sunt enim distinctæ personæ. Respondetur, probabile esse denuntiantē fraternaliter posse esse testem, ùcm finito processu fraternali, incipit forum iudiciale. Hoc videor mihi intelligere in verbis illis Euāgelicis. Si te non audierit, adhibe tecum vnū aut duos testes, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. vbi quod dicit. Vt in ore duorum: refertur ad primam partem. Adhibe tecum vnū: & quod addit: Vel trium: refertur ad illud: Vel duos. Vnde videor mihi rectè colligere, quòd denuntians connumeratur alijs testibus: vt videlicet cum vno faciat duos, & cum duobus faciat tres. Et hoc habetur expressè. ca. In omni. De testi. scilicet, quòd dicens veritatem, id est, denuntians, cum vno facit duos testes, & cum duobus facit tres, & inducit Papa Euangelica verba. ¶Et confirmatur ratione.

Dubium.

Nam processus fraternalis, & iudicialis sunt diuersi. Quapropter, qui fuit denuntians fraternaliter, non est à iudiciali testimonio repellendus. Hoc dixerim probabiliter, vt ostẽdam saltẽ in crimine prauitatis hæreticæ, nihil fieri contra ius si denuntians recipiatur in testem: quanuis in alijs priuatis delictis non esset forte adeò consulendum: quanquam etiam tunc sit licitum. ¶ Vnde ad argumentum conceditur, quòd accusator & denuntians iudicialiter, quia petit pœnam rei, contra ius naturę admittetur in testem: & maximè in causa propria. Secùs est de denuntiante fraternaliter, qui solùm ex charitate denuntiat: & propter opus charitatis non est arcendus à testimonio.

¶ AD primum argumentum respondetur, quòd Deus qui est scrutator cordium, omnia peccata quantũcunq; occulta habet tãquam publica: & ideò potest illa punire, sicut iudex humanus potest statim punire publica. Et quanquam id iustè posit facere, tamen propter suam misericordiam neminem punit, nisi præmonitum interiùs per inspirationes.

¶ Et Ioseph forsan admonuerat secretò fratres: quanquam, vt textus scripturæ insinuat, crimen fratrum erat iam commune & publicum inter eos: nam pluraliter legitur, quòd accusauerit fratres suos. Et postremò non est necesse excusare factum iuuenis, qui forsan zelo non secundum scientiam accusauit fratres.

¶ Petrus verò reprehendit Ananiã & Sapphiram authoritate Dei, cuius nutu peccatum eorum nouerat: vt dicit Sanctus Thóm. 2. 2. citata. artic. 7. Expediebat enim in primitiua Ecclesia sacrilegia quanuis occulta publicè puniri: saltem ex speciali iussu diuino: vt, vel illa ratione, religionem venerarentur. Vnde legitur, quòd postquam reprehensus Ananias cecidit, & expirauit, factus est timor magnus super omnes qui audierant. Tametsi (quãtum coniicio) peccatum Ananiæ, vt puta venditio agri, non potuit adeò latitare, quin rumor, & infamia veniret ad aures Petri, & illo iure interrogaret Ananiam.

¶ Ad illud Leui. quinto. qui audierit vocem iurantis falsò, reuelet. respondetur illud intelligi, seruato ordine correctionis fraternæ. Et idem præsupponit Augustinus in dicto capit. Hoc videtur. Et maximè quia præcipuè intelligitur illud de periurio, quod fit in iudicio in præiudicium tertij: quod reuelandum est illi qui posit prodesse, & non obesse.

¶ Ad primam confirmationem de vsu religiosorum, respondetur, ꝙ de leuibus culpis quæ nullatenus vergunt in infamiã, vsus est proclamare fratres sine præuia monitione. Neq; illud est propriè denuntiare, sed reducere illas leues culpas in memoriã fratris, de quibus præsumitur, ipse se accusaret, si haberet in memoria. Sed quãdo culpæ sunt graues, has nõ licet proclamare sine pręuia monitione. Voco graues, nõ solùm illas quæ sunt peccata mortalia, sed quæ sunt contra famam, aut honorem proximi. Quare, si quis intraret domos suspectas, non esset ilico proclamandus sine præuia monitione, vt est exemplum in regula Augustini de oculi petulantia. ¶ Ad secundam confirmationem negatur consequentia. Non enim necessariò requiritur admonitio in accusatione, sicut in denuntiatione, quod ampliùs explicabimus quæstione sequẽti. Nam accusatio procedit ad punitionẽ, quanquàm frater sit emendatus: denuntiatio verò fraterna cessat, si frater sit emendatus per admonitionem. Et ideò, sicut ante denuntiationem requiritur admonitio, ita ante accusationem requiritur inscriptio, vt suprà citatum est ex cap. Qualiter, & quando. secundo. De accusa. ¶ Ad tertium ex verbis Augustini respõdetur, quòd quãquàm ante denuntiationem quæ fit prælato tanquàm iudici, necessarium sit prius adhibere testes quibus reus conuincatur, tamen consiliũ est antequàm aliquis testis inducat, vt crimen reueletur prælato tanquàm patri. Et ratio est, vt suprà nos diximꝰ, quia correctio fieri debet quã minima fieri posit iactura famæ: & cùm, si testes non sufficiant, denuntiandum est peccatum prælato, consilium est vt ante testes denuntietur prælato, tanquàm patri: vt, si fortè frater correctus & emendatus fuerit à prælato: excusetur diffamari apud testes. Quare, illa litera Augustini, quam aliqui legunt duabus negationibus, scilicet, Ne forte posit secretiùs correctus non innotescere cæteris: fortè legenda est vnica negatione, vt legit Erasmus, scilicet, Ne forte posit secretiùs correctus innotescere cæteris. Sed vtro libet modo legatur sensus est. Si fortè posit secretiùs correctus, non innotescere cæteris. Hoc tamen documentum Augustini non est præceptum sed consilium. Qui enim existimaret commodiùs per alium, quàm per prælatum posse corrigere fratrem, iustè reuelabit priùs alteri.

¶ Ad vltimum argumentũ respondetur, quòd quando prælatus interrogat subditum de occulto crimine, præter ordinem iuris, subditus nõ tenetur obedire. Nam obedire Deo magis oportet, quàm hominibus. Actuum. 5. Nec

prælat-

prælatus est iudex occultorũ; sed solus Deus. Sed de hoc latius in tertio membro. Et hæc de correctione fraterna.

QVÆSTIO QVINTA.



TRVM accusatio nõ nunq̃ sit in præcepto. ¶ Ad partem negatiuã arguitur. Accusatio est delatio rei ad vindictam: sed in Euangelio Matthæi. 6. præcipimur dimittere peccata debitoribus nostris, si nostra nobis volumus à Deo dimitti: & Paulus Roma. 12. Non vosmetipsos defendẽtes (aliàs vindicantes) charissimi: sed date locum iræ: ergo nemo tenetur fratrem accusare.

¶ Secundò. Si accusatio esset virtus & præceceptum, nemo esset, quin ab illo exciperetur: sed multi repellentur ab accusatione: vt latè patet. 2. quæst. 7. per totã quæstionem: & excommunicati & infames accusare non possunt: nec subditi maiores suos: ergo accusare non est in præcepto.

¶ Tertiò arguitur. Accusator obligatur crimẽ probare: aliàs, pœnam subit talionis: sed nemo obligatur subire tantum periculum, si vult cedere iuri suo: & remittere debitum: ergo accusatio nunquàm est in præcepto: sed satis est vt sit licita. ¶ Sed in contrarium est illud Leui. 5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis (scilicet falsũ) quod ipse vidit aut conscius est, nisi indicauerit, portabit iniquitatẽ. Quod præceptum, quia morale est, manet in noua lege, tanquàm de iure naturæ.



N prima quæstione huius membri distinximus in genere inter denuntiationem, accusationem, & inquisitionem, & ratione finis: & ratione virtutis. Quia denuntiatio est officium charitatis ordinatum propter bonum priuatæ personæ: reliquæ verò sunt ratione iustitiæ, propter bonum publicum. Iam verò modò operæ pretium est singula in particulari amplius explicare.

¶ Quatuor genera denuntiationum notant Doctores decretorum capit. Nouit. De iud. & 2. quæstio. prima. capit. Si peccauerit: quæ sunt, Euangelica, iudicialis, canonica, & regularis. De Euangelica satis dictum est quo fine & ordine fiat. Denuntiatio iudicialis est duplex. Publica: qua iudex ex officio per denuntiationem suorum officialium procedit: vel ad mulctandum reum pœna fiscali, vel alia pœna arbitraria. Priuata, quæ est manifestatio criminis, qua quis prætendit resarciri sibi damnum acceptum, & se in pristinum statum restitui. Et differt inter denuntiationem iudicialem & Euangelicam: primò, ratione finis. Nam finis Euangelicæ est emendatio fratris: vt pœniteat: sed finis iudicialis est bonum denuntiantis, vt delinquẽs satisfaciat. Et secundò in ordine. Nam illa procedit ordine Euangelico sine strepitu iudicij: & propterea dicitur Euangelica: sed iudicialis procedit in scriptis: & forma iudiciali, & propterea dicitur iudicialis, & tenetur denuntians probare crimẽ, licèt quandoq; iudicialis procedat nihilominus de plano, id est, sine strepitu iudiciali. Differt tamen denuntiatio iudicialis ab accusatione: primò, quia denuntians non intendit vindictam publicam, & punitionem denuntiati propter bonum publicum, sed solùm suum interesse, in quo per iniuriam læsus est. Accusator verò petit vindictam publicam, quæ infligitur propter bonum commune. Quare iudex denuntiatum iudicialiter, non potest punire tota pœna legis, sicut tenetur punire accusatum. Et, vt ex nominibus ipsis naturam vtriusque explicemus, denuntiatio est mera manifestatio criminis, sine aliqua actione: qua, scilicet, denunciatur crimen prælato, vt ipse ex officio faciat, quòd visum ei fuerit secundum ius. Sed accusatio est delatio criminis cum actione, qua iudex petitur & compellitur puni re reum. Quare denuntiator nõ dicitur actor, sicut accusator. Quò fit, vt denuntiatio locum habeat, vbi actio esse non potest: quod potest contingere tripliciter: aut ratione personæ, quę agere non potest: aut ratione iudicis, qui non est directẽ: aut ratione criminis, quod lege per mittitur. Exemplum primi. Seruus qui nõ potest agere in iudicio, potest tamen denuntiare iudici asperitatem, & sæuitiam domini, vt ipse ex officio compellat dominũ, aut mitiùs agere secum, aut vendere: vt habetur Inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. Sed & maior. Eadem ratione religiosi quando agere nõ possunt aduersus prælatos: possunt eos denũtiare: vt notant doct. cap. insinuante. Qui cle. vel mo. Exẽplum secundi. Quando iudex secularis non seruat iustitiam, potest quisque illum denunciare papæ: ad cuius officium spectat de quocunque peccato mortali corripere quemlibet christianum: vt dicit papa. capit. Nouit. de iudi. vbi Rex Franciæ denuntiatus est papæ de crimine, quod commiserat aduersus Regem Angliæ,

Quatuor genera denuntiationum

Denuntiatio iudicialis.

Angliæ. Et è conuerso iudex Ecclesiasticus potest denuntiari principi sæculari, ad reprimendam eius vim per iniustum iudicium. Nam sæcularis princeps ius habet repellẽdi vim, à quocunque illatam. 23. quæst. 2. cap. Regum. Exẽplum tertij. Quia vsura lege impunè permittitur, accusari non potest vsurarius: tamen potest denuntiari, vt iudex ex officio admoneat illum ad restitutionem. Et eadem ratione, quãdo quis decepit alium citra dimidiũ iusti pretij. In his ergo casibus non est propriè accusatio, sed denuntiatio, id est, mera manifestatio criminis, vt iudex ex officio emendet erratum. Accusatio verò fieri nõ potest, nisi ab illo qui potest agere directè. Quanquam, & qui agere potest, & coram proprio iudice, potest quandoque merè denuntiare sine accusatione.

Denũtiatio canonica. ¶Tertia est denuntiatio canonica: quia à iure canonico inuenta est, & est manifestatio criminis, non ad vindictam publicam, sicut accusatio, nec propter proprium interesse, sicut denunciatio iudicialis, sed qua coërceantur crimina, nè vltra procedant. Sed hæc vix profectò potest distingui à denuntiatione fraterna: nisi dicamus, quòd denunciatio fraterna est illa sola, quæ procedit ad solam emendationem fratris, propter bonum suum: sed canonica est illa qua proceditur ad euitãdum damnum publicum, aut priuatæ personæ: vt cùm quis denuntiat prælatum, aut habentem beneficiũ, vt priuetur officio aut beneficio: quia est perniciosus plebi. Et secundum Innocentium in dicto capit. Nouit. quando denuntiat crimen quod est in perniciem publicam, aut præiudicium tertiæ personæ: non solùm ad emendationem illius, sed vt euitetur aut resarciatur damnum: tunc est denuntiatio canonica: quæ quidem denuntiatio non est fraterna: nec est iudicialis, quia non petitur proprium interesse: nec propriè est accusatio, quia non petitur omnino vindicta legis. Sed tamen conuenit hæc denuntiatio cum fraterna in hoc: quia requirit præuiam admonitionem vt notant doctores loco citato.

¶Denuntiatio regularis est illa, quæ fit in religionibus secundum constitutiones & regulas diuersarum religionum: siue sit iudicialis, propter proprium interesse: siue canonica propter bonum commune. Et ideo dicitur regularis, quia in religionibus non necesse est seruare totum ordinem iuris. ¶Præter has notificationes criminum, dicitur propriè: exceptio: quando alicui obijcitur crimen ne eligatur ad dignitatem: aut quando obijcitur accusatori, vt repellatur ab accusatione: vt habetur. cap. Super his. De accus. Hæc adnotauerim, ne theologi ignorantia prorsus horum nominum laborent. Nam theologi non tractant, nisi de denuntiatione fraterna, & accusatione, & inquisitione: sed reliquas denuntiationes, præter fraternam generali nomine appellant accusationem: cuius ignorantia decipiuntur multi. Quanquam accusatio si propriè definiatur, est delatio rei de crimine ad vindictã, propter bonum publicum: vt colligitur à Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 68. Sed doctores vtriusque iuris, vt notat Syluester in verbo: accusatio, dicunt accusationem etiam posse fieri propter bonum priuatum: sicut denuntiationem, è cõuerso, propter bonum publicum. At verò, si naturam rei inspiciamus: in accusatione per se & primò, intenditur vindicta publica per pœnam legis, ad terrorem populi: quod est ordinari per se in bonum publicum. Sed in denuntiatione per se intenditur, aut proprium interesse, si sit iudicialis: aut cohibitio peccati, vel euitatio damni, si sit canonica, licèt de per accidens quandoque sequatur vindicta & punitio publica.

¶HIS prænotatis respondetur ad quæstionem sex conclusionibus. Prima. Quicunque tenetur eum accusare, cuius crimen est in perniciem publicam, & potest idoneis testibus cõprobari. Quæ peccata vergant in perniciem publicam, superiori quæstione declaratũ est. Conclusio est Sanct. Thomæ loco citato, & Alexand. 3. par. quæst. 42. membro. 1. & denique theologorum. 4. dist. 39. & canonistarum cap. Nouit. De iud. Probatur conclusio. Vnicuique mandatum est de proximo suo: vt habetur Eccles. 17. & præsertim vnicuique lege naturæ incumbit cura boni communis: sicut membra corporis naturali instinctu sese obijciunt periculo capitis: ergo quando bonum publicum periclitatur, vnusquisq; tenetur per ' se ' accusare. ¶Summa Ang. in verbo: accusatio: negat quenquam teneri accusare proximum: quia in causa propria nullus cogitur accusare, vt statim dicemus: sed in causa publica satis est denuntiare crimen, vt euitetur damnum: nec opus est accusare petendo vindictam. ¶Ad hoc respõdetur dupliciter. Primò, quòd Sanctus Thomas, & theologi generali nomine accusationis comprehendunt omnẽ denuntiationem, præter fraternam. Et ideò quam Sum. Ang. vocat denuntiationem, theologi vocant accusationem: atque adeò, non est contradictio nisi solo nomine. Atqui, vt superiori quæstione dictum est: concedimus quòd quacunque alia via quis abundè possit prouidere

Prima conclusio.

dete bono communi, non tenetur accusare. Secundò respondetur, quòd potest esse crimẽ adeò perniciosum adeoq; manifestum aduersus bonum publicum, vt quicunque teneretur, non solùm denuutiare, sed accusare, tanquàm actor: non solùm ad euitandum damnum, sed vt peccatum puniatur pœna legis propter exemplum. Nam quanquam in caussis priuatis nullus accusare posit, nisi ille cuius interest: tamen in causa publica quicunq; potest accusare: vt patet per Extrauagant. Ad reprimendum. ¶Quòd si quis arguat contra hanc conclusionem: vt dicebamus tertio argumento principali. Nullus tenetur graui suo periculo alium accusare: accusator verò, si deficiat in probatione, subest periculum talionis: & posset nonnunquàm ex malitia testium sine culpa sua deficere: ergo nullus tenetur cùm tanto periculo accusare. ¶Respondetur, quòd nullus tenetur accusare nisi crimen quod possit probare, vt asserit conclusio. Et qui bona fide accusat, non tenetur ad pœnam talionis, licèt deficiat in probatione: vt dicit Sanct. Thomas. 2. 2. quæst. 68. articu. 4. ad. 1. Vnde elicitur documentum, vt qui fraternaliter denunciant, aut ad obuiandum malo communi, protestentur se non accusare, sed simpliciter denuntiare: vt, si defecerint in probatione, non subeant periculum talionis. ¶Secunda con-

Secunda cõclusio. clusio. Nemo tenetur accusare quenquam de iniuria sibi propriè illata. Quãquàm id nihilo minus licitum sit. Prima pars probatur primò ex illo Matth. 6. Nisi dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis delicta vestra. Vbi datur consilium remittendi iniurias: tantum abest vt eas aut accusare aut vlcisci cogamur. ¶Et confirmatur iure imperatorio C. Vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur. l. vnica. Tametsi Bartolus. l. In eum. ff. De accus. notet textum. l. si quis homicidij. C. eod. titu. vbi videtur compellendum esse nonnunquàm actorem ad accusandum: Et. ff. De his quibus vt indignis. lege. auferuntur. adnotatur vt hæres occisi hominis causam homicidij persequatur: aliàs abeat hæreditate. Sed, quicquid sit de foro exteriori, in quam messem falcem non mittimus, tamen in conscientia nullus tenetur quenquam de propria iniuria accusare, nisi perniciosissimum forsan hominem: vt puta, publicum latronem, propter bonum publicum. In quo casu videtur loqui lex illa citata à Bartolo. Si quis homicidij. Imò nec constringitur quispiam denuntiare iuridicè, ad recuperandum damna quæ accepit: nempè, cùm illa quisque posit remittere & cõdonare: nisi forsan quis esset adeò pauper, vt non posset alere & sustentare familiam suam, nisi repetendo bona per iniuriã sibi ablata: nam tunc deberet ea repetere.

¶Secunda pars conclusionis: videlicet quòd quicunque posit accusare reum de iniuria sibi illata, probatur. Nam accusatio & vindicatio iniuriarum authoritate publica, est actus virtutis iustitiæ: actus verò virtutis, si debitis ornetur circunstantijs, nunquam est prohibitus. Verum est tamen, consilium esse Euangelicum non accusare: nam accusatio non debet procedere ex odio: quod tamen quàm rarissimè abest accusatori. Qui tamen absque odio petit vindictam legis, nihil aliud exercet, quàm iustitiam. ¶At, dubium est quinam sint illi qui accusare possunt: & primò de clericis, quo iure prohibeantur accusare in caussa sanguinis. ¶De quo sit tertia conclusio.

Clerici solo iure humano prohibentur iudicare, aut quomodocunque agere causam sanguinis. 3. Cõclusio. Probatur. Nam iure naturæ eadem est clericis conditio cum laicis. Nempè, vt priuata authoritate neminem occidere posint, possint tamen via iuris proprias iniurias, & repellere & vindicare. Nec in sacra pagina locus est expressus, quo prohibeantur clerici iure diuino iniurias publica authoritate vindicare. Nam illud primæ Timot. tertio. Oportet Episcopum sine crimine esse, non vinolentum, non percussorem: non planè pertinet ad hoc propositum. Primò, quia Apostolus non videtur loqui de clerico percussore authoritate publica: sed loquitur de percussione, quæ fit ex ira authoritate priuata. Debent enim in hoc clerici excellere laicis. Et ideò coniungit illa duo: non vinolentum, non percussorem: quia ex vinolentia suboritur ira. Secundò, quia quanquam Paulus illic prohiberet clericis effusionem sanguinis authoritate publica, non continuò sequitur, illud esse propriè preceptum diuinum. Duplex enim potest distingui præceptum in Epistolis Apostolorum. Vno modo tanquam positum immediatè à Deo, cuius authoritate loquitur Apostolus: & illud propriè est præceptum iure diuino. Alio modo, quòd sit præceptum vel admonitio ipsius Apostoli, sua propria authoritate loquentis. Quæ duo genera præceptorum distinguit ipse Apostolus primæ Corinth. septimo. His qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, & virum vxorem non dimittere: nam cæteris ego dico, non Dominus: Si quis frater vxo-

rem

rem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Ecce vxorem à viro non discedere, est propriè præceptum diuinum: sed virum fidelem nō dimittere vxorem infidelem: est præceptum humanum Pauli. Et illa admonitio Pauli de honestate Episcoporum: sicut multa aliæ, sunt huius secundi generis, quæ proinde non propriè sunt de iure diuino, sed largo modo. ¶ Sed secundò arguitur, quòd sit de iure diuino: saltē quòd clerici non sint iudices in causa sanguinis. Nam Christus redemptor noster quanuis potuerit, etiam inquantum homo, accipere quancunq; voluisset potestatem & iurisdictionem orbis, tamen reuera non accepit nisi potestatem spiritualem, & eam temporalem quæ erat necessaria ad finem redemptionis: vt puta potestatem corrigendi leges sæculares, si essent contra fidem & bonos mores: & mulctandi reges, si exorbitarent à fide: non tamen assumpsit potestatem sæcularem ad discernendas causas ciuiles & criminales, vti in De potestate ecclesiastica, latiùs tractant doctores rationabiliùs sentientes. Et hoc est quod dixit: Regnum meum non est de hoc mundo: vbi non negauit se habere regnum orbis, etiam inquantum homo: sed negauit habere regnum, quale habent principes seculares: & qualem ipse habuit potestatem, talem reliquit Ecclesiæ: ergo iure diuino videtur prohibitum esse clericis ius dicere in causa sanguinis. ¶ Respondetur, quòd argumentum fortè probat, potestatem Ecclesiasticam, quam Christus reliquit Ecclesiæ, non extēdi ad causas sanguinis: nisi forsan vbi necessitas fidei exigeret, vt bello propugnaretur: nam tunc clerici possent pugnare, secundùm illud Luc. 22. Qui non habet gladium vendat tunicam, & emat gladium. Sed tamen argumentum non satis probat, quòd clerici non possint iure diuino vti alia authoritate quàm Ecclesiastica: vt puta, quòd nō possint esse duces aut prætores in causis sanguinis. Colligitur ergo solo iure humano canonico interdictum esse clericis exercere causam sanguinis: vt habetur in concilio Toletano. capit. His à quib. 23. quæst. 8. & capit. Clericis. & capit. Sententiam. Ne cle. vel mo. secular. negotijs se immisceant. & eodem iure imponitur pœna irregularitatis clericis percussoribus: vt habetur in cap. Presbyterum. de homicidio voluntario, & in multis alijs: nam in sacra pagina nulla talis pœna legitur. Vnde Sanct. Thom. 2.2. quæst. 64. articul. 4. non fundat hanc prohibitionem clericorum in aliquo iure naturæ, sed solùm duabus congruentijs. Prima, quia sunt electi ad altaris ministerium, in quo repræsentatur passio Christi, qui cùm percuteretur non repercutiebat. Secunda, quia clericis committitur ministerium nouæ legis, in qua non determinatur pœna occisionis, vel mutilationis corporalis. Quæ quidem conditiones non conueniebant sacerdotibus antiquæ legis: atq; adeò illis non erat interdictum exercere causas sanguinis, eo modo quo clericis nouæ legis. ¶ Ex hac conclusione sequitur: quòd Papa & Ecclesia potest dispēsare pro causa rationabili cum clericis, ne sint excommunicati, aut irregulares propter percussionem: atq; adeò, omninò dispensare, vt quæcunque occisio licita secularibus, vel in bello, vel in iudicio posset, etiam licitè & sine peccato exerceri à clericis. Habemus ergo, quòd clerici accusare nō possunt, petendo vindictam sanguinis, nec in causa propria, nec in causa publica. Possunt tamen, vt diximus in superiori quæstione, denuntiare crimina: non solùm in causa propria, sed quando peccatum est in præiudicium publicum, aut tertiæ personæ: & etiam si sit periculum effusionis sanguinis & homicidij: modò id faciant protestantes, se non petere huiusmodi vindictas, vt citatum est suprà capit. Prælatis. De homicidio voluntario, eodem libro. 6. ¶ Notandum est præterea, quod. 2. 2. quæst. 7. per totam habetur, quòd laici non possunt accusare clericos, nec clerici laicos, nisi in certis casibus, nec subditi possunt accusare prælatos, nec hæretici Christianos. Et. ff. de accu. c. Qui accusare. habetur, quòd infames & publici peccatores accusare non possunt. Quæ lex recipitur iure canonico. 2. 2. quæst. 1. capit. Prohibentur. Sed hæc omnia sunt de iure positiuo, pertinentia ad forum exterius: & ideò non est theologi illa examinare. Sed satis est hic adnotare circa subditos, quòd solùm prohibentur in iure accusare prælatos ex odio: nam si faciant ex charitate, licitè faciunt: vt docet Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 68. articu. 1. ad. 2. Sed circa infames & excommunicatos, iam adnotauimus superiùs differentiam, quòd à denunciatione fraterna, quę est propter emendationem fratris, nullus repellitur.

Dubium. ¶ Sed dubium est quando crimen est in perniciem publicam, vtrum etiam infames possint accusare. Videtur quòd sic: nam illud est in præcepto vt diximus in prima cōclusione: & à præcepto, nullus propter culpā suam expellitur: aliàs commodum reportaret ex culpa. ¶ Respondetur, quòd nullo modo infames sunt admittendi, etiam in illo casu, vt dicit Sanctus Thomas, loco citato ad primum

argumentis: sed tamen in tali casu possunt, & debent denuntiare crimina iudici (quod ait illic Caieta.) vt ipse faciat, quod ex officio debitum fieri facere. ¶Sed quātum ad formam accusationis est quarta conclusio. Accusatio debet fieri in scriptis. Hæc habetur in iure canonico. 2. quæst. 8. cap. Accusatorum. & cap. Qui crimen. Et ff. De accusa. l. Si cui. Quare id non est præceptum naturale, sed solùm positiuum. Nihilominus est ratio congrua huius, quæ sumitur ex differentia inter denuntiationem & accusationem: maximè fraternam aut canonicam. Quia in denuntiatione non petitur vendicta: quare, nec denuntiator proprie est actor, nec pars aduersa denuntiator: sed prælatus & denūtiator ambo intēdunt emendare fratrem: aut euitare malum publicum. Sed in accusatione, quia accusator petit vindictam, constituitur actor pars aduersa reo: & iudex est medius inter ambas partes. Quare, actor tenetur probare quicquid obijcit reo. Et inde fit, vt, cùm iudex non possit omnia tenere in memoria: expediat, vt accusatio scripto proferatur, vt si defecerit in probatione, puniatur de calumnia: vt habetur in dicta. l. Si cui. Quod & in denuntiatione iudiciali est etiam quandoque necessarium. Tametsi, vt habetur capit. leuia. ff. De accusat. de leuibus peccatis possit fieri accusatio de plano, id est, solo verbo, sine strepitu iudicij: vt exponit Bartol. in Extrauag. Ad reprimendum.

Quarta cōclusio.

¶Sed dubium est circa formam accusationis, vtrùm sicut denuntiationem Euangelicam ita iudicialem accusationem necessarium sit, vt secreta admonitio antecedat. Nam Sanct. Thom. in 4. dist. 19. quæst. 2. artic. 3. duas recitat opin. primam quæ tenet partem affirmatiuam: alteram quæ tenet partem negatiuam. Et Syluest. in verbo Accusatio. §. 3. existimat Sanct. Thom. consentire cum opinione affirmatiua. Sed profectò verisimilius videtur consentire cum negatiua, vtpote quam recitat secundo loco. Duran. 4. dist. 19. quæst. 4. dicit, quòd in foro exteriori non exigitur vt admonitio præcedat, nec hoc petit iudex: sed tamen in foro conscientiæ, tam in accusatione quàm in denuntiatione requiritur admonitio: nam Euangelium nihil distinguit inter denuntiationem & accusationem. Sed Caietanus. 2. 2. quæst. 33. artic. 7. dicit, quòd quando accusatio solùm est licita, non tamen in præcepto, tunc prærequiritur admonitio: sed quando est in præcepto, non est necessaria.

Dubium.

¶At verò alia forte ratione melius dissoluetur hoc dubium. Primum, in foro exteriori nunquam exigitur ab accusatore an priùs admonuerit, sed solùm vt causam inscribat: iuxta illud. Sicut denuntiationem admonitio, ita & accusationem inscriptio præcedere debet. cap. Qualiter & quando. De accusat. Sed & in foro conscientiæ statuitur regulam generalem: quod quotiescunque quis habet ius accusandi eodem iure potest, sine præuia admonitione statim accusare. Probatur. Accusationis finis est vindicatio & punitio criminis, sine respectu ad emendam: cùm tamen admonitio solùm fiat ad emendationem in futurum, colligitur vt qui habet ius accusandi, non astringatur admonere: quia potest accusare, quamquàm crimen iam cessauerit. Est nihilominus nonnunquam consilium admonendi ante accusationem. verb. grat. quando crimen est in perniciem publicam, tunc si certissimus ego sim, posse me satis succurrere illi malo per admonitionem meam, debeo admonere ante accusationem: aliàs si fit periculum in mora, teneor statim sine admonitione accusare aut denuntiare. Sed in causa propria, vbi tamen non est præceptum accusandi (quanquàm Caietanus oppositum insinuet) non est dubium, quin possim statim accusare illum qui occidit patrem meum, sine aliqua monitione. Nam quanquàm homicida pœnituerit delicti, possum nihilominus iuste petere pœnam capitis. Licèt esset forte consilium remittere iniuriam & admonere illum vt restituat damnum: & tunc cessare ab accusatione. Imò in causa aliena priuata: vt si scirem aliquem esse latronem aut fornicarium in conuentu essentque legitimi testes: possem forsan statim accusare sine admonitione, si vellem subire periculum probandi. Licèt in hoc casu posset forsan sustineri opinio Caieta. Videlicet, quòd deberet præcedere admonitio: atque adeò, emendato fratre, non esset procedendum ad accusationem.

¶Sed de iniqua accusatione statuitur quinta conclusio. Tria sunt accusationis vitia, calumnia, præuaricatio, & tergiuersatio. Conclusio est iuris canonici. 2. quæst. 3. cap. Si quem pœnituerit. & iuris ciuilis. ff. Ad senatusconsul. Turpi. l. Accusatorum. Calumniari enim est falsa crimina scienter intendere. Præuaricari verò est vera crimina abscondere. Tergiuersari est in vniuersum ab accusatione desistere. Nam, vt Sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 68. articu. 3. sapienter exponit, bifariàm accusator peccare potest: aut contra reum, imponendo falsa crimina: & illa est calumnia: aut contra bonum publicum, nè criminosus puniatur: & id dupliciter: aut abscondendo

5. Cōclusio.

vera

vera crimina: quæ est præuaricatio, aut recedẽ do ab accusatione, quæ est tergiuersatio.

¶ Ex hoc sequitur, quòd quanuis calumnia in quocunque iudicio sit peccatum, tamen præuaricatio & tergiuersatio solùm sunt iniuriæ, & peccatum vbi quis tenetur accusare: puta quando crimen est in perniciem publicãm: tunc iniuria fit bono publico: si accusans iuuet accusatum, vel desistat ab accusatione: sed in causa propria integrum est cuicunque desistere ab accusatione. ¶ Sequitur secundò, quòd vbi nulla est malitia, nulla est calumnia nec iniuria. Vbi enim quis bona fide quempiam accusauit de crimine, quod putabat esse crimen, nulla est calũnia: tametsi ratione rei acceptæ, tenetur nonnunquam famam restituere. Et in hoc casu bonæ fidei, intelliguntur verba dicti capituli: scilicet. Si quem pœnituerit accusare de eo quod probare non potuerit, si cum accusato innocente conuenerit, inuicem se absoluant. Atqui notandum est, non solùm adesse calumniam vbi est accusatio de falso crimine, sed præterea, vbi est accusatio de occulto. Nã quod crimen probari non potest: pro falso reputatur in iure. At præuaricatio cõtingit duobus modis: aut dissimulando proprias probationes, aut falsas excusationes admittendo. Vnde præuaricator dicitur, quia deflectit in partem aduersam: quia varicare, idẽ est quod deflectere: & eadem ratione præuaricatio dicitur alio nomine collusio: instar ludentiũ, quando alter sociorum in partem aduersam. Et hoc vitium potest cadere in actorem, aduocatum, procuratorem, & scribam. Et paria dicantur de tergiuersatione. Et cõtingit hoc vitium siue accusator desistat propter pecuniam, aut propter aliam causam, nisi desisteret ex metu cadente in cõstantẽ virũ. ¶ At cùm quis accusat de propria iniuria, & punitio nõ est necessaria ad bonum publicum, tunc integrum ei est, aut desistere, aut persequi accusationem. At verò his non obstantibus, potest princeps iusta de causa abolere accusationẽ: vt si ille qui petitur pœna capitali, est dux præcipuus, vel aliàs valde necessarius Reipublicæ: vel si certò scit falsum esse crimen de quo accusatur. Potest (inquam) tunc, aut in principio refutare accusationem, aut posteà abolere: siue accusatio sit de iniuria publica, siue de priuata: dummodò alia via restituantur damna, & fiat sine scandalo. Sed tamen inferior iudex non habet talem potestatem. ¶ Sexta & postrema conclusio. Calumniator qui in probatione defecerit, reus est pœna talionis. Conclusio est vtriusque iuris. 2.2. quæst. 3. cap. Calũniator. & ca. Qui non probauerit. & ff. De abolitio. l. 1. & l. Mulier. & l. Quæsitum. Et sancita est hæc lex instar legis veteris. Exo. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente: & Deut. 19. Cumq; diligentissimè perscrutantes, inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mẽdacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit. Non tamen subinde sequitur, vt multi subinferunt, legem talionis esse de iure diuino. Nam vt sæpissime admonere solemus, tota lex vetus prorsus cessauit in passione Christi secundum illud Hebr. 7. Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat. vbi non distinguitur inter præcepta moralia, aut ceremonialia, aut iudicialia. Quare omnia cessarunt, quantum ad vim quam habebant à lege antiqua. Ob idque argumentum huiusmodi: hoc antiquitùs obligabat de iure diuino: ergo nunc obligat de iure diuino: nihil aliud est quàm hæreticum. Sed est differentia, quòd præcepta moralia, quia sunt de iure naturæ aut præcepta sunt iterum in noua lege, sicut decalogus, aut iure ipso naturali obligant. Iudicialia verò quanquam cessauerunt, tamẽ possunt modò institui iure positiuo in lege noua, ad exemplum veteris legis. Sed cæremonialia, quia erant figura nouæ legis, nõ possunt iam modò iterato institui, nec ad imitationem illorum. Ad propositũ ergo. Quanquam sit ius naturæ, quod qui proximũ falsò accusat pœna aliqua puniatur, tamen q̃ talis pœnæ reus sit qualem intendebat infligere, hoc erat in veteri lege iudiciale: & ideò iam non est de iure diuino, sed iure positiuo institutum est, ad imitationem illius: vt S. Tho. dixit in simili de quota decimarum. 2.2. quæst. 87. Soluere enim decimas in stipendia clericorum est de iure naturæ, sed tamen talem quotam soluere erat antiquitùs iudiciale, & ideò modò est de iure humano, posito ad imitationem antiquæ legis. ¶ At verò quantum ad legem attinet talionis, illa, vt author est Arist. 5. Ethi. cap. 5. ortum habuit à Pythagoricis, secũdũ illud Rhadamãthi: Si quæ fecit patiatur & ipse, rectum fuerit iudicium. Quod tamen temperat Aristoteles, dicens. Talionem, id est, repassionem, non iustè fieri secundùm æqualitatem. Vt si princeps plebeium, percutiat, non est iustum repercutiatur ipse: & si plebeius percutiat magistrum, non satis est vt ipse simili modo percutiatur: sed debet fieri secũdum analogiam, seruata ratione & proportione personarum, &c. Vnde quanuis dicta lex talionis in scripta sit in duodecim tabulis sub titu. De iniurijs. tamen prætoris clementia reuocata est: vt refert Gellius libr. 20. noc. att. & meminit

Sexta conclusio.

Iustinia

Iustinianus Instit. de iniur. §. Pœna. Vnde iam ferè non est in vsu pœna talionis. Et in regno nostro Castellæ, solùm decernitur pœna talionis in testem, qui falsum testimonium dixerit in causa capitali, vt iubetur. l. Tauri vltima. & Christus Redemptor noster Matth. 5. annotauit illam legem talionis tanquam acerbã: Dentem pro dente, oculum pro oculo, atque adeò datam aduersus malitiã Iudæorum. Tam etsi illic nõ reuocauit legem talionis, vt aliqui putant: nam solùm illic dedit Christus consilium condonandi & remittendi iniurias: quod solùm est præceptum quantum ad præparationem animi tempore necessitatis.

¶ A D primum argumentum responsum est in secunda conclusione. Dimittere enim peccata debitoribus est præceptum, in hoc sensu, quòd non debemus nos vindicare authoritate priuata, sed tamen non petere vindictam authoritate publica: id solùm est consiliũ, vt modò dicebamus. ¶ Ad secundũ responsum est in tertia conclusione: vbi explicuimus, qui & qua ratione repellantur ab accusatione. ¶ Et ad tertium respõsum est in prima & vltima cõclusionibus: vbi diximus quòd qui bona fide accusat: licèt deficiat in probatione, nõ subit pœnam talionis.

QVÆSTIO SEXTA.

VTRVM inquisitio occulti peccatoris nulla præcedente infamia sit iusta. ¶ Ad partem affirmatiuam arguitur. Quæcunq; scripta sunt ad nostram doctrinã scripta sunt. Rom. 15. sed Iosue. 7. legimus inquisitionem diuina authoritate factã de Acham anathemate nulla præcedente infamia, aut personæ aut delicti: nempe qui secretò absconderat de hostili præda pallium coccineum: qui sorti missa per tribus inuentus est & lapidatus. Et numeri. 5. lex erat, vt si spiritus zelotypię concitasset virum contra vxorem suam, cuius adulterium lateret, nec testibus comprobari posset, tunc vir vxorem afferret sacerdoti, & celebratis certis cæremonijs, si erat in peccato, putrescebat ei fœmur: sin autẽ fœcũdabatur cõcepta prole: ergo licita est iure diuino nulla præcedente infamia, inquisitio criminis.

¶ Secũdò. Diuus Grego. quæst. 1. ca. Quidam maligni. excommunicauit quẽdam occultum diffamatorẽ, qui libellum famosum in publicum ediderat: præcipiens vt huiusmodi diffamator, quicunq; ille esset, proderet se: aliàs sententiæ excõmunicationis subiaceret, cùm tamen nulla antecessisset infamia personæ, ergo licita est iure canonico huiusmodi inquisitio: nulla infamia reclamante. ¶ Et tertio arguitur. Prælati ex officio debent & solent generaliter inquirere, certis temporibus subditorum statum & mores: quãuis nulla laborent infamia. ¶ Et confirmatur id tandem, quia prælati vt habetur Ezechiel. 3. & 33. eò dicuntur speculatores, quòd debent vigilare super gregem, & suorum mores explorare: ergo sine clamore & infamia obligantur inquerere errata subditorum. ¶ Sed in contrarium extãt decreta Innocentij, extra de accusationibus. ca. Cùm oporteat. & ca. Inquisitionis. & ca. Qualiter & quãdo. el segũdo. vbi strictè cauetur, nè inquisitio personæ, nisi præcesserit infamia & clamorosa insinuatio, vllo modo fiat. Et idem habetur ca. licet Heli. extrà De simonia. & capit. Deus omnipotens. 2. quæst. 1.

POst correptionẽ Euangelicam & iudicialẽ accusationẽ, consequitur tertiò, vt de inquisitione dicamus. Et præter alias differentias, hoc etiam differt inter has tres vias cognitionum, quòd correptio & denuntiatio Euangelica omnibus in vniuersum incumbit, tam subditis quàm prælatis: accusatio verò solis subditis: sed inquisitio solùm prælatis. Vnde inquisitio est inuestigatio, aut criminis, aut peccatoris occulti: quæ fit à prælato. Et authores decretorum in dicto ca. Qualiter & quando. distinguunt (quæ sua est consuetudo) plura genera inquisitionis: sed satis est duas adnotare. Alia est ẽm inquisitio generalis, alia verò specialis. Generalis est, qua prælati ex debito officij, visitantes prouinciam aut cõuentum, disquirunt vitam suorum & mores, an seruentur leges & institutiones. Et dicitur generalis, quia nec nominatur persona, nec crimen de quo inquiritur: sed in genere, vtrùm sit qui crimẽ aliquod admiserit. Inquisitio verò specialis est, qua in particulari & nominatim inquiritur certa persona, aut de certo crimine: vt vtrùm Petrus sit in aliquo delicto: vel, quisnã perpetrauit hoc homicidium: vel, vtrum Petrus hoc homicidium fecit. ¶ Atqui specialis inquisitio fieri potest, aut ad pœnã: vt cùm inquiritur aduersus quempiam ad priuandum eum officio vel beneficio: aut ad infligendum aliam pœnã positiuam. Aut fieri potest non ad pœnam, sed ad euitandum errorem aut damnum aliquod: vt cùm inquiruntur merita personæ, nè assumatur indignus ad dignitatem: aut, cùm inquiritur, sit ne aliquod impedimentum cõtrahendi matrimonij. Atq; adeò, inquisitio specialis, qua intenditur pœna, ortum habet semper ab aliqua denuntiatione canonica;

quæ sit, vel à priuata persona, vel à publico officiali: nempe à fiscali, aut à syndico.

¶His præhabitis respondetur ad quæstionē, quatuor cōclusionibus. Prima. Inquisitio specialis, qua intenditur pœna delinquentis, fieri nequit, nisi infamia & clamorosa insinuatione præcedenti. Conclusio receptissima est omnibus, tam theologis quàm iuris vtriusq; peritis: sanè quia expresse habetur in decretis omnibus citatis in contrarium quæstionis. Explicatur conclusio. Quamuis quispiam denunciet prælato crimen subditi, & sint duo aut plures testes iurati cōscij criminis, prælatus (nisi tanq̃ actor accusauerit) nec punire potest pœna publica, nec procedere ad inquisitionem, nisi infamia præcesserit, aut clamorosa insinuatio. Verba sunt expressa dicti capituli. Inquisitionis. Et intelligitur, φ non potest eum punire, nisi post fraternalem admonitionem rebellis extiterit: nam tunc, quia non audit ecclesiam puniri potest: vt diximus quæstio. 4.

Prima conclusio.

¶Et probat papa conclusionem in capitulo. Qualiter & quādo. testimonijs diuinis vtriusque testamenti. Primò ex illo Luc. 16. vbi habetur, φ postquàm villicus diffamatus est apud dominum de iniqua villicatione, tunc dominus vocauit eum, & interrogauit, quid est hoc quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ. Et secūdò ex illo Gen. 18. Clamor Sodomorum & Gomorræorū multiplicatus est: descendam & videbo vtrum clamorē, qui venit ad me, opere cōpleuerint. Ex quibus locis colligitur, φ nisi præcedente infamia aut clamorosa insinuatione, nō est ius procedēdi via inquisitionis. Quod potest cōfirmari ex illo Genes. 4. de Chain. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. ¶ Sed insinuant se se circa hanc conclusionem dubia nonnulla.

1. Dubium. Primum quo iure nitatur hæc conclusio. Apparet enim repugnare iuri & rationi naturali. Nam præter argumēta ante quæstionem obiecta arguitur sic. Officium & cura prælatorū est nō dissimulare peccata quæ norūt: de qua negligentia reprǣhenditur Heli sacerdos. 1. Reg. 2. quod refert Inno. c. Licet Heli. De simonia: sed duo aut tres testes satis sunt ad cōuincendum & puniendū reum: quia vt est Deut. 17. & Matth. 18. in ore duorū vel triū stat omne verbum. ergo quomodocunq; Iudex cognoscat crimen per duos aut tres testes: licèt nulla præcesserit infamia: potest & debet reū punire. ¶Respondetur, fundamentum huius conclusionis hoc esse, φ neminē iudex punire potest, nisi ad petitionem partis: puta, accusatoris, vel vicem gerentis accusatoris. Et ratio est, vt egregiè docet S. Thom. 2. 2. quæstio. 63. articu. 3. φ iudex (inquit Aristo. 5. Ethico.) est interpres & custos iustitiæ: ad quem cōfugiunt qui iniuriam patiūtur tanquàm ad iustitiam quandā animatam: iustitia verò, quia est æqualitas, non est nisi inter duos: quapropter iudex nō constituit iustitiam, nisi inter duos, quorum alter sit actor, alter verò reus, intér quos iudex sit vt medium, in neutram partē inclinans. Vnde & Gentibus lumine naturali lex erat, neminē sine accusatore punire: quam Festus ille cōmemorat Actu. 25. Nō enim est (inquit) cōsuetudo Romanis dānare aliquem hominem, priusquàm is qui accusatur, præsentes habeat accusatores: locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. Et Ambros. super illud. 1. Corint. 5. de incestuoso. Iudicis (inquit) non est, sine accusatore damnare quēquam: quia & dominus Iudam, cùm fur esset, sciebat: sed quia non est accusatus, minimè abiecit. Atqui, Deus ipse, cui omnia patent, nō castigat sine accusante, saltē cōscientia peccatoris: secundū illud Roma. 2. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus: in die cùm iudicabit Deus occulta hominū. Quinimò, in finali iudicio erunt quodāmodo accusatores publici, vt innuitur Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, φ condēnabunt eam. Est ergo lex celebratissima, vt, cessante accusatore nullus subeat pœnam legis. Vnde Felix Papa. Si legitimus (inquit) non fuerit accusator, non fatigetur accusatus. extrà De accusat. capit. 1. Et. l. Rescripto. ff. De mune. & hono. Si quis accusatorem nō habet, ab honoribus prohiberi non debet: quēadmodum non debet is cuius accusator destiterit. Quam legem insinuauit Redemptor noster Ioan. 8. Nemo te cōdemnauit mulier? Nec ego te condemnabo. Satis enim pacatus & tranquillus est status publicus, si publica & notoria peccata non dissimulentur, & petentibus vindictam, resarciantur iniuriæ. Quare, iudices non debent, tanq̃ hostes, occulta peccata præter ius in publicū traducere: sed, vt patres, ex charitate corripere, aut dissimulatione præterire. Quocirca. quando quis sine actione & accusatione denunciat crimen (quia tunc merus denuntiator nō est accusator, nec est pars aduersa) non potest iudex denuntiatum punire: sed solū, vt suprà diximus, fraternaliter admonere, vt caueat in futurū: aliàs idem esset accusator & iudex: quòd iura strictissime cohibent. 4. quæstio. 4. ca. 2. & cap. Multi. 2. quæstio. 1.

¶At

¶At verò præter propriũ accusatorem, sunt
multa quæ præ se ferunt vicem accusatoris.
Primò quando crimen est in perniciem publi
cam, sola denuntiatio valet pro accusatione.
Nam in tali casu quilibet habet ius accusandi,
vt diximus quæstio. proxima. Sed in crimini-
bus priuatis, quando sunt notoria, tunc euidē-
tia ipsa facti valet pro accusatore: vt habetur
ca. Euidentia. extrà. De accusa. At verò in oc-
cultis, quando proceditur per denũtiationem
fraternam, tunc ante rebellionem, quia nulla
est accusatio, non potest esse punitio: quando
verò denuntiatus nõ audit ecclesiam, rebellio
est pro accusatore. Quando verò proceditur
via inquisitionis, infamia aut indicia fungun-
tur officio accusatoris: vt habetur in dicto ca.
Qualiter & quando. Ecce fundamentum & ra
tionē conclusionis: qua iudex sine infamia, via
inquisitionis neminem damnare potest. Et de
hoc reprehēditur Heli, ꝙ filios nõ correxisset,
cũ essent publicè diffamati: quod eius verbis
constat loco citato. Quare facitis res huiusce-
modi, quas ego audio, res pessimas, ab omni
populo? non enim est bona fama, quã ego au-
dio. ¶Nec solùm id verum est, ꝙ nemo via in
quisitionis sine infamia cõdemnari potest, sed
& hoc præterea, ꝙ quanq̃ sit infamia, & inqui
situs conuincatur, nõ debet damnari tota pœ-
na legis, ac si esset accusatus. Quod expressè
habetur in dicto ca. Inquisitionis. vbi legitur,
ꝙ si crimen de quo quis inquiritur sit tale, qd̃
impediat ordinis executionem, aut retētionē
benficij: vt homicidium, aut simonia: tũc pri-
uandus est & cõdēnandus reus, ac si procede-
retur via accusationis. Alioqui, secundum per
sonæ (inquit) merita & qualitatē excessus, pœ
nam poterit iudicantis discretio moderari.
Sed adhuc citra hęc crimina, poterit via inqui
sitionis conuictus priuari officio prælaturæ:
vt habetur in dicto ca. Qualiter & quãdo. & fa
ciliùs si sit tēporale & regulare in religionibus.
2. Dubium. ¶Sed oritur dubium alterũ ex solutione hui⁹
prioris, videlicet, an cõclusio posita sit de iure
naturali aut diuino: adeò vt ecclesia non pos-
sit in illa dispensare. Videtur enim esse de iure
naturæ: nam iustitia suapte natura est æquali
tas inter duos: inter quos iudex debet æquali
tatem constituere: ergo contra naturã iustitiæ
est, vt iudex sine actore condenaret reum: &
per consequens, ꝙ sine infamia procederet ad
inquisitionem. Et secundò videtur cõclusio de
iure diuino: postquam papa corroborat illam
testimoniis diuinis. ¶Respondetur primò con
clusionē esse de iure humano: vt patet in capi-
tulis citatis. Secundò, conclusio est valde con-
formis iuri & rationi naturali. Sed tertiò dici-
mus, illam nõ esse propriè de iure diuino posi-
tiuo: quia nullum est tale præceptum in sacra
scriptura, vt nemo sine infamia via inquisitio
nis dãnetur. Et illa testimonia citata solùm
explicant factum diuinum cõformiter ad ra-
tionem naturalem. Et quartò dicimus, ꝙ non
est de iure naturæ: saltē non est de genere illo
rum, quæ sunt immutabilia: qualia sunt præce
pta Decalogi: quæ dicit S. Thom. nullatenus
esse dispensabilia. Ex quibus colligimus, ꝙ pa
pa in ecclesia, & princeps in foro suo pro ma
gna & rationabili causa possent dispensare in
tali lege. v.g. Si essent frequentissimi crimi
nosi & scelerosi homines, à qb⁹ respublica gra
uiter pturbaretꝰ, posset fieri lex, vt quotiescũ-
que fuerint duo aut tres testes infligeretꝰ pœ
na legis: vel quãdo crimen esset grauissimum,
vt statim conclusione tertia euidentius fiet: nã
illa ratio. s. ꝙ iudex debet constituere iustitiam
inter duos, explicat id quod plurimùm fieri
debet: sed rationalibilis causa põt facere, vt te
stimonium duorum vel trium valeat pro ac
cusatore: sicut euidentia facti. Nihilominùs ne
mini prælatorum aut iudicum licet agere con
tra tenorem cõclusionis, nisi in casibus expres
se exceptis à lege: de quibus statim videbimus.
Nam solus papa vel princeps posset mutare
hanc legem. ¶Tertium dubium est, quæ nam Tertium Dubium.
infamia sufficiat ad ꝓcedendum via inquisi-
tionis: vtrum sit destinatus certus numerus te
stium, qui sufficiat facere infamiam: nam sunt
nõnulli canonistę qui in dict. ca. Inquisitionis.
censeant denarium numerũ esse necessariũ ad
faciendam infamiam. ¶Ad hoc nihilominus
respondetur, ꝙ quanq̃ fama, si accipiatur pro
bona fama secundum ius, sit illæsæ dignitatis
status, moribus & legibus cõprobatus. ff. De
var. & extraor. cogn. l. Cognitionũ. tamē quã
tum attinet ad propositum vt not. Barto. ff.
de quęstio. l. De minore. §. Tormenta. fama, est
cõis opinio voce manifestata ex suspicione ꝓ
ueniens: quæ, si sit de malo, dicitur infamia.
Vnde, ad rationē infamię, quantũ ad qualitatē
testium, exigiturꝙ sit opinio bonorũ. Vnde in
ca. Qualiter & quando. habetur, ꝙ infamia nõ
debet procedere à maleuolis & maledicis: sed
à prouidis & honestis: nõ semel tantùm, sed sę
pe. Sed quantũ ad numerũ testiũ nihil in iure
definitũ est: nam in ca. Inquisitionis. solũ habe
tur, ꝙ propter dicta paucorũ nõ debet quis re
putari infamatus: nisi opinio eius apud bonos
& graues læsa existat. Quare, iudicium sufficiē
tis infamiæ, sumendum est ad arbitrium boni
viri, quando iam opinio dicitur esse cõmunis.

Sed putant aliqui, ꝙ numerus denarius sicut sufficit facere populum, ita sufficit facere opinionem cõmunem. Nihilominus illa non est regula certa: sed regula est (vt dicit glossa in dicto cap. Inquisitiõis.) ꝙ rumor sit sparsus per maiorem partem vectinæ aut per maiorẽ partem collegij, aut uniuersitatis in qua quis commoratur, vt notat Barto. loco citato. Hostiẽs. distinguit inter clamorosam insinuationem & infamiam: ꝙ clamorosa insinuatio sit inter paucos, & infamia inter multos. Sed existimo nullam esse differentiam, sed vtranq; esse inter multos, vt censuit illic Innocẽ. Nec requiritur ad infamiã, ꝙ sint testes omnes oculati: sed satis est ꝙ audierint à fide dignis: vel habuerint indicia & coniecturas sufficientes. Infamia tamen ex auditu, licèt sufficit ad inquirendum: non tamen ad cõdemnandum, sed quãdo non inueniuntur legitimi testes, tunc infamatus tenetur se cõpurgare, vt habetur in dicto ca. Inquisitionis. Atqui, maior infamia requiritur in maioribus criminibus, quàm in minoribus. Et, vt habetur in dict. ca. Qualiter & quando. multò maior infamia requiritur, ad inquirendum aduersus prælatos & magistratus, quàm aduersus personas priuatas. Nam prælati positi sunt quasi signum ad sagittam: & frequẽter odium multorum incurrũt. Imò habetur illic ꝙ aduersus prælatos non est inquirẽdum, nisi quando infamia est tanta, vt sine scandalo tolerari non possint. Sed est præterea adnotandum, ꝙ vbi sunt manifesta indicia, non est necessaria alia infamia, nam indicia æquipollent infamiæ. Vnde S. Thom. 2. 2. quæstio. 69. art. 2. tria ponit sub disiunctione sufficientia ad interrogãdum iuridicè reum aut testem: scilicet, infamiam, aut indicia, aut semiprobationẽ. Et semiprobatio est vnus testis omni exceptione maior. ¶ Quòd si quis arguat contra tertiũ membrum. In cap. inquisitionis. vt dictum est, cauetur, vt, quanquàm sint duo aut plures testes iurati, non condemnatur aut inquiratur reus, nisi adsit infamia: ergo semiprobatio sola nõ sufficit. Respondetur, ꝙ semiprobatio sufficit ad interrogandum reum vel testem, quando proceditur via accusationis. Quando enim quis accusat & adducit vnum testem, tunc, licèt ille non sufficiat ad cõdemnandum reum, sufficit tamen ad interrogandum alios testes, & reum ipsum. Et idem est vbi denũtiatio habet vim accusationis: vt in crimine hæresis, & alijs quæ sunt in perniciem publicam. Sed vbi proceditur per nudam denuntiationem & inquisitionem, non sufficit semiprobatio: nisi adsint vel infamia, vel indicia manifesta.

¶ Sed ad maiorem euidentiã conclusionis mouetur dubium quartum. An quãdo crimen est notorium, sed persona quæ crimẽ admisit est secreta, ius habeant iudices inquirendi malefactorem. v. g. Inuentum est cadauer occisi hominis iacens in via, an liceat interrogare vicinos, quisnam hominẽ occiderit. ¶ Et ad partem affirmatiuam arguitur primò authoritate S. Thom. qui (vt refert præter alios Caieta. 2. 2. quæst. 69. articu. 2.) dum esset bacalaurius Parisijs, & in cõuentu accidisset flagitiũ quoddam, consultus, liceret ne inquirere occultum malefactorem, respondit licitum esse, & expedire. ¶ Et confirmatur. Quia, vt supra diximus, euidentia patrati sceleris locum habet accusatoris: sed quando factum est notorium, iam est euidentia patrati sceleris: ergo tunc sine alia infamia potest procedi via inquisitionis: quẽadmodum si procederetur via accusationis. 4. Dubium.

¶ Et secundò arguitur ex consuetudine: nam vbicunq; crimen est notorium, solent iudices procedere ad inquisitionẽ malefactoris. Et videtur rationabilis consuetudo: aliàs cẽserentur dissimulare iudicia, & correptiones criminum: vnde populus scandalum acciperet, si iudices in tali casu nõ solicitè disquirerent delinquentes. ¶ Nihilominùs respondetur, ꝙ hoc quod apud aliquos est dubium, certè nullam habet obscuritatẽ, si semel intelligatur statuta conclusio. Nam canones illi citati: scilicet, ꝙ si ne infamia non procedatur via inquisitionis, hoc manifestè prætendunt, ꝙ quãuis crimen sit notorium, si peccator sit adeo occultus, vt nulla sint indicia, nec infamia personę, nõ procedatur ad inquisitionẽ eiusmodi occulti peccatoris. Verba sunt in dicto. c. Cùm oporteat. Nisi super prædictis famam ipsius (scilicet personæ) læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem nõ subitò procedatis. Et in ca. Inquisitionis. habetur, nullũ esse, pro crimine super quo aliqua nõ laborat infamia puniendũ. Et in dicto ca. Qualiter & quãdo. Si super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, tunc procedẽdum est ad inquisitionẽ. Et testimonia ipsa diuina testãtur, requiri infamiã personæ ad inquisionem: scilicet: Clamor Sodomorũ multiplicatus est. & in euãgelio đ villico: Quid est hoc quod audio de te? Est ergo in iure definita cõclusio, quòd quãquàm crimen sit notorium, nisi sit infamia personæ, nõ procedatur ad inquisitionem. Vnde dimanat aliud ius, vt statim videbimus, videlicet, ꝙ confessus crimen nõ interrogetur de socio: quia quãquàm iam tunc crimen est notum, tamen socius est occultus. ¶ Et secundò probatur ratione. Canones illi

nes illi & iura, quod sine infamia non procedatur ad inquisitionē, fundant in illo euangelii Matthe. 7. Nolite iudicare. vbi secundum August. cohibemur iudicare temerè de occultis peccatis: sed quàmquàm crimen est notorium, si non sit infamia, aut indicia personæ, tunc temerè qs iudicaret quisnam fecerit: ergo hoc non licet inquirere. ¶ Ad hoc respondent nonnulli, nō esse licitum interrogare in particulari, vtrum Petrus occiderit: nam talis interrogatio non potest fieri sine suspicione: & iniuriam irrogat qui sine coniecturis malè suspicatur de proximo. Sed dicunt, quod licitum est tunc in genere: & interrogare sub iuramēto quisnā perpetrauit hoc crimen. Sed certè hæc distinctio nō satisfacit. Nam qui interrogatur in genere teneretur respōdere in particulari: eadem ferè iniuria est interrogare an Petrus fecerit, & interrogare quis fecerit. ¶ Et tertiò arguitur particulariter cōtra hanc solutionē. Si, dum crimē est notorium, licet in genere inquirere malefactorem, sequeretur, quod si inter alios fortè interrogaretur, ipse malefactor teneretur confiteri proprium crimen: nam certè si illa interrogatio esset iuridica, sicut testes, tunc tenerentur respondere quis fecerit, ita & reus ipse: sed consequens nullus concederet: videlicet, quod aliquis teneretur confiteri crimen proprium, de quo non est infamatus, nec sunt manifesta indicia. Habetur ergo sensus conclusionis, quod quanuis crimen sit notorium, non licet inquirere peccatorem sine infamia: exceptis tamen nōnullis casibus: vt in crimine læsæ maiestatis, & aliis quos adnotauimus in tertia conclusione. Adiecerim tamē huic responsioni, quod quando crimen est notorium: & patrator occultus, forte liceret in genere inquirere: non quidē quis patrauerit, sed inquirere aliqua indicia. V.g. posset tunc interrogari testes, an sciant qua hora occisus est homo, quibus armis: si forsan ex illis testimoniis sumantur indicia sufficientia occisoris: & tūc habitis indiciis, poterit descendi ad inquisitionem personæ. Hoc dixerim sub dubio, alii iudicent, sit ne verū nec ne. ¶ Vnde ad authoritatem S. Thom. in contrarium respondetur, quod si verum est tunc iuuenē ita sensisse, tamen (vt fertur) non fuit tunc eius sententia probata magistris. Quare in summa sententiam mutauit. 2.2. quæstio. 69. artic. 2. ¶ Ad confirmationē respondetur, quod tunc euidētia patrati sceleris valet pro accusatore, quādo non solùm crimen, sed patrator criminis notorius est. Et ille est sensus verborum August. in capitu. Euidentia. De accusationibus. ¶ Ad consuetudinem, quæ videtur in contrariū inoleuisse, dicemus in fine tertiæ conclusi.

¶ Quintum dubiū est, vtrùm è conuerso quando persona diffamata est & conuicta de vno crimine, possit iure interrogari de alijs criminibus occultis. Est enim opinio Petri de Palu. affirmatiua in quart. distinct. 19. quæstio. 4. Et fundamentum eius est: quia ratio (Inquit) qua non licet iudicare de occultis, non est propterea quod crimen si occultum, sed propterea quod persona sit occulta: ergo, quādo iam persona est diffamata de vno crimine, licitum est de alijs interrogare. Et peccator interrogatus de occultis criminibus tenetur cōfiteri veritatem. Imò addit, quod non solùm de se, sed de socijs, quādo sunt alij diffamati de codē crimine, tenetur respondere, si interrogetur de alijs criminibus sociorum. ¶ Caieta. loco citato oppositam sententiam tenet: cui censeo omninò subscribendum esse. Nam expresè in canonibus citatis. De accusat, habetur, quod non solùm requiritur infamia personæ ad inquisitionem, sed quod nō potest fieri inquisitio, nisi de illo crimine, de quo quis est infamatus. Legitur enim in cap. Cùm oporteat. Discretioni vestræ mādamus, quod nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem illorū non subitò procedatis. Et in cap. inquisitionis. legitur. Respōdemus, nullum esse pro crimine sup quo aliqua nō laborat infamia puniendū. Et San. Thom. 2.2. quæstio. 70. artic. 1. dicit, quod si exigatur ab aliquo testimonium de occultis peccatis, de quibus infamia non præcesit, non tenetur ad testifirandum. Requiritur ergo infamia personæ & de delicto, vt iustè fiat inquisitio. Et hoc confirmatur ratione. Nam quanquàm quis sit diffamatus de adulterio, potest habere bonam famam in materia furti: & ideo iniuria fieret illi, si interrogaretur de furto: aliàs sequeretur, quod quicunq; infamatus de vno crimine licitè interrogaretur de quibuscunq; criminibus mundi: quod tamē nullus concedet. At verò duobus modis licet con uictum de vno crimine, interrogare de alio. Primò, quandò vnum est sufficiens indicium aut infamia alterius: vt si quis infamatus esset & conuictus de adulterio, & de consuetudine cum muliere, & postea inuenitur necatus maritus adulteræ in camara eius, iure posset tunc adulter interrogari de homicidio. Et si quis esset conuictus de homicidio, & cadauer inueniretur spoliatum, posset interrogari de spolio. Et secundò, quando non potest cognosci perfectè vnum crimen, sine cognitione alterius, tanquàm circunstantiæ prioris: vt cùm quis conuictus est de consuetudine cum puella, iu-

5. Dubium.

re interrogari potest, an ipsam deflorauerit: & conuictus de furto ecclesiastico, iure potest interrogari an fregerit fores ecclesiæ: quia istę sunt nouæ circũstantiæ. ¶ Sextum & postremum dubium est, vtrum iure conuictus de crimine, iure possit interrogari de socijs occultis qui nulla laborant infamia: nam consuetudo ferè est vbique omnes malefactores interrogare de socijs. ¶ Dubium hoc satis definitum est vtroque iure ad partem negatiuam: pura iure canonico. capitu. Cum monasterium. De confessis. & capit. Veniens. de testibus. & 5. quęst. 3. capitu. Nemini. & iure ciuili. C. De accusat. ca. finali. in quibus expressè cauetur, ne cõfessi super aliorum conscientijs interrogentur: crimine læsæ maiestatis excepto. Quæ quidẽ iura confirmant illud, quod dictum est in decisione quarti dubij: videlicet ꝙ quãquam crimen sit notorium, non sit iustum occultos criminosos inquirere. Et eadem ratione deciditur vtrunq; dubiũ. Nam certè quanuis Petrus cõuictus fuerit de crimine, nullum ius est ipsum interrogare de socijs occultis. Imò fit illis iniuria: & est contra canones citatos, in titulo De accusat. illos inquirere, nisi præcedente infamia. Imò est contra legem euangelicam qua prohibemur de occultis temerè iudicare. Et eadem est sententia Caietani in quinta responsione, quæ est de hoc dubio ad fratrem Cherubinum de Florentia. ¶ Sed nunquid sint aliqui casus, in quibus ius sit inquirere occultum aliquem peccatorem, absque infamia aut clamorosa insinuatione antecedenti? ¶ De hoc sit secunda conclusio. Inquisitio generalis iure fieri potest absque præuia infamia, aut actore aliquo, aut denunciatore. Probatur, quia illa non fit ad petitionem partis, sed ex mero officio iudicis. Tenentur enim tam prælati ecclesiastici, quàm seculares magistratus, statis temporibus visitare prouinciã, diœcesim, aut cõuentũ, ad explorandos subditorũ mores: vt iubetur prouidèter iure cano. 1. de offic. ordi. & ca. Cũ olim. De accusat. & capit. Romana. De censib. libro. 6. & iure cæsareo. l. Congruit. ff. de officio præsidis. ¶ At, dubium suboritur hic. Quia videtur hæc cõclusio repugnare priori. Enimuerò, si prælatus neminem punire potest via inquisitionis, nec specialiter aduersus quempiam inquirere, sine infamia reclamante, quidnam prodest inquisitio generalis.

Dubium vltimum.

2. Cõclusio.

Dubium.

¶ Respondetur, ꝙ quanuis prælatus in inquisitione generali, specialiter inquirere non potest aduersus personam singularem, sine accusatore aut infamia, nihilominus vtilissima est id genus inquisitio. Debet enim primùm omnium prælatus generaliter indicere, vt quicunque, seruato ordine iuris denunciet quicquid nouerit correctione dignum, tacendo illa quæ sunt occulta: vt habetur capitu. Qualiter & quando. el primero. De accusa. Et tunc subditi animaduertant, an crimina quæ nouerint sint prorsus emendata, ita vt nullum supersit amplius periculũ. Et hæc nullatenus tenentur denunciare, nisi adsit accusator, aut nisi præcedente infamia interrogentur vt testes. Si verò crimen non est prorsus emendatum, tunc denunciandum est eo ordine, qui expositus est quæstione quarta: vt videlicet, si sit in perniciem publicam, aut in præiudicium tertij, aut si sit periculum in mora, statim canonicè denuncietur: si autem sit priuatũ, tunc præuia admonitione secreta fraternaliter denuncietur, si sit spes emendæ: nam aliàs non est necessaria denuntiatio.

¶ Itaque (vt vno verbo dicamus) prælatus in inquisitione generali, solùm potest compellere subditos ad denunciandum crimina, in illis casibus, & eo ordine, quo ipsi tenerentur extra visitationem: præterquàm ꝙ extra visitationem possent forsan differre tempus denunciandi, sed in visitatione tenentur statim denunciare ad iussum prælati.

¶ Tertia conclusio. Inquisitio etiam specialis potest fieri absque infamia & clamorosa insinuatione præcedente, & absq; indicijs delinquentis, in quibusdam casibus, qui excipiuntur à prima conclusione, quos videre est apud Barto. ff. Ad. l. Iul. De adul. l. 2. post glossam. §. Si publico. & super Extrauagan. Ad reprimendum. & per doctores canonistas in dictis capitulis. Inquisitionis. & Qualiter & quando. qui tamen casus digni sunt vt examinentur. ¶ Primus est, quando in inquisitione non intenditur condemnatio aut pœna inquisiti, sed euitatio erroris aut damni: vt cùm inquiruntur merita personæ, antequàm assumatur ad dignitatem. Nam illam tenetur facere prælatus ex debito officij, nè eligatur aut confirmetur indignus: vt habetur capitulo. Cùm in multis. & capitul. Cùm dilectus. extra de electione. Aut cùm inquiritur impedimentum matrimonij: nè scilicet aliqui contrahanr in gradu prohibito: capitul. finali. De cland. despons.

Tertia conclusio.

¶ Secundus casus est, quando quis publicè confessus est crimẽ proprium extra ordinem iuris. Nam propria confessio abundè supperit pro infamia. Hic tamen casus intelligendus est sano modo: vt puta cùm quis in publico coram multis crimen proprium cõfitetur.

Nam

Nam propterea quòd quis secretò corā vno aut duobus: imò etiam coram prælato, lapsu linguæ aut alio modo, sponte diceret se cōmisisse aliquod crimen: aut si prælatus aperiret literas subditi, in quibus subditus ipse assereret aliquod crimen admisisse, non esset certè ius inquirēdi iudicialiter, sed solùm fraternaliter corrigendi: nisi forsan crimē aduersus bonum publicum vergeret. ¶ Tertium casum excipiunt, quando iudex procedit ex mero officio, aut ad denuntiationē publici officialis. Sed tamen ego non video, quod amplius priuilegium habet denuntiatio publici officialis, quàm denūtiatio priuatæ personæ, saltem quantū ad hoc. Nec Bartolus dicit aliud, quàm quòd potest fieri inquisitio ad denuntiationem publici officialis, quod probat per l. Ea quidem. C. de accusa. vbi solùm habetur, quòd ea quæ per officium publicum denuntiantur, citra solennitatem accusationis cognoscantur vbi sermo est, vt dicit glossa, de criminibus notorijs. Colligamus ergo, quòd quando denuntiatio publici officialis est de crimine pernicioso reipublicæ aut de crimine notorio, tunc quia denuntiatio, vt supra diximus, valet pro accusatione, potest sine infamia fieri inquisitio. Sed tamen si crimen est priuatum, nec est in præiudicium tertij, illud non incumbit officiali denuntiare: & quanquàm denuntiet, non potest fieri inquisitio absque infamia vel indicijs: quemadmodum si denuntiatio fieret ab alia persona priuata. ¶ Quartus casus excipitur propter incidentem cognitionem: vt si iudex inquirendo vnum crimen detegit aliud, tunc potest inquirere de illo. Hoc tamen cum grano salis intelligatur, vt adnotauimus in quinto dubio circa primam conclusionem. Si enim quis inquiritur de concubinatu, de quo laborat infamia: & incidenter cognouerit iudex concubinam esse monialem aut consanguineam, tunc potest inquirere de illa circunstantia: quia aggrauat cōcubinatum. Et eodem modo, vbicunque peccata habent talem connexionem, quòd vnum est indicium alterius, aut vnum non potest perfectè cognosci sine alio. Si tamen crimina sunt omninò disparata, tunc incidens cognitio occulti criminis, non dat ius inquirendi. Vt si ille qui inquiritur de concubinatu inueniatur occultus homicida: non potest de homicidio fieri inquisitio, absq; infamia aut indicijs.

¶ Quintus casus est quem ponit Barto. in tertia sua regula: videlicet, quando iudex aut prælatus in inquisitione generali comperit aliquem deliquisse, potest tunc ad specialem inquisitionem descendere. Sed tamen ipse explicat hoc licere absque infamia, vel indicijs; nec ego ita credo. Imò quanuis in inquisitione generali comperiatur delinquens quispiā, & delictum probari possit, & non sit in perniciem publicam, nec in præiudicium tertij, nō potest de illo fieri inquisitio specialis, nec potest puniri, nisi solùm fraternaliter. Posset tamen si ille flagitiosus esset prælatus, priuari officio regulari, propter periculum regiminis. Et certè si tunc fieret inquisitio sine infamia, esset contra capit. Inquisitionis. & Qualiter & quando. ¶ Sextus casus est propter atrocitatem criminis: vt patet in primis, in crimine læsæ maiestatis: de quo specialiter habetur in extrauagā. Ad reprimendum. vt de plano, quod est citra solennitatem iuris, procedatur ad inquirendum qui tale crimen commisit. Quare, absq; infamia & manifestis indicijs, si quis occultè occidisset, aut percussisset principē, posset inquiri quicunq; esset suspectus de tali crimine. Et additur hac ratione à iurisconsultis, quando facinus esset admissum aduersus episcopum, aut aliam personā huius ordinis aut quomodocūq; esset crimē atrocissimū. Quod forsan est verum. Nam vt suprà diximus, non est adeò de iure naturæ requisita infamia & indicia ad inquisitionē, quominùs possit in hoc dispensari ob rationabilem causam.

¶ Et postremò dicunt inquisitionem specialē fieri posse absque infamia & indicijs, quando crimen cōmissum esset in iudicio, aut in conspectu iudicis. Et afferunt exempla de calumniatore, de falso teste, de iniquo tutore. Et credo hoc verum esse, non propter atrocitatem criminis, vt illi putant, sed propterea, quia huiusmodi crimina sunt in præiudicium tertij. Nam conclusio prima, videlicet, quòd absq; infamia non potest fieri inquisitio, intelligitur de criminibus priuatis, quæ non sunt in præiudiciū tertij. Crimina enim publica, aut quæ sunt in præiudicium tertij, quomodocunq; cognoscantur, inquirenda sunt & coërcenda: si sunt in fieri, & damnum pendet in futurum. Vnde si iudex comperit, quòd reus accusatus est per calumniā, sine alia infamia, potest inquirere contra calumniatorem & punire: vt habetur. C. de calumnia. l. 1. Et idem, si comperiat falsum testem: vt iubetur. l. Nullum. C. de testibus. aut si comperiat quēpiam falsam scripturam finxisse: vt. l. penult. C. de probationibus. aut si comperiat tutorem infideliter gerere rem pupilli. l. Tutorem. De his quibus vt indign. Et idem in vniuersum obseruandum est, in criminibus quæ sunt in præiudicium tertij.

¶ Per hæc facilè soluitur vltimum dubium

huius quæstionis, vtrùm conuictus de proprio crimine, iure possit interrogari de socijs occultis, qui nulla laborant infamia: nam consuetudo ferè est vbique quoscunq; malefacto res interrogare de socijs. ¶ Ad dubium respon
4. Cóclusio. detur quarta & postrema cóclusione. Nullus conuictus de proprio crimine debet interrogari de occultis socijs, quorum nulla est infamia, aut indicia manifesta. Conclusio hæc in primis corollariè sequitur ex prima cóclusione, quatenus exposita est in quarto dubio: vbi diximus, quòd quanuis crimen sit notorium nó est ius inquirendi specialiter aduersus quenquam, nisi sit de illo infamia aut indicia. Vnde colligitur, quòd quanuis crimen sit notorium per confessionem huius malefactoris, nullum est ius inquirendi alios occultos socios.

¶ Secundò cóclusio expresse determinata est vtroque iure: puta iure canonico. capitu. Cùm monasterium. De confessio. cap. Veniens. extrà de testibus. & 15. quæstio. 3. cap. Nemini. & iure ciuili. C. de accusat. l. fina. & ff. de quæstio. l. Repeti. in quibus locis expressè cauetur, nè confessi super aliorum conscientijs interrogetur, crimine læsæ maiestatis excepto. Et inter theologos eadem est sententia Caietani in opusculis respon. 5. quæ est de hoc dubio ad fratrem Cherubinum de Florentia.

¶ Sed excipiuntur ab hac conclusione aliqui casus: quos notat Bartol. super dictam. l. Repeti. Est primum omnium in consuetudine interrogare omnes latrones & fures de socijs. Et fúdant iureconsulti hanc consuetudiné in. l. Prouinciarum. C. De ferijs. Illic tamen non habetur expressè, quòd latrones interrogentur de socijs: sed quòd eorum occulta cósilia per tormenta conquirantur. Et est sermo specialis de quodam genere latronum Hisaurorum. Sed. l. Diuus Adrianus. ff. de custodia reorum. habetur quòd latrones interrogentur de socijs. Et idem colligitur ex. l. quart. ff. ad legé Iuliam peculatus. §. Mandatis. Item falsarij monetæ, puta, qui monetam adulterant aut falsam cudút interrogari debent de socijs: quod iubetur. C. De falsa moneta. l. prima. Vnde Bartol. in dicta. l. Repeti. fingit hanc distinctionem. Quando sunt delicta quæ non committuntur principaliter in odium alterius: sed propter cómodum committentium: qualia (inquit) sunt latrocinium & adulteratio monetæ, tunc conuicti interrogandi sunt de socijs: quando verò sunt crimina, quæ committuntur in odium alterius: vt est homicidium, tunc conuictus non debet interrogari de socio. Et ratio est (vt ait) quòd quando flagitium commissum est in odium & iniuriam aliorum, tunc illi ad quos crimen spectat, poterunt accusare socios: & ideò non est necessaria inquisitio illorum: sed quando crimina non committuntur in iniuriam alterius, tunc, quia non est qui accuset, cóuenit alios socios interrogare de alijs. Sed certè hæc ratio non videtur satisfacere. Primò, quia fallit (vt ipse fatetur illic) nam aliquando occisores interrogandi sunt, de illo qui præcepit homicidium: vt constat. l. l. Prius. ff. ad senatusconsultum Syllanianum. Et secúdò, quia licèt crimen non sit in iniuriam alterius priuatæ personæ, dum tamen sit in perniciem publicam, vt latrocinium & adulteratio monetæ, quicunque habet ius denunciandi & accusandi, vt supra dictum est. Et ideò propter defectum accusatoris non esset necessarium inquirere de socijs. Alia ergo via ratiocinandú est hic. Nam conclusio hæc quarta fundamentum habet in prima. Enimuerò quia non licet occultos malefactores absque infamia & indicijs inquirere, fit vt non liceat conuictum de manifesto crimine interrogare de occultis socijs. Quocirca, idem casus qui excipiuntur à prima: excipiuntur ab hac conclusione. Primò excipitur casus, quando crimen est in perniciem publicam, sicut est hæresis, & proditio: tunc enim vt supra diximus, quia simplex denuntiatio valet pro accusatione absq; alia infamia vel indicijs, possunt inquiri occulti peccatores: atque ideò, socij interrogari de socijs. Idem patet. in crimine læsæ maiestatis: vt patet. l. Quisquis. in fine. C. ad legem Iuliam maiestatis. & expressè in extrauag. Ad reprimendum. Idem liceret propter grauem atrocitatem criminis, vt dicebamus circa tertiam conclusionem. Et quia adulteratio monetæ & latrocinium, sunt pecca in Rempublicam, propterea licet conuictos interrogare de socijs & de fautoribus, & receptoribus &c. At verò, latrocinium non designat quodcunque furtum priuatum: nam latrones soli dicuntur qui obsident vias, & qui ex animo conspirauerunt deprædari quoscunque possent: & ideo quicunque capiatur, iure interrogatur de socijs, ad obuiandum malo publico: atque ideò, hi soli sunt qui non gaudent priuilegio ecclesiarum: vt habetur De immuni. eccles. capit. Inter alia. Imò quanuis non interrogaretur, admonendus esset à confessore vt proderet socios: & ille tenetur prodere: saltem dum malum adhuc pendet in futurum: secus, si iam socij essent prorsus emendati: nam nullus tenetur criminosos emendatos sua sponte prodere, nisi iuridicè compulsus.

Imò

Imò verò quanuis periculum non immineat Reipublicæ, ſed priuatæ perſonæ poſſet, conuictus interrogari de ſocijs: vt ſi multi conſpirauerunt occidere Petrum, & vnus capitur, iure interrogatur, an ſint alij animati ad tale homicidium: nam quòd non liceat occultos peccatores inquirere abſq; infamia, ſemper intelligitur de crimine iam præterito, quod inquiritur punitionis gratia: ſecus ſi inquiratur ad euitandum futurum damnum. ¶ Citra hos caſus non licet à conuicto inquirere ſocios, niſi ſint indicia, aut infamia illorum. Et ita intelligenda eſt dicta lex Prius. ff. Ad ſenatuſconſultum Syllanianum. vbi habetur, quòd poſtquã inuentus eſt occiſor, inquiratur quo mandante homicidium fecerit: videlicet ſi fuerint indicia alium id mandaſſe, vt dicit gloſſa.

¶ AD primum argumentum principale reſpondetur, vt ſuprà diximus, quòd Deo ſunt manifeſta occultiſsima peccata, ſicut homini illa quæ ſunt notoria, ob idq; ſicut poteſt illa ſtatim punire, potuit, pro rationabili cauſa, diſpenſare in lege: vt videlicet, occulta peccata abſque infamia præcedente inquirerẽtur quia hæc lex non eſt omnino indiſpenſabilis, vt ſupra diximus. Et ita diſpenſauit, vt ſortibus diſquireretur Acham anathema: qui occultè peccauerat: primò quia populus ille duræ ceruicis, terroribus arcendus erat à flagitijs: atque adeò expediebat, vt ſaltem in re grauiſsima, qualis erat illa diuina prohibitio, ne de execratis ſpolijs gentium quicquam caperent, etiam occulta crimina reuelarentur, quando Deus ipſe in genere inſinuaſſet crimen: ſicut legitur illic: Surge, cur iaces? Peccauit Iſrael, præuaricatus eſt pactum meum. ¶ Pari ratione reſpõdetur ad legem de adultera Num. 5. Deus enĩ, tum ad cohibendam libidinem mulierum, tum etiam ad vitanda homicidia, quæ propter zelotypiam poſſent multa accidere, indulſit maritis ſacrificium illud zelotypiæ ad diſquirendum adulteram. Et fortè (quantum conijcio) non licebat facere illam diſquiſitionem, niſi eſſet infamia adulterij, aut indicia manifeſta. At verò iam modò non eſt licitum per huiuſmodi ſortes veritatem inquirere, ſed ſolùm per teſtes humana fide: quia ſortes illæ erant iudicialia, & ideo iam ceſſarunt. Vnde Stephanus. 5. cap. Conſuluiſti. 2. quæſt. 4. prohibet vulgares illas quas vocant probationes. Nam ferri (inquit) candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſsionem extorqueri à quolibet, ſacri non cenſent canones. In veteri enim lege ſortibus illis & ſacrificijs (quia à Deo inſtituta erant) diuinum expetebatur iudicium: ſed iam modò indicijs ſuperſtitioſis non expectaretur niſi iudicium dæmonis: & eſſet tentare Deum: vt docet ſanctus Tho. 2. 2. q. 95. arti. 8.

¶ Secundum argumentum principale quod factum eſt ex capi. Quidam maligni. certè eſt difficile, & multos malè torquent in hac materia: nam Gregorius illic videtur excommunicare occultum peccatorem, niſi ſe prodiderit: qui tamen nulla laborat infamia. Quod videtur repugnare doctrinæ huius quæſtionis, & illi authoritati Chryſoſtmi ſuper epiſtolam ad Hebræos, quæ citatur capit. Quis aliquando. De pœniten. d. 1. vbi ait occulto peccatori. Nõ tibi dico vt te prodas, ſed reuela ante Deũ viam tuam. Imò profectò illud videtur pugnare cum iure naturali. ¶ Gloſſa illius capituli multis modis reſpondet. Primò, quòd forſan præceſſerat admonitio ſecreta ante illã excõmunicationem. Sed hoc non ſatisfacit. Nam, illa admonitio non potuit eſſe niſi in generali, cùm peccator eſſet omninò occultus: & ideo ille admonitus, cùm nulla eſſet infamia nec indicia, non tenebatur ſe prodere. Secundò, paulò inferiùs reſpondet gloſſator, quòd cùm crimen eſſet publicum, licèt perſona eſſet occulta, potuit, propter atrocitatem criminis, excommunicari ille, niſi proderet. Et hæc ſolutio rationabilior eſt, ſed non eſt ſufficiens. Primò, quia non erat tanta atrocitas criminis diffamare priuatum hominem, vt propter illud eſſet inquirendus occultus peccator, ſicut in crimine læſæ maieſtatis. Et ſecundò, quanquam liceret inquirere alia via, tamẽ ſtatim excõmunicare occultum peccatorẽ niſi ſe proderet, erat nimis rigidũ. ¶ Dominus Caie. 2. 2. q. 69. art. 2. reſpondens ad illud capitulum, dicit tria, licèt alio ordine. Primũ, ꝙ ſicut poteſt fieri excõmunicatio pro crimine antequã fiat: vt pro percuſsione clericorum &c. ita poſt factũ poteſt excõmunicari quicũq; fecerit. Secũdò dicit quòd papa potuit abſolutè & ſine aliqua conditione excommunicare illum peccatorem occultum propter præteritum crimẽ: ſed nihilominus ex ſua benignitate appoſuit conditionem: niſi ſe reuelaret. Itaque excommunicatio (inquit Caietanus) non fertur illic ſuper illam conditionalem: niſi ſe reuelauerit: ita vt excommunicetur propter inobedientiam futuram, ſi non reuelauerit, ſed excommunicat propter peccatum præteritum: quia infamauit proximum. Tertiò addit, ꝙ Papa non potuit præcipere abſolutè vt ſe reuelaret: nec ille tenebatur obedire: quia hoc (inquit) excedit formã humani iudicij. Et addit, quòd doctores oppoſitum ſentientes ſunt nimis timidi.

¶Nihilominus (bona venia dixerim doctoris grauissimi) aliter, nisi fallor, cẽsendum est de il lo cap. Primum enim fundamentum Caietani est falsum: videlicet, quòd sicut potest ferri excõmunicatio pro crimine futuro, ita pôt ferri ꝓ crimine præterito. Nam, vt receptissimũ est apud omnes, nullus potest excommunicari nisi propter inobedientiam: iuxta illud Matt. 18. Si Ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus. Vnde colligitur probatissimus canon. vt nullus excommunicetur absque præuia monitione: vt habetur cap. Sacro. & ca. Per tuas. extrà De senten. excommunicationis. Quando verò ius prohibet peccatum futurũ, prohibitio ipsa valet pro admonitione. & ideo iure tũc opponitur excommunicatio: sed propter crimẽ præteritum, quia nulla præcessit admonitio, non potest quis excõmunicari, cùm nulla illic fuerit inobedientia. Quare Gregorius nõ excommunicauit illum occultum diffamatorem propter crimen præteritum, nec potuit: sed excõmunicare eum potuit nisi proderet. ¶Et argumenta in contrarium facilè soluuntur ex his quæ diximus in decisione quæstionis. Diximus enim quòd peccatum cuius non præcessit infamia vel indicia, non potest inquiri, si omnino sit præteritum, punitionis gratia. Quando tamen adhuc pendet in futurum, certè potest inquiri, vt euitetur peccatum & dãnum. Et quia ille qui occultè posuerat libellum diffamatorium, tenebatur restituere famam diffamato: & id facere non poterat, nisi aut probaret quod dixerat, aut in publico se retractaret, iustè Papa præcipere potuit vt exiret in publicum, sub pœna excommunicationis: quod nimirum ipse iniussus tenebatur facere.

¶Et confirmatur solutio ex capit. Si sacerdos. De offi. ordi. vbi habetur, quòd si qui damnũ dedit sit occultus: & qui damnum accepit petat iustitiam, debet delinquens excommunicari in genere, sed non nominatim. Sed est notãdum, quòd quanquàm potuit Gregorius præcipere illi occulto peccatori, vt in publicum exiret sub pœna excommunicationis, mitius tamen egit cum illo. Non enim præcepit vt exiret, sed, nisi exiret in publicũ, abstineret à sacramento Eucharistiæ: quod profectò ipse tenebatur facere: nam erat in peccato, postquã tenebatur restituere famam, atque adeò tenebatur abstinere ab Eucharistia. Itaque excommunicatio in hoc fertur illi: si receperit Eucharistiam, antequam restituat famam. Quare ille textus nullatenus militat aduersus nostram primam conclusionem. ¶Ex quo sequitur, quòd si ille occultus peccator, qui libellum infamatorium in publico posuerat, potuisset restituere famam non se manifestando, aut per tertiam personam secretò potuisset aliter satisfacere diffamâto, non tenebatur exire in publicum, nec abstinere à sacramento Eucharistiæ: quia præceptum eò tendebat, vt ille restitueret. ¶Iuxta formam horum capitulorum, scilicet, Quidam maligni. 5. quæst. 1. Et si sacerdos. De officio ordi. solent officiales excommunicare in genere eos, qui occultè iniuriam irrogarunt, aut dederunt damnum, puta eos qui occultè furtum fecerunt, aut fuste, aut gladio percusserunt. Et nescio profectò an plus nimio extendant iam modò hanc potestatem. Nam, quanuis id iure liceat, deberet tamen fieri in primis quando damna, aut iniuriæ grauissima sunt: vt puta pro bonis Ecclesiæ. Et deinde deberet admoneri in literis excommunicatorijs, quòd excommunicatio solùm fertur vt restitutio fiat damni & iniuriæ: alias multi decipiuntur, putantes quòd tenentur manifestare huiusmodi malefactores, vt puniantur: cùm tamen solùm teneantur malefactores restituere, & sciẽtes admonere illos vt restituãt. Quòd si noluerint, tunc debent manifestare illis qui possint prodesse & non obesse: vt habetur in capitulo. Hoc videtur. 22. quæstione. 5. nam inquirere punitionis gratia non possunt, nisi illos qui laborant infamia aut indicijs.

¶Ad tertium principale responsum est in cõclusione secunda: videlicet, excommunicationem generalem ferri posse, absque aliqua infamia præcedente. ¶Et tandem ad postremam confirmationem respondetur, quòd quanuis prælati debent vigilare, nec sub dissimulatione præterire errata subditorum, tamẽ vias habent iure præscriptas cognoscendi crimina, quas nefas est transilire. Quare licèt peccata cognouerint, si non sint aduersus bonum publicum, nec sit accusator, nec infamia, nec indicia, catenùs ius habent, vt solùm fraternaliter corripiant.

QVÆSTIO SEPTIMA.



TRVM quicũq; iure interrogatur de secreto, iure teneatur veritatem fateri.

¶Ad partem negatiuam arguitur primò. Seruare secretũ, vt suprà diximus, est officium fidei: & rebellare est vitium infidelitatis: secundum

dum prouerbiũ assumptũ: Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. sed virtus, nulli repugnat virtuti: ergo virtus obedientiæ nulla ratione compellit secreta reuelare.

¶ Et cõfirmatur. Virtus religionis (cuius actus est iuramentũ seruare) maior est quàm virtus obedientiæ: sed sæpe vsu venit, vt quis sub iuramẽto promittat fidem secreti, ergo tunc saltẽ, nullo modo licebit illud reuelare.

¶ Secũdò arguitur. Iugum Domini suaue est, & præcepta eius leuia: vt redẽptor ipse noster testatur Matthæ. 11. sed sunt casus plurimi, in quibus grauissimum esset hominem obligare ad reuelandum secretum: vt si ab aliquo exigeretur testimonium de crimine capitali aduersus patrem suum, aut aduersus filium aut vxorem: & maximè si reus ipse interrogaretur aduersus proprium caput: ergo tunc apparet neminem iure constringi secretum propalare, vnde Chrysostomus super epistolã ad Hebræos (quæ glossa citatur De pœnitent. distinct. 1. capitu. Quis aliquando) Non tibi (inquit) dico, vt te prodas: sed reuela ante Deum viam tuam. vbi innuit neminem teneri reuelare crimen suum, nisi in sacramento confessionis.

Et confirmatur. Nemini licet sese occidere: & per consequens, nec tenetur quis actiuè concurrere ad sui homicidium: sed qui confitetur iudici crimen suum, sine cuius confessione iure reus occidi nequit, videtur agere aduersus seipsum: ergo in tali casu nemo tenetur veritatem confiteri.

¶ Tertiò arguitur. Si non reuelare crimen occultum esset peccatum, quando quis iure interrogatur, eo esset, quòd omne mendacium est peccatum: sed potest quis citra mendacium veritatem celare: quia, vt exponit Augustinus in quæstion. super Genesin, Abraham dicens de vxore: Soror mea est, voluit veritatem celari, non mendacium dici: ergo non reuelare crimen fieri potest absque peccato.

¶ Et confirmatur. Si celare secretum in iudicio esset peccatum, sequeretur id semper esse mortale: quia versatur in re graui: sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur Minor. Quia sæpe mendacium illud in iudicio non est perniciosum, nec contra charitatem: sed solùm officiosum: vt quoties quis negat crimen vt seruet se aut amicum à periculo mortis. Et præterea secundum iura, licet reo in causa sanguinis corrumpere accusatorem aut colludere cum illo, vt scilicet tergiuersetur, aut abscondat veritatem: ergo, à fortiori, si quis neget crimen proprium, non peccabit mortaliter.

¶ Sed in contrarium est, quia confessio criminis in iudicio sæpissime est necessaria ad bonum publicum: ergo id est in præcepto. Quod præsertim confirmatur ex illo Iosue. 7. vbi Iosue inquirens confessionem Acham ait. Fili mi da gloriam domino Deo Israel, & confitere: atque indica mihi quid feceris, nè abscondas.



IN HAC postrema quęstione huius secũdi membri, operæpretium est in summa colligere casus vniuersos, in quibus quisque aut tenetur, aut ius habet secreta reuelare. Hoc eñ potest contingere, aut in iudicio, aut extra iudicium. Extra iudicium, vt diximus membro primo, quæstio. tertia, primò tenetur quis de iustitia proprium crimen reuelare, quando per iniuriam abstulit famam alterius: vt si quis falsum dixit testimonium aduersus proximum, tenetur se retractare. Item ex charitate tenetur quis crimen alienum reuelare, quando est in præiudicium proximi, vt si non possum auertere à perpetrando homicidio, illũ qui animatus est occidere: aut non possum latroni persuadere vt restituat magnum furtum, teneor ex charitate, si possum sine detrimento meo reuelare illi qui iniuriam patitur, aut illi qui potest prodesse, & non obesse: & à fortiori, si peccatum vergit in malum publicum. Et præterea ius, & arbitrium habet quicunque [illegible]landi proprium secretum amico, ad capiendum consilium vel solatium. Et propter amicitiam, vt diximus, si amicus falsò diffamaretur de crimine, quod ego commisi, liceret mihi fortè me prodere, vt amicum purgarem infamia: atque adeò alijs fortè modis id licet, vt supra insinuauimus.

¶ Sed in iudicio quatuor sunt personæ, quæ tenetur crimina occulta quãdoq; reuelare, scilicet actor, iudex, testis, & reus. Et de actore satis dictum est, quemadmodum quis teneatur aut ordine correctionis fraternæ: aut per viam accusationis: aut iudicialis, aut canonicæ denũtiationis, crimina denũciare. Iudici verò & prælato absq; accusatore, aut infamia, aut indicijs, nullatenus licet crimina manifestare: vt supra determinauimus ex capitu. Si tantum episcopus, sexta quæstione. secunda. capitul. Si sacerdos. de offic. ordina. & ex alijs similibus. Postquàm verò iudex legitimè cognouerit crimen

crimen, debet reum in publico condemnare: nisi forsan denunciatus fuerit via correctionis fraternæ, & sit emendari paratus.

¶ Superest ergo vt dicamus de teste, & reo. De quibus respondetur ad quæstionem qua-
1. Cõclusio. tuor cõclusionib⁹. Prima est generalis. Quicũque legitimè & secundum iura interrogatur, tenetur quam scit veritatem palàm confiteri: siue testis is fuerit, siue reus. Conclusio est Sanct. Thom. 2.2. quantum ad reum. quæst. 69. articul. 1. & quantum ad testem. quæstio. 70. articul. 1. & facilè probatur. Nam inter partes iustitiæ potissima est obedientia, quippe quæ pertinet ad iustitiam legalem: obedientia verò est, parêre maioribus, quoties quid iustè præcipiunt: ergo eodem iure quo prælatus interrogat veritatem, subditus astringitur illam confiteri. ¶ Et confir. Bellum non potest esse iustum ex vtraque parte: ita vt quis iustè alterum petat, & se iustè alter defendat: nisi forsan, ex ignorantia, aut alter falsò putaret ius habere petẽdi, aut alter se defendẽdi, vbi ius non habent: ergo si subdito constat iudicem via & lege interrogare, respondere tenetur veritatem. ¶ Et secundò principaliter id probatur ex fine. Bonum publicum pacificè cõseruari non posset, nisi crimina punirentur: id tamen fieri nequiret: nisi iudex & testium testimonio & cõfessione rei causam cognosceret: ergo tam testis quàm reus tenetur, si modò legitimè interrogatur, veritatem confiteri. ¶ Et postremò id maximè confirmatur de reo, vbi maior apparet difficultas. Lex est sanctissima, vt nemo criminali sententia antequàm sit confessus cõdemnetur, nisi aut notorietate facti, aut testimonijs luce clarioribus possit conuinci, quòd si per legitima testimonia non confessus condemnetur, tamen non est ei deneganda appellatio: nec infligenda pœna, quoadusque crimẽ confiteatur, vt cauetur. l. Obseruare. C. Quorum appel. non recip. Sed illa lex perniciosa esset, nec posset seruari, si reus legitimè interrogatus, eadem lege non constringeretur veritatem confiteri: ergo quicunque legitimè interrogatur iure tenetur veritatem respondere.

2. Cõclusio. ¶ Secũda cõclusio. Tã negare quàm celare veritatem in iudicio, ex genere suo est peccatum mortale, licèt fiat sine iuramento. Probatur. quia, vt dicit Sanctus Thomas. 2.2. quæstione. 69. articul. 1. in solutione ad. 3. illud peccatum est contra iustitiam, & in re magni momenti, & per consequens est contra charitatem: quia negans veritatem in iudicio, siue reus sit, siue testis, sæpe iniuriã facit actori (vt puta quando proceditur per viam accusationis) qui cùm iustè petat vindictam, iniustè diffamatur de calumnia, per negationem accusati: & semper facit iniuriam bono communi, atque adeo iudici, qui iùs habet Inquirendi veritatem: imò iniuriam facit Deo, cuius est iudicium: nam omnis potestas à domino Deo est, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Rom. 12. ¶ Et secundò probatur conclusio. Negantes veritatem in iudicio, quandoq; tormentis austerissimis iustè petuntur: quod nunquam liceret, nisi mortale esset & graue veritatem celare. Grauius tamen est negare, quàm celare: quia cleare: non dicit mẽdacium, sed solam omissionem respondendi, quod quis tenetur. Et multò grauius esset, si negatio veritatis fieret cum iuramento: accumulatur enim tunc circunstantia peccati contra veritatem religionis. ¶ At verò, quia dictum est mẽdacium in iudicio esse mortale ex genere, dubium est, an ratione leuitatis materiæ possit esse in indiuiduo veniale. ¶ Dominus Caieta. 2.2. quæsti. 69. articu. 1. dicit, quòd omne mẽdacium, quanquàm sit in materia leuissima: nempè quod extra iudicium, esset veniale, in iudicio tamen est mortale: siue in foro sacramentalis confessionis, siue in foro exteriori. verb. gra. Si quis in secreto confessionis interrogatus, an dixerit verbum otiosum, falsò id neget, peccat mortaliter. Et idem censet, si iudex in iudicio exteriori interroget de quocunque leui. Ratio Caietani est, quia tanta est obligatio dicendæ veritatis in iudicio, vt quanuis materia sit de se leuissma, tamen in iudicio efficiatur grauis. Itaque concludit Caietanus, quòd quemadmodum periurium nonsolùm ex genere, sed in quacunque materia quantũcunque leuissima est semper mortale, ita mendacium in iudicio, licèt sit sine iuramento.

¶ Sed re vera (vt bona venia dixerim) & ratio Caietani leuissima est, & opinio eius nullam habet probabilitatem. Imò credo, quòd mendacium in iudicio potest esse veniale propter leuitatem materiæ, si fiat sine iuramento. Et primò, Caietanus est contra Sanctum Thomam: qui, quãuis in illa solutione ad tertium absolutè dicat, quòd mendacium in iudicio est peccatum contra charitatem, tamen inferiùs. q. 70. ar. 4. exponit se dicens, ꝙ est mortale ex genere: vbi subinde insinuat, ꝙ in indiuiduo potest esse veniale. ¶ Et arguitur ratione contra Caietanum. In materia fidei & charitatis & religionis potest contingere veniale peccatũ ex leuitate materiæ: ergo pari ratione iniuria in iudicio & in sacramento potest esse venialis. Probatur antecedens. Nam furari obolum

lum in Ecclesia est solùm peccatum veniale: & leuißimè percutere clericum. Imò, in materia fidei posset esse tam leuißimum verbum, vt esset venialis hæresis: ergo contaminatio iudicij & sacramenti per mendacium, si leuißimum sit, esset venialis. ¶ Et secundò arguitur. Peccatum ex genere mortale dupliciter fit veniale: aut ex defectu plenæ deliberationis: aut ex leuitate materiæ: sed potest esse peccatum veniale in iudicio ex defectu plenæ deliberationis: vt si subitò & absq; consensu cogitet quis mentiri in iudicio & in confeßione: ergo eadem ratione potest esse veniale ex leuitate materiæ. ¶ Et tertiò arguitur. Quia si quodcunque mendacium in iudicio est mortale, tunc etiam tacere rem leuißimam, quam quis tenetur fateri, esset mortale: nam proinde est tacere, & negare quod quis tenetur confiteri.

¶ Et quartò arguitur. Si quodcunque mendacium subditi in iudicio & in confeßione est mortale, eadem ratione, quicunq; defectus iudicis & confessoris esset mortalis: quia pari ratione tenentur iudices fideliter tractare iudicia, qua subditi: consequens tamen nullus concederet. ¶ Et postremò peculiariter arguitur, quòd negare peccata venialia in sacramento non sit peccatum mortale: quia illa nō sunt de necessitate confeßionis: & ideò si sacerdos interroget illa, pœnitens non tenetur respondere: atque adeò si respondens mentiatur, non peccat mortaliter, magis quàm extra sacramētum. Nec facit satis responsio Caietani: videlicet, quòd quanquàm pœnitens non teneatur respondere, tenetur tamen, si respondet, dicere veritatem sub peccato mortali. Fundatur enim Caietanus in hoc, quòd fit iniuria grauis sacramento: & tamen argumentum probat, quòd post quàm pœnitens non necessariò subditur confessori in materia venialium, non est mortalis iniuria mentiri in illa materia.

¶ Vnde ad argumentū Caieta. conceditur, quòd grauius est mentiri, etiam citra periurium, in iudicio, quàm extra: & grauius in sacramento, quàm in iudicio exteriori: respectiuè: scilicet; quòd veniale est grauius, & mortale grauius, non tamen ita vt in vniuersum mendacium, quod est veniale extra iudicium, fiat mortale in iudicio: nisi sit in materia principali, aut in his quæ possunt facere indicia, aut coniecturas pertinentes ad rem: vt si homicida legitimè interrogatur vbi erat tali hora, an talis gladius sit suus, tenetur sub mortali dicere veritatem; quemadmodum si interrogaretur de homicidio ipso de quo est diffamatus: quia illæ sunt coniecturæ homicidij. ¶ Ad aliud de periurio, concedimus omne periurium esse mortale, in re quantuncunque leuißima: quod propriè conuenit huic vitio, eò quòd impietas periurij stat in hoc, quòd Deus adducitur in testem falsi: & est falsitas in re leuißima, sicut in re graui: & ideò tam iurat falsum iurans me non leuasse festucam (si leuaui) quàm iurans, mē nō occidisse hominem quem tamen occidi.

¶ Ex his sequitur tertia cōclusio. Si cōfessor nouerit eum, à quo iustè & legitimè petitur testimonium, nolle cōfiteri veritatem non potest eum absoluere, antequàm dicat testimonium, etiā si testimonium sit aduersus proprium caput: vt si homicida aut latro est in vinculis, & flagrat infamia, aut sunt indicia manifesta, aut semiprobatio (si ꝓceditur via accusationis) id est, vnus testis omni acceptione maior, & petitur ab illo confeßio, non potest absolui antequàm veritatem palàm cōfiteatur. Et à fortiori si sit testis, cuius testimonium requiritur aduersus alium. Probatur: quia perseuerans in peccato nullatenus absoluendus est: sed legitimè interrogatus, non respondens secundùm formam interrogationis est in peccato: quia implicat contradictionem, quòd quis sciat se iuridicè interrogari, & tamen, quòd non teneatur respondere: ergo huiusmodi homo nō est absoluendus. At vero cauendum est illis ne imprudenter reuelent crimina: sed si reus noluerit parère iudici, non absoluant, & taceant: eò vel maximè, quòd iudices vtuntur illa cautela, vt fingant se velle occidere inconfessos: ea ratione, vt patefaciant delicta. ¶ At verò quia res est præcipui momenti, cauendum est confessoribus ne sint præcipites: id præserti n in causa mortis: aut vbi agitur de honore & fama. Primò, vt interrogatus teneatur respondere, requiritur, quòd interrogans sit verus & legitimus eius iudex. Vnde qui aliquo priuilegio exēpti sunt: vt puta si clericus interrogetur de crimine à iudice sæculari: aut si reus per iniuriam extractus sit ab Ecclesia, quāuis esset infamia, adessentq; alia iura interrogandi, iustè potest veritatem, citra mendacium celare: & quāuis neget, mendacium non est nisi officiosum & veniale, nisi intersit iuramentum. Et præterea, esto interrogetur à vero iudice, requiritur vt circunstent merita quæ suprà statuta sunt: nempe, si processus fiat per correctionē fraternam requiritur, quòd reus priùs admonitus à prælato sit rebellis, & sit alius testis saltē præter denuntiantē, aliàs prælatus nō potest tanq iudex eū interrogare. Si vero procedatur via accusationis, requiritur semiprobatio, aut manifesta indicia. Quòd si procedatur

Tertia conclusio.

tur via denuntiationis canonicæ & inquisitionis, requiritur, quòd præcesserit infamia, quæ non à dyscolis, sed à fide dignis emanauerit: & præterea, quòd infamia sit iuridicè probata, saltem per duos testes iurantes se audiuisse à pluribus personis fide dignis: vt doctores adnotant Decretorum.cap. Inquisitionis. &.ca. Qualiter & quãdo. De accusat.atq; adeò, vt probè notauit dominus Caieta.2.2.quæst.69.ar.2.antequam reus teneatur respondere requiritur, vt ei constet iudicem iustè & legitimè interrogare. Cuius ratio præsto est: nam quemadmodum nemo tenetur legi ante eius promulgationem, ita nullus tenetur parêre, nisi constet eum qui iubet esse prælatum, & iustè præcipere. Et quanquam vbi nullum est periculum in præstanda obedientia, non exigendum est à prælato, vt ostendat se iustè præcipere: tamen vbi agitur de periculo subditi, non tenetur aduersus se respondere: imò nec testis aduersus alium in re graui, antequam illi iuridicè cõstiterit iudicem iure præcipere. In quo vtinam non sit abusus iudicum, qui miseros homines compellunt crimina confiteri, antequam eis notum faciant ius quod habent interrogandi. Et addiderim ego quòd in re dubia, an videlicet iudex iustè inquirat nec ne, declinandum est in fauorem rei, maximè in causa mortis: quia peius esset in tali casu occidere hominem, quàm non parêre iudici: & iura, potissimùm in causa capitis, permultum fauent reis: de quo ampliùs in membro tertio. quæstione.2. ¶ Hæc autem dicta sint, quando crimen non est eorum quæ vergunt in perniciem publicam: in quibus, vt supra dictum est, non requiritur tanta solennitas iuris ad interrogandum, aut reum, aut testes, quanta in criminibus priuatis: vt legibus optimè sancitum est: nempè, de crimine læsæ maiestatis in Extrauagan. Ad reprimendum. & de hæresi. ca. fi. De hære. lib.6. vbi habetur, quòd in inquisitione horum criminum procedi possit simpliciter, & de plano & absque aduocatorum & iudiciorum strepitu & figura. Et subiungitur illic, quòd nomina testium & accusatoris non teneantur inquisitores manifestare hæreticis, quando testibus imminet periculum ab hæreticis: vtpote si essent personæ pottẽs. Vnde, à contrario sensu colligitur, quòd quãdo non imminet periculum, aut adest alia iusta causa, debent manifestari nomina testium accusatis, anteq; interrogẽtur de positiõib⁹. ¶ Ex his colligitur hoc commẽdandum corollariũ, quòd quanuis in principio litis, & à reo, & ab actore exigitur iuramentum calumniæ, vt habetur in authen. Vt ligantes iureut. &.C. de iureiur. propter calum. l. Cùm & iudicis. & extra. De iur. calum. capit.1. & vna pars iuramenti sit, quòd interrogatus non negauit, quod verum esse credit: tamen si postea accusatus interrogetur de aliquo præter ius, non tenetur respõdere, nec quanquam neget est periurus. Verbi gra. Iuramentum calumniæ exigitur sub clausulis generalibus: puta, quòd iurãs credit se habere bonam causam, quod interrogatus non nagabit, quod verum esse credit &c. Et ideò nihil periculi est, si exigatur statim in principio, ante publicationem testium. Sed si postea vigore illius iuramẽti interrogetur reus in particulari de aliquo occulto crimine, de quo nõ est infamia nec indicia, quanquàm celet non peccat, nec quãuis falso neget, facit contra iuramentum, sed est simplex mendacium officiosum, & veniale. Probatur: quia iurans se nõ negaturum veritatem, intelligebat de veritate quę interrogaretur legitimè & iuridicè: & quã uis ipse non intelligeret, tamen iura id interpretantur. Aliud esset si iuramentum exigeretur in particulari: puta, an occidisti Petrum: nam tunc, quanquàm exigeretur contra ius, peccaret mortaliter qui iurasset tũc falso: quia nulla tunc potest fingi interpretatio, quæ excusasset à periurio. ¶ Vnde rursus subsequitur, quòd quanuis in principio posset exigi ab accusato iuramentum calumniæ, ante publicationem testium & meritorum causæ, tamen de positionibus in particulari non potest interrogari antequam illi constet quo iure interrogatur. ¶ Sed oriuntur hîc egregia dubia tam circa reum, quàm circa testes. Primum dubium est non dissimulandum: vtrùm quando fit inquisitio de crimine læsæ maiestatis aut hæresis, vbi non requiritur tanta solennitas ad inquirẽdum, teneatur reus occultus qui non laborat infamia nec indicijs, si fortè interrogatur, confiteri proprium crimen. 1. Dubium. Exempli gratia. Est notorium crimen læsæ maiestatis: aut hæresis: vt puta, quia productæ sunt in cõpitis ciuitatis conclusiones hæreticæ: sed nullus est in tota vrbe qui infamia laboret de illo facinore, nihilominus fit inquisitio per vrbem (quàm diligentissimè fieri condecet) interrogantur ciues, an sciant quisnam sit in culpa, & fortè inter alios interrogatur ipse patrator sceleris, an teneatur confiteri se fecisse, cũ nulla laboret infamia. Aut fortè edicto publico & generali iubet, vt quicũq; sciuerit aliquod crimẽ illud denunciet: an teneatur reus denũciare se. ¶ Et ad partem affirmatiuam est argumentum: nam certissimum est, vt enunciauimus conclu

conclusione prima, quod in quocunq; casu iudex iustè interrogat, subditus tenetur respondere: sed in tali casu iudex propter euidentiam & atrocitatem criminis, iustè interrogat absque speciali infamia: ergo & reus constringitur respondere. ¶ Et confirmatur: quia testes tenentur respondere: imò iniussi tenentur denuntiare, ergo reus pari ratione, saltem interrogatus tenetur se prodere. ¶ Et confir. secundo. quia, vt diximus quæst. proxima, euidentia facti valet pro accusatore: sed si ille esset accusatus teneretur respondere: ergo. ¶ In contrarium est, quia iugum Domini suaue est: res tamē esset grauissima obligare quempiam, vt absq; aliqua infamia vel indicijs se proat: imò hoc videtur contra ius naturæ: nam id perinde esset, atq; obligare aliquem vt se occideret: quare S. Thom. 2. 2. q. 69. ar. 2. vniuersaliter dicit, quòd reus non tenetur respondere sine infamia, aut indicijs, aut semiprobatione. ¶ Respondetur ergo vt diximus quæstione præcedenti, quòd quantuncunq; sint crimina huiusmodi aduersus Remp. nihilominus nō potest reus interrogari sine aliquibus indicijs aut infamia, aut coniecturis quæ ipsum propriè insinuent: licèt forsan non requirantur tam manifesta quàm in criminibus priuatis. Sed tamē possunt interrogari testes: imò edicto publico posset indici, vt quicunq; scientes denuntient: nam ipsi iniussi id tenentur denuntiare. Et ita intelliguntur iura citata, quæ dicunt sine strepitu iudiciorum licere inquirere. Neq; est par ratio de teste & de reo: nam testis ad obuiandum malo publico, de quo semper præsumitur periculum in futurum, tenetur denūtiare: sed reus, quia potest cessare à malo futuro, & scire nullum ex parte sua superesse periculum, non tenetur illa ratione se prodere. In quo casu non absurdè potest intelligi illud Chrysost. quod citatum est in secundo argumento. Non tibi dico vt te in publicum prodas.

¶ Vnde ad formam argumenti respondetur, quòd iudex iustè interrogat, tanquàm testes, sed non tanquā reos, & ideò testes tenētur denuntiare alios: sed reus nō tenetur prodere se: imò iustè potest celare crimē dicendo se nescire, quis fecit: quia nescit vt dicat, vt infrà dicemus: & si dicat sine iuramento se non fecisse, solum erit peccatum officiosum & veniale.

¶ Et per hoc respondetur ad primam confirmationem: nam secunda non est ad propositum: tunc enim euidentia non indiget accusatore, quando scelus est notorium & patrator

2. Dubium. sceleris. ¶ Alterum dubium est, si falso procedatur aduersus innocentem, & interrogetur de aliquo quod verè fecit: quòd tamen esset sufficiens indicium, vt conuinceretur de crimine quod non fecit: vtrùm teneatur fateri veritatem? ver. gra. latrones occiderunt hominem in via, gladio fortè innocentis hominis, qui tunc illac transibat. Innocens ille accusatur posteà cum falsis testibus de homicidio, & interrogatur de illo. Verè negat. Sed rursus interrogatur an tali hora transiuit illac, & an gladius qui inuētus est in cadauere sit suus? Vtrū teneatur confiteri. Videtur quod sic. Nam iudex iustè & legitimè interrogat, postquàm procedit secundum allegata & probata.

¶ Respondetur quod non tenetur confiteri, si periculum subiret, vt propter illam confessionem condemnaretur de homicidio: nam iudex non interrogat legitimè, nisi quia procedit ex falsa præsumptione: & ideò subditus nullam facit iniuriam celando: & si negaret sine iuramento, solum esset mendacium officiosum & veniale. ¶ Eodem modo si innocens falso accusatur de adulterio, & ad illum finem interrogetur an intrauerit tali nocte, nō tenetur respondere: nisi forsan manifestè se posset compurgare. ¶ Sed de testibus est tertium dubium, vtrùm testis aliquando antequàm sit vocatus, teneatur sua sponte offerre 3. Dubium.
se ad dicendum testimonium, an non teneatur, quemadmodum reus nunquàm vltro tenetur se prodere. ¶ Diuus Thom. 2. 2. quæst. 70. arti. 1. hac vtitur distinctione. Aut testimonium requiritur. i. petitur & exigitur authoritate iudicis: & tunc non est dubium (quod in nostra prima conclusione assertum est) quin teneatur testis semper dicere testimonium, si legitimè interrogetur: puta de his quorum est infamia. Nam de occultissimis (inquit) nullus tenetur testimonium dicere. Si verò testis non petitur, nec vocatur à iudice habente authoritatem: tunc aut testimonium est necessarium ad liberandum innocentem ab iniusta morte, infamia, aut alio damno temporali, & tunc tenetur testis iniussus se offerre ad testimonium dicendum: iuxta illud Psal. Eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate. Et infirmat peccatum esse mortale, si quis in tali casu non se offerret ad seruandum innocentem: nam dicit in virtute id esse, consentire in malū innocentis. Si verò testimonium sit necessarium, solum ad puniendum reum: tunc nullus tenetur se offerre in testem, nisi accersitus à iudice, quanquàm reus sit legitimè accusatus. Et addit Sanct. Thom. quòd testis non tenetur obuiare malo, quod incurreret accusans, si deficiat in probatione.

¶ Verun-

Dubium. ¶Veruntamen dubium est circa primum mēbrum, vtrùm si quis timeat se vocandum esse in testem aduersus patrem, vel aduersus amicū, possit se abscondere. ¶Respondetur, quòd si testimonium illius noo est simpliciter necessarium: quia possunt facilè inueniri alij testes: tunc non censetur grauis iniuria, si se abscondat. Si tamen eius testimonium sit simpliciter necessarium, tunc licèt non teneatur se offerre, tenetur tamen non se abscondere per fraudem, maximè si testimonium est necessarium, in fauorem tertiæ personę quę læsa est. Quod vel inde constat, quia si quis haberet instrumētum quo scripta est hæreditas, vel aliud quod cunque ius tertiæ personæ, & per fraudem illud celaret, aut se absconderet, nè compelleretur exhibere, profectò peccaret contra iustitiam, & teneretur ad restitutionem: ergo pari ratione peccaret, qui se absconderet nè diceret testimonium necessarium alteri. Si verò solùm ageretur de pœna aut punitiōe patris vel amici, non video quod esset peccatum, saltem mortale, si se absconderet testis: dummodò damna restituerentur. Vocatus tn̄ semper tenet cōparere.

2. Dubium. ¶ Sed maius dubium est circa secundum membrum: vbi ait Sanct. Thom. quòd quicunque tenetur, etiam non vocatus, se offerre ad dicendum testimonium, vt liberet proximum ab iniusto damno, sub peccato mortali. Arguitur enim cōtra hoc primò. Nullus tenetur succurrere proximo sub peccato mortali, nisi in extrema aut saltem graui necessitate: sit ergo casus, quòd innocens est in periculo quo iniustè mulctatur. 30. aut. 100. ducatis, vnde eum possum testimonio meo liberare. Ecce argumentum. Si ille esset pauper qui aliàs indigeret illis. 100. aureis: dummodò non esset grauissima necessitas, ego non tenerer illi dare saltem sub peccato mortali: ergo nec teneor iniussus dicere testimonium, vt leuem eum illo damno. ¶Et secundò arguitur. Si quicunque teneretur se offerre ad dicēdum testimonium in causa innocentis, sequeretur, quòd astringeretur subire quodcunque detrimentum, vt diceret tale testimonium: quia præcepta naturalia non sunt prætermittenda propter aliquod detrimentum: sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur minor. Si ego non possem dicere testimonium ad liberandum innocētem sine periculo vitę: quia videlicet pars aduersa me occideret, aut alia me afficeret iniuria, certè non teneor dicere testimonium: imò si non possem dicere tale testimonium sine periculo patris, aut amici, non videor mihi ad id obligari. Vt si pater, aut amicus meus occidit hominem coram me, & innocens accusatur de illo hōmicidio, & ego non possum testificari illum esse innocentem, quin patrem, aut amicum conijciam in vehementem suscipionem homicidij: atque adeò in periculum capitis: certè nemo me censeret iniustum si nō me offerrem ad proferendum tale testimonium.

¶Respondetur, Primum, aliter tenetur dicere testimonium testis requisitus, & interrogatus à iudice, aliter is qui à iudice non accersitur. Nam primus tenetur de iustitia: sed tamen qui non vocatur à iudice, solùm tenetur se offerre ad liberādum innocentē ex charitate: quod est maximè adnotandum. Sicut tenetur quicunque extinguere ignem ardentis domus vicini: & arcere latrones à domo proximi: quia vnicuiq; mandatum est de proximo suo. Et ideò qui non accersitur vel petitur à iudice, solùm tenetur offerre se, sicut ad alia opera charitatis: vt puta, si id posset commodè sine notabili detrimento: & aliàs non tenetur, nisi forsan crimen vergeret in graue damnum reipublicę, vt crimen hæresis, aut læsæ maiestatis: quibus malis ciues tenentur occurrere, cum aliquo detrimento proprio. Sed tamen qui accersitor à iudice: tenetur de iustitia comparere, & interrogatus dicere veritatem aduersus fratrem & patrem, & aduersus proprium caput, si ligitimè interrogetur, vt suprà dictum est. ¶Sed nunquid testis interrogatus à iudice, obstringitur dicere testimonium cùm periculo proprij capitis? Ver. gra. Ego sum testis homicidij perpetrati à Petro, & necessarius: quia sine me homicidium probari nō potest: sed si testimonium dixero: certus sum me necatum iri ab amicis Petri: vtrùm teneor testimoniū dicere. A parte enim affirmatiua est argumentum: quia legitimè interrogor à iudice: atque adeò teneor de iustitia parere. Sed à parte negatiua est argumētum, quòd lex esset grauissima, quæ me in tali casu obligaret subire mortem: cùm essem innocens. ¶Respondetur, quòd in tali casu testis non tenetur dicere testimonium: quia iugum Domini suaue est: quòd proinde nō præsumitur nos obligare subire mortem in tali casu. Quare eiusmodi testis posset se abscōdere, & vocatus fugere, & interrogatus occultare veritatem: dummodo non mentiretur. Imò testis posset eodem modo excusari à testimonio dicendo, si timeret exceptionem à parte aduersa, vnde graui infamia notaretur.

¶Ad primū ergo argumentū dubij principalis respōdetur, quòd arctiùs tenetur quis liberare innocentem à damno. 100. aureorum, quod accepit per iniuriam, quàm à simili miseria, quam

quam patitur in paupertate, licèt ad vtrumq; teneatur ex charitate. Primò quia maior est necessitas proximi quando patitur detrimentum per iniuriam. Et præterea quia faciliùs qs potest succurrere proximo dicendo testimonium, ne priuetur. 100. aureis, quàm dando illi elemosynam. 100. aureorum. Quemadmodum ego teneor arcere latrones, si facilè possum dum deprædantur domum proximi: & tamen post expoliationem non teneor dare tam largam eleemosynā. ¶ Per hæc quæ dicta sunt soluitur dubiū: vtrùm quādo quis accipit dānum, eò ꝙ ego non dixi testimoniū, tenear ego restituere dānum. ¶ Respondet enim ꝙ si ego teneor de iustitia dicere testimonium, & possum dicere sine graui detrimento meo: vt si ego legitimè interrogor à iudice & celo veritatem vnde agitur damnum ꝓximi: teneor quidem ad restitutionem. Si tamen solùm teneor ex charitate: vt in casu secundi membri S. Tho. quia videlicet non vocor à iudice sed tamen possum liberare innocentē: tunc licèt peccem cōtra charitatē, nō me offerendo, non tamē teneor ad restitutionē. In tertio mēbro. S. Thom. est præterea dubium, dum dicit ꝙ nullus tenetur offerre se ad dicendū testimonium quod solùm est necessarium ad puniendum reum legitimè accusatum: quanquàm sit periculum accusanti deficiendi in probatione. Arguitur nanq;. Sunt casus in quibus quicunque tenetur accusare reum: vt puta de crimine quod vergit in perniciem publicam, vt quæstione. 5. definitum est: ergo in eisdem tenentur testes testimonium dicere. Probatur consequentia: quia si ciues tenētur occurrere publico malo Reipublicæ accusando: ergo à fortiori, testimoniū dicendo. Et præterea iniqua esset conditio accusatoris & testis, si casu quo alter teneretur accusare, alter non teneretur testificari: nam tunc accusator sine culpa sua deficeret in probatione. ¶ Respondet cū domino Caieta. in eodem loco, ꝙ S. Thomas solùm intelligit testem non teneri offerre se ad dicendum testimonium vt reus puniatur, in causis priuatis: puta quando quis accusauit in causa propria, vbi non compellitur accusare: nam tunc ipse se obiecit periculo deficiendi in probatione: quia poterat non accusare: & ideo testis non tenetur liberare eum illo periculo. At verò in casu quo quis tenetur accusare propter bonum publicum, non negaret S. Thom. testes teneri ad accusandum. ¶ Quarta & postrema conclusio. Nihil obstat fides quā quis secreti promisit, etiam si iureiurando se astrinxerit, quominus teneatur secretum detegere: si id modò in iudicio via & ratione petatur. Probatur: quia fides secreti & iuramentū non habet vim obligandi contra ius nec præiudicium parat iudici, quin possit compellere subditos, quando necessum fuerit. Eadem ratione, vt diximus suprà, nulla fide aut in iuramēto secreti obstante, tenetur quicunq; etiam iniussus reuelare secretum, quod est in præiudicium Reipublicæ, aut tertiæ personæ: quod notat S. Thom. 2. 2. quæstio. 70. articu. 1. ad. 2. Attamen quod via sacramenti cōfessionis notum est, nulla prorsus de causa reuelare licet, quanquàm sit in præiudicium totius mundi: quod latiùs quæstio. vltima. tractabimus. Docendi tamen sunt literarum ignari, ꝙ non cadunt sub sigillo confessionis quæ vulgo dicūtur in cōfessione. Sunt enim qui vt arctiùs obligent ad secretum, signant se signo crucis, & flectentes genua dicunt se committere secretum in confessione: cùm tamen, vbi quis non cōfitetur omnia sua peccata cum intentione accusandi se, nullum est sacramentum: atq; adeò nec interuenit sigillum confessionis vt illud secretum reuelare sit sacrilegium. Quare illæ ceremoniæ non sunt permittendæ.

Dubium.

Quarta conclusio.

¶ Ad primum argumētum principale respondetur per quartam conclusionem, quam modò posuimus: officiū enim nullū est virtutis, nisi vestiatur debitis circunstantijs. Quare quicunq; fidem suam alteri astrinxit, iure ipso interprete, intelligat id facere secundū ius, atque adeò quādo legitimè authoritate iudicis reuelat secretum, nihil infidelitatis admittit. ¶ Et eadem ratione respondetur ad confirmationem: quia iuramentum non potest contra ius obligare.

¶ Ad secundum respondetur, ꝙ quāquàm id videatur durum, vt quis aduersus patrem, & aduersus propriū caput, dicat testimoniū, tamen quia ad pacem & tranquillitatem reipublicæ necessarium est, nimirū si Deus iure naturali propter bonum nostrum id nobis præceperit. Naturale enim est, vt corpus membra propter suam salutem exponat. Atqui illud Chrysostomi: Non tibi dico vt te prodas, solùm id sonat, vt nullus sua sponte, nisi authoritate publica legitimè compulsus se in publicum prodat, sed satis est si sacerdoti tanquàm Deo secretò confiteatur. ¶ Ad tertium respōdetur, ꝙ non solū tenetur qui legitimè interrogatur non negare veritatem (quod esset mēdacium) sed etiam tenetur non tacere aut celare per æquiuocam responsionem: quia licèt tacere non esset mendacium, esset tamen iniustitia & inobedientia.

¶ Ad primum membrum cõfirmationis iam responsum est, quòd de genere suo negaré veritatē in iudicio est mortale: sed tamen in individuo potest esse veniale, propter paucitatem materiæ. Ad alterum respondet S. Thom. 2. 2. quæstio. 69. articu. 2. ad primũ; q. quanquàm reus qui legitimè accusatur, peccet colludēdo cum accusatore, id est, componēdo pacē cum illo ne accusetur, tamen non imponitur ei pœna legis, sicut accusatori si colludat cum accusato. Quia, cùm omnium terribilium terribilissimum sit mors, indulgendum est accusato, si recusetmortem, quãuis eam dignè fuerit meritus. Quod tamen dicit S. Tho. videlicet tam reum quàm actorem peccare colludentes: suprà nos exposuimus vt intelligatur quãdo accusator tenetur accusare: puta dum crimen est in perniciem publicam: quia in criminibus priuatis nullum peccatum est accusatorē cessare ab accusatione: atque adeo nec accusatũ componere pacem cum accusatore. Et hæc de secundo membro.

QVÆSTIO PRIMA.

VTrùm qui præter ius interrogatur de secreto crimine, respondere teneatur veritatem. ¶ Ad partem affirmatiuã arguitur primò. Apostolus. Colos. 3. Filij (inquit) obedite parentibus per omnia. & subdit. Serui obedite per oia dominis carnalibus. & 1. Petri. 2. Serui subditi estote in omni timore dominis, nõ tantũ bonis & modestis, sed etiã discolis. ergo quicquid prælati, etiã iniqui, præcipiant, tenemur parêre. ¶ Secundò arguitur. Prælati sunt ministri Dei, secundũ illud. 1. Corinth. 3. Sic nos æstimet homo sicut Dei ministros. & Gal. 4. Sicut angelum dei excepistis me, sicut Christũ Iesum, ergo prælatis vt deo obediendum est: sed Deo obediendum est ad vnguem: hoc enim obedientia Abraham cõmendatur, quòd cùm filium innocentem iuberetur occidere, quod iuri naturali tam apparebat cõtrarium, nihil cunctatus parêre parauit: ergo & prælatis ad nutum obediendum.

¶ Et tertiò ad rem propius arguitur. Iudicum atq; prælatorum munus, est bonos facere ciues: vt author est Aristot. 5. Ethico. sed multò eos facerent meliores, si omnia subditorũ crimina essent illis manifesta: nam tunc cognoscerent gregem intus & in cute: & quanuis non possent secreta crimina iuridicè punire, iuuarent tamen subditos, tanquam patres cõsilijs & exhortationibus: ergo commodum esset subditis, si ius esset prælatis quodcunq; secretum crimen interrogare: atque adeò esset subditis obligatio veritatem respondere.

¶ Et confirmatur. Media ordinantur in finē: finis autem ciuilis vitæ est, vt ciues boni fiant: at si subditi tenerentur quæuis occulta crimina prælatis patefacere, re vera illo metu deterrerentur à peccatis: nã, vt sexta quæstione præcedentis mēbri adnotauimus, propterea deus in antiqua lege voluit, vt occultum adulteriũ mulieris sacrificijs detegeretur, & peccatũ secretum anathematis disquireretur sortibus, vt nec in abscondito, quis auderet id genus flagitia perpetrare: decet ergo vt prælati quæuis subditorum peccata cognoscãt: atq; adeò subditi tenentur eã quælibet occulta reuelare.

¶ Sed in cõtrarium est, quòd oportet deo magis obedire quàm hominibus, Actuum quinto: ergo quandò prælati quid contra ius præcipiunt non est illis obsequendum: quia infideliter gerunt ministerium dei.


Ostquàm superiori mēbro pro captu nostro tractauimus rationem detegēdi secretum quãdo via & iure inquiritur, subsequitur, vt in hoc membro tertio rationem tegendi persequamur, nēpè quãdo quispiã cõtra ius de secreto interrogat. Vbi quatuor disputabimus quæstiones: primã, quãdo quis per manifestã iniuriã interrogat, an teneat respondere: secundã, an semper in re dubia teneamur veritatē fateri prælato: tertiã, quib⁹ amphibologijs se possit subdit⁹ iniustè interrogat⁹ protegere: atq; adeò postremã, quid pri⁹ perpeti debeat homo, quàm secretum pandat, quando iniustè interrogatus non se potest defendere.

¶ Ad primã ergo quæstionem respondetur quatuor conclusionibus. Primá. Extorquere secretum alienum præter ius, est generè suo graue peccatum mortale. (Prima conclusio.) Probatur. Extorquere secretum crimen alienum è genere suo est in detrimētum famæ: sed damnum in fama est graue, cùm fama sit præcipuum hominis: ergo illud est contra charitatem, atque adeò peccatum mortale. Addo quòd extorquere secretum ab homine grauius est, quàm reuelare secretum alienum: verbi gratia, qui sponte sua reuelat secretum alienum, & qui fraude aut vi compellit aliquem, vt reuelet secretum; vterque genere actus peccat contra famam proximi: nam ex cognitione criminis quod proximè sequitur, est infamia illius qui crimen admi-

admisit. Alia verò damna consequuntur nõnunquam de per accidens: sed qui per fraudẽ & maximè qui per vim secretum extorquet, grauiùs peccat ratione violentiæ: quæ potissimùm causat inuoluntarium: atq; adeò auget iniuriam. At verò queadmodum reuelare secretum alienum ex genere suo leuius peccatũ est, quàm homicidium aut adulteriũ, grauius vero quam furtum, vt dictum est quæstio. 2. membri primi. ita & extorquere: quia vtrunque est contra famam proximi: quod est bonum medium inter vitam & bona exteriora temporalia. ¶ Secunda conclusio. Prælatum aut iudicem extorquere præter ius secretum à subdito, grauius peccatum est, quàm si persona priuata id faceret. Primò, quia prælatus qui est virtutum exemplar, arctiùs obligatur ad omne officium virtutis, quàm priuata persona. Et præterea, quia magis tenetur diligere subditum (vt pote tanquam filium) quàm priuatus homo proximum suum. Et postremò quia prælatus est custos iustitiæ, ad quem ciues concurrunt tanquam ad iustitiam animatam, vt dicit Aristot. quinto Ethicorum. ob id quę si quid contra iustitiam cõmittit in subditos, multò grauiùs peccat q̃ si persona priuata id faceret. Quod vtinam iudices & magistratus ob oculos semper haberent.

Secunda cõclusio.

¶ Tertia conclusio. Subditi non tenentur obedire prælatis, præcipientibus secreta pandere contra ius: quod latè superiori membro expositum est: vt puta vbi non præcessit infamia, aut indicia, &c. Intelligitur quando constat subdito iniustitia prælati: nam quãdo est dubium, id disputabitur quæstione sequenti. Probatur. Iudex est lex viua (vt inquit Arist. quinto. Ethico.) lex autem nulla est obligatoria, nisi quatenus deriuatur à lege diuina: quæ est prima regula omnium agendorum: vt docet S. Thom. 1. 2. quæstione. 93. articu. 3. queadmodum omnia mobilia naturalia mouẽtur à primo mobili: ergo quando prælatus præcipit aliquid contra ius, tunc præceptum eius nõ est obligatorium: quia non est secundum legem diuinam: & per consequens, nec subditi tenentur tunc parère. Vnde glossa Augustini super illud Roma. 13. Qui resistunt: ipsi sibi damnationem acquirunt. Si quid (inquit) iusserit: scilicet potestas quod non licet hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem maiorem. Et infert. Ergo si aliud imperator aliud Deus iubeat, contempto illo obtemperandum est Deo. Et explicatur aliter hæc ratio. Iudex nullam habet virtutem mouendi subditos, nisi per iustitiam, cuius est cu

Tertia conclusio.

stos: sicut cælum per motum & calorem mouet ista inferiora: ergo quando aliquid præcipit contra iustitiam, nullam habet virtutem motiuam: sicut cælum sine calore & motu non moueret. Et secundò probatur. Sicut qui iubetur aut interrogatur à non suo iudice, nõ tenetur parère: ita nec qui interrogatur à iudice contra legem: siquidem iudex non potest nisi per legem obligare. Quare. 32. distinctione. capitul. Erubescant. habetur, quòd secretorum solus Deus est iudex: ac si dicat: qui de occultis præter ius interrogant, in hoc non sunt iudices. ¶ Et postremò arguitur. Quem admodum, vt quæstione proxima diximus, repugnat, prælatum quicquam iustè præcipere, & subdito licere non obedire (quia tunc bellum esset iustum ex vtraque parte) eadem ratione rẽpugnat, prælatum quicquam iniustè præcipere, & subditum obligari ad obedientiam: quia sicut lex iniusta non obligat, ita nec præceptum iniustum. Vnde ijdem canones: puta Inquisitionis, & Qualiter & quando. El segundo. De accusatio. qui cohibent prælatos contra ius inquirere, faciunt subinde subditis facultatem contra ius non respondendi.

¶ Quarta conclusio. Quanuis prælatus interroget secretum crimen sub sententia excommunicationis, vel sub quacunque alia pœna: si modò constẽt crimen esse occultum, nec habere ius inquirendi, non tenetur subditus obedire, nec propterea incurrit in foro conscientiæ sententiam excommunicationis. Conclusio manifestè consequitur ad præcedentem: nam excommunicatio nullatenus incurritur: nisi propter inobedientiam: vt habetur Matthæi. 18. Si ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. & capitu. Nemo episcoporum. 11. quæstio. 3. habetur nullum posse excommunicari, nisi manifesta peccati causa: sed quando iudex contra ius quid præcepit, tunc subditus qui non paret, nec est inobediẽs nec peccati reus: ergo nullatenus potest excommunicari. Et secunda quæstion. 1. capitul. Multi. habetur quòd nullus possit excommunicari, nisi sit sponte confessus, aut in iudicio conuictus: quod in casu conclusionis non contingit. ¶ Syluester in verbo, Correctio. §. 9. asserens prius hanc nostram conclusionem, adnotat præterea, quòd quanuis prælatus in aliquo casu non posset cogere subditum ad reuelandum secretum, si id nihilominus præcipiat sub sententia excommunicationis, parere debet subditus, aliàs incurrit excommunicationem quantum ad pœnam, li-

Quarta conclusio.

cèt non cōmittat culpam. Quibus verbis sub mouetur vulgata illa quæstio, an sententia ex communicationis iniqua, quādo non est nulla, nec continet intolerabilem errorem liget. Quam nos in quart. distinct. 8. latè disputauimus, vbi eam tractant theologi: canonistæ verò. 11. quæstio. 1. capit. 1. & capitu. Qui iniustus. & cap. Sacro. De sentē. excōmunicatiōis.

Dubium.

¶ Notant doctores tres gradus peruersæ sententiæ excommunicationis. Est enim sententia nulla: vt puta, quæ à nō iudice procedit: & est sententia continens intolerabilem errorē: vt puta, manifestissimum omnium iudicio, licèt procedat à verò iudice: & est sentētia iniusta citra intolerabilem errorem: aut ex parte iudicis, quia scilicet ex odio prolata: aut ex parte causæ, vt pote quia aut nulla est, aut nō legitima: aut ex defectu ordinis iuris: vt docet S. Thom. 4. dist in. 18. quæstio. 2. articu. 1. quæstio. 4. Dicit ergo Syluester loco citato: vt per seueremⁿ in exemplo de secreto, quòd si quis præcipiat illi qui non est ei subditus, sub sententia excommunicatiōis reuelare secretum, tunc non obediens non incurrit sententiam, quia est nulla: itidem si prelatus præcipiat sub sententia excōmunicationis, vt quicunq; subditorum sciuerit aliquod crimen illud pandat quanuis nulla sit infamia, aut indicia, nec illud possit legitimis testibus probari: tunc subditus non obediens non incurrit: quia illa sententia continet intolerabilem errorem. Qui enim probare non potest crimen, nullo modo tenetur denunciare, nisi forsan in correctione fraterna. At verò si prælatus iusserit sub sententia excōmunicationis, vt quicunq; sciuerit crimen quod legitimè potuerit probare, quāuis nulla sit infamia aut indicia: tunc (inquit) sententia quidem iniqua est: quia nullus potest compelli manifestare crimen quod nō laborat infamia aut indicijs: tamen quia sententia nec est nulla, nec cōtinet intolerabilem errorem, ligat. & intelligit quo ad pœnam.

¶ Adrianus in quotlibet. quæstio. 6. mouet in genere, vtrùm sententia excommunicationis, quæ nec est nulla: nec continet intolerabilem errorem obliget in conscientia. Et dicit S. Tho. & Palud. & Richard. in. 4. distin. 18. tenere partem affirmatiuam: & Alexand. quart. P. quæstio. 82. membro. 1. quibus tamen ipse cōtradicit. Et idem videtur tenere Gratianus. 11. quæstio. 3. cap. Qui iustus est. quem sequuntur multi canonistarum, confirmantes suam sententiam illo celebri dicto Gregorij, quod refertur eadem causa & quæstione cap. 1. Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda est. At verò quia hic non est locus disputādi hanc quæstionē, satis est si dixerimus quæ ad rem pertinent præsentē. Primum omnium certissimum est, nec vlla potest ratione dubitari, φ vbi simplex præceptū non obligat, qā procedit ab iniusta causa, illic nec sentētia excōmunicationis potest ligare in conscientia, vt sit culpa non obedire: nisi modò cesset contēptus. Verbi gratia: in casu posito Syluestri; si prælatus præcipiat sub excōmunicatione subdito reuelare secretum, quod nec infamia laborat nec indicijs, quod tamen possit legitimè probari, sententia illa non obligat ad culpam, nec est aliquod peccatum non obedire; hoc est manifestum: quia nullus potest excōmunicari nisi propter inobedientiam: vt iam modò dicebamus, iudex verò obligare nō potest nisi per legem & iustitiam. Quando ergo quid præcipit contra legem, nulla est obligatio præcepti, atq; adeò nec in subdito est peccatum inobedientiæ, licèt non pareat.

¶ Et confir. quia aut iudex procedit ex falsa præsumptione, putans habere ius, quod tamen non habet: & tunc clarū est φ non ligat innocentē, postquā, si veritatem nosset, nō excōmunicaret innocentem: aut procedit ex passione vel malitia, & tunc à fortiori nō ligat: nā quis dicat Iniquitatem iudicis cōtra ius ligare subditū quoad culpā? Vnde Gelasiᵘ Papa. 11. q. 3. c. Cui est. Si iniusta (inquit) sentētia est, tāto curare eā nō debet, quāto apud deū & eius ecclesiā neminē potest grauare inqua snīa. Ita ergo ea se nō absolui desideret, qua se nulla tenus prospicit obligatū. Et Augu. eadē causa &. q. c. Illud planè. Si quis fideliū iniustè fuerit anathematizatus, potiùs ei oberit qui facit, φ qui hanc patitur iniuriā. Et Hierony. Qui nō recto iudicio foras mittitur, si nō ita egit vt mereretur exire, nihil læditur, ex eo φ nō recto iudicio ab hōibus videtur expulsus. 24. q. 3. c. Si quis nō recto. Nihil ergo ligat sentētia ex iniusta causa procedēs, quoad culpā, si non obediatur. Eadē ratione si sit iniqua ex defectu notabili ordinis iuris. Secus si fuerit Iniqua ex Intentione iudicis: quia videlicet ex odio fert illam: nā tunc nihilominus ligat, si aliàs est iusta. Nec est aliquis (qd ego viderim) qui oppositū huius teneat. Quocirca Adria. ait φ S. Thom. & alij quos citat, videntur tenere sententiam excōmunicationis iniquam ligare in cōsciētia, si intelligat illos tenere esse culpam non obedire, certè id falsò illis imponit: nam verba S. Thomæ in loco citato sunt hæc. Quando sententia excommunicationis est iniqua ex parte causæ, aut ex defectu ordinis iuris, dum

dum tamen non sit nulla, tunc habet effectũ, & subditus debet obedire, & erit ei ad meritum:& vel absolutionem petere, vel ad superiorem recurrere. Non dicit quòd erit culpa non obedire:sed quòd erit meritum pati illam pœnam iniustè:scilicet,non communicare sacris.Et hæc est Intentio Alexand.Richar.Syluestri,& credo Gratiani & omnium.

¶Ex quo sequitur secundò,ꝙ si verum sit excommunicationis sententiam aliquo modo iniquam ligare,intelligendum est in foro exteriori quoad pœnam:vt in exemplo posito, si prælatus præcipiat subditum reuelare crimen quodcunq;,qđ probare possit quanuis non flagret infamia:certè nulla culpa est non obedire,tamen qui inuentus fuerit non obedire,excludetur à sacris,& à fideliũ cõmunione:quia non admittetur excusatio subditi dicentis non teneri,quia nulla erat infamia, nec indicia:nam præsumẽdum est iustum esse præceptum prælati:aliàs deberent prelati quoties cunq; quid præcipiunt,manifestare quo iure id faciant:quod esset in detrimentum gubernationis. Et propterea dicit S.Thom.ꝙ erit meritum subdito pati illam pœnam iniustè.

¶Sed addiderim tertiò, ꝙ eiusmodi iniqua sententia,excommunicati non priuantur suffragijs & orationibus ecclesiæ: vt scitè notauit Adrianus loco citato, & Palud.4.distin.8. quæstio.1.conclusione.4.Nam ecclesia nõ cẽsetur iniustè velle quenquam lędere,in re tam graui. Nec oppositum huius(puto) sentit S. Tho.vt Adria. illi impingit. Nunquam enim dixit S.Thom.ꝙ taliter excõmunicatus priuatur suffragijs ecclesiæ:sed verba eius loco citato in solutio.ad.1.sunt hæc.Excommunicatio gratiam dei subtrahit,non gratum facientem, sed aliquam dispositionem illius: puta cõmunicationem in sacris & cum fidelibus.

¶Postremò notandũ est,ꝙ si quis sententiam excõmunicationis, quamlibet iniquam contemnat,contemptus erit peccatum : vt puta si negligat absolutionem petere ad cautelam, cũ facilè posit:vt si in publico dicat se nihili facere iudicem &c.Et hic est sensus verborũ Gregorij.Sententia iudicis, siue iusta siue iniusta, timenda est:id est, non contemnenda.

Quinta conclusio. ¶Quintam & postremam conclusionẽ principalem adiecerim.Quando iudex iniuria extorquet secretum subditi,nõ potest fortè per illam cognitionem vltra procedere, sed quicquid inde dimanet iniustum est. Verbi gratia. Si iudex tormentis sine infamia & indicijs, iniustè extorquet crimen,non potest,aut ad punitionem,aut certè ad inquisitionem procedere, quanquam reus manifestet testes, per quos potest conuinci:saltem si secretum extorsit per metum grauem:& præterea, si non sequatur scandalum propterea quòd non punitur.Probatur conclusio.Quicquid ex iniuria iudicis manat iniustum est:nam iniustitia causæ permanet in effectu: ergo quando cognitio criminis est iniusta,quicquid inde procedat est iniustum: atque adeò quassandum & irritandum.Dixerim,si per grauem metum extorqueatur:nam si iudex leuiter minaretur tormenta subdito,nisi crimen proderet:atque adeò subditus ex leuitate animi illud proderet,& detegeret testes & indicia, non sum adeò certus,quòd non posset iudex procedere ad inquisitionem.Nam quanuis iudex aliquam tunc fecerit iniuriam, tamen non tam censetur iudex extorsisse,quàm reus liberè ꝓpalasse. ¶At contra conclusionem est graue argumentum.Esto,iudex per grauissima tormẽta extorsisset ab aliquo crimen occultum, atque adeò indicia,& testes quibus posit conuinci. Tunc videtur, quòd iudex non posset deserere causam,& cessare à vindicatione sine graui scandalo:& maximè si crimen illud esset fœdissimum, vt grauissimus incestus, aut peccatum contra naturam, quod per confessionem ipsius rei esset iam publicum,& certissimum in toto populo.

¶Respondetur,ꝙ forsan in tali casu iustè posset procedere iudex ad inquisitionem & punitionem,ad sedandum scandalũ:tametsi certè res est dubia:quam nos aliorum iudicio cõmittimus.¶Sed nascitur ex hac conclusione dubium, vtrum si iudex nouerit crimen aut indicia,per iniuriam quam non ipse, sed alia persona priuata intulerit, posit procedere ad inquisitionem & vindictam?Et videtur ꝙ nõ: postquam cognitio processit ex iniuria. Dubium.

¶Respondetur,ꝙ iniuria illata extra iudiciũ à priuata persona:nihil obstat quominus iudex posit inquirere.Vt si Petrus secretò occidit hominem,& filius occisi suspicatus Petrum fuisse occisorem tormentis & minis extorqueat ab illo cõfessionem & testes quibus posit conuinci,& tandem eum deferat in iudicium,tunc posset iudex procedere: quia nihil sua interest quomodo alter extorserit confessionem.Hoc tamẽ vnum strictè admonuerim,vt si cognitio criminis (qualecunque sit) ortum habuerit ex confessione sacramentali, tunc(quicunq; ille fuerit qui secretum aut extorserit aut propalauerit) nullatenus licebit ad inquisitionem aut ad pœnam procedere iudicialem.Exempli gratia. Si sacerdos sacrile-

gus reuelauerit confessionem homicidij:ac demum per ora deuenerit in aures iudicis,constiteritq; iudici,via id sacramenti dimanasse, tūc nullo modo potest illud iudicialiter inquirere aut punire:& sacrilegiū cōmitteret inquirendo aut puniendo.Probatur.Quæ in sacramento sacerdoti detegūtur,dicunt tanquàm deo: ergo in quascunque aures eiusmodi secreta deueniant,reputari debent acsi prorsus nesciantur:quæ proinde si reuelentur,grauis fit iniuria sacramento & religioni.Et pręterea opposito dato periret sacramentum confessionis: quod tamen summè necessarium est in ecclesia dei.Nā deterrerentur homines à confessione,si vel suspicarentur aliquod inde detrimentum eis posse vlla via parari.Eadem ratione si laicus audiens cōfessionem quæ fit sacerdoti, confessionem reuelaret:atq; adeò si laicus habitum mentitus sacerdotis,confessionem audiret,& in publicum produceret,nefas esset iudici ad inquisitionem aut punitionē inde procedere.Quocirca cauēdum præsertim est prælatis cùm aliquid via confessionis,siue per iniuriam,siue per imprudentiam confessorum aut confitentium,nouerint, ne illud prætendant iudicialiter aut inquirere aut punire. De quo latiùs quæstione vltima.

¶AD primum argumentum respondetur, quòd verba Apostolorum id solum sonant: vt filij & subditi per omnia obediant parentibus & prælatis,in quibus iure illis subduntur.

¶Ad secundū respondetur,quod quanuis pręlati omnes sint Dei ministri, non tamen habent absolutam, & infinitam potestatem, sicut Deus.Dei enim intellectus est regula infallibilis suæ voluntatis,vt quicquid ipse iudicauerit bonum,eò sit bonū & æquum, quòd ipse ita iudicauit. Homines verò quia falli & fallere possunt,habent præscriptas regulas & leges:quas si prælati transgrediantur,non habent vim ligandi subditos:habent enim potestatem,non in destructionem,sed in ædificationem.2.Corinth.13.

¶Ad tertium respondetur,quòd quia in hominibus nihil potest esse perfectum, ita prouidendum est huic bono,vt non detur occasio alterius mali. Et in proposito, si omnes prælati perfectissimi essent, forsan expediret vt omnes cognoscerent intima cordis subditorum:vt per hoc subditi arcerentur à peccatis:sed tamen cùm rari sunt illi,periculum esset ex alia parte,si scirent omnia occultissima peccata: nam fortè illa imprudenter proderent.Et præterea non esset tantus amor prælati erga subditos: nam vix inueniret quos posset ex corde diligere: adeò sunt multa occulta hominum crimina.Et postremò.Iugum Dñi suaue est: quare noluit obligare homines ad rem tam difficilem,vt prælatis occultissima peccata manifestarent.Inde enim sacramentum confessionis existimatur adeò difficile,φ homines obligat intima cordium confiteri:quæ proinde confessio soli Deo & eius vices gerenti fuit expediens vt fieret.

QVÆSTIO SECVNDA.



VTrùm subditus teneatur obedire prælato interroganti secretū, quotiescūq; dubitat iure ne interrogetur,an iniuria. ¶Ad partem affirmatiuā arguitur primò. Quicunque rem possidet,quāuis dubitet sua sit nec ne, iure vtitur ea,quoadusq; certus sit sentētia iudicis,vel alia via,rem nō esse suā:vt legitur vtroque iure.c.Si virgo.34.q.2.& glo.c.fin.de præscri.& l.Qui scit.ff.de vsur.sed prælatus est in possessione respectu subditorū:ergo in re dubia habet ius præcipiēdi:& per cōsequēs subditi tenent tunc obedire. ¶Et cōfirmat. Quia aliàs sequeretur,φ prælati quotiescunq; quid iuberent,tenerētur manifestare quo iure id faciūt,anteq̄ subditi tenerētur obedire:quod in graue vergeret detrimentum gubernationis.

¶Secundo arguitur. Coniunx, dum dubitat an alter sit eius coniunx, tenetur reddere debitum petenti,eò φ est in possessione: vt expressè iubetur.cap.Dominus.De secundis nuptijs.& cap.Inquisitioni.De sentē.excom. ergo pari ratione,postq̄ prælatus est in possessione,tenentur subditi ei parere in dubio.

¶Et confir.Si princeps indicat bellum, edicat que ciuibus vt armentur ad illud,quanuis subditi dubitent iustum ne sit bellum, an non, tenētur nihilominus parere, & si fortè princeps iniquè præciperet(nisi manifestè constaret edictum esse iniquum) vt est sententia Augustin.capitul. Quid culpatur.23.quæstio.1. (qui forsan est sensus illius documenti. 1.Petri.2.Serui subditi estote dominis, etiā dyscolis) ergo pari ratione,quando dubia est iustitia præcepti,tenentur subditi parere.

¶Tertiò.Qui se exponit periculo peccandi, peccat, secundum illud Ecclesi.3.Qui amat periculum,peribit in illo:sed quicunq; dubitans an preceptum sit iustum,si parere recusat, exponit se periculo non obediendi: ergo peccat non obsequendo.

¶Et confirmatur argumento vulgato ad hoc propo-

propositum. Quandocũq; aliquis est dubius, an aliquid ei liceat (siue de iure, qa sunt æquales rationes aut opiniones pro vtraq; parte: siue de facto, vt cùm quis dubitat, an infirmitas sua sit sufficiens ad frangendũ ieiunium) tunc consilium est receptissimũ, vt adueniente præcepto prælati, in illam partem inclinet subditus: quia cùm rationes priùs essent æquales, superueniens præceptum facit illam partem põderare præ altera: ergo eadem ratione quoties prælatus præcipit aliquid, & dubiũ est an ius habeat præcipiendi, parendum est illi.

¶In cõtrarium est, φ ex duobus malis minus est eligendum: vt admonetur apud Aristot. 2. Ethico. ca. 9. & in octauo Toletano concilio. distinct. 13. ca. Duo mala. sed quandoq; dum quis dubius est an teneatur parêre prælato, cõtingit grauius imminere periculum si pareat, quam si non pareat: puta quia agitur de vita hominis, in quem nondum est certum eius crimen: ergo tunc non est illi obediendum.

QVæstio generalis est inter doctores, quam Adrianus Papa quot. 2. tractat prolixè: sit ne obediendum prælato, vbicunque dubium est an ius habeat præcipiendi. Et Syluester in verbo, Obedieõtia. §. 4. dicit omnes doctores tenere partem affirmatiuam. Fortè intelligit summistas. Adrian⁹ verò in multis casibus tuetur partem negatiuam. Nos in præsentiarum nõ versabimus casus vniuersos, sed illos qui peculiariter spectant ad rem secreti tegendi, aut detegendi. Et in hac materia secretorum est sententia Petri de Palud. in. 4. distinct. 19. quæstio. 4. dicentes quòd quando prælatus exigit secretum, tunc si certum est subdito prælatum iure præcipere, parêre tenetur: si verò certum est contra iura præcipere (quę exposita sunt mẽbro. 2.) obedire non debet: sed si dubium est vel iuris vel facti, tunc præsumendum est de iustitia iudicis, & debet ei dicere veritatẽ. Cui sententiæ subscribit Syluester in verbo, Inquisitio. §. 3. & ferè Doctores canonistæ. Atqui si prælati illi essent, quos nulla ignorantia decipere nullaque posset corrumpere loiquitas, nulla esset tunc quæstio, nec dubia esset sentẽtia hæc, quæ asserit in dubio inclinandum esse semper in præceptum prælati: at quia prælati homines sunt qui & decipi & decipere facilè possunt, maiori negotio versanda est quæstio. Præmittendum est in primis, aliud esse habere dubium, aliud habere scrupulum. Dubius enim est ille, qui neutri patri contradictionis assentitur, sed ita habet suspensum animum, vt in neutram præpondeat: vt ego modò sum dubius paria ne sint astra, an Imparia. Scrupulus verò est (vt reor) formido vnius partis contradictioois, quæ stat simul cum opinione alterius: vt cum quis habet opinionẽ aliquem cootractum esse licitum, & formidinem de parte contraria, illa formido est scrupulus: qui potest esse maior aut minor, vt statim commonstrabitur, & de vtroque scilicet tam de dubio, quàm de scrupulo, dicturi sumus. ¶Sed notandum præterea, φ præceptũ prælati, quando dubium est an ius habeat pręcipiendi, bifariàm potest accidere. Aut ẽm certum est & compertum opus illud, quod præcipitur esse licitum, ita vt nullum sit periculũ id fieri: aut opus tale est, vt periculum habeat ad vtranq; patrem. ¶His habitis respondetur ad quæstionem quatuor conclusionibus.

¶Prima, quando præceptum est de re tuta vbi nullum imminet periculum aut bono publico, aut tertiæ personæ, in re dubia vt plurimum obediendum est. Verbi gratia. Præcipit mihi prælatus studere, aut seruire infirmis, quę sunt opera, vbi nullum imminet periculum, quãquam sit dubiũ an id possit præcipere, debeo obedire. Probatur, quia cùm obedientia sit virtus perfectissima, nec debet subditus rationem omnium præceptorum exigere, nec prelatus tenetur reddere: maximè vbi id quod præcipitur licitum est: sub hac cõclusione cõpræhendimus casus designatos in vltima confirmatione, ad partem affirmatiuam quæstionis: vt puta cùm valetudinarius dubius est, debeat ne ieiunare, aut horas canonicas soluere: aut si sit dubium de iure: accedente authoritate prælati, illa pars est tenenda. Prima conclusio.

¶Quòd si quis arguat nõ esse omnino tutam partem, quãdo præcipitur fractio ieiunij propter dubium infirmitatis aut aliud huiusmodi: nam periculum est tunc frãgendi præceptum ecclesiæ. ¶Respondetur, quod prelatus est sicut interpres Dei: & ideo vbi noo est aliud periculum nisi fractionis legis, tunc periculum cessat: quia præceptum prælati habetur pro interpretatione legis. secus, quando est periculum damni reipublicæ, aut tertiæ personæ: vt diximus in conclusiooe. Addiderim tamen: vt plurimum: quia nec in vniuersum obediendnm est in re dubia, quanuis nullum sit periculum: vt puta si res est molesta nimis & difficilis subdito. Si enim mihi prælatus præciperet longum iter, aut rem difficilem, dubiũ que esset mihi ius præcipiendi, non tenerer statim parêre. Vnde sententia est Sanc. Thomæ in quart. distinct. 36. exponeotis verbum

magistri, quod est in concilio Vermeriēsi. 29. quæstio. 2. cap. Si quis ingenu⁹. quòd si quis liber desponsaret sibi puellam, quam bona fide credit esse liberam, & postea ex causa probabili dubitet illam esse seruā, non tenetur ei reddere debitum, quanquàm Ecclesia præcipiat: nam si reddit animo non maritali, fornicationem committit: si verò animo maritali, incurrit graue detrimentum: puta quia inuitus consummat tunc matrimonium cum serua. Ecce quemadmodum nemo cōstringitur parêre in re dubia cum graui suo detrimento, quanuis opus quod prçcipitur esset tutum, periculum ageretur tertiæ personæ, eò quòd id subditus exequeretur. ¶Ex hac conclusione sequitur, quòd quando prælatus interrogat sub præcepto aliquo secretum, vnde nullū imminet cuiquam periculum, & dubium est an habeat ius præcipiendi, tunc tenetur subditus reuelare, præsertim si reuelatio illius secreti iuuat ad tollendam malam suspicionem prælato. ¶Secunda conclusio. Quādo prçlatus inquirit in quēpiā, & interrogat sub præcepto, quod ex probabili causa dubitatur esse iustum, non semper tenetur subditus respondere, sed in eā partem inclinandem est, in qua est minus periculi. Exempli gratia. Inquirit iudex aduersus homicidam aut furem, aut in quēuis alium reum priuati criminis, puta quod nō est in perniciē publicam, & dubium est probabile pro vtraq; parte, sitne infamia aut indicia quibus legitimè possit inquirere: tunc testes hoc modo dubitantes non tenentur testimoniū dicere: imò tenentur celare crimen, quāuis sint conscij: & à fortiori, nec reus ipse si interrogetur tenetur se prodere, quia maius periculum est si occidatur homo contra ius, quàm si non obediatur prælato. ¶Probatur conclusio primò ratione generali. Regula est receptissima magistrorum in materia de ignorantia, quòd in dubio sequenda est pars tuta: quòd si neutra fuerit tuta, illa potius eligatur, vbi minus est periculi. ver. g. Dubitat quispiā an obligetur mētiri officiosè pro seruanda vita hominis: considerandum est tunc vtrum eorū esset grauius (si vtrunq; procederet ex scientia) permittere mortem hominis, quem quis tenetur seruare, an mentiri officiosè: & quia manifestū est primum esse grauius (quia illud est mortale & secundum est veniale) fit vt ille teneatur mentiri si nō potest tollere dubiū, quanquam sint plures rationes pro parte negatiua. Sed si est dubius an teneatur peierare pro vita seruanda, tunc tenetur potius permittere mortem, quàm peierare: quia si vtrūque procederet ex scientia, grauius esset periurium, quàm homicidium. Itaq; in materia morali non censetur illa pars minus dubia, quam plures comprobant rationes, sed illa potius, quç minus est periculosa, nam minus periculum habetur pro maiori ratione: tametsi, quando vtraque est æquè periculosa, illa deligenda est, in quam probabiliores rationes propendunt. Ad propositum ergo. Non obedire iudici ex scientia, casu quo inquirit ad vindicandum priuatum homicidium aut furtum, est peccatum mortale, sed tamen non infinitum, vt nonnulli formidant: imò grauius est hominem iniustè occidere: ergo in probabili dubio potiùs eligendum est periculum inobedientiæ, quàm homicidij: atque adeò tunc non est dicendum testimonium. Quo fit, vt si prçlatus interroget sub præcepto aduersus aliquem, putans grauiora commisisse crimina, & testis scit leuiora esse, nec vergere in infamiam aut detrimentum alterius dubiusq; est iustum ne sit præceptum, tenetur tunc parêre: quia minus est in illa parte periculum. ¶Secundò probatur conclusio peculiari argumento huius materiæ inquisitionis. Vnusquisque præsumitur bonus quoadusque probetur malus, sed quandiu dubium est, an sit ius inquirendi aduersus aliquem, tunc nec probatus est malus, nec iure existimatur talis (nam sola infamia aut indicia sunt quæ faciunt præsumptionem iuris) ergo re dubia & iudex inquirens peccat, & testis si obsequatur iniustus est.

¶Et tertiò arguitur. Iura fauent reo sicut possessori: ergo quoadusque constiterit ius esse inquirendi, reus habet ius vitæ, famæ, & bonorum suorum: atque adeò in dubio nec licet in eum inquirere, nec testimonium dicere. ¶Sed quid si quis habeat opinionē quòd tenetur obedire, formidinem tamen & scrupulum quòd non tenetur? Dubium.

¶Gerson in tractat. De pœniten. & in De præparatio. ad missam. videtur prima fronte tenere, quòd quando quis habet opinionem & assensum vnius partis, tunc potest, imò frequenter debet agere contra formidinem alterius. In quam sententiam citat Altisiodorensem. At profectò doctores grauissimi non intelligunt hoc in vniuersum: sed quando pars illa quam quis opinatur, est tuta: vnde videlicet non imminet periculum tertiæ personæ: aut quando formido est leuissima. Vt si quis habet opinionem integrè esse confessum (qd est exemplum Gersonis) non tenetur propter formidinem contrarij iterum confiteri: aut abstinere à communione.

¶Sit

3.Cōclusio. ¶Sit ego in proposito tertia conclusio. Licèt quis habeat opinionem partis minus tutæ, & solam formidinem alterius, non semper tenetur sequi opinionem, si modò ab illa parte magnum immineat periculum, & formido alterius apparentem habeat probabilitatem. Exēpli gratia. Interrogat te iudex aduersus dignissimam personā, nempe cuius vita pretiosa est in re publica, opinarisq; iudicem legitimè inquirere, sed cum probabili formidine partis contrariæ: certè non tibi consulerem opinionem sequi vt testimonium dicas, sed potiùs celes, nam periculum graue, ne dignissima persona præter ius occidatur, facit vt in moralibus formido pręponderet opinioni. At verò si formido tenuissima est, nempe quæ à pauore potiùs & ignauia meticulosi hominis, quàm à ratione proficiscitur, talis vincenda est, aut contra illam agendum. ¶Hinc consequitur quid Scrupulus. sit scrupulus. Cùm enim quæstio sit de nomine, posset quis omnem formidinem in vniuersum vocare scrupulum, quando contrarię partis habetur assensus, saltē opinatiuus. Sed tunc consequenter concedendum esset, quòd non semper agendum esset contra scrupulum, imò quòd nonnunquam agendum est secundum illum, vt modò dicebamus. Ob idq; significantiùs forsan dicetur scrupulus: nō omnis formido, sed illa quæ adeò tenuis est, vt sit contra illam agendum: nam scrupulus breuissimum lapillum significat qui in calceo latet, atq; adeò in moralibus significat illam formidinem, quę ex pauore & metu procedit, cuius nulla est habenda ratio. ¶Sed contra secundam conclusionem, & pręsertim contra tertiam arguitur. Agere contra conscientiam est peccatum, vt omnibus est receptissimum (perinde enim delinquit, qui accipit rem suam quam credit esse alienam acsi acciperet rem alienam) sed qui in dubio non obedit prælato, præsertim si opinatur iustum esse præceptum, agit contra cōscientiam: ergo peccat. ¶Respondetur duobus modis. Primò, quòd agere contra conscientiā tunc solùm est peccatum, quando agere secundum cōscientiam est tutum, nec inde aliquod imminet periculum, nec reipublicæ, nec tertiæ personæ. Vt si habeo conscientiam, quòd hodie teneor audire missam, tunc aut debeo conscientiam deponere, aut missam audire: quia si audiam, nullum sequitur periculum. Sed quādo neutra pars est tuta, nec potest homo conscientiam tollere, tunc nullum est peccatum agere contra partem minus tutam.

¶Et quāuis solutio hæc verissima sit, notandū tamē est secundò duplex esse dubiū, aliud speculatiuum, aliud verò practicum. Dubium speculatiuum est, quod pertinet ad intellectum speculatiuū: nempe qui nihil ordinat ad opus: practicum verò est, quod pertinet ad intellectum practicum: vt puta qui de actionibus dictat humanis. ver. gra. Habeo pacificam possessionem rei quam bona fide acquisiui, sed incipio dubitare an sit mea: dubium illud est speculatiuum: sed tamen nō sequitur, Dubito an res quam possideo sit mea: ergo dubito an teneor dare (quod est dubium practicum) nam possessio facit me certum vt non tenear, quo adusque iuridicè compertum habeam, rem nō esse meam: vt colligitur ex cap. Si virgo. 34. q. 2. Quemadmodum Iacob quanuis dubitasset speculatiuè, an illa quæ erat in lecto esset sua, tamen quia ignorantia erat inuincibilis, non dubitabat practicè quin teneretur debitū illi reddere. Ad hūc modum dicere possumus in proposito, quādo quis dubitat an prælatus ius habeat inquirēdi, si videat maius imminêre periculū testimonium dicendo q̄ celando, tūc certū est, quod ille nō tenetur obedire: atq; adeò nō facit contra conscientiam practicā, quanuis faciat cōtra dubiū speculatiuum: quod nullū est peccatum contra bonos mores. ¶Sed percon Dubium. taris fortè, quid si in re dubia præcepto addatur cōminatio sub sententia excommunicationis? Videtur quod tunc tollatur dubium, & nō teneatur subditus parère. Nam si sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda est: vt Gregorius admonet. 11. q. 3. cap. 2. à fortiori in re dubia magis est formidanda. ¶Respondetur, quod quādo dubiū est ius pręcipiendi, nihil refert qua cōminatione proferatur pręceptū, siue ex cōmunicationis, siue alius pœnæ. Nam sicuti dum præceptū est manifestè iniustum, nihilo magis ligat, quantūcunq; addatur pœna excōmunicationis: ita dū res est dubia nihil affert certitudinis: pręterq̄, quod iuxta sententiā Gregorij tūc magis timendū est atq; adeò oculatius vestigādū est, an pręceptū sit iustū & legitimū. ¶Quarta conclusio. Quando crimina de qui- 4.Cōclusio. bus sit inquisitio, ea sunt quæ vergunt in perniciem publicam: vt proditio, crimen læsæ maiestatis, hæresis, & alia id genus: tunc in re dubia, vice versa, dicendū est potiùs testimoniū, q̄ celandum. Nēpe si dū inquisitores hæreticæ prauitatis interrogant aduersus hęreticum, dubius sit testis propter aliquā fortè probabilem rationē, an sit tunc casus iustè interrogādi, parêre debet & testimoniū dicere in periculū hęretici: etiā si rationes sint aliquātulo probabiliores pro parte cōtraria. Probatur cōclusio eo dem fundamento. In re dubia illa pars deligen

 da

da est vbi minus est periculi, sed minus pericu
lum est si persona priuata iniustè occidatur,
quàm si Republicæ damnum detur (si vtrun-
que procedat ex scientia) ergo in re dubia po-
tius inclinandum est in periculum particula-
ris personæ, quàm in damnum publicum: atq;
adeò in casu conclusionis, dicẽdum est potius
testimonium, quàm celandum. ¶ Quòd si con
trà quis arguat, quòd in re dubia reus adhuc
pręsumendus est bonus, vt suprà arguebamus:
postquàm iura non sunt certa & manifesta in
quirendi aduersus illum. ¶ Respondetur, quòd
vbi arguitur de bono publico, non requiruntur
tot merita, vt supra dictũ est, ad procedendum
cõtra personam particularẽ, quia mẽbra post
habenda sunt capiti: & ideo in dubio ius est de
clinare in periculũ potius priuati boni, quàm
Dubium. publici. ¶ Dubium tandem postremum restat
in hac quæstione. Quid si homo ignoret do-
ctrinam harum conclusionum? est ver. gra. qui
dubitat sit ne præceptum prælati iustum an
iniustum, & præterea nescit, an tali casu de-
beat sequi partem minùs periculosam: quales
sunt ferè plebei. ¶ Respondetur, quòd hoc du-
bium generale est in omni materia. Nos enim
solùm dicimus quod censemus, ratione & iure
facieddum. Qui illo modo dubitat & ignorat,
consulat peritiores, aliàs faciens contra ius, si
ignorantia fuerit inuincibilis excusabitur: sin
verò vincibilis, peccabit. ¶ Ad primum princi
pale respondetur, quòd prælati & iudices non
sunt in possessione respectu subditorum, nisi
quatenus iusta præcipiunt: & ideo quando du
bium est, an præcipiant iustum, tunc si sit in
pręiudicium tertij, quia ille tertius est etiam in
possessione famę suę & bonorum, in eam par
tem inclinandum est, vbi est minus periculi.
¶ Ad confirmationẽ respondetur, quòd quan
do prælati qui præcipiunt vnde nullum peri-
culum religioni aut Reipublicæ, aut tertię per
sonæ timetur, nõ constringuntur rationẽ red-
dere, sed simpliciter parendum est illis etiam
in dubio, vt suprà dictum est: quia tũc nullum
est periculum, si præsumatur iudex iustè præ
cipere. Quando verò eiusmodi periculum im-
minet, tunc si subditus dubitat, nihil facit con-
tra obedientiam, si exigat à prælato rationem
præcepti, proponens humiliter rationes dubi-
tandi. ¶ Ad secundum principale respõdetur,
quòd quãdo coniunx incipit dubitare, an vir
sit verè maritus, cui tamen bona fide nupsit, te
netur reddere debitum petenti, nõ solùm quia
vir est in possessione, sed præterea qa illa pars
est magis tuta. Nam si vtrunq; fieret ex scien-
tia, maius peccatum est fraudare coniugem
coniugali debito, quàm fornicatio. Et ideò in
dubio soluendum est debitum: quia, non solue
re est periculum iniustitiæ coniugalis: & solue
re solùm est periculum fornicationis.
¶ Ad confirmationẽ respondetur, quòd prin-
cipi imperanti arma sumere, re dubia an bellũ
sit iustum, parendum est: non solùm quia pos-
sessionem habet præcipiendi, sed quia præce-
ptum spectat ad bonum publicum: puta ad de
fensionem Reipublicæ: & ideo quanuis tunc
immineat periculum, ne (si bellum sit iniustũ)
occidantur innocentes, non tantum ponderat
hæc pars, sicut alia: quia ciues debitores sunt
suæ Reipublicæ, non alienę. Non enim posset
princeps bene defendere & tueri Rẽpublicã,
si quoties indicit bellum, deberet singulis ciuiũ
rationem reddere belli. Satis est si optimatum
id consilio faciat.
¶ Ad tertium principale respondetur, quòd
quando vtrinque est periculum, qui se expo-
nit minori, nihil agit contra doctrinam sa-
pientis.
¶ In confirmatione latet fallacia. Antece-
dens enim facilè conceditur: videlicet, quòd
quando ante præceptum prælati subditus du-
bitat de iure aut de facto, tunc adueniens præ-
ceptum prælati (si modò probus & sapiens
sit, nec agatur de periculo tertij) facit illam par
tem certam: quia non dubitatur quin prælatus
habeat authoritatem interprætandi ius &
factum in dubio. Sed quęstio nostra est, quan
do dubitatur de iure prælati: puta quando du
bium est an iustum sit eius præceptũ. Et ideo
consequentia non tenet.

QVÆSTIO TERTIA.



TRVM qui præter
ius de secreto crimine in
terrogatur, iure possit
verborũ obscuritate &
amphibologia interro-
gantẽ eludere. ¶ Ad par
tem negatiuã arguitur.
Mentiri nulla de causa licet: vt latè confirmat
Augustinus super quintum Psalmum, & in li-
bro de mendacio: quod refertur, vigesimase-
cunda quæstione secunda. cap. Ne quis. & cap.
Si quis. sed qui verbis amphibologicis alium
decipere intendit, quodammodò mentitur:
nam mentiri (vt nomen sonat) est contra men
tẽ ire: quod ille videtur facere, qui aliud quàm
ipse habet iudicium gignere intendit audito-
ri: vnde Augustinus libr. Contra mendacium
cap. 2.

cap.3. Culpa (inquit) mentientis est in enunciando animo suo fallēdi cupiditas. Ergo illud non licet. ¶ Et confir. Veritatis virtus ea est, vt suam quisq; mentē illis explicet verbis, quæ secundum cōmunem vsum talē habēt significationē. Nam (vt.26. Moral. inquit Gregorius, & refertur.22.q.5.) humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris sonant: diuina verò iudicia talia foris audiunt, qualis ex intimis proferuntur. Et subiungit, ꝙ non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni. Ergo verbis obscuris & amphibologicis aliū decipere, est veritati contrarium: atq; adeò vbique malum. Ob idq; August. in lib. de conflictu vitiorum: quod habetur.22.q.2. Nec artificioso (inquit) mendacio, nec simplici verbo oportet quenq̃ decipere, quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam. Et Isidorus lib.2. sent. & refertur eadem causa. quæst.5. Quicunq; (inquit) arte verborum quis iurat, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iurator intelligit. ¶ Secundò principaliter arguitur. Si liceret verborum amphibologia respōdere ad mentem respōdentis ad decipiendum interrogantem: eadem etiam verborum arte liceret iurare: nam quibuscunque verbis, quæ citra mendacium licitè proferri possunt, licet, quando est necessarium, adijcere iuramētum: sed iurare illo modo non licet: ergo nec citra mendacium alium decipere. Minor comprobatur sententia Augusti. in quodam sermone qui scribitur.22.q.5.cap. Ecce duo. vbi ait. Qui super lapidem iurat falsum periurus est. Erant enim qui putabant excusari à periurio, iurantes per hæc Euangelia superponentes tamen manum, non libro, sed lapidi: quem ille qui iuramentum exigebat, putabat esse librum. Dicit ergo Augustinus illos esse periuros: quia, Cùm iuras (inquit) non iuras lapidi, sed proximo & ante Deum: & quia proximus intelligit te iurare per Euangelia, periurus es.

¶ Tertiò principaliter arguitur. Decipere aliū iure interrogantem, vitium est contra veritatē & fidelitatem: sed quod est contra huiusmodi virtutes, de se intrinsecè est malum: ergo nulla ratione, nec ad repellendam iniuriā, licet aliū decipere. ¶ Et postremò cōfirmatur. Si fas esset obscuris verbis eum fallere, qui contra ius percōtatur secretum id etiam esset pro libito licitum sine necessitate: vt puta cùm interrogatus posset tacendo, vel appellando, vel alia iusta via secretum celare: quod tamen nō est facile cōcedendum: ergo neutiquam ius est, verborum amphibologia quenquam, quàmlibet iniustè percontantem, decipere. ¶ Sed in contrarium est, quia vbi quispiam iniuria petitur vt secretum patefaciat, ius habet quaecunq; arte celandi secretum, quāuis interrogans æquiuocatione verborum fallatur, modo verba aliquem habeant sensum, quo citra mendacium proferri possint: vt docet August. super Genesim. q.27. & latiùs contra Faustum lib.22. vbi exponens illud Abrahæ, Gene.2. Dic obsecro quod soror mea sis: ait, aliud esse verum celare: aliud verò mentiri.

QVæstio hæc præcipua est in hac materia secreti tegendi: atque adeò in qua aliorum mallem auscultare sententiam, quàm meā dicere. At verò, quia rem necessariam silentio præterire non possumus, tentabimus ad quæstionem septem conclusionibus vtcunque respondere.

¶ Et quo certa primū omnium ab ambiguis separemus, iaciamus oportet primā hanc conclusionem, qua dicenda cuncta nitantur. Mendacium nulla prorsus de causa licitum est. 1. Cōclusio. Cōclusionem hanc cōpertissimam habet Augustinus libro De mendacio. Fuerat enim fortè antiquitùs philosophorum opinio, licitū esse mentiri pro vita amici seruāda, aut pro aliquo id genus grauissimo malo vitando, quod mendacium misericors appellabāt: cuius meminit Plato.3. De rep. & .2. de legi. & Cic. pro Q. Liga. Et aduersus hunc errorem composuit Augusti. libros illos duos de Mendacio, & Contra menda. vbi ait, nec pro vita hominis, nec (quod multo maius est) ad euitandum quodcunque aliud peccatum quantuncunque grauissimum, licere vnquam mentiri. Cui perinde sententiæ theologi vniuersi in.3.d.38. vno consensu subscribunt. Ratio Augustini & doctorum est: quia absolutè præceptum est in decalogo. Non falsum dices. & in.5. Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendaciū. & Eccles.7. Noli mentiri omne mendaciū. Vbi in vniuersum, nulla causa excepta, prohibetur omne genus mendacij. Quòd si quis hæsitans arguerit, inde solū colligi mendacium sine causa prolatum esse malum: nihil tamē vetare, quominus aliqua de causa possit fieri bonum, sicut Ecclesiasticum ieiunium licitè frangitur propter infirmitatem. Respondetur, quòd ratio conclusionis ad intentionem Augustini est huiusmodi: vt est apud Sanct. Tho.2.2.q.100. art.3. Id quod est intrinsecè & de genere suo malum, nulla de causa fieri potest vt sit bonum: sicut ignis quia suapte natura est calidus, nullateꝰ fieri potest vt non sit calidus, sed mendacium; vt dicit Arist.4. Ethic. cap.7. per se improbum est &

est & vituperabile: quia voces naturæ ordine debent verè significare conceptus: ergo mendacium propter nullam causam potest esse licitum. Attamen dissensio est inter S.Tho. & Scot.& plerosq; alios, quòd S.Tho.hac ratione putat, omnia præcepta decalogi adeò esse intrinsecè bona, vt nec Deus posset in illis dispensare: itaq; nō potest facere vt mendacium (salua semper ratione mendacij) sit bonū: quēadmodum nec facere potest vt ignis nō sit calefactiuus. Alij verò putant Deum posse dispēsare aut in omnibus, aut in aliquibus præceptis decalogi. Quam quidem controuersiā, non est præsentis loci dirimere: sed satis est, hoc esse apud omnes cōpertissimum (quicquid sit de dispensatione diuina) communi lege nullatenus fas esse mentiri. Hoc ergo sit fundamentū huius quæstionis, quod ponit Sanct.Thomas.2.2.quæst.69.art.1. Qui per iniuriam interrogatur, iure potest veritatē celare: cui tamen mendaciū dicere, nulla ratione licet. Quo fit vt possit vti quibuscunque amphibologijs: dummodo possint aliquo vsitato sensu citra mendacium intelligi: quanuis interrogans in alio sensu decipiatur: quia ius est cuicunque repellendi propriam iniuriam, non obstante alterius detrimento. ¶Hoc habito fundamento, dicendum nobis priùs est, de modo tegendi confessionem sacramētalem, vbi minus est ambiguitatis: mox de alijs secretorum generibus sæcularium. ¶Sit ergo secunda conclusio. Ad tegēdum secretum confessionis licitum est vbique sacerdoti, dum ea interrogatur quæ in confessione nouit, respōdere se nescire, nec alia opus habet verborum arte: quia id potest in tali casu citra mendacium responderi. De hac cōclusione satis conuenit inter doctores (præter Gabrielem) in.4.distin.21. tametsi de ratione dissentiant. Enimuerò Ricardus in.4.quæst.1.hac vtitur ratione. Eadem persona verè affirmare potest aliquid, loquens in persona alterius, quod verè negat loquens in persona propria. Angelus enim loquens Moysi in persona Dei Exo.20. verè dixit. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: quod verè negasset si loqueretur in persona propria: sed sacerdos ea quæ audiuit in confessione nouit in persona Dei, & extra confessionem interrogatur vt persona propria: ergo quod in confessione potest affirmare se scire vt Deus, potest extra confessionem simpliciter dicere se nescire. Hæc verò ratio meritò non placet Scoto: qui eadem dist.quæst.2.scitè arguit aduersus eam. Aliud enim est quempiam loqui in persona alterius: id est fingendo se esse aliū

2.Cōclusio.

(sicut persona comœdiæ loquitur vice Chremetis aut Pamphili, cuius personā induit: quo modo Angelus de rubo loquebatur in persona Dei) aliud est loqui in persona alterius: id est, authoritate alterius (quemadmodū Prætor authoritate quam accepit à rege, profert sententiam perinde ac si à rege pronuntiaretur) & sacerdos in sacramento cōfessionis non agit personam Dei primo modo, vt putat Ricardus: sed secundo modo, tanquam minister: secundum illud. Io.20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: vbi collatum est hoc ministeriū: ergo quæ audiuit in confessione, nō solùm scit vt Deus, primo modo, sed vt propria persona & minister Dei. ¶Et secundo arguitur argumēto Scoti. Clauis scientiæ ordinatur in clauem potestatis: ergo quemadmodum sacerdos absoluit, cognoscit peccata: sed in persona propria dicit, ego te absoluo: sicut in alijs sacramentis dicit, Ego te baptizo: aut, Ego te consigno: ergo in persona propria nouit illa peccata à quibus absoluit. Magister enim senten. est qui in.4.dist.8.opinatur, quòd sacerdos non absoluit: consitentem, sed ostendit absolutum. In quo nō tenetur. Imò certè sacerdos absoluit quod vel illo verbo Christi exprimitur: Quorum remiseritis. Vnde Chrysostomus lib.tertio De sacerdotio. Sententiam (inquit) Dei præcedit sententia sacerdotis, & sententiam sacerdotis confirmat Deus. Quo nostri interim præstant sacerdotibus veteris legis: qui vim non habebāt animarum purgatoriam. ¶Et tertiò arguitur. Quia si sacerdos loqueretur in persona Dei: ad sensum Ricardi, non præmitteret precē illam, Dominus te absoluat: nec diceret: Authoritate mihi commissa, ego te absoluo: nam verba illa in persona Dei prolata falsa essent.

¶Et postremò confirm. Quia si vera esset opinio Ricardi, tunc sacerdos reuelans peccata in genere, dicens se scire multa esse peccata in populo, aut se scire conscientiam Petri mentiretur (cùm loqueretur in persona propria: & tamen non scit illa, nisi in persona Dei) sed consequens est falsum: quia secūdùm doctores in eadem distin. illo modo reuelare peccata, nullum est peccatum, si fieret sine scandalo.

¶Statim Scotus prosequitur probare, quòd non licet sacerdoti reuelare confessionem, alijs rationibus quàm Ricardus: quas non est præsentis loci recensere. Sed nihil dicit an liceat sacerdoti respondere: nescio. Tametsi in.4.dist.15.quæst.4.artic.3. id insinuat licere. At verò Gabriel dist.21.ar.3. propter argumenta Scoti dicit, quòd sacerdos simpliciter scit eā quæ audi-

audiuit in cõfeßione. Vnde colligit, quòd interrogatus nec poteſt reſpondere ſcio: nec neſcio: quia primum eſſet reuelare ſecretum ſacramenti, & ſecũdum eſſet mẽdacium. Et quãuis ſilentium ſacerdotis ſuſpicionem faciat interroganti, verum eſſe id quod interrogat, nihil (inquit) ad ſacerdotem: quia ſilentium de ſe non generat magis illã opinionem: quàm contrariam, ſed à malitia interrogãtis gignitur illa ſuſpicio. His verò nihil obſtantibus, primum omnium non eſt neganda illa locutio: quòd videlicet ſacerdos quæ audiuit in confeßione ſcit vt Deus, & non vt homo: quippe, quæ nõ ſolùm apud doctores in.4.diſt.21.& de pœni. cap. Omnis vtriuſq; ſexus. ſed apud põtifices eſt receptiſsima: vt capit. Si ſacerdos. De offic. ordi. & alibi ſæpe. Sed tamen verba illa non faciũt ſenſum, quem putat Ricardus: puta quòd ſcit vt Deus, ſicut Angelus loquebatur in rubo: imò ſenſus eſt quem cõprobant rationes, quas iam modò faciebamus: nẽpe ꝙ ſcit vt miniſter authoritate Dei. At verò nihilominus vera eſt noſtra concluſio: vt puta, ꝙ ſacerdos interrogatus (modò nihil nouit niſi in confeßione) poteſt reſpondere ſe neſcire. Et quando nulla eſſet alia ratio, ſatis eſſet authoritas theologorum & canoniſtarum id concorditer aſſerentiũ locis citatis: & præſertim Bernardi, qui ait: Nihil minus ſcio, quàm quod in cõfeßione ſcio: & præterea vſus omnium Chriſtianorũ. Voces enim eo modo ſignificant, quo recipiũtur à populo: populus autẽ Chriſtianus, dum audit ſacerdotem iurantẽ ſe nihil ſcire, nihil intelligit, de his quæ nouit in confeßione: quare verba illa ſolùm ſignificant nihil ſe ſcire extra confeßionem. ¶ Eſt tamen ſecunda quidẽ propria ratio. Nam ſacerdos ea quæ audiuit in ſacramento, quanquam nouerit vt particularis perſona, nouit tamẽ ea in foro & iudicio Dei: quod quidem Deus voluit eſſe adeò occultũ; vt peccata illic cõfeſſa habeãtur omninò pro oblitis, acſi non fuiſſent: ſecundùm illud Pſal. 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. & Ezech. 18. In quacunque hora ingemuerit peccator: iniquitatũ eius non recordabor. Quare ſacerdos, quemadmodum Deus, dicens: Ego te abſoluo: promittit habere peccata acſi nunquam audiuiſſet: atque adeò in foro exteriori citra mendacium poteſt dicere, ſe illa neſcire. Et hic eſt ſenſus illorum verborum: ſacerdos ſcit vt Deus: id eſt, ſcit, tanquam miniſter Dei & ad modũ eius.

¶ Et confirmatur hæc ratio. In alijs iudicijs cũ iudex tanquàm perſona publica in vno foro, puta Eccleſiaſtico, nouit aliquam cauſam, ſi poſtmodũ ſit iudex in alio foro, videlicèt ſeculari, tũc poteſt dicere ſe nihil nouiſſe de illa cauſa: intelligitur enim in illo foro. ¶ Sed tertiò arguitur. Sciri, quanuis vulgari ſermone dicatur etiam illud quod idoneis teſtibus credimus, tamen propriè id ſolùm ſciri dicimus, quod mẽtis firma ratione comprehẽdimus (verba ſunt Auguſtini. 1. retract. cap. 14.) & tamen quod aliorum relatione nouimus, profectò nõ certò cognoſcimus: quia cùm ſit omnis homo mendax, potuit qui retulit mentiri: quare propriè non dicimur illud ſcire, ſicut loquitur Ariſtot. de ſcientia. 1 Poſt. Nam ſciẽtia eſt certa & euidens cognitio veritatis. Quæ diffinitio à iuris etiam peritis recipitur. Baldus enim. L. Scire leges. ff. De leg. Scientia (inquit) eſt infallibilis notitia veritatis. Quò fit, vt quæuis ille qui eſt teſtis ex auditu, multum faciat aliquãdo in iudicio ad coniecturas: vt colligitur ex ca. Præterea. De teſt. & cap. Hoc videtur. 22. quęſt. 5. tamen nunquàm abſolutè teſtis in iudicio dicitur rem ſcire, niſi qui viſu illam, aut alio ſenſu experimentaliter nouerit: vt habetur cap. Teſtis. 3. quæſt. 9. vnde Io. 3. Quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur. &. 1. Ioan. 2. Quod audiuimus (ſcilicet ab ipſo ore Chriſti) quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt, hoc teſtamur. Et ideò ſub diſiunctione teſtis interrogatur, an ſciuerit vel audiuerit: quia audire nõ eſt ſcire. Tũc ſic arguitur. Sacerdos ea quæ audiuit in confeßione, non nouit niſi relatione illius qui mentiri poterat: ergo dicens ſe nihil eorum ſcire, non mentitur. Et quanuis illa verba poſſent facere ſenſum vulgarẽ, vt negetur etiam ſcientia ex auditu, ſatis tamen eſt, quòd habent vnum veriſsimum ſenſum, vt citra mẽdacium proferantur.

¶ Et poſtremò arguitur. Si ſacerdoti, dum tyrannicè interrogatur, nihil aliud liceret, quàm tacere, profectò multum inde ſigillum detrimenti pateretur. Nam, quanuis qui tacet nec ait nec negat, tamẽ in cõmuni vſu hominum, cùm quis non negat, crimen cuius negatio in laudem cederet, confiteri videtur. Vnde qui tacet in iudicio, habetur pro confeſſo: vt. L. prima. tit. tertio. lib. tertio. ordinationum. &. L. 12. &. 13. De ordine iud. in pragma. reg. Aliæ rationes communes ſunt, & ſigillo confeßionis & ſecularibus ſecretis. ¶ Alia ſecretorum genera ſecularium nõ ſunt (vt puto) tam celatu difficilia, in teſte qui de alieno crimine interrogatur, ꝙ in reo, dum interrogatur de proprio. Et ideo in hac ſecunda parte huius quæſtionis dicendum eſt de teſte, & in tertia, de reo.

¶ Sed

¶Sed tamen de vtroq; statuitur primū tertia
3. Cōclusio. cōclusio. Qui per iniuriā interrogatur de secre
to crimine, debet priùs, si potest defendere se
aut appellādo, aut tacendo, ostēdendo in promptu per iniuriā interrogari: vt colligitur ex S. Tho.2.2.q.66.art.1. si modò id facere possit, absq; eo q generet vehemētē suspicionem criminis: quod tamē iam modò dicebamus nō esse facile. Probatur, quia legitimus & iuridicus modus est, cū quis per iniuriam interrogatur, non respōdere: & alia remedia nō admittūtur nisi in necessitate: puta quando modus legitimus, grassante iniuria, nō sufficit. ¶Quarta cō-
4. Cōclusio. clusio. Testis qui præter ius de occulto crimine interrogatur, nec se potest defendere tacendo (salua maiorum censura) respondere potest se nihil scire. Hanc cōclusionem non tā habeo compertam, q̄ secundam: nec eam volo esse tā certam & probatā. Haud enim nescio doctores esse grauissimos, qui cū certò affirmēt fas esse sacerdoti dicere, Nescio: id tamen dubitāt in alijs secretis sæcularibus: tametsi non adeò id negent, vt iuniores quidam opinantur. Verba sunt Gersonis alphabeto.34. Q. Postq̄ enim dixit licere sacerdoti respōdere, Nihil scio, subiungit: Si autem possit similiter in alijs purè secretis ita respondere sine mendacio, ego non audeo definire: videretur tamen alicui par ratio, vt par verbi intellectus. Hæc Gerson. Vbi magis alludit ad partem affirmatiuam, quàm ad negatiuam. Et Scot.4.d.15.q.4.art.3. cùm admonuisset reū iniustè interrogatū, vt ad modum iuristarum neget proposita vt proponūtur, subnectit. Sed nunquid si neget, intendens negare sicut sacerdos facit de confesso, dicens: Nihil mali scio: an teneatur pœnitere? Responsio. Bonarū mētiū est culpā agnoscere, vbi culpa non est: & ideo in tali casu tutum est pœnitere. Vbi Scotus certè nō loquitur de teste, nec negat ipsum licitè posse respondere, Nescio: sed loquitur de reo qui negaret se fecisse. De quo adhuc dubitat. Et S.Tho.2.2.q.69. art.1. nec ait nec negat: sed hoc solùm dicit, q reus iniustè interrogatus, potest per appellationē vel aliter licitè subterfugere, mendacium tñ dicere non licet. At verò Adrianus non ignobilis author, quot.11. respondendo ad secundū principale, dicit esse licitum in alijs secretis respondere, Nescio, sicut in secreto confessionis. Cui consentit noster Syluester, verbo, mendacium. §.6. ¶Sed quicquid sit de authoribus, probatur conclusio ratione. Et primò. Si qui interrogatur solùm id nouerit ex aliorum relatione, ambigi non potest, quin possit simpliciter respondere se nescire: vt patet ex tertio argumento modò facto ad secundam conclusionem. Imò non solùm si iniustè, sed dum iure & ratione interrogatur, nullam iniuriam facit qui respondet se nescire, quod aliorum relatu nouit, qui mentiri poterant. Nisi esset res admodum manifesta. Si enim ego negarem me scire esse Romā: quanuis eam nō vidi, mentiri iudicarer. Sed ad rem probatur, q dum testis secretum de quo interrogatur, nouit visu, vel experimēto cuiusq; sensus, respōdere potest se nescire. Quādo quis in iudicio interrogat veritatem, solū interrogatur secundū ius (nam præter ius, nullus habet iudex potestatē interrogandi, id enim possumus, qd̄ de iure possumus. c. Faciet. 22.q.2. & l. Filius. ff. de cōstitu.) sed secundum ius inquisitio fieri nō potest de occultis: vt expressè cauet ca. Qualiter & quādo. el primero. De accus. ergo testis solùm interrogat, an sciat aliquid qd̄ non sit iurè occultum: & per consequens, respondens se nihil scire non mentitū, si nihil aliud sciat q̄ quod est iure occultum. ¶Ad hoc iuniores quidam, aliàs egregiè docti, sustinentes contrarium, respondent, quòd in illo cap. citato, solùm habetur q iudex exigens iuramētum, debet in forma excipere occulta crimina: vt videlicet iurent testes quicquid sciunt: exceptis occultis: & tunc manifestum est, testem posse citra mēdacium respondere se nihil scire: quia respondet ad intentionem iudicis. Si tamen iniquus iudex nihil excipit, sed petit iuramento, vt dicant testes quicquid nouerint simpliciter: tunc est quæstio an liceat respondere se nihil scire: & dicunt isti non esse licitum: quia verba vt excusentur à mendacio, debent proferri ad intentionem interrogantis: & in tali casu verbum, Nihil, non habet vnde restringatur: & ideò sensus est, quòd ille nihil scit, nec publicum nec occultum: quod est mendacium.

¶Hi tamen, aut non capiunt, aut dissimulant vim argumenti. Enimuerò non solùm iure tenentur iudices inquirentes exceptionem exprimere de occultis: vt latè membro secundo monstratum est: sed quando iniquus iudex illam non faciat, iure ipso intelligitur facta: & ideò verba, Nihil scio, iure ipso restricta sunt, vt intelligantur de illis criminibus, quæ iuridicè possunt inquiri, in quibus reuelandis testis subijcitur tali iudicio. Vnde, licèt non respondeant ad intentionem iudicis iniquitatis, interrogantis sine exceptione, respondent tamen ad illam quam iure deberet habere. ¶Et confirmatur hoc quia si probus iudex & sapiens, me interrogaret in vniuersum quicquid scio, optimè respondere,

Nihil scio (quãuis aliquid secretò scirem.) quia conijcerem intẽtionem suam esse solùm interrogare illa quæ iure potest: ergo eadẽ ratione, quando improbus aliquid præter ius interrogat, qui respondet ad intentionem iuris non mentitur. ¶ Sed quid si in particulari me interrogat, vtrum Petrus occidit Ioannem (quod ego solus vidi) videtur esse mendacium si respondeam. Nescio: tuam non apparet quomodò illud verbum restringitur à iure. ¶ Respondetur, quòd iure possum respondere. Nescio: quia iure intelligitur: Nescio vt dicam: aut nescio eo modo quo iure debeã dicere. Nec hoc est tam pulchrum cõmentum, quàm nonnulli existimant: nam cùm voces sint signa eorum quæ sunt in anima: vt inquit Arist. 1. Periher. nemo potest respondere nisi illud quod scit: & ideò perinde est quempiam interrogare de aliquo facto: ac si interrogetur quid sciat de illo facto. Vnde sicut iniuste interrogatus qd sciat de hoc homicidio: potest respondere. Nihil: nam iure intelligitur: quod debeam dicere: ita interrogatus an Petrus fecit hoc homicidium, potest respondere. Nihil scio: quod est: Nihil debeo dicere. ¶ Nec absre certe adducitur huc illud Mar. 13. De illo die nemo scit, nec filius hominis. Nam quamuis multifariàm à doctoribus exponatur: vt adnotat S. Tho. 3. par. q. 10. art. 2. (Origenes enim exponit de corpore Christi mystico: quia Ecclesia nescit illum diem: alij glossant de Christo secundum scientiam acquisitam secundum quam Christus non nouit illum diẽ, atq; aliter alij) tamen profectò germanus sensus illius verbi est, quòd Christus nescit illũ diem; vt dicat in hac vita: nõ modò propter authoritatem sanctorũ ita exponentium, sed quia textui nullus alius sensus cohæret. Cũ enim Apostoli rogassent Christum: Dic nobis quãdo ista fiẽt, & quod signũ erit, quando hæc omnia incipient: & Christus ad secundã partẽ interrogationis respõdisset, tradendo signa iudicij, ad primam partẽ, quasi responsum negans, ait: De die illo nemo scit: nec filius hoĩs, id est. Nec vobis in hoc tẽpore expedit scire (vt ait Hiero. super Matt. ca. 24.) nec mihi conuenit dicere (vt ait Aug. lib. 1. super Gene. cõtra Manichæos) quasi dicat: Ego quatenus redemptor, habeo vos docere quæ pertinẽt ad redẽptionẽ: & ad finẽ redemptionis pertinet, vt ignoretis hunc diẽ. Ergo tãtum valet: filius nescit: sicut: filius non debet facere vt sciatis. Sicut ẽ contrario. Gen. 22. Nunc cognoui qp timeas Deũ: tantũ valet, sicut: Nunc feci vt cognosceres. Re vera absq; scrupulo affirmauerim hanc quartam cõclusionẽ; quoad me maiores contrarium doceant. ¶ Sed est cõtra illam argumentum. Quando vna pars contradictionis est vera, altera est falsa: sed quãdo quis secretò quid sciuit, verum est si dicat: scio: ergo falsum est si dicat, nescio. ¶ Respõdetur, quòd quoties quis per iniuriam petitur, vt reuelet secretum: siue sit secretum sacramenti, siue aliud sæculare, responsio negatiua est vera, & affirmatiua falsa: quia restringitur à iure sicut negatiua, scilicet. Aliquid scio quod debeã dicere. Si tamẽ sua sponte absq; necessitate sacerdos illas contradictorias proferat, tunc ait Duran. 4. d. 21. q. 4. quòd affirmatiua est vera: quia tunc non restringitur, & negatiua est falsa. Sed nihilominus dicens se scire, peccat reuelando confessionem. Palude verò eadẽ distinctione. q. 3. ait, qp quãuis sua sponte proferat illas contradictorias, vbi affirmatiua est falsa, & negatiua vera: quia sensus est, se aliquid scire quod debeat dicere, tanquam homo: quod falsum est, siue cõpulsus id dicat, siue non. At verò crediderim (cùm sermo est de cognitis in sacramento) negatiuam semper esse veram & affirmatiuam falsam, vbicunq; proferantur, propter tertium argumentum quod fecimus ad secundam conclusionem: quia quod notum est solũ ex reuelatione, propriè non dicitur sciri: nec opus est alia restrictione. Si tamẽ scire extendatur ad ea quę testimonio aliorum nouimus, tunc quando sacrilegus sacerdos sua spõte reuelat confessionem, parum refert quomodo loquamur, nam siue affirmatiua sit vera, siue falsa, vtroque modo est graue peccatum reserare sigillum. Fortè verisimilior est opinio Petri de Palq. non tantùm propter rationem suam, sed quia sacerdos non modò quando petitur per iniuriam, sed extra illum casum; potest dicere se nescire quæ audiuit in confessione. Exempli gratia. Est sacerdos in concione & colloquio, vbi incidit sermo de illo cuius confessionem audiuit, cuius mores alij probãt, alij reprobant. Potest profectò sacerdos, & deberet dicere, Nihil mali scio de homine. Et id non solum quando eius silentium suspicionem faceret, aliquid se scire in confessione (nam tunc teneretur omnino) sed etiam propter comitatem, posset hominem illa ratione laudare. Quare tunc etiam negatiua est vera, & affirmatiua falsa. At verò nulla aut necessitate aut vtilitate id exigente, non debet sacerdos temerè affirmare se nihil scire (quamuis nihil sciat nisi in confessione) quia tunc fortè aut accipitur in sensu vniuersali, vt ait Durandus, & sic erit mendacium, aut saltem verbum erit vanum.

¶ Quod

Quòd si quis arguat. Sequeretur, quòd sacerdoti nullatenus liceret in genere dicere: scio aliqua esse peccata in populo, nam eadem ratione illa affirmatiua esset falsa, si non sciret nisi in confessione: consequens est falsum: nam illud citra scandalum licitum est, qui non est reuelatio cōfessionis, nec condemnamus sacerdotem dicentem, se scire conscientiam & peccata Petri. Respondetur consequentiam nō valere: quia illa affirmatiua non est reuelatio sacramenti: & ideò accipienda est in sua propria significatione: atque adeò tunc est vera.

¶ Sed de alijs secretis sæcularibus quādo quis sua spōte reuelat secretum quod propriè scit, puta visu vel alia experientia, credo verum dicit, cum ait se scire. Est enim alia ratio de sigillo confessionis: vbi, cùm sacerdos nihil sciat nisi vt Deus, quomodocunq; reuelet vt homo, fortè mentitur. Alia verò secreta sciunt homines, vt homines: ideò dicentes se scire, verum dicūt (nisi cum vi & iniuria interrogantur) peccant tamen contra secretorum fidem.

Dubium. ¶ Sed hoc est quod me dubiū peius torquet. Quid si improbissimus homo interrogaret testem, dic mihi quicquid scis de hac re, quantūcunque secretum sit, nec possit iure reuelari? Videtur enim tunc responderi non posse, nescio: nam tunc cùm alter expressè interroget id quod non debet dicere, non video quomodo in verbo, nescio, possit subintelligi restrictio contradictoria, vt dicam: quippe quæ exclusa est ab interrogante. ¶ Re vera fortè tunc responsio illa, nescio: non careret mendacio. Sed esset sic interrogans obiurgandus, tanquā indignus cui aliquod responsum redderetur. Tametsi forsan etiam tunc à iure restringitur responsio quicquid malitia interrogantis verbis expresserit. ¶ Attamen supersunt ex his conclusionibus dubia nonnulla. Primum.

Dubium. Quid si tyrannus nō satis habet, vt sacerdos dicat se nescire, sed vrget vt dicat an audierit.

¶ Respondetur, quod potest verè respōdere se non audisse: primò, quia Christianus populus nihil intelligit per illa verba de illa quæ audiuit in confessione, & præterea quia id non audiuit, nisi tanquàm Deus, vt habeat tunc pro oblito, ac si non esset dictum. ¶ Sed quid si percontetur, an audierit in sacramento confessionis: vtrum licitè possit negare se audijsse: nā dicere, nescio, nihil iuuabit, maximè dum est verisimile non fuisse oblitum. ¶ Hactenus opinionem secutus communem, respondebam interlegendum, licitum esse sacerdoti dicere, se non audiuisse in confessione, sed re modò oculatiùs inspecta, verisimiliùs mihi videor aliter sentire. ¶ Et probatur id non licere. Primò, quia quanuis in illo verbo: non audiui: cōmodè possit intelligi restrictio: extra confessionē, in hoc tamen: nihil audiui in confessione: incongruè profectò admodum intelligi potest: eo quòd interrogans explicat contrarium, scilicet an audiuit in confessione. Et ideò non excusatur à mendacio: quemadmodum non excusaretur, si diceret: nihil audiui, nec tanquàm Deus, nec tāquàm homo. Et cùm, nec propter sigillum confessionis, mentiri permittatur, fit vt illud responsum non sit licitum. ¶ Secundò probatur, tale responsum nūquam esse necessarium. Sigillum enim confessionis adeò debet esset sanctum, vt non solùm non affirmemus quæ illic audiuimus, sed nec negem⁹ quæ illic nō audiuimus. Vnde si sacerdos inductus in testem interrogetur, an pœnitens fecerit homicidium: quanuis ille fuerit innocens, nec crimen fuerit confessus, non debet sacerdos dicere: nunquàm hoc audiui in confessione: quia quanuis illud sit verum, nec sit reuelatio sigilli, quæ cauetur in iure, est tamen quædam contaminatio sacramenti, nec potest esse sine scandalo. Secùs, si post mortem dicat cōfessor, Nunquàm talis confessus est mihi peccatum mortale: quod etiam rarissimè fieri debet. Ergo si impudentissimus tyrannus roget sacerdotem: an hoc audisti in confessione inquantū Deus: hoc illi responso exprobrandum est verbum. Sacrilege hæc est sacramenti religio, vt nec si pœnitens mihi dixisset, affirmare possem: nec si nō dixisset, negare deberem: nec affirmatio nec negatio mea potest tibi facere fidem: quare neutram à me responsionem expectes. Quę quidem verba nullam profectò de se suspicionem generant, vtrùm ne sit quod interrogatur. At non contendo renuere, quin dato casu quo non possit aliter celari sigillum, liceat respondere: non audiui in confessione: quia vniuerso populo receptū est, vt verba illa excusent à mendacio. Sed credo nunquàm esse necessarium: atque adeò difficile posse excusari à mendacio. ¶ Sed tamen si tyrannus interrogaret sacerdotem, an Petrus occidit Ioannē (quod sacerdos nouit in confessione) nec esset contentus illa responsione: nescio: tunc Adrianus in.4. quæst. De sigillo. dicit, quòd sicut potest respondere se non audiuisse in cōfessione, ita potest respondere, quòd Petrus non occidit. Sed re vera in hoc nulla prorsus est apparentia. Primò, quia in illo verbo: Petrus nō occidit: nullus potest subintelligi modus, qui illud excuset à mendacio. Ineptissima enim interpretatio esset: non occidit: vt dicam: quia facta nō

Et à non habent ordinem immediatum ad hoc quod est dicere, sicut, scire: & alia verba sensationum. Et præterea, quia illa responsio nunquam est necessaria. Potest enim cōuinci tyrannus, non solùm hoc responso quod modo dicebamus, sed potest adhuc addere sacerdos. Quo modo possum dicere Petrū occidisse, cū id ne sciam? Nam quāquam id mihi esset confessus, forsan esset mentitus: & quanquam tacuisset, forsan voluit celari, & fictè confiteri. Et hæc de sacerdote. ¶ Alterū dubium est de alijs secularibus secretis. Vtrū qui iniustè interrogatur de secreto, & postquam respondet se nescire adhuc vrgetur vt respondeat simpliciter an Petrus occidit Ioannem, affirmando vel negando, vel an vidit homicidium fieri, an audiuit: vtrū (inquam) liceat respondere non vidi, nec audiui, aut Petrus non occidit? ¶ Aliquando in lectionibus nostris excogitauimus modum, quo testis abundè se posset protegere. Dicebamus enim, quod quemadmodum licet tūc testi dicere se nescire, ita licet ei negare omnia verba sensuum quæ pertinent ad scientiā: vt puta dicere quod nec vidit nec audiuit, nec est memor: quia hæc omnia verba explicant quodāmodo scientiam: & ideò videtur posse eodē modo restringi: scilicet, nec vidi, nec audiui vt dicam. Et si hæc responsio saluaretur à mendacio, profectò sufficientissima esset ad celandum secretū alienū. Nam tunc cū testis iniustè interrogaretur an Petrus occidit, posset respondere quod nec audiuit, nec vidit, nec omnino scit: & quod nescit, nec affirmare potest nec negare. At verò iam modò vereor rem adeò extendere, nec sum tam certus an in verbis: non vidi: non audiui: possit aptè subintelligi: vt dicam: sicut in verbo, nescio. Nec forsan ego ita respōderem: sed tamen nec eum prorsus cōdemnarem qui ita responderet. ¶ Tertia & postrema pars huius quæstionis ad reum spectat, quem non est tam facilè instruere, vt citra mendaciū se pro-
5. Cōclusio. tegat. De quo statuitur quinta conclusio. Reo cùm iniustè interrogatur de proprio sed secreto crimine, nec prodest respondere se nescire; nec licet negare verum crimen, dicendo: nō feci. Prima pars est manifesta: nam ridicula esset responsio, si homo diceret se nescire, dum interrogatur de proprio opere: nempe cuius non est verisimile se esse oblitum. Secundæ verò parti conclusionis non consentiunt omnes doctores. Imò Adria. in. 4. q. De sigillo. in solu. a. argu. quanuis loquatur de sacerdote productto in testē, interserit tñ generaliter, quia reus iniustè adiuratus de crimine, qđ iure est occultū: quia nō tenetur semetipsum ꝓdere: potest secundum oēs doctores respondere, quod nihil de facto illo nouit, vel certè quòd non fecit. Hæc Adria. Veruntamen nescio qui sint illi omnes doctores. Fateor me nullum legisse. Sūt qui impingunt Scoto, quod licet adulteræ, cū iniustè interrogatur à marito de adulterio sub cōminatione mortis, respondere se nō esse adulteram: qđ tamē nusquam legi apud Scotū. Imò verò Scotus in. 4. d. 15. q. 4. art. 3. vbi loquitur de reo iniustè interrogato, admonet vt respondeat his verbis. Nego ꝓposita vt proponūtur: vt in re publica. Quòd si iudex vrgeat eū, vt cōfiteatur propositū, vel vt neget, respōdere posset, quod ipse respōdit sufficienter ad accusationem. Hæc Scotus. Vbi non concedit licētiam dicendi: nō feci, sed nego proposita vt proponūtur. Subiūgit tamen. Sed nunquid si neget, intendens illud negare vt propositū est. s. vt publicū, tenetur ille pœnitere tanquam de mendacio? Respondeo Bonarū mētium est culpam agnoscere, vbi culpa nō est: & ideò tutum est tunc pœnitere de illo quale est, sub dubio an sit veniale, vel mortale. Hæc Scotus. Vbi sub dubio relinquit an liceat dicere: nō feci: & magis inclinat in partē negatiuā. At verò quicquid sit in aliorum opinione, nulla mihi tamen, vel apparenti ratione, persuadere possum, vt liceat occulto peccatori iniustè interrogato dicere: non feci. Nec video quō possit illud excusari à mendacio: nā maximè quia subintelligitur: non feci vt dicam sed profectò sensus ille violentissimus est: etenim quia dicere: procedit ex scientia in verbo, nescio, potest subintelligi: vt dicam, id est, non scio tali scientia quæ iure sit propalanda: attamen opus nō habet talem ordinem ad sermonem. ¶ Sed ais fortè alia ratione posse illud verbum excusari à mendacio, per æquiuocationem tēporis. Vt si adultera admisit amicum heri, possit modò iurare, nō fecisse adulterium: vt subintelligatur: hodie. Quemadmodū Ange. de Perus. super. l. Idem. ff. de cōdi. ob turpem causam. & Ananias. ca. Qui cū fure. extra De furtis. referunt de beato Francisco, quod cùm Perusij rogaretur à prætore persequente criminosum quendam, an vidisset eum transire, respondit: nō transiuit hac: sinū vestis insinuās. Sed re vera cōmentum hoc minùs placet. Nā etsi qui iniustè interrogatur, non teneatur respondere ad intentionem interrogātis, tenetur tamē eis verbis secretum celare, quæ in aliquo sensu recepto apud vulgus, vel apud sapientes sint vera: aliàs mētitur: quod nequaquàm licet. Et certè oratio: non feci: facit sensum vniuersalem: nunquam feci: & nō trāsiuit hac: refertur ad illum locū de quo alter interrogat. Atqui diuus

Fráciſcus forſan aut falſò circũfertur vt autor illius reſpõſi, aut putauit vir ſanctiſsimus id eſſe licitum. Alium cõmemorat diuus Aug. ſanctum epiſcopum Firmũ nomine: firmiorẽ (inquit) voluntate: qui cũ ab eo quærerent apparitores, quem ad ſe confugientẽ occultauerat, hoc ſolum reſpondit, nec mentiri ſe poſſe, nec hominem prodere. Multaq; paſſus tormenta in ſententia permanſit. Qua nimirũ patientia indulgentiam ab imperatore homini calamitoſo impetrauit.

6.Cõclusio. ¶ Sexta concluſio. Mendaciũ quo qui iniuſtè interrogatur, negat proprium crimen, non eſt pernicioſum, ſed officioſum: atque adeò, ſi fiat ſine iuramento, nunq̃ eſt mortale, ſolũ veniale: ſiue in iudicio interrogetur, ſine forma iuris, ſiue extra iudiciũ: vt cum adultera interrogatur de adulterio à marito: qui nõ eſt iudex. Probatur. Nam qui ſic mentitur, nemini facit iniuriã, imò ipſe eſt qui iniuriam patitur. ¶ At verò cũ nec venialiter peccare quoquo modo liceat, quid facturus eſt miſer homo, qui contra omne ius interrogatur de ſecretiſsimo proprio crimine? ¶ Reſpondetur ſeptima

7.Cõclusio. concluſione. Si verba non occurrerint, quibus per æquiuocationem, vſu hominum receptam, citra mendaciũ celare poſsit crimẽ, mori debet, antequã mentiatur: licebit tñ nonnunquã id reuelare, vt videbitur. q. ſequẽti. Interim tamen ſi percõtetur quis, quibus amphibologijs poterit ſe miſer tueri, nõ poſſumus illas ſigillatim colligere: ſed pro ſua quiſq; peritia & prudentia illas poterit excogitare. Poſſet. v. g. occultus homicida cõtra ius interrogatus rñdere: iuro me neminẽ occidiſſe: nam illa oratio Latine amphibologica eſt: & ſi primus accuſatiuus accipiatur paſsiuè: & ſecũdus actiuè, eſt vera. Quemadmodũ Pyrrho reſpõdiſſe fertur Apollo: Aio te Aeacidas Roma. vincere poſſe. Atqui poſſet adultera, cũ adulterium percontatur maritus, reſpondere. Quid proderit mihi iurare non fregiſſe fidẽ, aut quomodo dabis fidem dictis eius, quã non credis ſeruare fidẽ thori? Item poſſet iurare ſe non fregiſſe matrimonium (nã poſt adulteriũ adhuc manet integrũ matrimonium) quãuis maritus intelligat, non fregiſſe fidẽ thori. Poſſet item mulier quæ nupſit conſobrino, ſi ab apparitore iniuſtè interrogatur, an maritus intrauit domum, reſpõdere neminem intraſſe preter conſobrinum ſuũ. Quemadmodũ Sara celauit eſſe vxorẽ Abrahæ, dicens ſe eſſe ſororem. Crediderunt enim Ægyptij nõ poſſe ſororem nupſiſſe fratri. Attamen inutiles iam modò ſunt huiuſmodi reſponſiones. Tanta eſt interrogãtium verſutia. ¶ Sed vtrum poſſet homo, vt celet ſe iniuſtè quæſitum dum interrogatur an ſit ipſe ex fratribus minor, iurare ſe eſſe maiorem: cùm tamen ſit natu minor, ſed qui ſuccedit in primogenitura paternæ domus? Et videtur quòd ſic. Imò q̃ poſſet iurare ſe eſſe Petrum, cùm tamẽ non ſit niſi frater eius. Nam hac ratione excuſat Augu. Iacob à mendacio, dicentem ſe eſſe Eſau. ¶ Reſpondetur, q̃ non auderem hoc admittere. Quia aut non eſt adeò certum Iacob non fuiſſe mentitum: aut id reſpondit inſpiratione diuina: aut (quod puto ſentit Auguſtin.) ſermones illi erant apud gentem illam vſitati in illa ſignificatione, vt citra mendacium poſſent proferri. Vnde Gregorius, vt refertur. 22. quæſtio. 2. Si quis (inquit) per vetus teſtamentum: ſuum vult tueri mendacium: quia minùs illic quibuſdam fortaſſe nocuerit dicat neceſſe eſt, rerum alienarum raptum, retributionem iniuriæ, quæ infirmis illic cõceſſa ſunt, ſibi nocere non poſſe. ¶ At nunquid ſi quis interrogatur, vt teſtis, an vidit Petrum fugientem: vel tanquam reus, an occidit Petrum, poterit reſpondere: nõ vidi Petrum: aut, non occidi Petrum: quem tamen occultè occidit? Videtur enim id licere, nec eſſe mendacium: nam, vt ſcripſimus in dialecticis, nomina ſingularia æquiuocè ſignificant: & ideò poteſt reſpondens ſubintelligere alium Petrum quem non occidit, aut quem non vidit: quemadmodum dicunt dialectici has non contradicere. Canis eſt in mari: Non eſt canis in mari. & vtranque eſſe veram, eò quòd ſubiectum accipitur æquiuoce. Reſpondetur quòd nõ eſſet ſine mẽdacio huiuſcemodi reſponſio. Nam ſecũdum receptiſsimum vſum omnium, affirmatio, & negatio in nominibus his proprijs pro eodẽ accipiuntur: acſi non eſſet niſi vnus, qui nuncuparetur illo nomine. Vt ſi me percontante an Petrum videris, reſpondeas: non: negatio ad eum refertur, quem ego quæro. Nec alium poteſt ſenſum admittere. Sed immẽſum opus eſſet per ſingula diſcurrere. Prudentis erit ex his cætera perpendere.

¶ Sed inſtas adhuc preſsiùs, quid faciet miſer homo qui mortem comminante tyranno niſi verum fateatur, non habet qua ſe amphibologia protegat? Aut adultera, quam maritus nudo gladio petit fateri adulterium, vt iuret an adulterium fecerit? Reſpondetur, quòd plures ſunt homines, nequitiæ, & violentiæ, quàm vt poſsit omnibus obuiam iri. Ob idque in tali caſu mori opus eſt: quemadmodum ſi tyrãnus mihi comminaretur mortem, niſi peierarem aut leuiſsimè mentirer, mortem priùs deberem oppetere, quàm mentiri.

¶ Ad pri-

¶ Ad primũ argumentũ principale, concessa priori præmissa: puta nunquã esse licitũ mendaciũ, negatur secunda. Nec enim sat est ad integrã rationem mẽdacij, fallendi cupiditas, nisi oratio sit falsa. Est enim mendaciũ: vt inquit illic Aug. falsa significatio cũ voluntate fallẽdi: modò qui amphibologia eũ fallit, qui iniustè interrogat, in aliquo sensu verum profert, quo excusatur à mendacio. Neq; tunc venit cõtra mentem: quia id in aliquo sensu verũ profert, quod habet in mente: quãuis alius aliud concipiat. ¶ Atqui eodem modo respondetur ad cõfirmationem, ꝙ quando homo interrogatur absq; iniuria, simpliciter & candidè respõdere debet: puta verbis quibus interrogans nõ decipiatur. Sed quãdo vi & iniuria petitur: quia licet ei veritatẽ celare, nihil agit cõtra virtutem, proferẽdo æquiuocum verbũ: quia eiusmodi respõdenti præcipua intentio nõ est fallendi, sed ius suũ seruandi. ¶ Dicta verò sanctorũ eò tendunt, vt prohibeant respõsa per verba quæ nullum possunt facere verum sensum, secundũ significationẽ vsu receptam: quippe quæ non possent à mendacio vlla ratione excusari. ¶ Et eadẽ ratione respõdetur ad secundũ principale. Qui enim per lapidem iurat falsum, nõ excusatur à mẽdacio, postꝗ falsum est quod iurat, nec à periurio: nam cùm enuntiet se iurare per euangelia: quanuis ponat manum in lapide, tamen omnes intelligunt se iurare per euãgelia, nec possunt aliud intelligere. ¶ Ad tertium respondetur, ꝙ quanuis mendacium .i. falsum dicere cum intentione fallendi: eatenus sit intrinsecè malum, vt nulla de causa iustè fieri posset, tamen decipere non est adeò de se malũ, quin per amphibologiam liceat, ad repellendum iniuriam. ¶ Vnde subsequitur solutio confirmationis. Nam citra necessitatem non licet vti huiusmodi amphibologijs: nõ quòd essent mendacia, sed ꝙ hominum conuictus & societas id exposcat, vt homines vsitatioribus, atq; perspicacioribus verbis in serijs vtantur nè se fallant, nisi ioco, in ridiculis: vt author est Arist. 4. Ethic.

QVÆSTIO QVARTA.

VTRVM vsqueadeò obligamur ad secretorũ fidẽ, vt teneamur non nunquam mortẽ priùs oppetere, ꝗ secretum detegere. ¶ Ad partẽ negatiuam arguitur. Reuelare secretum, vt suprà dictũ est, ex genere suo non est nisi damnũ, & iactura famæ, quæ violatur ꝓditione criminis: sed vita, bonũ est multò pretiosiùs ꝗ fama: nã pellem pro pelle: & cũcta quę habet homo, dabit pro anima sua. Iob. 2. Ergo si alterius eorũ iactura facienda, est, potiùs debemus famam, vel propriã, vel alienam abijcere, quã propriã vitam. ¶ Cõfir. quia, vt frequenter solemus repetere, iugum domini suaue est, & onus leue. Matth. 11. sed cũ terribilium terribilissimũ sit mors: vt est in. 3. Ethico. grauissimũ esset præceptum, vt alienã famam dispẽdio vitæ protegere astringeremur: ergo nemo ad id obligat. ¶ Secũdò principaliter arguit. Si teneremur fidẽ secreti seruare cũ periculo mortis, id maximè esset, quia ꝓpalare secretũ est ita intrinsecè malum, vt nulla ratione posit esse iustum: quale est, occidere, fornicari, mentiri: sed hoc falsum est: nã reuelare secretũ multis de causis iustum est: puta ad obuiandũ cõmuni malo: & causa fratris corripiendi, vt secundo mẽbro dictum est: ergo & causa defendẽdæ vitæ, quæ in bonis tẽporalibus summũ est, id etiã licebit. ¶ Et confir. Nam in operibus charitatis nullus teneť prouidere ꝓximo cũ graui detrimento proprio: imò nec seruare promissũm: qđ elegãter tractat Cicer. lib. 1. de offic. Si constitueris (inquit) te cuipiam aduocatũ in rem præsentẽ esse venturũ, atq; interim grauiter ægrotare filius cœperit, nõ est contra officium, nõ facere qđ dixeris. Ergo quanquã fidem q̃s secreti promiserit, non tenetur cũ dispendio vitę seruare. ¶ Tertiò principaliter arguit. Cuicunq; integrum est & liberũ, propriũ crimen, aliàs occultum detegere, vt vitam seruet, nã põt quis dare famã pro vita, vt diximus. q. 3. mẽbri primi: ergo faciliùs põt quis anteponere vitã propriã famæ alienæ, atq; adeò nunquã tenetur homo mortẽ obire, vt secretũ contegat. ¶ In contrariũ est, quia tenentur Christiani pro fide, ꝓ religione, & bono publico mortẽ oppetere: ergo sacerdos antequam sigillũ referet confessionis (quæ sacrilega esset sacramẽti contaminatio) mortem perpeti debet: & cui arcanum publicum committitur, eadem ferè lege tenetur.

IN hac quæstione quarta huius mẽbri: atque adeò totius operis postrema, dicere tandem restat, quid facturus est miser homo cùm vi & iniuria petitur reuelare secretũ, nec se põt citra mendaciũ defendere, an debeat priùs mori, ꝗ secretum detegere. Sed sunt forte qui quæstionem hanc superuacuã iudicabunt. Nã si secretum celare, ius naturale est, diuinũ & humanũ vt suprà cõmonstrauimus: atq; adeò secretum reuelare, sit suapte natura vitiũ: ambigit nemo mortẽ esse potiùs oppetẽdã, quã reueletur arcanũ. Est enim doctrina Arist. 3. Ethic. summa cuiq; tormẽta, mortẽq; ipsam obeundã, ante quã inhonestũ quid admittat, imò documen-

tum est Pauli Roma.3. iustā esse damnationē eorum, qui faciunt mala vt inde veniāt bona. His verūtamen respōdemus,ꝙ quanuis dubiū nō sit,imò per se sit manifestū: nō esse licitum peccare,nec pro vita, nec propter aliū quęcunque finē(nā est contradictionis implicatio, esse aliquid licitū quādo est peccatū)hoc tamen est sub iudice in quęstione nostra, an sit peccatum reuelare secretū,quando quis non potest id cōtegere, nisi cū dispendio vitæ. Et quidem si illud esset eo modo intrinsecè malū, sicut periurium aut adulteriū,nulla esset quæstio id nō licere,sed quia non est adeò malū,quin pro iusta causa illud liceat, vt insinuauimus in tertio argumento, quæstio est vtrū adeò obligemur secreta celare,vt antequā reuelem⁹ moriamur.

¶Atqui,vt.2.&.3.q.primi mēbri attigim⁹,sex sunt secretorum gradus,qui varias & diuersas habent considerationes. Ob idq; decem cōclusionibus respōdebimus ad quæstionem Secretorum enim aliud est alienum,aliud verò proprium:& ex alienis aliud pertinet ad religionē sigilli cōfessiōis,aliud verò est seculare:& ex secularibus,aliud pertinet ad bonum publicum, aliud ad priuatum: & ex priuatis,aliud extortum est per iniuriam, atq; aliud citra iniuriam cognitum: & ex his aliud recipitur data fide, velut in deposito, & aliud forte & casu cognoscitur.¶Prima ergo cōclusio sit de secreto cō-
1.Cōclusio. fessionis. Sigillum sacramēti cōfessionis, adeò sanctum est, tantoque vinculo ligat, vt mors sit priùs obeunda, quàm modo aliquo reueletur. Conclusio hæc supponit primum, arctissimum esse præceptum sigilli seruādi:quod partim probatum est.q.2.membri primi. Vbi mōstrauimus fidem generaliter secretorum, iure naturali, diuino, & humano,esse in præcepto: primò ex conditione vitiorum,quę suapte natura digna sunt quæ contegantur,quemadmodū virtutes dignæ contrà sunt quæ palàm fiāt Et secundò,ratione charitatis: nam quæ nobis optamus, & alijs præstare tenemur: & vnusquisq; id ratiōe optat,vt quod cōmisit secretū secreto custodiatur. Et tertiò, ratione finis:nā fide secretorum de medio sublata,cessarent cōmoditates plurimæ amicitiæ: vt puta consilia, solatia, quæ amici ab amicis secretò petunt. Quæ quidem rationes, & aliæ quas illic tractauimus, multò efficaciùs comprobant sigillum sacramenti confessionis, quàm secretorum fidem secularium. Sed est præterea ius diuinum speciale de sigillo confessionis. Qui enim finē præcipit, iubet & necessaria media: sed Christus seruator noster Ioan.20. instituit sacramentum confessionis sub præcepto: vbi ait: Accipite spiritum sanctū: quorum remiseritis peccata,remittūtur eis:& quorū retinueritis,retenta erunt: & sigillum est necessariū mediū: nēpe sine quo homines à cōfessione deterrerētur:ergo simul iussit, & vniuersos confiteri, & sacerdotē secretum tenere. Non enī dedit illic solùm sacerdoti potestatē dimittēdi,relinquēs hominū arbitrio,si vellent confiteri, sed certè dedit ecclesiæ coercitiuā potestatē iudicandi de peccatis:queādmodū si rex mitteret prætorem in vrbem,qui ciuiū errata aut cōdonaret, aut pro sua prudētia puniret. Sed de hoc aliàs. Neq; ecclesia cap. Omnis vtriusq; sexus,aliud fecit,q̄ vtrunq; præceptum diuinū determinare,sanè vt singulis annis cōfiteremur, & sacerdotes sigillum cōfessionis arctissimè seruarēt. Atqui hoc est quod S.Tho. in.4. dist.23.q.3. ait,sigillum secreti esse de necessitate confessionis. Non enim intelligit esse de substantia,tanquàm materia & forma:neq; ita de necessitate vt si sacerdos referaret sigillum, nullū esset sacramentū præcedens:sed ita, vt naturæ sacramenti expediat sigillū, nempe sine quo præceptum cōfessionis sustineri nō possit. Et ꝓbat S.Tho. nam quæ exteriùs gerūtur in sacramētis,sunt signa rerū quæ interiùs contingūt: & ideò cōfessio illa quæ fit sacerdoti, est signum ꝙ pœnitens cōfitetur deo: quare sicut deus ita cōtegit peccata,vt habeātur pro oblitis (quod dictum est quæst.proxima)idem obligat facere sacerdos. Nec obstat argumentum Durād. 4.d.11.q.4. vertentis sensum S.Tho. Non enī sentit S.Tho.ꝙ celatio sacerdotis repræsentet aliquid ꝙ interiùs cōtinetur,tanq̄ effectum sacramenti, veluti absolutio repræsentat remissionē peccatorū, sed vult ꝙ queādmodum in foro interiori celātur à deo, hoc significet per secretum sacerdotis.Deus enim, nec in die iudicij reuelabit peccata remissa ad confessionē: sed ad cōmendationē & gloriā pœnitentium.

¶Ex quo sequit̄,ꝙ nec Papa,nec tota ecclesia potest dispensare,vt reuelet sigillum cōfessionis:non solū quia ecclesia in his quæ sunt de iure diuino(quale est sigillum)facultatem nō habet dispensandi,sed specialiter quia multo minùs potest sacramentorū naturam mutare.Et naturæ confessionis necessarium est sigillum modo iam exposito.Etenim, quanuis sublato sigillo nihilominùs confessio esset sacramentum,tamen esset tunc intolerabile pręceptum confessionis.¶ Supposito ergo præcepto,probatur illud obligare etiam cum dispendio vitæ. Media pensanda sunt ex conditione & necessitate finis:finis autē sigilli seruandi, est necessitas sacramenti confessionis: vnde profectò

fectò salus Christianorũ pendet(sublato enim de medio sacramẽto cõfessionis, omnia plena essent iniquitatibus,atq; adeò religio Christiana perditum iret: quæ res multò maioris momenti est,quã temporalis vita) ergo sigillũ cõfessionis adeò est necessariũ,vt pro eius obseruatione vita sit postponenda.¶Et cõfir.Sacerdoti qui sigillum reserat (quia pœna capitis sacerdotes plecti non possunt) decretũ est priùs perpetuum exilium.ca.Sacerdos.De pœni.d.6.postmodum mutatũ est in carcerem perpetuum.ca. Omnis vtriusq; sexus. De pœnit. & remiss. quorũ vtrunq; proximũ est morti.l.2. &.l. Capitaliũ. ff.de pœnis. Nec ab hac pœna eximeretur, qui metu mortis fidem frangeret sigilli. Ergo crimen est atq; adeò mortale,etiã metu atrocissimæ mortis,cõfessionem reuelare.¶Et tertiò id cõprobatur. Potest princeps pro salute tẽporali Reipublicæ præcipere ciui vt stationem in prælio custodiat, nec pedem retrahat, sub pœna capitis:in quo casu peccatum esset mortale edictũ transgredi(nã potest princeps legẽ facere, quæ obliget ad mortale: vt ait S.Tho. 1.2.q.69.art.4. vbi adnotat Caietanus posse etiã obligare cũ periculo mortis: saltem pro bono publico) ergo multò magis non solùm Deus, cuius est præceptum sigilli, sed Ecclesia potuit sacerdotes obligare, vt in periculo mortis, tenerent sigillum. Profectò adeò necessarium est sacramentũ cõfessionis,ac subinde illius sigillum,vt videatur Christus ipse spopondisse fidem Christianis, quo tuti essent in hac parte. Nã cùm multa præter ea narrẽtur hic miracula(vt est illud quod Altisiod.4.p.ca. De confess.ex Vitis patrum citat,ꝙ cùm quidam in naui metu mortis,publicè confessus esset crimina permulta, adeò statim oẽs obliti sunt,acsi nunq̃ audissent)hoc verũtamen omniũ maximum miraculorũ existimauerim, ꝙ cũ sint sacerdotes,& aliàs pditissimi,& multi in dementiã versi,tamẽ perq̃ rarissimè visum est,sigillum cõfessionis periclitari. Quo fit,vt prælati,& quicunque iudices perq̃ maximè teneãtur,in causis cognoscẽdis cauere, ne sanctissimũ sigillũ confessionis violent: nec illa via tentent quicq̃ cognoscere,nec prætextu cuiuscũq; boni publici,nec vt malo,quã uis hæreticæ prauitatis, occurrãt. Nihil enĩ est tam ecclesiæ necessariũ, q̃ sigillum. ¶Verum enimuerò nõ sat est conclusionẽ in gñe statuere,si nõ ad particularia descẽderimus.Sacerdos enim nõ solum peccata tenetur celare, verũ & alia detecta in cõfessione. Nec solus sacerdos, sed aliæ item personæ tenẽtur seruare sigillũ. De quibus perinde dubiũ est,an cũcta tenẽtur vniuersi celare:nullo obstãte metu mortis.Primũ ergo dubiũ est:vtrũ peccata q̃ quis pstans in proposito,cõfitetur perpetrãda,teneatur sacerdos celare.¶Res fuit anceps antiquitus inter doctores. Et fuerunt qui dicebant ꝙ peccata futura,puta quę pœnitẽs emẽdare nõ promittit,non clauduntur sub sigillo:vt recitat S. Tho. in 4.dist.21.q.3.& Innoc.cap.Omnis vtriusq; sexus.De pœnit.& remiss.Et inter theologos Alexã.ab aliquibus accersitur in hãc sententiã.Et Panor.c.Ois vtriusq; sexus. eandem affirmat. nẽpe quã putat esse opinionẽ Inno. Et Syluest.verbo,cõfessio.3.citat Raynerium, & Innoc.cùm tamen Innocẽtius contrariũ autumet.Et arguit pro illa opinione Alexan.Id quod directè opponitur cõfessioni, nõ est de necessitate cõfessionis: sed propositũ perpetrandi peccata,opponitur cõfessioni: nam est signũ impœnitẽtis,per quod videtur se eximere à iudicio sacerdotis:ergo peccata huiusmodi nõ cadunt sub sigillo.¶Et cõfirmamus hoc in gratiam huius opinionis. Secretum sigilli sacerdotis est ad imitationem secreti Dei,vt dictum est:sed peccata impœnitentis Deus nõ celat,nec habet pro oblitis: sane q̃ in die iræ reuelauit ad vindictã: ergo nec eã tenetur sub sigillo seruare sacerdos. ¶His verũtamen nihil obstantibus sit secunda conclusio, quæ certissima est. Omne peccatum detectum in confessione, dũmodo sit cõfessio,clauditur sub sigillo,siue præsens, siue futurũ, siue qui cõfitetur verè pœniteat,siue nõ.Conclusio est S. Tho. Scoti.& Richardi & oĩno theologorũ loco citato,& Innocẽtij,& singulariter Caiet.quol. 1. q.11.quam de hoc fecit specialẽ.Imò (quantũ coniicio) quicquid sit de antiquioribus,tamen nec Alexand.nec Rayn.contradicunt, si sanè intelligãtur.Et abundè probatur ex verbis cõcilij.c.Omnis vtriusq; sexus.Qui peccatum in pœnitẽtiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare,&c. Vbi vlr omne peccatum celari præcipitur,nullo excepto. At verò non requiritur contritio, ad hoc vt accusatio pœnitẽtis sit verè cõfessio: imò nec absolutio. Probatur,ꝗa sicuti baptismus fictus,est nihilominus baptismus, & recedẽte fictione incipit habere effectum virtute formæ præteritæ (vt ait August.ca.Tunc valere.De cõsec.d.4.)ita cõfessio ficta est quidẽ cõfessio, quãuis nõ sit perfecta. Quare quomodocunq; sit ficta, scilicet, quia non est cõtritio,vel nõ est integra,clauditur sub sigillo.¶Et confir. Nam ille qui incontritus accedit, præcipit ecclesia vt audiatur in confessione, & salubribus monitis adhibeantur ei consilia,vt habetur.cap.Quod quidem. de pœ-

Dubium.

2.Cõclusio.

de pœnitētijs & re.imò fortè cōfeſsio illa ſatiſ faceret præcepto eccleſiæ vt latiùs diſputauimus in lectionibus ſuper quartum:ergo hmōl confeſsionē vult eccleſia abſcondi ſub ſigillo. ¶Et confir.2.quia ſi incōtritus integrè cōfitetur, poteſt adueniente contritione, abſolui ab eodem cōfeſſore,ſine noua cōfeſsione:niſi longa fortè interceſſerit mora. ¶Quòd ſi percontaris qd requiritur vt ſit cōfeſsio.Reſpondetur ꝙ ſatis eſt eſſe accuſationē. Poteſt enim pœnitēs accuſare ſe de peccato,dicēs ſe nō poſſe abſtinere,petendo cōſilium, & auxiliū à ſacerdote.Et certè qui ſic accuſatur celādus eſt de quocunq; crimine mundi quātuncūq; pernicioſo aut tertiæ pſonæ aut reipublicæ:quāuis debet tūc ſacerdos in genere admonere, aut rempublicā,aut illum cui periculum imminet, vt caueant tali hora,aut tali loco:& dummodo fieri poſsit ſine periculo reuelationis perſonæ. Quòd ſi generalis admonitio nō ſufficit, nulla tenus licet perſonam exprimere.¶Et ſecundò principaliter arguitur, ꝙ quanquā peccatum ſic perpetrandū, cadat ſub ſigillo.Nam ſi peccatum eſſet præteritum, tunc, quālibet confitens non eſſet contritus,ſed eſſet impœnitens, nec eſſet abſoluendus, illud caderet ſub ſigillo: vt Alexan. illic ipſe confitetur, quia ſacerdos eſt iudex ſitne contritio ſufficiens ad abſolutionem, nec ne: ergo eadem ratione quanuis peccatum ſit in futurum perpetrandum,cadit ſub ſigillo. Tam impœnitens enim eſt quem nō pœnitet præteriti: quàm qui tenax eſt propoſiti in futurum. Eo vel maximè, ꝙ dum reuelatur peccatum perpetrandum, ſimul reuelatur præteritum, puta propoſitum deliberatum perpetrādi illud.¶Et poſtremò arguitur. Si quis contritus confiteretur alia peccata, & poſtmodum conſuleret ſacerdotem, an eſſet peccatum id quod inuincibiliter putat nō eſſe peccatū: puta occidere vxorem depræhēſam in adulterio: aut certum contractum facere:& audiens eſſe peccatum, nihilominùs non vult mutare propoſitum occidendi vxorem,ſi eam deprehenderit, abijtq; perinde ſine abſolutione:profectò totum illud cadit ſub ſigillo.

¶Veruntamē ſunt qui fingunt ſe accedere ad confeſsionē, & tamen nō veniunt quò ſe accuſent,& remedium poſtulent animæ ſuę, ſed vt confeſſorem fortè peruertant, aut fauorem & auxilium petant perpetrandis flagitijs:vt temporibus noſtris vſu veniſſe fertur quibuſdam, qui in pōtificem cōſpirauerant.Et huiuſmodi peccata celanda non ſunt,ſed ſtatim potiùs denuntianda.Quod plurimum timendum eſt in crimine hæreſis. Huiuſmodi enim eſt verſutia dogmatizantium, vt hac cōfeſsionis ſimulatione ſacerdotes peruertere moliantur. Et in hoc caſu verum habet vulgatus ille verſiculus: Eſt crimen hæreſis,qd nec cōfeſsio celat : nam ſi de cōfeſsione loquereť, quæ verè eſt accuſatio, q̄uis impœnitentis, falſiſsimus eſt , atque adeò Chriſtianis auribus indignus. Et de peccato hoc vltimo modo perpetrando,loquitur Rayne.in titu.de pœnit.& rem.& Alex.cuius verba ſunt.Peccatum quod quis confitetur vt perpetrādum,nō cadit ſub ſigillo,id eſt. Quod ita confitetur, non vt ſe accuſet,ſed vt aliū moueat,aut auxiliū petat ad perpetrandum. Nec Inno.aliud opinatus eſt, vt egregiè adnotauit Caietan.opuſc.citato, Nam poſtq̄ citauit opinionem dicentium, ꝙ peccata futura impœnitentis non cadunt ſub ſigillo:quia non dicuntur ſacerdoti tanq̄ dei miniſtro,ſubiungit:hęc tamē ratio nō placet: quia bene credimus ꝙ ſacerdos vt miniſter recipiat,etiā ſi confitens in peccato remanere proponat. Quæ verba aut nō vidit,aut ſiniſtrè legit Panorm.¶ Vnde ad argumentum quod recitat Alex. reſpōdetur, ꝙ quāuis impœnitentia opponatur confeſsioni,quantū ad abſolutionē,atq; adeò quantum ad perfectionem ſacramenti, tamē non obſtat quominus ſit confeſsio ſacramētalis, ſi modò re vera ſit accuſatio,vt expoſitum eſt. Et ideò celanda ſunt peccata quæ illic deteguntur.

¶Et ad cōfirmationem quam nos adiecimus reſpōdetur,ꝙ quanuis peccata impœnitentis non celētur adeò,veluti peccata remiſſa, tamē ſi proferantur per modum accuſationis ad petendum conſilium vel auxilium : iam tunc diſponunt & ordinantur ad veram pœnitentiā: & ita recipiuntur ab eccleſia,tanq̄ in ſacramētali confeſsione.¶ Alterum dubium eſt , vtrū in reuelatione ſigilli confeſsionis poſsit contingere peccatum veniale, ratione paruæ quantitatis materiæ:quemadmodū in furto,quod de genere ſuo eſt mortale,poteſt contingere peccatum veniale:vt ſi quis obolum furetur, atq; adeò vtrū eadem cauſa paucitatis materiæ, liceat ſigillum reuelare,gratia vitæ ſeruandæ. Dubium.

¶Tertia concluſio. Non ſolū peccata omnia, tam venialia, q̄ mortalia, verùm & qualitates vniuerſæ circunſtantes, quæ notitiam pœnitētis quoquo modo ſuggerere poſſunt directè cōcludūtur ſigillo:atq; adeò ſub pœna mortalis culpæ celanda ſunt : ſiue illa fuerint de neceſsitate confeſsionis,ſiue ex leuitate pœnitentis prolata . Concluſio colligitur ex illis verbis.cap.Omnis vtriuſque ſexus . Caueat omninò(ſcilicet ſacerdos)nè verbo,aut ſigno,aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem. 3.Cōcluſio.

torem. Hoc cõclusione cõpræhenduntur primò peccata venialia, quæ licèt nõ sint de necessitate confessionis, nihilominus celanda sunt. Item locus & tẽpus, Vt si homicida mihi est confessus, reuelatio esset dicere, Petrus tali hora fuit in tali loco: (puta vbi factum fuit homicidium) si inde possit coniectari illum esse homicidam. Itẽ personæ cõsortes. Aliquãdo enim est necessarium pœnitenti consortes patefacere: vt puella quæ fecit stuprum cũ patre, nõ satis confitetur se fecisse stuprum, nisi exprimat cum patre: quia id perquàm multum auget: vt docet S. Tho. in. 4. distin. 16. q. 3. ad vlti. argu. totius quæstio. Et tunc pater celandus est à sacerdote, sicut puella. Imo quanuis puella ex leuitate, & sine aliqua necessitate exprimeret cõsortem: vt si confiteretur fornicatam fuisse cũ Petro. Quia licèt illa persona nõ esset de necessitate, aut commoditate cõfessionis, tamẽ efficitur postea necessaria ad contegendum peccatum pœnitentis. ¶ Sed arguitur, ꝙ hæc omnia reuelare nõ sit peccatum mortale. Primò. In alio quocunq; peccato ex genere suo mortali, potest cõtingere peccatũ veniale, ratione paucitatis materiæ: prætereã in periurio: imò cõtra materiã fidei põt esse tam leue verbum, vt nõ sit nisi veniale: ergo prodere pœnitentẽ, ꝙ mentitus est iocosè, non erit nisi peccatum veniale. Et confir. In reuelatione sigilli posset esse veniale ex defectu deliberationis, vt si qs motu subito illud referaret: ergo eadem ratione, propter paucitatẽ materiæ potest esse veniale. ¶ Respondetur primò, ꝙ si sacerdos detegeret minimum veniale: vt constaret illud audisse in confessione, puta quia vt sacerdos exprimat Petrum sibi cõfessum esse, aut quia audientes id conijciunt, peccatũ est mortale grauissimum: adeò vt mortẽ deberet perpeti sacerdos antequam id detegeret. Probatur, quia quãuis id quod detegitur tenuissimè lędat famam, tamen sacramẽtum grauissimum recipit detrimentum. Deterreret enim homines à confessione si suspicarentur, vel in minimo detegendam esse confessionem.

¶ Sed quid si in Francia audiui confessionem Petri, quem hic coram illis quibus notus est, dico fecisse peccatum veniale, non tamen suspicantur me audisse in confessione?

¶ Fortè esset probabile illam reuelationẽ non esse peccatum mortale: quia est in re minima. Mihi tamẽ verisimilius est esse mortale. Nam quanuis in reuelatione secretorum secularium frequenter contingere possit peccatum veniale in re parua, tamen sacrosanctum sigillum non permittit, vt vel in minima materia, citra mortale violetur. Et probatur, qa in dic. c. vniuersaliter dicitur ꝙ qui peccatũ in confessione detectum reuelauerit perpetuã agat pœnitentiam. Perpetua tamẽ pœnitentia nõ decernetur, nisi pro grauissimo peccato mortali.

¶ Secundò arguitur, ꝙ non sit necessariũ sub pœna peccati mortalis, celare personas reuelatas in sacramento. Celare alias personas non est necessarium, nisi quatenus ex reuelatione aliarum, sequeretur reuelatio pœnitẽtis (nam in. d. c. solũ cauetur vt non reueletur persona pœnitẽtis) sed sępe possent reuelari peccata aliarũ personarũ sine reuelatione pœnitẽtis: ergo tunc reuelatione illarum non violaretur sigillum. Probatur minor. Puella temerè & sine necessitate nominat personam consortem de licti: & quanquã sacerdos postea dicat Petrũ esse fornicarium, nullo inde oriretur suspicio id admisisse cum tali puella. Et addamus: nec posse vnquàm suspicari, id sacerdotem nouisse in confessione (nam aliàs grauissimum esset peccatum scãdali, in detrimentum confessionis.) ¶ Respondetur, ꝙ peccata quæ pœnitens aliena detegit in confessione, non solùm sunt celanda quando per illa reuelarentur peccata pœnitentis, sed etiam per se: quia quomodocunq; reuelarentur, deterrerentur homines à confessione. Plebei nãq; indocti confitendi, multa temerè reuelant aliena peccata, quæ si non caderent sub sigillo, esset periculosa confessio. Et credo sacerdotem ea reuelantem incurrere pœnas canonis. Hoc enim est: prodere pœnitentem: non solùm detegere peccata quæ ad ipsum pertinent, sed quæcũq; ille protulit in confessione: atque adeò mori debet antequam ea patefaciat. ¶ Sed nũquid permittitur sacerdoti in genere ea propalare, quæ in confessione audiuit? ¶ Panormitanus in dic. capitu. Omnis vtriusq; sexus dicit, nec peccatum in genere posse in publicum proferri citra fractionẽ sigilli: quãuis nulla inde oriatur suspicio personæ. Nam habetur (inquit) in textu, ꝙ qui peccatũ pœnitentiali iudicio detectũ reuelauerit, perpetuã agat pœnitentiã. Sed tamen absq; vlla hæsitatione credendum est cõtra Panor. Et satis esset ad ipsum cõuincendũ vniuersalis consuetudo. Passim enim sacerdotes preferunt quæ audierunt in confessione, nõ solùm ad capiendum consilium, sed in colloquijs: nec tamen censentur fractores sigilli, quando nec minimum timetur periculum reuelationis personæ. Imò quanuis dicant illud aliquando audisse in confessione, non est fractio sigilli, nec peccatum de se mortale, si fiat sine scandalo. Quanuis id fieri non debeat.

¶Et ad argumentum Panormitani respondetur, quòd illud verbum: quoniam qui peccatū in pœnitentiali iudicio detectum, &c. reddit causam verbi præcedentis. Caueat autem omninò sacerdos nè prodat peccatorem. Et ideò non frangit quis sigillum reuelando peccatū, nisi applicatum ad personam.

¶Et confir. quia si reuelatio peccati in genere esset fractio sigilli, tūc nō liceret illo modo in genere reuelare, nec ad capiendū consiliū, sine licentia pœnitentis: quod tñ est falsum, vt patet ex verbis eiusdem textus, & in cap. officij. eod. tit. ¶Ex quo sequitur ꝙ quamuis dicam: Petrus ritè cōfessus est mihi sua peccata: nō reuelo cōfessionem: dūmodo nullā speciem nominē, etiam si sint publicæ meretricis, aut latronis. Sed si non absolui, nō possum interrogatus dicere non absolui: quāuis, vt inquit Caieta. in summa, verbo, confessor: qui illud diceret, non esset propriè fractor sigilli, vt incurreret pœnas canonis, nisi speciem peccati exprimeret, propter quod nō absoluit. Debet tamē sacerdos tunc respōdere: feci officium meum: vel aliud simile. ¶Cætera verò quæ nec sunt peccata, nec circunstantiæ quibus peccatum perpendatur, quamuis narrentur in confessione nullo modo cadunt sub sigillo. Cauendum tamē est ne passim sacerdotes quoquo modo loquātur, sales de confessionibus in colloquijs spargendo. Nā propter scādalum sæpe vsu venire solet, vt illi in aures pœnitentiū perueniāt: vnde grauiter offenduntur. Imò nec pœnitentes laudibus cōmendēt. Primò, quia laus vnius quādoq; est reuelatio cōfessionis alterius: vt si quis audiuit duas sorores, vnam solū commēdat pudicitiæ, alteram subinde tacendo notat impudicitiæ. Et præterea quia inde præbetur ansa, leuissimis præsertim mulierculis, mentiendi in cōfessione, quo se cōmendent apud sacerdotes. Et maximè cauendū est, quādo quis de aliquo secreto crimine petitur, ne id via cōfessionis tractetur: vt si vir suspicatus adulterium vxoris, petat ab ea vt cōfiteatur sacerdoti, qui de eius licentia certum faciat maritum, nullatenus admittendū est. Nam adultera, quo se purgaretur, facilè mentiretur in confessione.

Dubium. ¶Tertiū dubiū est de psonis alijs, quæ præter sacerdotē, tenentur seruare sigillū, an oēs ęqua li vinculo mortē teneantur obire, sigilli gratia seruandi.

4. Cōclusio. ¶De quo sit quarta conclusio. Quāuis solus sacerdos propriè teneatur custodire sigillum, sub pœnis canone decretis, tamē multi alij tenentur seruare secretum confessionis, etiam non obstante periculo mortis. Conclusio communis est S. Tho. & doctorum in. 4. distin. 21. Probat prima pars. Nā in. d. ca. Omnis vtriusq; sexus. solus sacerdos est qui iubet seruare sigillum, cui subinde decernuntur pœnæ fractiōis: & qa pœnæ legis nō sunt ampliādæ, fit vt ille solus incurrat pœnam depositionis, & ꝑpetui carceris. Et secunda pars probat. Sunt enim multi præter sacerdotē, qui iure, & multi qui iniuria audiunt cōfessionem: q proinde tenētur seruare secretū. Vt interpres, quādo pœnitens & sacerdos non sunt eiusdem linguæ: & laicus, cui quis in extrema necessitate vbi non est copia sacerdotis, confitetur: & prę latus, à quo sacerdos casum reseruatum petit, & magister quem consulit, dum imprudentia confessoris deprehendunt pœnitentem: atem laicus qui fraude & dolo personam induit sacerdotis, vt confessionem alterius audiat. Hi enim vniuersi mortaliter, & quidem grauiter peccarent, si secretum pāderent confessionis, atque adeò mortem & quodcunque aliud dānum perpeti debent, antequàm id menifestēt. Non tamen in omnibus esset delictum æquale. Interpres nanque non est persona necessaria confessioni, nemo enim (vt dicebamus super Quartum, dist. 17.) tenetur per interpretem cōfiteri. Nam vt probè inquit Caietanus in summa. verbo, confessio: nemo tenetur confiteri nisi sacerdoti, qui solus habet claues cognoscendi & remittendi peccata: & ideò cùm quis per se non potest confiteri, non tenetur alteri se prodere. Eo vel maximè, ꝙ peccata, q̄ dicuntur interpreti, nō denunciantur tanquā cōfessori: quippe qui nō fungitͬ vice cōfessoris, sed agit partes pœnitentis. Ob idq; quādo qs per se non potest cōfiteri, censendū est, quantum ad necessitatem, ac si nō esset copia cōfessoris. Nihilominus licitum est confiteri per interpretem: & quādoq; salutare: vt puta quādo adest interpres, cui tutò possit cōmitti tam altum secretū. Quod dum interpres violat, quacunq; id causa faciat, quāuis nō incurrat pœnas canonis, cōmittit tamē sacrilegiū: quia, cū illud sit verū sacramentū, violator est rei sacrę. Quare mori cōstringitͬ anteq̄ violet. ¶At, confessionem fieri laico vbi nō est copia sacerdotis, multò minus necessariū est in quacunq; necessitate. Nā quāuis Aug. dicat tantā esse vim cōfessiōis, vt vbi nō est copia sacerdotis, facienda sit ꝑximo. De pœn. d. 1. c. Quē pœnitet. &. d. 6. c. 1. nō tñ insinuat esse præceptū, sed solū cōsulit, vt merito verecūdiæ maiorē grām cōsequatͬ apud deū. Imò verò iā nō est tanta consuetudo hmōi cōfessionis, quāta in primitiua ecclīa. Nec forsā est cōciliū. Tāetsi eā nō dānauerim: māsit eīn cōsuetudo solū inter nautas.

Quare

Quare laicus cui fit huiusmodi confeßio, si fidem secreti frangat, nec incurrit pœnas canonis, nec proprie est sacrilegus. Tenetur tamen pro nulla causa mundi infringere: nec pro bono publico (pro quo teneretur si in alio secreto etiam sub iuramento suscepisset) sed tenetur prorsus celare ac si fuisset sacramẽtalis confeßio: atque adeò mori potiùs quàm detegere. Prælatus verò à quo confessor petit casum reseruatum, si inciderit in suspicionem pœnitentis, multò maiori vinculo tenetur seruare secretum, quàm præfatæ personę, vt potè cùm sit in tali casu persona necessaria, sine qua cõfeßio perfici non potest. Imò quodammodo est confessor, quamuis non ita propriè, sicut ille qui confeßionem audit. Et ideò nec debet inquirere, nec aliquid demoliri aduersus personam illam, magis quàm si eius confeßionem audiuisset. Ille tamen doctor quem sacerdos consulit, non tam arctè tenetur vt prælatus: quia non est necessaria persona: nihilominus adhuc tenetur, sicut interpres sub reatu mortali, mori potiùs, quàm secretum pandat. Imò si quis fortè papyrum reperiret, qua quispiam peccata scripsit ad confitendum, celare strictißimè tenetur. Nec illa sunt quoquo modo in forum exterius deferenda. At quamuis pœnitens teneatur etiam quodammodo confeßionem celare, vt dicit Paluda. tamen celatio huiusmodi nihil pertinet ad sigillum: sed solum quia tenetur pœnitens non detrahere sacerdoti reuelando pœnitentiam: aliasque eius admonitiones: nisi fortè ad capiendum consiliũ, quando se sentit sacerdotis imprudentia nimis

Dubium. oneratum. ¶ Quartum ꝙ postremum dubium est, postquàm nec ad vitãdum mortem licet reuelare sigillum, vtrùm alia quæuis poßit excogitari causa, ob quam ius fuerit illud aperire. Nam Altißiodorensis antiquus author. 4. par. capi. De confess. quæst. De sigillo. dicit, quòd quando ex secreto cõfeßionis magnum periculum immineret Ecclesiæ, licitum esset, de licentia episcopi, illud denunciare. Vbi citat distinctionem antiquorum: videlicet aliud esse sigillum infringere, aliud aperire. Primum enim sonat vitium, vt puta sine causa reuelare: alterum verò designat virtutem. Sed (salua authoritate grauißimi doctoris) & Sanct. Thomas & omnes in. 4. dist. a 1. nisi illam

5. Cõclusio. fecerunt opinionem illam. ¶ Vnde statuimus conclusionem quintam vniuersalem. Nulla prorsus de causa fas est sigillum aperire. Probatur, quia, vt iam sæpe insinuanimus: nullum potest vnquam tam graue periculum Ecclesiæ imminere, quàm sublatio sacramenti cõfeßionis: quod, vt ait Hieronymus, secunda tabula est post naufragium, vt cùm, sublato sigillo, tollitur subinde confeßio, fit vt quemadmodum, nec Papa, nec tota Ecclesia poßit pro quauis excogitata causa in præcepto diuino confeßionis dispensare, ita nec poßit dispensare in sigillo. ¶ Et confirmatur. Quia si pro aliquo periculo vitando liceret reuelare cõfeßionem, maximè dum quis confiteretur de cõtagiosa hæresi, qua populus contaminatur: sed tunc non: ergo. Probatur minor. Nam dato opposito deterrerentur homines à confeßione: quare non solùm periret sacramentum necessarium Ecclesiæ, sed etiam tolleretur illud idem remedium obuiandi heresibus. Nam tunc absconderent se hæretici: vt, nec in confeßione, alicui se crederent: cùm tamen si fiat illis integra potestas confitendi, poßint sacerdotes, & illis, salutaribus monitis mederi, & bono communi consulere, prædicando in genere, citra omnem suspicionem personæ, admonendo inquisitores, & publicam potestatem. ¶ Sed sunt dubia nonnulla quę aduersus hanc conclusionem mouere quempiam poßunt.

Primum. Si sacerdos nouit in confeßione affinitatem inter Petrum & Mariam, aut quod uis aliud impedimentum matrimonij contrahendi, à quo publicè illi petant matrimonio iungi: videtur sacerdos ille non posse huiusmodi matrimonium celebrare, cùm sint iure prohibiti contrahere: item si episcopus nouit in confeßione irregularitatem illius, qui petit ordinari: atque adeò si Abbas vel Prior nouit in confeßione superiorem esse perniciosum domui, debet eum amouere: & tamen huiusmodi sacerdotes videntur quodammodo confeßionem reuelare: nam demus notum esse omnibus eiusmodi pœnitentes confessos esse illis nec alia publica habere impedimenta, quibus arceantur à matrimonio, ab ordinibus, aut ab officio. Præsertim quia sacerdos, nec ipsi pœnitenti post absolutionem, exprobrare potest quæ in confeßione audiuit. ¶ Pro decisione huiusmodi casuum, atque aliorum id genus, quos doctores in. 4. dist. a 1. plures accumulat, notandum est opinionem fuisse Henrici Gandensis. 8. quol. quæst. 18. quòd sacerdos in nullo casu potest se aliter habere cum pœnitente post confeßionem, quàm ante: nec potest se iuuare aliquo modo à notitia confeßionis, sed cuncta debet gerere, ac si prorsus ignoraret cõscientiam pœnitentis. Quam sententiam nec Sanctus Thomas, nec Ricardus, nec Scotus (& quidem meritò) recipiunt. Sed quia casus sunt in quibus obseruanda est doctrina Henrici: 1. Dubium.

rici: & casus rursus, in quibus est reijcięda: hac Regula. regula vt puto, vtendũ est in hac parte. Sacerdotes, propter scientiã quam habẽt in confessione, nõ possunt postmodũ priuare pœnitẽtem eo, ad quod habet quodãmodo ius acquisitum: sed tamẽ in gratuitis, vbi habent liberã potestatem, possunt eum & priuare & nõ admittere. Exempli gratia. Sacerdos q in confessione nouit impedimentũ matrimonij, si non est parochus, potest, & debet se excusare: quia non tenetur matrimoniũ ministrare (nisi forsan nõ posset se excusare sine periculo reuelationis cõfessionis: nam tunc deberet eos cõiungere) si tamen est parochus qui aliàs tenet, tũc quãuis posset se excusare sine periculo reuelationis confessionis (ait Petrus de Palude) nihilominus debet eos coniungere, quia habent in foro exteriori ius petendi ab illo: quẽadmodum (inquit Adrianus) deberet ministrare sacramentum occulto peccatori petendi publicè, vt supra dictũ est. Sed profectò crediderim, cõtra Petrum de Palude, ꝙ si parochus posset citra omnẽ suspicionẽ aliqua arte impedire illud matrimoniũ, probè faceret. Item si eps, dũ publicè ministrat ordines, videt accedentẽ eũ, quẽ scit in cõfessione esse irregularẽ, aut aliàs indignum, de quo tamẽ examinatores testãtur esse dignissimũ, & adscriptum albo ordinandorum, tunc debet eum ordinare: quia habet ius quodãmodo in publico petendi: nisi fortè citra omnẽ suspicionem posset illum aliqua arte dimouere. At verò si ante illum articulum temporis subditus ille peteret examinari, & recipi ad ordines, posset & deberet episcopus illum excludere, prætexendo alias causas. Imò si aliter nequiret, posset pro libito non admittere postquàm est ei liberum admittere quos voluerit. Quemadmodum prælatus in conuentu, quãlibet consilio patrum destinentur religiosi ad ordines (quia non compellitur iure præsentare quos patres censent) potest repellere illum, quem in confessione scit irregularem, aut alioqui indignissimum, assignando alias causas. Nec hoc est reuelare confessionẽ: quia possent alij suspicari prælatũ id facere ex odio aut maleuolentia. Præterea si prouincialis nouit per confessionem, Priorem, aut Guardianum in ordinibus mendicantibus, scelerosum esse perniciosum conuentui: quia huiusmodi officium non est ad nutum amouibile, non potest Prouincialis priorem amouere, sed in confessione admonere vt cedat officio: vel quærere alias causas ob quas posset in iudicio eum priuare: dummodo inquisitio non capiat ansam à confessione. Si tamen officium est ad nutum amouibile: vt si prælatus vicariũ suum, aut magistrum nouitiorum nouit in cõfessione perniciosos esse, tunc potest certè, & debet illos amouere, vel dando alias causas: puta quia fessi sunt, vel subditis iam satietatem fecerũt & tædium, vel quia vult instituere alios, qui sunt sibi magis amici: quãuis suspicionem de se faciat acceptionis personarum. Et in hoc casu loquuntur S. Tho. & Scotus loco citato, quando dicunt, quòd Abbas potest amouere Priorem: puta eum qui ad nutũ est amouibilis. ¶ Ex hac regula sumendum est iudicium in electionibus. Et ver. grat. Petrus in communi opinione dignus magistratu, quem tamẽ ego scio per confessionem esse indignum, & perniciosum. Re vera possum & debeo ipsum nõ eligere. Quod omnes fatentur: quando nulla sub orietur suspicio reuelationis confessionis.

¶ Sed quid si non possum illum refragari, nisi aliquam generem suspicionem reuelationis cõfessionis? Sit enim casus Adriani, quòd ego suadebam priùs electoribus vt eligerent Petrum, quem censebam esse dignissimum: qui postmodum confitetur mihi, & omnibus cõpertum est, mihi esse confessum: vnde si muto sententiam dissuadendo electionem illius, omnes coniicient me in confessione audiuisse indignitatem illius. Adrianus censet, quòd si detur casus in quo non possit quis refragari indignum, nisi quodammodo reuelando confessionem, debet eligere, non solùm minus dignum, sed indignum: nam quanquàm iure cautum sit, nè quis eligat indignum sub pœna priuationis vocis, & suspensionis triẽnalis: vt habetur capit. Cùm in cunctis. De elect. maius tamen est vinculum sigilli seruandi. Sed Sanct. Thomas. 4. dist. 21. absolutè respondet, quòd nullus debet eligere eum quem per confessionem scit esse Indignum. Et certè ita indubiè tenendum est. At verò simul concedo, quòd nunquàm licet reuelare confessionem, vt quis excludat indignum. Sed tamen ille casus est impossibilis: & in philosophia morali non sunt audiendi casus, qui sola imaginatione confinguntur: nam ante electionem nullus habet ius vt eligatur. Et ideò quicunq; potest ipsum refragari sine reuelatione confessionis, aut allegando aliam causam, ante eligendo alium forte, qui possit censeri tam dignus, aut de se generando suspicionem, ꝙ fecit ex ignorantia, vel ex malitia. Maximè ꝙ nõ tenet obuiare cuicũque suspicioni aliorũ, postq̃ vtit iure suo, q̃uis alij suspicẽtur in genere aliqđ pc̃m nouisse in confessione. Quãlibet crediderim cum Palu. ꝙ qui eligeret indignum, non tum solùm in confessio-

fesſione nō incurreret pœnas iure decretas in eligētes indignū.c.Cū in cūctis. De electione. ¶Ecce quot caſibus nobis licet agere ſecundū notitiā,quam habemus incōfeſſione,cōtra ſententiā Henrici. Et cōfirmatur doctrina hęc. Nā re vera ſi ego ſcio aliquē ſubditū meū pnicioſum eſſe cōuētui,nunq̃ eū ſubſtituerē mihi ſuperiorē,quāuis conſilio patrū eligeretur: quia ſecundū cōſtitutionē noſtrā, quanuis tenetur prior cōſulere patres in tali electione, nō tñ tenetur ſtare cōſilio illorū. Si tamē teneret ſtare electioni illorū,nō poſſet nō cōfirmare. Vnde ſi quis eligatur canonicè in epiſcopū, tunc cōfirmator,quāuis ſciat per cōfeſſionē eſſe indignum, nō poſſet quaſſare electionē: quia iure cōpellitur cōfirmare eū,qui canonicè eligitur:niſi iuridicè poſsit exceptionem aliq̃ cōprobare: vt colligit ex cap. Poſtq̃.&.ca. Nihil.de elec.& electi pot. Secùs fortè prior noſter prouincialis:qui nō cogit quēquā cōfirmare in priorem, quāuis ſit canonicè electus: ſunt eñ verba cōſtitutionis. Priores cōuentuales prædicto modo electi,à priori prouinciali,ſi ei viſum fuerit, cōfirmentur. Et ideo poſſet forſan quaſſare electionē illius, quē ſcit per confeſsionē eſſe indignum:quanq̃ id nō debeat temerè,niſi ꝓ graui cauſa,facere. Ex quo ſequit,ꝙ magiſter(quē vocant) nouitiorum poteſt negare illi ſuffragiū ad profeſsionē, quē per cōfeſsionē ſcit eſſe cōtagioſum & pernicioſum domui. Præfertur enim nouitijs,nō ſolū vt eos inſtituat,ſed vt iudiciū morū ſumat etiā per cōfeſsionē. Fateor tamē ſummā illi adhibēdam eſſe cautelam,vt citra ſuſpicionē prælato denūciet nō eſſe aptū ad religionē, exaggerādo alios defectus naturales. Abſit tñ vt in particulari genus aliquod peccatorū inſinuet: eſſet eñ grauiſsimū ſacrilegiū: & potiùs eſſet permittendū vt mundus periret. ¶Quòd ſi qs arguat in fauorē Henrici Gandenſis: ꝙ ſi liceret ex cognitione auditorum in cōfeſsione exteriùs agere cū pœnitēte, tunc timerent hoies cōfiteri,& fieret ſacramentum graue:formidarēt eñ ſubditi cōfiteri prælato,& qui vt digni habentur magiſtratu,confiteri electoribus. ¶Reſpōdetur, ꝙ qui ex hac cauſa formidarēt confeſsionem,non haberent quid incuſarent,aut ſacerdoti,aut ſacramento: poſtq̃ cōfeſſor nō admittens pœnitentē ad id, cuius nō habet ius acquiſitū,aut priuans illum eo qđ eſt in mera poteſtate ipſius auferre,nullam facit iniuriā, nec cōfeſsionem reuelat: nec nos vllo modo talē licētiam damus. Re vera ſi ſacerdos plures haberet ſeruos,quorū vnū per cōfeſsionē ſciret eſſe latronē,nullam ei faceret iniuriam,ſi pecuniam illi non crederet,quā credit alijs: aut ſi domo pelleret, alia ficta cauſa: poſtq̃ aliàs nō tenetur illum alere. Nec hoc eſt reuelare cōfeſsionē,ſed eſt,hominē vti iure ſuo per factum qđ alij ſiniſtrè ſua culpa interpretantur. Præſertim quia hac via nulla ſuboritur ſuſpicio reuelatiōis alicuius peccati in ſpeciali. ¶Aequa ratione reſpōdetur ad vulgatū illum caſum,ſi ſacerdos qui iter habet cū latronibus audiat confeſsionē vnius reuelantis, in aio eos habere ipſum occidere intra nemus, an debeat intrare potiùs nemus & mori, quā iter declinare cū periculo reuelationis cōfeſsionis. Ricardus eñ ita cenſet faciendū. Et quidē cōcēdo, ſi caſus eſſet poſsibilis, quo aut reuelāda eſſet cōfeſsio aut moriendū,potiùs moriendū eſſe. Sed tñ quia in re morali loquimur, nullatenus admittimus talē caſum. Pōt nanq; aliò diuertere, aut manēre, aut retroire,fingēdo ſe aliquid eſſe oblitum. Quemadmodum ſi quis ſacerdoti in ſacris vinū miniſtraret veneno miſtum, & poſt conſecrationē,pœnitentia ductus, cōfiteretur ei in aurē,lethale poculū ꝓpinaſſe:nō teneretur illud ſumere: quicquid ſuſpicentur aſtātes. ¶Alterū dubiū eſt, vtrùm ſaltē liceat ſacerdoti reuelare cōfeſsionē pœnitentis, vt ſuum ipſe confiteatur peccatū. V.g. in caſu vulgato, vbi ſunt tres tñ ſacerdotes,& vnus abſoluit alterū, puta Petrū ab irregularitate,à qua nō putauit abſoluere,& de hoc peccato non poteſt planè confiteri tertio ſacerdoti,niſi dicat ſe malè abſoluiſſe aliquem ſacerdotē, & fuiſſe cauſam vt ille celebraſſet in peccato: vnde tertius ſacerdos colligit illum eſſe Petrum. Et videtur quòd hoc liceat:quia,vt ſuprà diximus, tenetur quicunque exprimere perſonam cum qua peccauit, ſi nō poteſt aliter explicare circunſtantiam mortaliter aggrauantem. Scotus, Palud. & Adrianus, & quotquot ego hactenus, & legi,& magiſtros meos audiui conſentiunt, quòd quando ſacerdos non poteſt explicare ſuum peccatum, niſi reuelando ſigillum, potiùs debet circūſtantiam illam omittere,quàm reuelare: nam maius eſt vinculū ſigilli, quàm expreſsionis circunſtantiæ mortaliter aggrauantis. Et inter legendum ſemper ita cenſui. Nec volo mutare ſententiam. Sed certè tamen non eſt iam mihi modò adeò compertum, vt omnes exiſtimant. Primò,quia ratio illorum falſum aſſumit, videlicet fortius eſſe præceptū ſigilli,quàm confeſsionis. Nam cùm vtrunq; ſit diuinum,& ſignatio ſigilli ſit propter neceſſitatem confeſsionis, maius contrà videtur eſſe præceptū cōfeſsionis,quàm ſigilli: quia propter vnum quodq; talo & illud magis. 1. Poſt. præterea quia dicere aliquid in confeſsione ſacra-

2. Dubium.

sacramētali,& nō est diffamare:aliàs nō liceret noīare aliam ꝑsonā ad exprimendū circunstātiam ꝓprij peccati:ergo eadē ratiōe,quod illic dicit nō est cēsenda reuelatio cōfeſsionis.Exēpli gratia.Cōmisit sacerdos nefandū incestum cū matre, quā vincibiliter ignorabat esse matrem,quæ postmodū cōfitetur filio,eā esse ad quā accesſit. Sacerdos nō potest cōfiteri totā grauitatem stupri,nisi exprimat se cōcubuisse cum matre:ergo videtur, ꝙ pōt illā circūstantiam cōfiteri,nō obstante, ꝙ illā nouerit ꝑ cōfeſsionē.Nam si nō audisset in cōfeſsione,tenebatur noīare matrē (vt dicit S. Th.4.d.16.q.3. & Durā.ibidē.q.4.quod nō liceret, si personaquæ exprimitur in cōfeſsione aliquo modo infamaretur:ergo quāǭ vna cōfeſsio recitetur in alia,illud nec est infamatio, nec reuelatio confeſsionis:postǭ dicitur sacerdoti tanǭ Deo,cui nihil est secretum. Defendēda ergo est opinio cōis alia ratione:puta quia præceptū sigilli est negatiuum, de re intrinsecè mala queādmodū mentiri: & ideò nulla prorsus de causa licet illud reuelare.Quod certiſsimū est. Sed hinc res pendet an cēlenda sit reuelatio cōfeſsionis,illa quæ fit in alia confeſsione.Quod posset fortè,

Dubium. 3. nec absq; ꝓbabili ratione inficiari.¶Tertium dubiū est, vtrū si sacerdos nouit in cōfeſsione pœnitentē esse excōmunicatū,vel quenǭ aliū ex violēta percuſsione clerici teneatur postea illum vitare.Et videt ꝙ sic (saltē priuatim) nā cap.Cùm nō ab hoīe. De sentētia excōmunicationis.habet,ꝙ si cui soli patet huiusmodi sacrilegiū,ille priuatim tātū vitabit. ¶Scotus respondet,ꝙ si cōfessor pōt eum vitare,taliter vt inde nulla fiat suspicio ꝓditionis cōfeſsionis, debet eum vitare: aliàs nō. Adrianus idē dicit in re:puta ꝙ debet eū priuatim vitare, non tñ publicè. ¶Sed profectò crediderim eū Ricardo,ꝙ nec priuatim tenetur eum vitare. Nam, cū priuatio excōicati sit solū de iure positiuo, Ecclesia nō cēsetur loqui in dicto ca.de notitia quę habetur per cōfeſsionē.Quare cū hoc ipse adnotasset Scotus,nō cogebatur concedere,ꝙ tenebatur sacerdos aliquo modo vitare talem excōicatum.Præsertim quia nō licet confessori improperare peccata ipsi pœnitēti post absolutionem: & tamē si illum priuatim per hoc reuocaret peccata in memoriam eius.

Dubium. 4. ¶Quartum dubium est: Vtrùm de licētia pœnitentis liceat sacerdoti cōfeſsionem reuelare. Alex.de Hales.4.p.q.78.membro,2.& Sco. & Duran.in.4.d.21.negant posse sacerdotem de licentia pœnitētis reuelare cōfeſsionem.Ratio Alex.est, quia sacerdos id scit solū tanǭ Deus: ergo nō sufficit licentia hominis, vt reueletur quod est dicere:De iure diuino prohibita est reuelatio,in qua perinde nec Papa diſpēsare potest:ergo nec pœnitens à fortiori potest dare facultatem reuelandi. Addit Durā. Notitia sacerdotis nullo modo sufficit vt posſit,inquam tum homo,dicere,citra mendacium,se illud scire(vt supra dictum est) ergo quamuis id proferat de licentia pœnitentis,adhuc dicit mendacium.S.Tho.Bonauētura,& Petrus de Palude contrarium autumant. Et in re quidem nulla est controuersia.Nam & primi doctores cōcedunt, ꝙ si pœnitens extra cōfeſsionem narret iterum sacerdoti cū facultate reuelandi,ea quę confessus est, potest illa tunc reuelare : sed negant, ꝙ si pœnitens extra cōfeſsionem tātùm dicat: concedo tibi facultatem reuelandi quæ confessus sum:sufficiat illa facultas. Quam tamen S.Tho.& alij censent sufficere. Et profectò ita absque dubio crediderim. Si enim quis confessus est furtum.100.aureorum, nihil pœnitus refert,dicat ne postea sacerdoti: reuelas me furatū esse.100.aureos, an reueles hoc qđ modò confessus sum:nam idem latinè pollent orationes huiuſmodi in tali casu. Item potest quis dum confiteturnarrare peccata tantū semel:sed vtraque ratione, scilicet & vt absoluātur,& vt reuelentur:quia dicens:vt reuelentur, insinuat se non solùm dicere in confeſsione: ergo postquàm est absolutus potest explicare eandem intentionē:videlicet ꝙ reuelētur:quāuis non iterum narret.¶Et ad argumēta in cōtrarium respondetur, ꝙ dum pœnitens facit facultatem reuelandi, facit subinde vt sacerdos non solùm sciat vt Deus, sed vt homo: & per consequens pœnitens non diſpensat in iure diuino, sed facit quòd illud sciatur extra sigillū. Nec inde sequitur aliquod detrimentū confeſsionis:nec scandalum: quia præceptum sigilli positum est in fauorem pœnitentis:cui subinde potest pro bono suo renunciare:queādmodum maritus, cui vxor obsequiū debet,pōt illi concedere,vt votum faciat castitatis. At non debet sacerdos facilè vti huiusmodi licentia,nisi propter magnum bonum pœnitentis: & in graui eius neceſsitate:& quādo cōstat pœnitētē libera eā voluntate concedere. Vnde si præsumeretur metu id sacrilegi iudicis, aut cuiusuis alterius facere,nō debet ea sacerdos vti: nè sit & ipse sacrilegus.Et adnotent sacerdotes,ꝙ quāuis nō egeant licentia pœnitētis, vt in genere cōsulant peritiores de confeſsionibus, tñ reuelare personam pœnitentis non possunt sine eius facultate.Quare si mauult pœnitens in peccato manere, quàm se reuelari,abeat in nomine dñi. Nec ipsi pœnitenti post absolutionem,

nem debet quoquo modo sacerdos reuocare peccatum in memoriã: nec gratia fraternæ correctionis, nec cõsolationis, nec aliquo modo. Neq; enim vlla rõne cõsenserim Petro de Palu. ꝙ in occulto licet sacerdoti pœnitentẽ admoneret: nã quãuis hæc forte nõ esset reuelatio sigilli, quæ cauet in iure, tñ maxima inde verecũdia suffunderet pœnitens, atq; adeò sacramentum molestũ redderet. Et ideò quãq; sacerdos videat pœnitẽtem cõtrarium agere, q̃ iniunctũ est pnia, oino dissimulet. ¶ Hoc verũtamẽ est, qđ vehementiùs sacerdotẽ mouere solet. Quid si sacerdos absoluens, intolerabilẽ cõmisit errorẽ: puta quia absoluit nõ subditũ, aut excõicatum, à casu reseruato, aut omisit iubere restitutionẽ æris alieni, in preiudiciũ tertij. ¶ Fertur tẽpore cõcilij Basiliensis inter magistros qbus intererat Ioãnes Nider, quæsitũ esse, an confessor qui malè absoluit à casu reseruato, postmodum habita facultate superioris debeat absẽtem & insciũ absoluere, potiùs q̃ adire pœnitẽtem. Illius tñ disputatiõis copia nusquã extat. ¶ Ad hoc respõdetur primò, ꝙ nullo modo licet absoluere absentẽ, saltem ignorantẽ an absoluatur: primò, quia cõfessio est actus psonalis, vt patet in forma: absoluo te: & ideò debet fieri inter præsentes. Item quia absenti nõ põt sacerdos imponere pœnitentiã, neq; eũ in futurum admonere, qđ requiritur in sacramẽto. Et tertiò, præsertim quia forsan tũc ille qui absolueretur esset in pc̃õ: & est sacrilegiũ absoluere eũ, qui nõ præsumitur esse in gratia. Dixerim absentẽ & ignorantem: nam forsan posset pœnitens absenti sacerdoti mittere confessionem scriptam, & sacerdos rescribere absolutionem: vt ait Palud. in. 4. d. 17. q. 1. De quo aliàs. Secundò crediderim, ꝙ nullo mõ licet sacerdoti erranti in absolutione, cõuenire iterũ pœnitentẽ de peccatis, memorãdo aliquod pc̃m in particulari. Primò, quia vt diximus, hoc est exprobrare illi pc̃m: vnde profectò odiosa redderetur confessio. Et secundò, quia posset tunc pœnitens negare se tale fuisse cõfessum, & obsurgare cõfessorem: vnde facilè oriretur scãdalum. Et tertiò, quia id nõ est necessarium. Postremò ergo colligitur, ꝙ debet tunc sacerdos adire pœnitentẽ: & dicere se errorem cõmisisse grauem in cõfessione: & ideò si vult aut iteratò cõfiteri, aut facultatẽ facere loquendi de cõfessione, tunc explicabit in particulari defectum. Per quod & confessionem nullatenus detegit, & abundè satisfacit pro errore præterito. Nã tunc pœnitens tenet ad cõfessionẽ redire, aut cum illo sacerdote aut cũ alio: quòd si renuit, culpa quæ fuerat sacerdotis, transfunditur in ipsum. ¶ Quintũ & postremũ dubiũ est, vtrũ licitum sit sacerdoti, qui alia etiã via, q̃ per confessionẽ, crimen nouerit pœnitẽtis, illud prodere, atq; adeò in forũ exterius deferre. ¶ Opinio fuit negatiua Altissiodorensis. 4. p. q. De sigillo, & aliorũ antiquitus. Vbi ait, ꝙ si confessor nouit aliàs crimẽ pœnitentis, nõ debet illud in confessione recipere: sed si recipit, tunc siue antea nouerit alia via, siue post, totũ claudit̃ sub sigillo. Et ꝓbatur: q a in ca. Omnis vtriusq; sexus. sine exceptione ꝓhibet̃ pc̃m in pœnitẽtiali iudicio detectũ reuelari. At verò oẽs ab illo tẽpore doctores cõcorditer affirmãt contra riũ. 4. d. 21. Nam, vt dicit illic S. Tho. dum hæc opinio nimiũ sigillo tribuit, præiudiciũ veritati & iustitiæ facit. Non est ergo dubiũ quin liceat reuelare peccatũ, qđ notũ est alia via. Probatur, qa sacerdos per id qđ audiuit in cõfessione nullum amittit aliud ius qđ habet: sed si nõ audisset in cõfessione, habet ius dicendi id, qđ aliàs nouit: ergo siue illud nouerit ante confessionẽ, siue post, iure põt reuelare: aliàs clypeus esset perniciosis hominibus, dum Ecclesiã corã sacerdotibus furto expoliassent, illis confiteri, vt os obstruerent accusandi. Et secundò. Si huiusmodi sacerdos vocaretur in testem, non posset iuratus respondere citra mendacium se nescire, si est aliàs publicum: post quàm scit vt homo: ergo tenetur candidè respondere veritatẽ. Sed res lucidior est, quàm vt pluribus egeat testimonijs. Imò verò non solũ si sacerdos aliàs visu aut experientia id nouit, sed si indicia habet legitima, potest id in iudicium deferre. Exempli gratia. Si dum latro confitetur, marsupium sacerdotis abscindit, quãuis confiteretur tunc de furto, potest eum accusare in iudicio. Non solùm: quia illa non præsumitur confessio & accusatio, sed simulatio, vt suprà diximus: at quia potest allegare manifesta indicia puta tali hora furtum factum, & neminem alium intrasse domum: fateor tamen cauendum esse maximè scandalum: vt videlicet sacerdos quæ audiuit in confessio[ne] nõ pandat, nisi in promptu possit comprobare causas vel indicia quibus id aliàs nouit: ne oriatur suspicio reuelationis confessionis. Et hæc de abditissimo sigillo confessionis. ¶ In secretis secularibus sunt qui opinãtur, neminem vnquàm constringi ea seruare cum dispendio vitæ: sed cùm non descendant ad species secretorum, nimirum si rem non satis inspiciant. Inter hæc ergo primum locum tenet secretum: quod ad rẽ pertinet publicã. ¶ De quo statuitur sexta conclusio. Qui locum tenent & officium publicũ, tenẽtur ex genere rei fidem seruare

Dubium. 6. Cõclusio.

uare secreti, si opus fuerit, cũ dispendio vitæ: vt sunt senatores, cõsiliarij, scribæ, aliiq; id genus. Et primò si reuelatio secreti vergit in graue malum Reipub. tũc nõ solũ personæ quæ sunt in magistratu, sed quicunq; priuatus ciuis, tenetũ vitã exponere, anteq̃ id detegat. Vnde. l. Omne delictũ. ff. de re militari. Exploratores q secreta nũciant hostibus, ꝓditores sunt, & capitis pœnas luunt. Sed aliud præterea asserit cõclusio: videlicet ꝙ illi q̃bus officio publico incũbit, tenentũ sæpe sæpius mori, ꝓ celando secreto Reipublicę, q̃n priuati hoïes nõ tenerentũ. Probatũ: quia media, vt sæpe diximus, pẽsanda sunt ex fine, & secreta Reipub. sunt ꝓpter salutẽ totius populi: ergo illi quibus tota respublica arcana sua cõmisit, & quibus ſtipẽdia ꝓ huiusmodi officio pẽdit, quiq; peculiari sacramẽto fidẽ astringũt, multò maiori vinculo tenẽtur seruare secretũ, q̃ alij de plebe: atq; adeò si res tãti sit momẽti vt id postulet, vitã cũ reliqs bonis tenẽtur in ea causa exponere. Et vocamus causam Reipubl. causas etiã particulariũ psonarũ, quæ tractãtur in iudicio publico. Vnde iudex q causam audit, in qua de re grauissima decertatũ, vt de vita, aut de maximo honore, vt de ducatu, aut alia magna hæreditate, si inuadiũ ab aliquo litigantiũ sub cõminatione mortis, vt merita causę ꝓdat, debet potius gladio succũbere, q̃ fidẽ secreti frangere. Et idem crediderim de scribis, quorũ fidei causę graues cõmittuntur. In rebus verò minoris momẽti, quãuis nõ teneãtur vitã dare, & fidẽ seruẽt, tenẽtur tñ pro rei cuiusq; qualitate, Atq; id maximè in sancto cõcilio & foro, quo res fidei aduersus hæreticos tractãtur. Nã & inter gẽtes celebratissima semp fuit fides secretorũ de Republica. Vnde Aul. Gell. ex Marco Catone refert lib. 1. noct. atti. Papyrio illi puero honorẽ maximũ habitũ esse: eo ꝙ, dum in senatũ cũ patre fuisset admissus, & mater auidissimè eũ percõtaretũ quidnã patres egissent, matrẽ excogitato cõmento, & mẽdacio delusit, quo senatus arcanũ celaret. [illegible] idq; nomẽ illi inditũ est. Prætextatus. i. abscõditus & cõtectus: ꝙ deinceps pueris Romanis successit. Et Põpeius, vt author est Valerius Max. lib. 3. cũ à Gentio rege captus, senatus cõsilia ꝓdere iuberetũ, igni digitũ cremandũ præbuit: qua patiẽtia ostenderet se potius tormẽtis perditũ iri, q̃ secreta senatus panderet. Et Fuluius tẽpore Aug. cũ senatus secreta panderet vxori, pœnã dedit capitis. Hac ratione (vt inqt Valer. li. 2.) fidũ tunc erat & altũ Reipub. pectus: cura, silentijq; salubritate munitum. ¶ Inter priuata id maiore vinculo ligat q̃n quis p iniuriã, hoïs secretũ, vi fraudeue extorquet. De quo sit cõclusio septima. Quiiniuria hoïs secretũ expressit, tenetur illud, si res sit magni momẽti, etiã in mortis discrimine cõtegere: vt Dalila, quę muliebri improbitate mysterium capillorũ à Sansone extorsit, tenebatũ mortẽ prius obire, quã id Philisthæis ꝓdere. 7. Cõclusio. Probatũ. Tenetur quicũq; mortẽ priùs oppetere, quàm hoï famã auferre (maximè si fama sit valde magna & pretiosa) sed qui per iniuriam secretũ alienũ extorquet, famã ab illo deprædatur: ergo tenetũ potius mori, si res sit magni momẽti, quàm ipsum diffamare. Eò vel maximè, si periculũ inde imminet vitæ. Vñ qui obsignatas literas alienas mala fide aperiunt: qa illa vis est, & iniuria, maiori vinculo tenentũ secretũ illud seruare, q̃ si id alia iusta via cognouissent. Fuit enĩ semp celebratissima religio in literis alienis abscõdẽdis, & celãdis, vt frequẽtibus historijs memoriæ proditũ est. ¶ Secretorum quæ citra iniuriã deprehendũtur, primũ genus est, q̃n quis data fide arcanũ alienũ suscipit custodiẽdũ. De quo ponitũ octaua cõclusio. Nemo tenetũ secretũ qđ fide recepit, seruare cũ dispendio vitæ, aut alia grãdi iactura honoris aliorumue bonorũ. Octaua conclusio. Hoc nõ aliter ꝓbatũ, q̃ ꝙ huiusmodi obligatio nõ oritur ex iustitia, aut ex publico officio, quo tenetur seruare secretũ, sed ex sola liberalitate & bonitate ꝓmittentis fidem: & nemo præsumitũ ꝓmittere id, ad qđ aliàs nõ tenebatũ, cum tãta iactura & dispẽdio. Qui enĩ pecuniã amici recipit in deposito, nõ tenetur cum tãta iactura & detrimẽto eã tueri. Sed nihilominus viri probi erit pro rei cõditione & magnitudine iacturã in ꝓprijs bonis facere, vt arcanũ ita receptũ ꝓtegat. Neq; admitto argumentũ, quo in hac parte aliqui vtũtur, vt quocunq; casu licet reuelare propriũ secretum, licet subinde reuelare alienũ. Nã homo dñs est propriæ famæ, & nõ est dñs alienæ: & ideo potest aliq̃n propriã famã exponere (qa in hoc nulli facit iniuriã) quãdo tñ tenetũ cultodire alienã. Graphicè sanè fabulãtur poetę, pœnã illius qui secretũ sub fide receptũ nõ seruat in Batto illo pastore, qui ꝓpter secretũ qđ fide receperat, reuelatũ, in lapidẽ versus est: alio qui mutũ, sed qui ea ꝑpetuo laboraret infamia vt secretũ auri, etiã silentio manifestaret. ¶ Nona cõclusio. Q̃n quis casu nouit alienũ secretũ, quãuis tenetũ illud cõtegere, etiam sub peccato mortali, si res est tanti momẽti, tñ nõ tenetur grauia pati vt illud celet. 9. Cõclusio. Hoc facilè probatur, quia solũ tenetur seruare ex charitate, sicut tenemur seruare res amicorũ, q̃n id possumus sine graui dãno nostro. Tametsi nõ unquã cõsilium fuerit, mortem priùs oppetere, quàm huiusmo-

huiusmodi secreta reuelare. Et hæc de alieno secreto. ¶ Secretū cuiusq; ꝓpriū lōgū nobis modò negotium exhiberet, nisi mēbro. 1. q. 3. amplissime res esset tractata. Hoc vnū ergo in hūc locū reiecimus, an teneat homo tormēta, atq; adeò mortē ꝑpeti, anteq̄ iniustè interrogatus, ꝓpria crimina prodat. Vbi decimā astruimus cōclusionē. Nemo tenet mortē pati, aut immania tormēta, vt propriū crimē abscōdat. Loquimur de his qui in eculeo præter ius interrogātur: nā si legitimè interrogarētur, etiā citra tormenta, tenerētur, veritatē fateri. Probatur cōclusio his suppositis, quæ loco citato satis corroborauimus, aduersus dn̄m Caietanū: videlicet hoīem habere dominiū suę famæ, sicut bonorū exteriorū: & quamuis sit peccatum, famā ꝓdigere, & qn̄q; mortale, tn̄ licitum esse cuilibet, ꝓ causa iusta eā exponere. Vnde sumitur argumētū. Pōt quis ꝓ iusta causa famā exponere: sed prodere ꝓpriū crimē: ex genere suo; nihil aliud est, q̄ se hoīem infamare: ergo illud licet ad seruandam viā: nā profectò vix potest dari causa magis iusta. ¶ Et cōfir. quia vita maius bonū est q̄ fama: imò vita caput est omniū bonorū: ob idq; vniuersa quæ hō habet, dabit pro aīa sua. Iob. 2. ergo si qs positus in tormētis euadere aliter nō pōt, nisi propriū crimē detegēdo, certè, quāuis iniustè interrogetur, pōt se prodere: postq̄ in hoc nemini facit iniuriam. Queadmodum em̄ vexationē illam & iniuriā grādi pecunia redimere posset, ita sanè potest & iacturā in fama facere, vt vitam seruet. ¶ Et secundò arguitur ex cōi sensu hoīm. Si quis & plurimū & vehementer cruciaretur, & dilaniaretur, certè nō cēseretur pusillanimis, si se proderet. Imò verò nō solùm id licitū est, qn̄ confitendo crimē pōt à tormētis liberari, sed qn̄ per cōfessionem certus esset capite plectendus, posset vir fortis eligere semel mortem, anteq̄ vehemētia & longissima tormenta pati. Eò vel maximè, qn̄ non speratur tormentorū finis, vt sæpe sæpius cōtingere solet. Sunt em̄ qui tormētis tormēta cumulantes, proponunt aut aīam miseri, aut cōfessionē verā falsamve extrahere. ¶ Et tertiò arguitur. Potest homo, vt illic diximus, exponere propriā famā pro salua amici, sicut vitā pro vita: ergo potest, à fortiori, famā exponere pro vita ꝓpria. ¶ Quartò arguitur. Si quis me iniustè infamaret, & ego nō possem me aliter defendere, nisi exponendo vitam, nō teneor periculo vitæ famā custodire: ergo, eadem ratione possum in tormētis crimē ꝓdere, vt inde me eximā. ¶ Quòd si quis arguat, q̄ si iudex iniustè me percōtatur, iniustè ego respōdeo. Certè cōsequentia nulla est: nam & latro iniustè me inuadit in itinere, & tamē iustè ego concedo illi pallium nē me occidat. ¶ Addiderim, q̄ si homo in iniustis tormentis falsò sibi crimen imponeret: dum modo id faceret sine iuramento, nō est mendaciū nisi officiosum & veniale: nec tenetur aliquo modo ad restitutionem famæ: postquam nemini facit iniuriam. Palud. 4. d. 21. q. 2. in fine dicit, q̄ mendacium huiusmodi est officiosum, inquātum se homo liberet à tormentis: sed perniciosum, inquantum se diffamat, & astantes lædit mendacio. At re vera, nec infamare se ad illum finē est perniciosum: nec astantes lædit: quia aut putāt cōfessionem esse veram, aut si intelligant esse falsam non est tantum scandalum, hominem cōtra se mentiri, vt eo se liberet malo.

¶ AD primum argumentum respondetur, q̄ quanquam vita sit pręstantior quàm fama: nihilominus reuelatio criminis aliquando cedit in malum religionis, vt dictū est in prima conclusione: & aliquando in malum publicum, vt dictum est in sexta: & aliquando in graue præiudicium tertij, vt dictum est in septima. Quibus proinde casibus moriendū est priùs, quàm crimen reueletur. ¶ Et per hoc respondetur ad confirmationem, q̄ quamuis iugum Domini sit suaue, nihilominus nos obligauit in dictis casibus, vitam exponere. ¶ Ad. 2. principale responsum est in octaua, nona, & decima cōclusionibus. ¶ Quibus ostensum est, licitū esse aliquando reuelare secretum, aut alienum, aut proprium, quando aliter vitam seruare non possumus. At non est par vbiq; ratio. ¶ Et eodem modo respondetur ad confirmationem, & ad tertium principale. Nec valet illud argumentum, vt suprà diximus, vt quocunq; casu liceat militi reuelare secretum meū, cuius sum dominus, liceat subinde reuelare alienum, cuius non habeo potestatem.

¶ ECCE quæ De ratione tegendi & detegendi secretum, sub censura sacrosanctæ Romanę Ecclesiæ, exiguitate & penuria nostra præstare potuimus. Quæ in hoc opusculo tribus mēbris distributa sunt: perq; quatuordecim quæstiones disputata: atq; adeò octoginta duabus cōclusionibus absoluta: ad laudem & gloriam indiuiduæ Trinitatis: quæ nos vtinam fœliciter in secreta illa diuinorum mysteria aliquando recipiat, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Libri De ratione tegendi, & detegendi secreti.

FINIS.

FRATRIS DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS, THEOLOGI, ORDINIS Prædicatorum, Cæsareæ maiestati à sacris confessionibus, Salmantini professoris,

In causa pauperum deliberatio.

AD MAXIMVM ATQVE adeò Clarissimum, Hispaniarum principē. D. Philippū, inuictissimi Cæsaris Caroli. V. primogenitum, Fratris Dominici Soto Segobiensis, theologi, ordinis Prædicatorum, Salmantini professoris,

In causa pauperum deliberatio.



NVLLA me, vnquā Princeps maxime inducere potuisset, has ad magnitudinē tuam literas dare, nisi & legissem sæpenumero apud multos quanta esse debeat in principe humanitas, quantáq; cuiusuis classis hominibus audiendis mansuetudinē ex celsum istud genus mortaliū debeatis: pariterque ex multis audiuissem, quantā tu (quod patriū vobis gētileq; est) humanissimè præstes. Atqui, si quādo aliàs, vel nunc maximè multorum te sententias humaniter, non auditurum modò, coniectura est, sed etiam rogaturum. Nempe de ea re, de qua cùm à celsitudine tua (quippe qui Cæsaris throno sedes) iudicatum fuerit, nihil cunctis aliud quàm decretum audire, ac iussis parēre integrum erit. Haud me latet, non me in ijs esse, quorum authoritas vllo possit momento rem tam à multis controuersam, tamq; matura cōsultatione sancitam, huc illuc inuertere. Neq; ea ego mente negotium hoc dicēdi suscipio, vt quicquam, quod in actis sit, immutare contendam. Verùm id satis duxerim, si id quod fieri, statutū est, cunctis hinc inde cōmodis diligentiùs exploratis, cautiùs, prouidentiùs, ex diuinoque magis nutu fiat. Qua videlicet melius ratione miseris pauperibus fuerit consultum. Id quoin hac re esse nullum potest aut Cæsareæ maiestati, tuæq; per inde amplitudini obsequium gratius, aut reipublicæ cumulatius bonum. Adeò nos pauperum habere curam Christus saluator noster, non modò voluit, prędicauit, & admonuit: sed & summis nobis tum pollicitationibus, tum comminationibus edixit. ¶ Sunt nonnullæ, neque ex postremis quidem, ciuitates Cæsareī Hispaniarum patrimonij, vbi his retro annis quatuor cœptum est pauperes vagabūdos expurgare, in ordinem cogere, eleemosynas certa ratione & modo, & colligere, & distribuere. Sanè vt ostiatim mendici circūmire cohibeātur: vt hoc illi labore, diuites verò, eorum improbitate leuentur. Neque eleemosynæ temerè profundantur. Sed delectus pauperum fiat: quo, ijs quos lex validos appellat, de medio sublatis: alijs, qui verè egent, vberiores obueniant. Quod equidē institutum esse nemo potest, qui non suo genere, meritò præclarum cēseat, Christianoque pectore videat proficisci. Atque adeò dignum æstimet, quod pro sua quisque virili laudet, foueat, omniq; studio cōplectatur. At cùm res tam sit magni momenti, aliarum quoque sui ordinis legem subeat, ne cessum est. Nempe vt ea sit, de qua non facilè inter omnes cōuenire possit. Operum etenim vnum quodlibet non de subiecta materia, quā tumlibet in honestissima versetur, virtutis cōtinuò nomen promeretur: quia neque virtutis lineam statim attingit. Quin verò cōpluribus prius opus habet circūuestiri, quæ in vniuersum explorata vt sint, atq; prospecta, nisi multorum iudicio, fieri nequit. Atqui vsu venire sæpe solet, vt prudentes quidē viri atque etiam consultissimi de rudibus nostris imperitorum dubitationibus permulta, quibus cauere debeant, prospiciant. Nam audiens sapiens (vt in prouerbio est Salomonis) sapientior erit. Igitur neque tu Princeps optime, neque aliorum quisquam verba hæc, qualiacunque adorno, aut animo mihi cuipiam aduersandi, aut cupidini contendendi adscribat. Neque enim vlla Prouer. 1 in re

in re tantam mihi facultatē arrogo, neque in hanc tali animo citra culpam prodire potuissem. Quocirca nihil est causæ, cur se mihi quisquam concertandi disputādive gratia obuiam proferat. Siquidem, vt paulò antè dicebā, non aliò orationis meę (si quos modò habitura sit) neruos intendo, quàm vt ille quæ in pauperes apparentur leges, quàm fieri maximè potest, circunspectissimè ferantur. Qua ratione fiet, vt inter illos, qui hoc negotium amplissimas eleemosynas quotidie largiuntur, pro mea ego tenuitate, cum paupercula illa euangelica,
Luc. 21. duo minuta erogauerim. Quandoquidē eleemosynæ, quarum sumus egenis debitores, nō
Homi. 9. sup euangelica. in solo pane positæ sunt. Quinimo vt Gregorij verba referam. Habens intellectum: curet omnino ne taceat. Habens rerum affluentiam vigilet ne à misericordiæ largitate torpescat. Habens artē qua regitur: magnopere studeat, vt vsum atque vtilitatem illius cum proximo procurent. Habens loquendi locum apud diuitem: damnationem pro retento talēto timeat: si cùm valet non apud eum pro pauperib⁹ intercedat. Hæc Gregorius. Munus ergo à lingua non infime prodesse nōnunquàm potest
Eccles. 13. afflictis pauperibus. Vt enim est in Ecclesiastico. Diues iniustè egit, & fremet: pauper autem
11. q. 3. læsus tacebit. Et Isidorus (quod. 11, q. 3. inter decreta relatum est) pauper (inquit) dum non habet quid offerat in iudicio, non solùm audiri contemnitur: sed etiam contra veritatem opprimitur. Ob idque qui pauperem protegit, deum imitatur: qui teste illo pauperum
Iob. 5. patrono Iob, de manu violenti eripit paupe-
Psalm. 108. rem: & conteste Dauid, astitit à dextris pauperis: vt saluam faciat à persequentibus animam eius. Idcirco in re quæ ad Christianam religionem tanti refert, sanè qua de vita pauperum, nec sine diuitum magno periculo, decernitur, nemo reuera posset officium prætermittere, qui nō protinus reprehensionem incurreret, qua (vt est in euangelica parabola) nequam illum seruum & infidum dominus tam increpuit acriter, quòd talentum, quod si fœnerat⁹ fuisset, vsuris potuisset augere, vt domino suo multiplicatū redderet, subtus terram maluit abscondere. Absit eo hęc animo dixerim, quo velim quempiam condemnare. Etenim quotquot prouinciam hanc, negotiumq; pauperū suscipiunt, vtramuis partem tueātur, zelo pietatis ac religionis ducuntur: atque adeò vtrosque copiosa merces manet apud deum. Sed huc penitus mea tendit oratio, quòd pro suo quisq; ingenio iudicioq; rōnes i mediū d̄ hac re ꝓferre debet, quibus vtrinq; discussa, exactiùs definiatur. Quod aūt in animū induxerim ad amplitudinem tuam orationem dirigere, nullum in absentia Cæsaris legitimum aliū iudicem, apud quem causam pauperum orarem deligere, aut potui, aut certè debui. Cùm quòd deus ipse, per quem reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, sæpe & multum iudicem, se patronum, ac patrem pauperum, honoris gratia, nominat. Vnde Synodus Carthaginensis quinta admonitos esse voluit prælatos, vt ab imperatoribus gloriosissimis pauperum patrocinium postularent. Tum etiam quòd causa hæc & ad Cæsarem & ad curiam iam diu delata est. Scriptam duxi non latinè solùm (quo tamen sermóne latiùs ac pressiùs rem explicui) verùm & Hispanè. Primū quòd (vt aliàs me claritudini tuæ dixisse memini, quando scholas nostras hoc honore dignatus es, vt lectionibus nostris interesse volueris) quanuis vtrūque idioma plenè capias, ad principes tamen non nisi patrio eorū sermone vti, fas est. Præterea quòd cùm causa hæc, de qua dicturus prodeo, popularis sit: vt pote cuius cognitio ad plebē etiam pertinet, operæ pretium fuit, illa lingua proferri, quam vulgus etiam perciperet. Prouerb. 9.

Quo narratio continetur.

Cap. II.

Primum, quod huic fabricæ subiectum est saxū, petitio illa fuit quadragesimasexta in cōuentu regni, qui Valeoti celebriter factus est, anno ab orbe redēpto. 523. supra millesimum. Qua pauperes apud Cæsarē delati sunt, ꝙ fines patrios egressi regnum mendicantes peragrarent: idque non sine damnis (vt causabatur) quæ res publica eiusmodi gentis vagatione permulta recipit. Ob idque ius à Cæsare imploratum est, quo mendici suo quisq; solo continerentur: neq; permitterentur circūuagari. Id veruntamen, quanuis vt de illo prouideretur responsum fuerit, non fuit tunc edicto publico cautum. Qua de re in cōuentu itidem celebri apud Matritū anno. 28. petitione. 45. de eadem rursus egenorum vagatione conquestum est. Neque aliud inde, q̄ priùs, responsum procuratores reportarunt. Deinde in conuentu, qui anno. 34. eodem conuocatus est, petitione. 117. alia sub alio tenore producitur supplicatio. Videlicet quòd singulis regni ciuitatibus prouidus aliquis ac circunspectus vir negotio pauperum delegaretur, sine cuius testimonio & Chirographo nemini licitum esset ostiatim mendicare, vt.

hac ratione legitimi pauperes comperti essēt. Huic, veluti iustæ supplicationi, subscripsit Cæsar, vt vagabundi (quos lex validos appellat) oppidis abigerentur, aduenæ, qui prętextu paupertatis falso titulo mendicant, pellerētur à curia. Quibus adiecit, vt legitimi pauperes suis cuiusque diœcesibus procurarentur & alerentur. Nulla illic tamen pœna in legitimos pauperes decreta est, quocunque regni mendicatum commigrauerint. Postea demum (quod ad rem denuò propiùs attinet) anno 40. curia, quæ est Cæsari à consilio, ea quæ præfatis petitionibus continentur, vt obseruarentur, senatusconsulto mandauit. Atq; adeò post consiliariorum subscriptiones instructio quædam appenditur, sola tabellionis manu signata. Qua executionis forma articulatim præscribitur. Summa eorum, quæ ad rem pertinent, sex continet articulos. Cauetur enim primum omniū, vt nemini priùs mēdicare liceat, quàm eius paupertas legitimo examine constiterit. Secundò, ne cuiquā mendico, etiam legitimo, nisi in propria patria intra certos terminos, sit integrum mendicare. Excepto inde tempore extremæ famis, aliusve cuiuslibet magnæ calamitatis. Tertiò, ne absque chirographo aut parochi aut illius, qui huic muneri delegatus esset, quisquam mendicet. Quartò, quòd nisi priùs sacramentaliter confessis, huiusmodi chirographa mendicandi concedantur. Quintò, qui ad limina Iacobi peregrinantur prohibiti sunt, & longam moram facere in via, & à recto itinere vltra duodecim mille passus (quas Hispani quatuor leucas dicimus) deuiare. Reliqua iustissimè extra controuersiam sancita sunt. Postremus deniq; adiectus articulus est, vt diœcesani, pretoresq; vrbium pro sua vtriq; facultate, satagerent, instituta hospitalia reficere: eorūque dotes a quibusuis debitoribus ac retentoribus exigere. Atque adeò curarent, si qua fortè ratione fieri posset, vt pauperes in suo cuiusq; territorio abundè sustentarentur: ne vlla eos necessitas diuagare compelleret. Hæc Metinæ anno proxime lapso. 44. prælo mandata sunt. ¶Super hæc fundamenta cœpere ciuitates institutiones construere. In quibus habebatur. Primùm vt vagabundi vrbe exigerentur. Mox vt aduenæ mendicantes, postquàm essent refecti & recreati, certoque donati subsidio, transire protinus cogerentur. Deinde, ne mendicantes indigenæ ostiatim discurrere sinerentur: sed domi recepti, alij ad munus hoc destinati eleemosynas colligerent, atque conficerent. Ad hæc obeunda

Sex. artic.

munera ministri, cum alij, tùm etiam prætores executores creati sunt. Cuncta quidem zelo sancto ac pietate plena. Nempe vt legitimi pauperes, qui domi clausi malunt præ verecundia extrema pati, quàm ad mendicandū prodire, hac ratione maiora possent subsidia recipere. Nam qui aliter quàm sancta intentione, institui hæc potuissent, Zamorę pręsertim, quæ harum fuit vrbiū prima, vbi prior ordinis religiosi ac toto orbe illustris diui Ioānis aderat. Qui quando in præsentia celsitudinis tuæ suis alijs honoris titulis nuncupari non permittitur, cum in alijs germanè Christianus, tum in pauperes christianissimè magnificus, atque (si verba cohærerent) eleemosynarum sanctissimè prodigus, nihil vnquam in pauperes decerni permisisset, nisi religiosorum prudentumq; iudicio in rem esse pauperum cognouisset. Postmodùm verò cùm murmura in hac vniuersitate de institutionibus huiusmodi suborirentur, consulti nonnulli à Zamora sumus. Qui nō in vniuersum eorum articulis applausimus. At nōnullis pro iudicio nostro recisis, reliqua subscribere polliciti sumus. Tum demum post dies aliquot scripta ad nos ab eadē vrbe sunt capitula quędam articulorū, quæ subsignaremus. Ingenuè fateor inscitiam meam ac temeritatem. Credidi nihil aliud in scriptis esse, quàm ego verbo promiseram subsignare. Et ideo, quā non legi scripturam subnotaui. Non quòd inter tot numero, tamq; insigniter sapientes quicquam mea susciptio authoritatis, aut addere aut adimere posset: tamen audio aliqua illic haberi, quæ si legissem, probare præ ruditate mea non possem. Orsus hæc, quòd postquā hisce diebus à reuerendissimo Cardinali Toletano, meam sententiam Valeoleti de hac eleemosynarum ratione rogatus, respondissem, non me cuncta posse mente plenè capere, ecce articuli ei Zamorenses exhibentur, meo nomine subsignati. Quos deinde (vt audio) coram claritudine tua eorum fautores produxere. At verò cùm illius ego non sim authoritatis, quam Pythagorici suo Pythagoræ tribuebant, qui nullum veritatis testimonium petebant quàm quod magister dixisset: sed eam potius Augustinianam legem ad Hieronymum (quæ in decretis est) cum omnibus qui de hac re loquuntur, tùm maxime mihi præscriptam esse cupio: vbi ait ne mini præter canonicos libros, quantalibet sanctitate doctrina ve polleat, maiorem adhibendam esse fidem, quàm eius rationes persuasionesque fecerint: quid ego aliàs subscripserim,

Distin. 9. ca. ego solis.

psserim, nihil propemodū refert: sed quid rei veritas fuerit, pagellam hanc testem appello. Ad rem itaque vt reuertar, à Zamora deinceps (tametsi nōnullis hic refragantibus) easdem hæc ciuitas constitutiones accepit. Hinc demum Valeoletum commigrarunt. Vbi (vt istic rumorem audiui) te amplissime domine & quidem meritò, ancipitem habent. Vnde mihi animum subijt, deliberationem qualem hanc eunque, ad amplitudinem tuam scribere. Vereor ne vsque ad satietatem narrationem protraxerim. At necessarium arbitratus sum integram rei summam, de qua dicturus sum, primum omnium ob oculos ponere.

De vagabundis. Cap. III.



Eliberationem hanc vt pleraque omnia, quæ in consultatione posita sunt, in duo statim secari operæpretium est. Enimuerò quid nam liceat, quidúe illicitum sit, primùm oportet constituere, mox ex his quæ licita sunt, quid expedire videatur, discutere. Hanc partitionē Apostolus priori epistola ad Corinth. sub his verbis adumbrat. Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent: sed non omnia ædificant. Neq; verò eadem sunt ambo via perscrutanda. Sed diuersa potiùs lance expendenda. Quid nāque liceat, lege agendum est. Quoniam de qua re scripta est lex (vt super. L. prospeximus. ff. qui & à quibus. iuris prudentes considerant) nullus disputationi conceditur locus. At verò vbi ex duobus, quæ ambo per legem licita sunt, vtrū eorum expediat deliberamus, tunc ex æquo & bono, argumentisque à prudentia profectis coniectanda res est. Et quia ex rerum diuisione per multa & scientiæ & consilia luce clarescunt, longè interest inter vagabundos homines, & eos qui, cùm verè sunt pauperes, per orbem mendicando discurrunt. Nam de priori hominum genere, non lege modò particulari regni, sed antioquiori multo, quæ inter communia iura scripta est, atque adeò diuino ac naturali iure antiquissima, cautū est, ne in republica impunè permittantur. Alteros vero, nempe aduenas & peregrinos (saluo eorum iudicio, qui iuris prudentia præstant) nulla lege video, quocunque illi gentium discurrant, inhiberi. Quin verò, si & euāgelium, & quod naturalis ratio suggerit auscultemus, neque esse apparet ex æquo & bono.

1. Corint. 6. & 10.

ff. qui & à quibus. L. prospeximus.

¶Quantum ad priorem partem spectat, nomen, vagabundus, quanuis primo sono nihil aliud designare videatur, quàm hominem, qui sine propria sede ac domicilio per orbem vagatur (vt super capitu. fina. de foro competen. & L. hæres absens. ff. de iudic. doctè adnotant iurisconsulti) addendum tamen est, vt eius notio habet, quòd sint homines nulla necessitate, commoditate, aut vtilitate vagantes. Aliàs non esset (vt planè est) nomē infame, quippe quo ociosos homines subnotamus. Qua de re qui ratione, aut artis exercēdæ, negotiationisve, aut alius necessitatis siue vtilitatis patrios fines egrediuntur, nec vitupe rantur, neque hoc proinde famoso vagationis nomine censentur.

Vagabūdus

De foro cō- pet ff de iu- dic. l. hæres.

¶Igitur quod id genus homines qui neque substantiam habent, vt à seruilibus operibus procul sint, neque debilitate rursus aut quouis alio impedimento legitimè tenentur, quo minus labores eiusmodi seruiles subire possint, non debeant impunè circumuagari, primum argumentū est à lege diuina. Cuius nos Deus initio statim orbis conditi admonitos esse voluit. Vbi hominem ex amœnissima illa paradiso, in qua (si in iustitia & æquitate perseuerasset) suauissimo contemplationis ocio frueretur, merito suo eijciens, in sudore (inquit) vultus tui vesceris pane tuo. Idque deinceps sub figura confirmauit: dum in Deuteronomio, ne os bouis triturantis ligaretur, edixit, Quod (interprete ad Corinthios Paulo) non tam curam exprimit quam Deus habet de bobus, quàm quòd homines qui in opere sunt & negotio, digni sunt quo vescuntur pane, ociosi verò, minimè. Id qđ & Christus ipse seruator noster in euangelio docuit: vbi ait, dignum esse operarium mercede sua: & vbi homines illos in foro stantes ociosos reprehendit. Quanuis ociositatem illi excusauerint, quòd nemo eos cōduceret. Et ad Thessalonicenses Paulus quosdam fratres acerbè redarguit, quòd cùm ociosè & absque negotio essent, atque ideo extra ordinem, eleemosynas à populo recipiebant. Et concludit, quòd qui non laborat, neque manducet. Tametsi nonnulli quando non alio eos nomine subnotemus temerarij certè, parūque ad loquendum circunspecti, illum locum aduersus religiosos mendicantes interpretari tentauerint. Cùm tamen apertè doceat ibidem Paulus, & alij frequenter apertè doceat, quantum iuris habeant qui spiritualia seminant, vt temporalia metant. Attamē non est hic locus digressionis huius: sed

Vagabūdus lege diuina prohibetur.

Genes. 3.

Deuter. 25.

1. ad Cor. 9

Math. 10.

Matth. 20. 2. Thessa. 3.

sed ad propositam cõclusionem reuertamur. ¶Mox eadem conclusio ratione naturali cõprobatur. Qui enim in bonis non habet vnde viuat, nullum ius habet aliena petendi, nisi aut arte sua, aut quouis alio labore, aut negotio alijs vicissim seruiat. Vtraque enim ratione Deus & natura humanis rebus prospexit: dum & diuites esse & pauperes sapienter disposuit. Sanè, vt diuites essent velut anima, quæ corpus regit: pauperes verò, vt corpus quod animæ seruit. Quippe qui terram colãt, artes exerceant, vt sine quibus humana vita transigi nequit. Deus enim & natura (vt. 10. de natura animalium Aristo. author est) nihil vnquam frustra fecit. Idcirco qui ociosam prodigunt vitam, præter legẽ naturæ viuunt. Vnde vt Seneca. 19. lib. ad Lu. &. 3. de natura deorum Cicero testes sunt, ociosi homines perinde sunt, acsi non essent. Et Demetrius Philosophus ociosos homines mare mortuum appellat. Adeò vt neque magistratus qui subditorum vectigalia exigunt, alio vllo iure possent accipere, nisi ob curam, solertiam, ac (si opus est) sudores, quos in subditis gubernandis subeunt. Quinetiam & princeps (vt Cæsar rerum clarissimè gestarum lõgo vsu compertum habet: & tu inclyte Princeps iam iam experiri pergis) id penitus iuris ac meriti ad tributa habent, quæ sibi à repu. conferuntur, quod (vt ait ille) tot tantaque negotia sustineant, vt rempub. armis tueantur, moribus ornent, ac legibus emendent.

Lege naturali.

Arist. de natura aialium

Senec. epistola. 19.

Cice lib. 3. de natura deorum.

¶Tertia hæc ratio præfatæ conclusionis est. Ociositas (vt est in Salomone) multam malitiam docuit. Cuius causam alio prouerbio explicat. Nam cùm desiderijs semper sit prægnans ociosus, quid demum aliud, quàm malitiam parturiat, & iniquitatem? Primùm omnium consuetudini aliena petendi annexa cõ festim est adulatio. Mox verecundia perfricatur. Quo tñ freno homines à vitiorũ pcipitio retinentur. Tertio caro ad libidinem emollescit. Etenim vt poeta ille scriptum reliquit, Ocia si tollas, periere cupidinis arcus. Quartò mendicitas vagabundi, furandi magistra est. In summa, cùm huic generi perditorum hominum nulla cum hominibus melioris notæ, quorum bonis moribus imbuantur, consuetudo sit aut commercium, fit vt Christianæ totius religionis facilè obliuiscantur. Atque adeò quibus ipsi coloribus semel infecti sunt, inquinare alios & contaminare pergunt. Vnde Platoni in de re publica, ociositas pestilentia mortalium est. Quam ob rem accuratissimè cauit, vt nemo esset in republica, qui ociosam viueret vitã. Et inter nostros sãctos Theologos Hieronymus ad Rustic. (id quòd de cõsecra. dist in. 5. capitu. nunquàm. refertur) hoc nos clypeo aduersus arma diaboli protectos esse commonefecit, si nunquàm nos ociosos aduersarius ille inueniat. Et August. in epistola quadam ad Vercellẽses: Nullus (inquit) fructus ocij: imò magis dispendium. Ociosus Esau amisit primatus benedictionem: quia maluit cibum accipere, quàm quærere. Et Chrysosto. super Ioan. Peruersi facti sumus ocio: non laborare, nos corrũpere assueuit. Et Seneca libro de clementia. Emollit ocium vires: sicut rubigo ferrum. Fax immota torpet: ignem agitata restituit. Atqui alijs compluribus quæ in sententiam hanc cumulari facilè possent, clarissimis testimonijs, propheta ille Ezechiel post longam Hierosolymorum execrationẽ: quo tandem malorum omnium semina patefaceret. Ecce (inquit) hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium ipsius, & filiarum eius: & manum egeno & pauperi nõ porrigebant. ¶His alijsque huiusmodi testimonijs & argumentis instructi quotquot rem publicam, aut scriptis præceptis instituerunt, aut rebus clarè gestis gubernarunt, ociosos huiusmodi homines de medio reipublicæ sublatos esse volunt. Qui ex sententia Salomonis sunt velut acetum dentibus, & fumus oculis. Quocirca Aristot. 7. eorum lib. quos politicos inscripsit, rempublicam in ocium partitur & negotium. Atque homines ingenio præstantes (quos liberos vocat) in ocio esse præcipit. Quod est à mechanicis artibus, alijsque id genus corporeis laboribus exemptos. Qui partim ad gubernacula reipublicæ sedeant, partim rei militari præficiantur. Alij literarum contemplationi incumbant: alij denique diuino cultui mancipentur. Eis verò, qui corporis potiùs robore, quàm ingenio valent, seruili vulgo, nullum (inquit) ocium dandum est: sed in opere semper & negotio teneantur, oportet. Qua de causa Lacedæmonij, bellis efferati homines (vt idem illic Philosophus commemorat) plus fortè iusto armis & rebus bellicis iuuentutem exercebant. At Numa Pompilius, secundus Romanorũ Rex, homo contra suopte ingenio religiosus & pacificus, non solùm (vt Liuius refert) propter deorum cultum tãtam sacrificiorum ac cæremoniarum multitudinem instituit: sed in hoc præterea, ne qui armis fuerant assueti, luxuriarent ocio animi.

Ociositas mala.

De consecr. distin. 5.

August. ad Vercel.

Homil. 16.

Seneca de clement.

Ezech. 16.

Aristo. 7. polit.

¶Ad

¶Ad ius ergo cõmune vt deſcendamus, hanc
ob rem Iuſtinianus Imperator legem tulit.
L. de mẽ. va lib. C. 11. cui titulum fecit, de mendicantibus
li. C. lib. 11 validis. Quod eſt, de his, qui cum non modò
ſani, ſed ſint & ad labores ſatis firmi, ficta ſi-
mulataque infirmitate, orbem mendicando
peragrant: legitimorum pauperum eleemo-
ſynas iniuria vſurpantes. Qua proinde lege
poteſtas cuicunq; ſit & facultas, homines hu-
iuſmodi, ſi ſeruilia ſint, manu capiendi. Sin
verò ſint liberi, perpetuò (inquit) colonatu
Authen. de quæſtor. col la. 6. fulciantur. Idem fermę in Authẽ. de quæſto-
re. collat. 6. cauetur. Sanè vt quæſtori curæ ſit,
aduenas qui in vrbe ſunt: qualis quis ſit, ex-
plorare: quodq́; negotium aut fortuna eos in
vrbem perduxerit: eorum cauſas, quo facilè
expediantur, procurare. Si manere velint, va
lentesq́; ſint & ad laborem ſufficientes, ad la-
borem compellantur. Si ſeruilia, poſſeſſori-
bus tranſmittantur. ¶Hinc & peculiares le-
ges regni deriuatæ ſunt. Neque aliud proge-
nitores altitudinis tuæ de hac re ſanxerunt,
Lex parti. quàm vt iuri communi ſubſcriberent. Extat
primùm inter eas quas partitarum vocãt: par
ti. ſecunda. titulo. 20. edictum: quo legi de mẽ-
dicantibus validis ſubſcribitur. Nempe quòd
huiuſmodi ſobeiani (verbum legis eſt) & va-
gabundi à republica, veluti hoſtes, profligan-
Lex ord. tur. Id quod lege alia inter eas quas ordina-
mienti apellant, tametſi pluribus verbis, ca-
uetur. Lex prima eſt tituli. 14. lib. 8. Biruieſcæ
anno à nato ſaluatore. 387. ſupra milleſimum
promulgata. Vbi nouum aliud detrimẽtum,
præter ea quæ ſupra commemorauimus, re-
fertur, quod reſpublica à vagabundis accipit:
videlicet quòd dum ocioſorum hominũ tur-
ba permittitur, agri vacant cultoribus, & arti-
ficum inopia reſpublica laborat. Quocirca,
rigore pœnæ moderato, quæ lege de mendi-
cantibus validis vagabundis decernitur, pote-
ſtas cuicunq; ſit vagabundi in ſeruitium pro
prium cogendi menſe integro: abſque vllo ſti
pendio, præter victum. Aut quòd flagris cæ-
ſus, ab vrbe exulet. Hæc ſunt priceps integer-
rime, quæ diuino ac naturali iure, ac ſubinde
poſitiuo & communi, & regni peculiari de
exigendis vagabũdis ſanctiſsimè ſtatuta ſunt.
Quibus concluſio prima ſatis (vt exiſtimo) ſta
bilita confirmataq; eſt. Sanè quòd vagabun-
bundi non ſunt permittendi, vt Cæſar in con
uentu apud Matritum: anno. 34. & alibi fre-
quenter prouidenter edicto publico impe-
rauit.

De aduenis mendicantibus.
Cap. IIII.

SVbſequitur vt membrum alterũ
diſtinctionis, quam ſupra fecimus,
expendamus. Quod eſt. Vtrum li
citum cuiuis hominum ſit, modò
non ſit fictus, ſed verus pauper, patrios limi-
tes egredi, & quocunq; regni mendicatum ire.
An verò contra poſsint lege prohiberi atque
intra huiuſmodi limites cohiberi: vt præfatis
illis regni petitionibus ad Cæſarem contine-
tur. De quo ſi lex eſſet iam Cæſaris promul-
gata, vſuq́ue longo recepta, verba facere me-
tuerem. Tametſi etiã tunc, ſi expediret, ęquiſ-
ſimus Cæſar & conſultiſsima curia legem mu
taret. Nulla enim iniuria legibus fit, ſi pro tẽ-
porum qualitate mutentur. At cùm lex iſta
non modò non ſit executioni mandata, verũ
ſi quis ſenatus illud conſultum anni quadra-
geſimi inſpiciat, neque ſub tenore legis lata
ſit, nihil aliud quàm obſequium exiſtimo, ſi
ad celſitudinem tuam qualeſcunque huius ra
tiones referam. ¶Primùm omnium petitio- Res noua.
nes illæ ſunt res noua: de qua nuſquam gen-
tium aut rogata vnquam lex eſt, aut ædita.
Neque temerè me hoc vereor affirmare: ſedu
ra omnia diuina & humana teſtimonio fue-
rint. Id quod profectò aduerſus inuẽtum hoc
magnum validiſsimumq́ue eſt argumentum.
Nam certò credas princeps clariſsime, ſi res
hæc tam eſſet ex æquo & bono, atq; ita cen-
ſent, nunquam tam improuida fuiſſet antiqui
tas, quæ non de hac re legem ſcripſiſſet. Cùm
tamen contrarium & ius commune, & regni
particulare admoneat: ratio naturalis perſua-
deat: & apertè ſacra pagina prædicet. In Au- Authen. de quæſt.
thẽtico præfato de quæſtore, poſtquam cau-
tum eſt vt aduenarum cauſæ & negotia exa-
minentur, quibus expeditis valentes, & firmi
aut laboribus mancipẽtur, exceptio inde ſub
hæc verba fit. Læſos autem aut lęſas corpore,
aut canicie graues, hos ſine moleſtia eſſe iube
mus in hac noſtra ciuitate. Nullo prorſus in-
ter indigenas aduenasq́; facto diſcrimine. Cui Lex ordi-
lex quam Hiſpani dicimus ordina. (cuius pau namenti.
lò antè memini) ad verbum ſubſcribit. Nam
poſtquàm præcipit vagabundos exilio relega
ri, eximit inde, niſi fuerint ſenio graues, aut de
biles, aut valetudinarij: adeò, vt de facie con-
ijcere liceat, non poſſe corporali ſe opere, &
labore ſuſtentari. Hos nanque abſq; vllo di-
ſcrimine ſiue ciues ſint, ſiue aduenæ, impunè

lex illa mendicare permittit. Quam deinceps legem Hericus rex apud Tauru edicto nouo ad verbum confirmauit. Quare intelligere nō valeo, quomodo ex huiusmodi legibus cōmunibus, aut regni elici posisit, vt mēdicantibus fines & lineæ præscribantur, extra quas non sit eis liberum mendicare. Siquidem nulla hactenus ab incolis, modò pauperes sint, aduenas discriminauerit: sed tantùm inter simulatos fictosq; mendicos, atque legitimos vniuersæ distinxerint. Quam ob rem (si conijcere licet) & Cæsarea maiestas & eius à consilio curia. 17. annos distulit ad huiusmodi supplicationes certo respondere, vt poteq; quas nō tam de Christiano pectore erga legitimos pauperes, quàm ex satietate mendicantium proficisci, suspicio erat. Neque in contrarium obijci potest responsum ad petitionem. 117. in conuentu apud Matritum anno. 34. quippe quo de vagabundis penitus pronunciatum est, vt pœna legis plecterentur. Quod autem de legitimis pauperibus Imperator adiecit, vt videlicet suis cuiusque diœcesibus procurarentur, clementiam potiùs regis, quàm rigorem legis præ se fert. Quod autem sub conditione subiecit, si quibus abundè necessaria prouiderētur, mendicare non liceret, id sine discrimine aduenæ aut indigenæ iustè præceptum est. Neque aliud profectò curia anno. 40. edicere voluit, nisi quòd si certò constitisset abundè omnia pauperibus domi suppetere, non permitterentur mendicare. Nunquam tamen legitimis pauperibus decreta pœna est vbicunque mēdicentis siue in patria propria siue in aliena.

Conclus. Veri pauperes vbiq; iure mendicant. ¶Fuerit ergo hic sub peritiorium censura cōclusio. Pauperes qui verè egent ex nullo loco regni expelli possunt: sed perinde vt indigenę & incolæ aut permittendi sunt mendicare, aut alia sunt ratione sustentandi. Hanc conclusionem pro mei tenuitate ingenij: quinque sex ve rationibus asserere possum. Præter testimonia quæ de sacris literis subijciam. Ratio. 1. Prima est hæc. Nemo nisi hostis aut insidiator fuerit reipublicæ, crimen ve aliquod aut flagitium admiserit, ab oppido quocunque arceri potest. Ratio in promptu est. Nam cùm iure naturali & gentium viæ ciuitatesque omnib⁹ promiscuè pateant, iure vbicunq; licuerit cōmorandi nemo, nisi pro culpa, priuari potest. Vnde exilium inter acerbas pœnas legis est. L. capitaliū. ff. de pœnis. Adeò, vt. L. capitaliū. ff. de pœnis. si non omnino capitalis, saltem huic proxima cēseatur. Et quamuis aduenam ad proprium solum remittere non sit rigorosum exilium, est tamen iuris violatio, quam integrum est cuicunq; vbi voluerit cōmorari. Igitur enim legitimis pauperibus nullum prorsus sit crimen, aut flagitium mendicare, nullo certè iure possunt ex oppido quocunq; eijci: quandiu ipsi illic cōmorari voluerint. ¶Secūda ratio fortè est euidentior. Ratio. 2. Principes aut respublica nō possunt leges de eleemosynis ferre, quibus maiori vinculo ciues ad eleemosynas obstringant, quàm sunt leges naturales & euangelicæ. Verbum ita expono. Disceptatio est inter Theologos, alijs docentibus non currere præceptum aut diuinum, aut naturale de eleemosyna sub peccato mortali, nisi in extrema necessitate, alijs verò similius astruentibus nō solùm tunc, sed & ex his quoq; quæ hominibus pro suo cuiusque statu & conditione superfluunt, in graui saltem necessitate, teneri homines sub mortali peccato ad eleemosynas. In qua sententia est etiam, præter alios S. Thom. At fortè etiā in hoc casu, nemo tenetur de necessitate dare huic, vel huic: aut modò vel alio tempore. Sed satis est si quis de superfluo aliquibus quando que egentibus erogauerit. Huiusmodi legibus Princeps adijcere nullam potest, nisi q in extrema necessitate potest ad eleemosynas sub pœnarum comminatione cogere. Attamen extra illum casum sub nulla pœna potest ad eleemosynas cogere: quia nec latius præceptū euangelicum extenditur, vt sub peccato mortali obliget. Sed nihilominus etiam illi qui sūt extra extremam & grauem necessitatem ius habent mendicandi ad quacunque aliam necessitatem subleuandam. Quibus misericordiæ virtus & officium est subuenire. Neq; Cæsar aut curia quando promulgauit, vt pauperes in suo cuiusque territorio alerentur, interderet ciues compellere ad alendos suos pauperes abundè ne mendicare indigerent: sed solū edixit vt dotes hospitalium à debitoribus exigerentur. Adiecit autem citra præceptum, vt diœcesani atque prætores operam darent, si quo pauperes modo infra proprios lares sustentari possent.

¶Hinc colligit scda hæc rō. Nemo cuiuscūq; sit authoritatis, vl potestatis inhibere pōt pauperes è sedibus pprijs mendicatū exire, nisi ciues lege oīno cōpellat, vt nō solū tāq ex mia, Ratio. 2. sed veluti ex debito pauperes pascāt, vestiant, cæteraq; eis necessaria ministrent: qa si arctiori vinculo occluderet pauperes q diuitū bursas aperiret, cogeret miseros extrema pati: sed princeps non hoc potest rigore ciues cogere, vt mendicos alant: saltē nō hactenus fecit: ergo nec pōt in pprijs territorijs eos occludere. Quin verò quantūcunq; rigorosissima lex

lata esset vt episcopatꝰ quilibet sub graui pœna, suos pauperes aleret, ciues tamen non omnibus prouiderent, pauperes tunc edicto liberi essēt: possentq; quocunque vellent mendicatum ire. Nam quomodo, precor, potest lex pauperes prohibere patriā exire, si id nec crimen, nec culpa est? Aut quomodo culpa esse potest, si non sibi abundè necessaria prosẽ suaque familia ministrentur?

Ratio. 3. ¶ Tertia ratio, quæ proximam lucidiùs explicat, huiusmodi est. ¶ Quemadmodum intra mœnia eiusdem ciuitatis alteri diuites, alterique sunt pauperes, & in finibus eiusdem episcopatus alia sunt oppida quæ diuitijs & fortunis affluunt, alia verò quæ inopia & egestate laborant, ita & in toto regno alij sunt episcopatus prædiuites, nempe aut vbi gleba pinguior, terraque fructuum benignior est, aut gens negotiatione locupletior: alij verò steriles & pauperes: ergo vti diuites ciues, pauperes eiusdem vrbis: & oppida ditiora, pauperes aliorum locorum eiusdem episcopatus eleemosynis sustinere debent (vt authores illarum petitionum confitentur) ita & locupletes episcopatus non possunt excludere aduenas pauperes sterilium regionum. Collectio profectò aperta est. Nam quemadmodum ciuitas & episcopatus, ita & totum regnū vnū est corpus & vna respublica: cuius omnes ciuitates membra sunt. Cur enim Deus, si hoc vnquam tibi sapientissime princeps in mentem venit, Asturium finibus ac montanorū, quos in saxosum illud tenueque & infrugiferum solum cōiecerat, opimos campos ac pingues subiecit, Toletanumque regnum adiecit, nisi vt aliorum inopiam, aliorum fertilitate subleuaret? Nec satis est hoc interpretari, quā do fames, aut alia grauis calamitas acciderit: quia non solùm extremè indigentes, sed extra illam patiuntur etiam homines necessitates: quibus subleuandis ius habent mendicandi. Et in regali curia celsitudinis tuæ, vbi tot ducatorum millia expenduntur, quomodò non multò plures admittātur mendici, quàm in integra alia prouincia? Vbi domus vna prælati cuiuslibet, aut magnatis plures pascere mendicos sufficit, quàm alij ex ciuibus, centum. Quando miserabiles huiusmodi homines vt vermes in republica habentur, & conculcantur, integrum eis saltem cum formicis sit, arborum fastigia, victum quærentes, ascēdere. ¶ Quòd autem vnum tantùm regnum videbar paulò antè vnum corpus æstimare,

1. Cor. 12. secundùm indulgentiam (quòd ait Paulus) dicebam. Addiderim nanque pauperibus vnius regni aditum ad regnum alterum lege Christi patere. Nam quòd Apostolus Corinthios instruit, nos oēs vnius esse corporis mēbra, non in angustias vnius regni metaphoram redigit. Sed omnes (inquit) vno spiritu in vnum corpus baptizati sumus. Non ergo vnum tantùm regnum vnum & corpus: verùm vno baptismate Christiani vniuersi in vnum corpus regeneramur, vt singuli inuicem simus, vnius alius, membra: vsibus officiisq; diuersis distributa. Vt enim in fabulis est Græcorum, quòd claudum cæcus humeris importabat, vt vicissim claudus cæci gressum dirigeret, ita & inter Christianos qui ingenio præstant, ignorantium oculi esse debent: qui verò corporis robore & viribus valent, debilium sint manus ac pedes oportet: sed diuites q sub stantiam habent huius mundi, stomachi vicẽ erga pauperes gerere tenentur. Vt omnium sit demum caput, Christus. Neque Paulo secundum euangelium distinctio est in Christo Iudæi & Græci: nam idem dominus omniū. Ad Ro. 10. Quinimò si altiùs res ad ius naturæ referatur, genus hominum adeò suapte natura arctissimo sunt vinculo coniuncti, vt, nisi hostes nobis essent, aliquodve ab illis fidei detrimentum timeremus, neque infideles mendicos è nostra republica eijcere fas esset.

¶ Quarta ratio huiusmodi est. Præterquam quod aliæ regni prouinciæ bonorum ac fortunarum quàm alijs ampliùs abundant, sunt etiam gentes alijs aliæ in pauperes clementiores: aliæ verò nescio qua auaritia ac potiùs crudelitate eleemosynarum tenacissimæ. Et cùm homines ad eleemosynas constringi alia quā supra diximus ratione non possint, crudeliter cum pauperibus actum esset, nisi potestas miseris facta esset, vt ab vna se in aliā prouinciam cōferrent. Adde quòd infirmi, aut valetudinarij pauperes sæpe sæpiùs necesse habent propter aëris inclementiam regionem petere, vbi salubriùs refrigerentur. Et potest idem pauper assiduitate & frequentia mendicandi satietatem facere incolis eiusdem vrbis, aut alia quauis fortè de causa molestus esse: quapropter compulsus fuerit solum mutare. Adde quòd fortè inimicos illic habet, aliamue occasionem peccandi, vel aliquid admiserit, vnde supplicium metuit. Quibus de causis necessarium habet, aut trāsfugam alibi, aut exulem esse. Nec compelli iure potest, vt rationem reddat desertæ patriæ, magis, quàm si diues esset. Ratio. 4.

¶ Quinta ratio à iure sumitur hospitalitatis. Ratio. 5.

Quæ quidem, nulla fuit nunquam in antiquitate natio, aut respublica, apud quã non in magno pretio fuerit habita: atque omni religione culta. Hospitalitatem enim Plato tertiam partem amicitiæ faciebat. Hanc Theophrastus (Cicerone. lib. offic. primo referente) summis laudibus efferebat. Adeò, vt Iouem suum gentilitas quem deorum optimum maximũque colebat, hospitalem, honoris gratia nuncuparent. Quo nomine templa Ioui arasque erexerunt, Videlicet, quòd iudex esset vindicatorque acerrimus violati iuris hospitum. Atqui ne ex gentibus testimonia petamus, Paulus Hebræis hospitalitatem (inquit) nolite obliuisci. Per hanc enim latuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Alludit ad hospitiũ, quo & Abraham & Loth angelos exceperũt. Quo merito Loth cũ familia subuersionẽ Sodomorum euasit. Tanto ergo honore Deus hospitalitatem dignatus est, vt angelos ad terras miserit, vbi hospitalitatis beneficiũ reciperent. Et Raab illa meretrix Hierico propter hospitalitatis officium à cæde & præda ciuitatis liberata est. Vnde & multi sunt canones, quibus hospites Christianorum fidei committuntur. Igitur si hospitalitatis officium adeò fuit semper celebratum, quibus rogo maiori cum laude & merito Christiani se possũt hospitales exhibere, quàm egenis & mẽdicis? Hospitalitas autem non tam erga incolas ac ciues nostros, quàm erga aduenas & peregrinos exercetur. Nam quanuis officium etiam sit, egentem quẽlibet tecto suscipere, hospitalitatis tamen nomẽ aduenas propriè designat.

Plato.

Cicer. lib. 1. offic.

Hebr. 13.

¶ At verò quo postremò conclusionem hanc sacrorum testimonijs cõfirmemus, nusquam sacræ scripturæ discrimen vllum inter indigenas & aduenas (modò pauperes sint) factũ esse legimus. Quin potiùs æquo iure & momento commendat nobis vbique sacrum eloquium aduenas pauperes, atque indigenas. Primùm Exodi. 23. Peregrino (inquit Deus) molestus non eris, scitis enim aduenarum animas, q a & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti. ¶ Et Leuitici. 23. Postquam messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimmittetis eas. Et Deuteronomi. 10. Deus amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum: & vos ergo amate peregrinum. Et Paulò inferius capite. 14. Peregrino qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei. Primum quidem, si fuerit pauper: alterum verò, si vnde emat habuerit. Et quod omnium maximum est, inter ea de quibus nos Christus seruator noster admonuit exacturum esse rationem, vnum, neque in postremis est, si cùm hospes erat & tecto carens, hospitio exceperimus. Respõdeant ergo mihi quæso qui aduenas pauperes abigunt, si & vagabundos profligamus, neque alienigenis pauperibus hospitales sumus, quinam reliqui sunt, quos erga possimus hãc misericordiam exercere. Nisi eos fortè dixerint, diuites inquam homines & illustres, qui apud pares alios hospitantur. Hos veruntamen (tã etsi & hoc officium sit) non eos existimo esse, quos Christus designauit, vbi inter alias pauperum eleemosynas, & hospitalitatem quoq; cõnumerabat. Arbitror ergo, nisi me mea fallit opinio, ius esse pauperum quocunq; regni mendicatum procedere. Nec satis est dies binos, aut ternos sustineri in vrbe, si diutiùs illic cõmorari libuerit.

Exod. 23.

Leuit. 23.

Deuter. 10.

Conclusio.

Quo obectionibus respondetur.
Cap. V.

NEque vllam vnquàm, quæ huic aduersetur, legẽ vidi. Nisi pro lege habeatur, quòd Flãdriæ modò apud Hipram institutum audio. Vbi inter alias constitutiones, prouidenter quidem & Christianè institutas, decretum etiã est, ne alienigenis pauperibus vrbs pateat. At nõ omne exemplum pro lege habendum est. Aiunt Parisienses patres decretum subsignasse. Id quod profectò nunquam credam. Hoc enim tantùm probare potuerunt, quòd non tenerentur omnibus prouidere. Quod tamẽ in vrbem non admitterentur, nulla id ratione Parisienses, aut quiuis sacrarum scripturarũ, iurisve prudẽtes affirmare potuissent. ¶ Quod autem omniũ maximũ testimoniũ pro se afferre possent, qui asserunt pauperes intra natales limites lege contineri posse, est ex concilio Turonensi secũdo sub Pelagio primo, annis hinc ferme mille celebrato. Cuius in ca. 5. verba sũt hæc (Vt vnaquæq; ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires, vt tam vicini presbyteri, quàm ciues omnes suum pauperẽ pascant, quo fiet, vt ipsi pauperes per ciuitates alienas nõ fatigẽtur.) Hoc verùtamen æquissimum ac sanctissimum decretum nobis potiùs, quàm aduersæ opinioni manifestè suffragatur. Hic nanq; nulla fit prohibitio pauperib⁹, quo minùs quocunque liberè possint mendicatum exire.

Cõciliũ Turonense.

Sed in fauorem pauperum admonetur vnaquæque ciuitas suos incolas pauperes sustentare. Quo fiet (inquit) vt pauperes per alienas ciuitates non fatigentur. Et præterea neq; verba noui præcepti sunt positiui, vt vnaquęque ciuitas suos incolas congruenter sustineat. Sed solùm admonentur iuxta veritatem Euangelicam, ita se gerant erga pauperes, vt non cogant miseros aliunde victum quæritare. Erat enim tunc vsqueadeò erga pauperes, & in prę latis cura, & in subditis charitas, & in omnibus benignitas, vt non solùm mendicis nulla esset necessitas, in alienas exeundi, sed certè neq; in propria patria mendicandi. Nisi forsan tam pauper esset ciuitas, vt suis mendicis non sufficeret. Quod tum apud alios frequenter, tum

Cyprianus. etiam apud Cyprianum legimus. Cuius verba sunt lib. 1. epistola. 10. Quòd si illic Ecclesia (loquebatur enim de paupere ciuitate) non sufficit, vt laborantibus præstentur alimenta, poterunt se ad nos transferre, vt victum hic & vestitum accipere possint. Et lib. 3. epistol. 10. Habeatur interim quantum potest pauperum cura, vt his ad tolerandam penuriam sumptus per vestram diligentiam suggeratur. Et epistola. 24. Infirmorum & omnium pauperum curam peto diligenter habeatis: sed & perigrinis, si qui indigentes fuerint, sumptus suggeratis de quantitate mea propria. Quæ quantitas, ne fortè iam vniuersa erogata sit, misi aliam portionem, vt largiùs & promptiùs erga laborantes fiat operatio. Sed de hoc latiùs infrà. Hæc enim solùm attuli, vt ostenderem, qua ratione primitiua Ecclesia, sanguine adhuc Christi madens & feruens, operam dabat, vt pauperes nō peregrinarentur apud alienos. Non enim vllis eos limitibus, aut prohibitionibus, ne exirent, sepiebat. Sed ita eorum necessitatibus prouidebat, ne compellerentur exire. Quocirca mirari satis nequeo, quomodo à Cæsare petitum sit, vt literas Apostolicas impetraret, ne pauperes possent extra natale solum mendicare. Nam quomodo Pontifex huiusmodi literas concessisset, nisi arctissimo præcepto & Pontifex & Imperator quancunq; ciuitatem adeò obligaret ad alendos pauperes, vt possent, etiā per prætores sicuti ad reliqua tributa, cogi ad pauperum congruentia alimenta vestitumq; & reliqua necessaria eroganda. Vt paulò antè dicebamus. Quæ quidem lex (vt illic item insinuabam) nec fortè iustè ferri, nec commodè executioni mandari posset. Sed de hoc latiùs

Obiectiōes. adhuc infra. ¶ Rationes autem quæ authoribus illarum petitionum animum inducerent, nihil aliud quàm æquitatem petere, hæ fermè esse poterant. Primùm causari possent, nullam prouinciam alienis pauperibus teneri: sed suis vnamquamlibet tantùm debere. Aliàs pauperum sarcina in hanc plusquam in aliam iniquè propenderet. At ratio hæc bifariàm diluitur. Primùm damus nullam prouinciam (vt ex his quæ præfati sumus colligitur) pauperibus alterius præcepti vinculo teneri: quia nemo citra extremam necessitatem petenti largiri cogitur. Non tamen protinus consequitur, vt possit mendicus limine arceri: quoniam ius habeat salua cuiusuis libertate & vbicunque, & à quocunque postulandi: ac prece quemlibet ad misericordiam commouendi. Præterea in qua prouincia plures sunt diuites, eo iure quo vberiùs eis Deus ac copiosiùs bona fortunæ distribuit, largiores etiam eleemosynas Christi pauperibus, cuiuscunq; sint gentis, debent. Aliàs cùm Deus sit omnium dominus, non prouidenter vitæ humanæ prospexisset. ¶ At replicet qs fortè, charitatis modo & ordine, plus nos eis, priusq; teneri, quib' cum sanguine aut alia necessitudine coniuncti sumus, atque adeò ciuibus nostris, quàm alienis. Id quod Paulus Galatas edocebat, Gala. 6.
vbi ait. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maximè autem ad domesticos fidei. Huic veruntamen respondetur. Primùm quòd Paulus non solùm erga domesticos nos admonet esse beneficos: sed erga omnes cuiuscunque sint nationis aut conditionis. Id autem solùm docet, quòd vbi facultas amplior non suppetit, ab ijs qui sunt nobis propinquiores exordiamur. Præterea respondetur, id quod attentiùs in hoc loco ad notandum est. Nempe quòd aliud est quemcunq; ampliùs teneri suis, quàm alienis (quod duntaxat docet Paulus) lōgè verò aliud quòd alieni & exteri iure suo priuentur quod habent petendi eleemosynas à quocunque mortalium, præsertim inter Christianos. Quod reuera nunquàm est licitum. Fortasse dum ciuitas in extrema egestate & fame constituta, sibi non posset sufficere, ius haberet arcendi aduenas propter extremam, quam patitur, inopiā. Tametsi profectò vix tū tēporis id potuissem consulere. Quinimo, famis calamitate totū regnum ingruente, quicunq; habet ius exquirēdi victum vbicunque inuenire potuerit. Sed satis esset tunc populum admonere, vt qui non omnibus posset, suis priùs succurreret. ¶ Altera ratio quæ ad persuadendam huiusmodi petitionem affertur, est, quòd sint qui habentes in bonis vnde viuāt, dum in alienam se transferunt prouinciam paupertatem simulant, at-

que adeò fraude eleemosynas surripiunt, quæ possent incolis legitimisq; pauperibus melius collocari. Et præterea contagiosos morbos ac pestes ab vna regione in aliam traducunt. Aliaque his similia inconuenientia in præfatis petitionibus referuntur. Fateor (id quod compertissimum est) nullum esse hominum statum aut ordinem, vbi non sint boni & mali probi & improbi, vt paulò pòst suo loco sum latiùs dicturus. Attamen quando status & conditio genere suo licitus est, ita sunt mali plectendi, vt nulla statui irrogetur iniuria. Cùm ergo pauperum conditio, eorum etiam qui aduenæ sunt & peregrini, inter nos licita sit, satis fuerit si quoties ficti pauperes comprehendantur, pœnas luant. Veluti in alijs quibuscunque hominum ordinibus lege & more fit. Neque sunt propterea aduenæ pauperes penitus extirpandi. Id præsertim, quòd qui domi substantiam habentes aliò se transferūt vt mendicitatem mentiantur, adeò rari sunt, vt nulla eis propter numerum opus sit lege. Neque est quòd à mendicantibus timeatur, vt propter eorum multitudinem vlla vnquam prouincia, aut certè ciuitas minus in bonis habeat. Quod verò de pestium contagione causatur, non sunt peregrini, qui huiusmodi pestes frequenter transmittunt. Sed turba pauperum vbicunq; est, etiam incolarum, solet non nūquam in causa esse morborum ac pestium. Neque occurrit quodnam prætereà argumentum aduersus aduenas & peregrinos, qui sint tamen legitimi pauperes, obijcere quisnam vel probabiliter poterit.

De peregrinis ad diuum Iacobum. Cap. IX.



ARticulo huic proximo ille appēdet qui est de peregrinis ad diuum Iacobū. Qui est, vt nec longam moram trahant, nec à recto itinere vltra duodecim millia passuum declinēt. De quo, ne omnia dicendo contaminare videar, non multa volo verba prodigere: sed pauca hæc admonuisse, sat erit. Primum quòd cùm peregrinatio opus honestum sit ac religiosum, neq; omnium certè postremum, quæ ad diuinum cultum attinent, non decet propter vnum aut alterum, qui fortè sub habitu peregrini vagabūdum agit, quicquam decernere, quod in odiū esse peregrinationis videatur. Id præcipuè, quòd peregrini, alienigenæ sunt: qui ab exteris re- *Peregrinatio.*

gionibus plurimum religionis gratia ad nos veniunt. Obidque possemus inde alijs regnis scandalum dare, quòd præscripta, & vndique septa semita peregrinos constringimus, veluti pecus, incedere. Adde itineris sterilitatem: vbi vix posset tāta peregrinorum frequentia, vel pane refici. Qui tamen iure, & hospitalitatis & religionis lautiùs ac benigniùs deberent apud nos recreari. Præterea sunt & in visceribus regni stationes aliæ, ad quas religio etiam est diuertere. Quinetiam si quos vel curiam celsitudinis tuæ, vel vrbes aliquas principes regni visendi cupido subiret, nunquid inurbanum ac propemodum inhumanum esset, vias eis vel eleemosynas interdicere? Crediderim procul dubio violati iurisgentium aduersus nos agere tunc possent. Tametsi liceret eis tunc tempus præfinire, quo in patriam remearent. Neque aliud existimo curiam pronūciasse: nisi quòd qui vult in curia vel alibi regni longā moram sub habitu pereginorum facerent, ad sedes suas transmitterentur. Iuxta tenorem Authē. de quæstore. Nam iam tunc veluti vagabundi sunt iudicandi. De quibus tātùm Cæsarea maiestas apud Matritum anno.34. edixit, vt à curia pellerentur. Hæc sunt Princeps omnium integerrime quæ de prima parte huius qualiscunq; disputationis prolatu digna visa sunt. Vbi discutere proposueram, quid per leges circa pauperes constitui liceat, quid ve neutiquā sit licitum. Atqui animus erat persuadere (nescio an præstiterim) quòd id duntaxat inter pauperes discernendum est, sint ne legitimi pauperes, an verò ficti & simulati. Quorum inter neutros ampliùs distinguere iure licet, sint ne indigenæ & incolæ, an alienigenæ & aduenæ. Sed si legitimi fuerint, tam aduenis quàm peregrinis ius est promiscuè mendicandi. Id tamen ordo charitatis exposcit, vt qui nō omnibus possunt, cæteris paribus, incolis priùs eleemosynas conferant. Dummodo alij iure mendicandi non expolientur. Qui verò contra pseudo pauperes fuerint, tam indigenæ quàm alienigenæ, sunt tanquam ociosi exterminandi. *Epilogus.*

De fine quo ratio pauperum referenda est. Cap. VII.



MEmbrum alterum deliberationis huius est, eorum quæ lege erga pauperes constituere & exequi licitū est, rationē modumq; discutere, quo meliùs fiāt, ad Christianamq; religionem *Secunda pars.*

nem

ex articulis nem propiùs accedant. Sex articulis supra cõplexi sumus, quæ erga pauperes constituenda circunferũtur. Primus, vt nemo antequàm de eius inopia legitimo examine constiterit, mendicet. Alter, vt nemo nisi in solo natali mendicet. Tertius, ne cui id liceat sine chirographo. Quartus, vt ne chirographa nisi sacramẽto cõfessis concedantur. Quintus est de peregrinis ad diuum Iacobum. Sextus (qui omnium celeberrimus est) ne pauperes ostiatim per vicos mendicare sinantur. De secundo quidem & quinto copiosiùs (vt reor) dictum est, quam vt eos iterum opus sit in disputationem repetere. Primus autem qui ad examen attinet, iuris habet authoritatem. vt capite tertio latè patuit. Sed id modò in dubium reuocatur, quàm huiusmodi examen fieri debet exactè. Cui proinde tertium quartumq; articulos insertos esse oportet. Vt tandem sexto postremus locus relinquatur. ¶ Primum omnium statuendus finis est, quo ratio omnis & officium erga pauperes referri debent. Id quod Aristot. frequenter admonet. Ait enim Ethico. 7. quòd vt in omni actu, ita & in consilio primum omnium est finis. Qui (vt lib. primo admonuerat) est in omni prudentia & prouidentia velut sagittatoris album, quò sagittam dirigit. Vnde libr. 5. colligit de fine æstimanda esse media. Nempe vt qualis sit finis, talia censeantur media. Quod Cicero in de inuentione significantiùs ait, finem primum ponendum esse, quo omne officium referatur. At qui in præsentiarum procul primũ absit, vt petitiones istæ, institutiones, ac rationes denique pauperum ex satietate & nausea proficiscantur, quam fastidiosis quibusdam huius seculi hominibus, suo aspectu & improbitate facere solent mendici. Nam quanuis præter consultissimum æquissimumq; regium senatum, cui nulla nisi sancta intentio, ac zelus euangelicus inesse potuit, vt ad id quod tam improbè flagitabatur prouidenter responderet, illi etiam (quos ego nouerim) qui negotium hoc & prouinciam gerunt, animum habere nullatenus possunt nisi misericordia ac pietate plenum, quo legitimis pauperibus ac fame pereuntibus melius cõsulant, horum nihilominus verba cõstitutionum certè nequeunt suspiciosis scrupulum non iniicere, fuisse inter primos inuentores fortè aliquos (ne omnes in culpa & suspicione ponamus) qui non tam vt eleemosynas melius collocarent, quàm vt mendicantium turbam & molestiam ex se excuterent, tam sanctas constitutiones molirentur. Profectò si miserum hunc statum & ordinem pauperum tot legibus circunseptum Ambrosius, aut certè Chrysostomus audiret: nempe vt non, nisi diligenter examinati, & cõfessi priùs, & cùm chirographo, & intra natales limites, & denique domi clausi exiguam tandem stipem reciperent, qua vix vitam transigere valent, nihil aliud, quàm in odium huius miserandæ gentis leges has censeret inuentas. Et quando non odium nos dicamus, saltem neque pectus & viscera quibus pater nos pauperum Christus erga suos pauperes filios esse voluit, prę se ferunt. Quàm putas inclyte ac celeberrimè princeps cauẽdum est, ne nomen mendicorum pauperum odio sit Christianis, ne vilipendio id ludibrioq; habeatur: illi planè ipsi qui illud modò despectui habent, in tremenda illa die (vt est in libro Sapien.) perterriti timore horribili: & admirati in subitatione insperatę salutis: nimirum quãdo diuitum pauperumq; sortes ac vices tam vi derint diuersè mutatas: tunc gemẽtes (inquit) præ angustia & intra se pœnitentiam agentes his verbis confitebuntur. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est. Re vera quando non alio nomine pauperum ordo Christianis commendatus esset, ac nomẽ hoc honorificum atque amãtissimum haberetur, quàm quòd Christus liberator noster (qui nõ nisi optimum mortalium ordinem optasse credendus est) ordinem & conditionem pauperis elegit: abundè nomen hoc gloriosum fuisset. Adde quòd apud eum nusquam sacræ scripturæ bene audiunt diuites. Cùm tamen totum Euangelium fauoribus priuilegijs atq; commendationibus pauperum sit frequentissimum. Non quòd principum status & ordo, aliorumque præterea qui sunt in dignitate aliqua & potestate constituti, non sit in Euangelio probatissimus. Nam cũ omnis potestas (doctore Paulo) à domino Deo sit, in summo eos honore & pretio haberi æquissimum est. Attamen diuitiarum abundantiam ac bonorũ quę à fortuna sunt, nusquam vti paupertatem honore dignatus est Christus. Nam vt regium psalmistã prætermittamus, qui in hoc Christum venturũ vbiq; prænũciat, vt iudicet pauperes populi & saluos faciat filios pauperum. Et ne patientia pauperũ pereat, sed desideriũ eorũ exaudiat Christus seruator noster exordiũ prædicationis inde sumpsit, vt illorũ errorem cõtunderet, qui in bonis amplissimis ac fortunis fœlicitatem constituebant. Beati enim inquit

Marginalia: Finis. — Aristot. 7. Ethico. — Cicero. — Sap. 5. — Roma. 13. — Psal. 71. — Psal. 9.

inquit pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Neque verò eos tantùm spiritu pauperes appellat, qui religionis voto paupertatem liberè profitentur, sed eos præterea, qui egestatem & mendicitatem æquo animo ferunt. Et de plebe eos pauperū leuauit, quos in principes orbis ac legis promulgatores instituit. Et ne vniuersa narrando fastidio fuerim, nunquàm Christus cum diuitibus pauperes nisi in honorem pauperum, cōtulit. Adeò nascente Ecclesia apostolis, à Christo, ita institutis, in pretio fuere pauperes, vt Iacobus scriptum reliquerit, quòd introierit inconuentum nostrum vir aureum annulum habens, in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, non potiùs diuiti, quàm pauperi assurgamus. Aliàs, inquit, acceptatores efficimus personarum. Instituebant enim Apostoli Christianos, vt, præter eos qui in dignitate sunt constituti, de solo virtutis merito personas expenderemus, & æstimaremus. Vt pote cuius tantùm respectus tunc habendus est, quando comœdia huius mūdi peracta, & his, quæ apparent, personis depositis, meritorum veritas reuelabitur. Quo sublimiùs pauperum sortem extollamus? Cùm Deus ex testimonio Dauid bonorum nostrorum non indigeret, mirabilem excogitauit artem, qua diuitū egeret subsidio. Non enim satis dicere habuit, qđ vni de his fratribus meis minimis fecistis, pro me fecistis, & ego retribuam (tametsi hoc verbo egregiè eleemosynas commendasset) sed, quod vni (inquit) ex his fratrib⁹ minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ego ille enim sum famelicus, quem cibastis, & quem vestistis, nudus: & quem hospitem excepistis. Neque id solùm in hoc mundo, vbi diuina maistas personam pauperis induere dignabatur: sed in sua illa die, qua maiestatem immensam cunctis cœlestium, terrestrium, & infernorum ordinibus manifestè demonstrabit, tunc (inquam) confiteri non dedignabitur, egenum se & mendicum apud nos egisse. Boni consule Princeps omnibus virtutum ornamentis cumulatissime, si fuerim tantisper digressus, vt pauperum nomen celebrarem. Quod magnoperè ad præsens institutum iudicauerim conferre.

Iacob. 2.

Matth. 25.

¶ Vt autem eò reuertamur, vnde digressi sumus, nec satis equidē fuerit, si id pro fine huic negotio præstituatur, quod exactis vagabundis, eleemosynarum onere res publica subleuetur. Non enim huius tantummodo gratia tantam necessarium est operam dari, tot creari ministros, tamque multis legibus instructos. Nam sunt in republica, qui per contractus minus licitos, & præterea qui fraude & dolo alienam substantiam multoque ampliorem suffurantur: aduersus quos tamen nullę huiusmodi machinæ intenduntur. Quin addiderim verò, quòd nisi hac ratione eleemosynæ, quæ vagabundis auferuntur, legitimis pauperibus in tegræ accrescent: atque adeò pauperum ordo vagabundis expurgatus in pretio maiori haberetur, amplioribusque cumularetur eleemosynis, damnum potiùs, vagabundis depulsis, acciperent diuites, quàm commodum. Etenim quantas nunc cunque eleemosynas faciunt, iustum numerum earum non complent, quas facere tenentur. Si ergo nihil aliud res publica his constitutionibus exequitur, quàm vt eleemosynæ minuātur, melius planè multò esset, si quos misericordia in pauperes emollire non sufficit, non solùm improbitas legitimorum mendicātium vincat, sed & simulatorum astutia decipiat. ¶ At neque satis iustus officij huius finis est mores pauperum emendare. Nam & ipsi profectò, si facultas adesset, plura in nobis fortè, quæ corrigerent, inuenirent. Et satis præterea est (vt paulò inferiùs latiùs dicturus sum) si diuitum prælati tam sæculares, quàm ecclesiastici hanc etiam erga pauperes curam susciperent. Tametsi nō reprobauerim, si procuratores pauperum in temporalibus, quasi aliud agentes, corū etiam mores respexerint. ¶ Finis ergo & scopus horum, quæ erga pauperes adornantur officia, is præstituendus est, vt veris pauperibus per eleemosynas meliùs consulatur: nempe vt temporalia subsidia ampliora recipiant: atque eleemosynæ non solū non decrescant, sed hac potiùs ratione augeantur. Ad quem proinde finem sunt omnia instituta punctim referenda: & quæ huic obtinendo magis conducunt, ea sunt potissimùm eligenda & exequenda.

FINIS constitutionum pauperum.

De obligatione qua Christiani ad eleemosynas tenentur. Cap. VIII.



Oc veluti scopo ante oculos posito, id deinceps prēmonere est operæpretium, quòd eleemosynas quas in pauperum subsidiū conferunt, nō tam ex proprijs bonis elargiūtur diuites, quàm vulgus sibi hominū persuasit. Sunt enim longè quàm existimāt maiori obligatione pauperibus debitæ. Deus nanq; omnium prouidentissimus, cui curæ est non solùm iumentis fœnum producere, sed fœnum ipsum

ipsum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, liliaq; agri ita pulchrè vestire, vt nec Salomon in omni gloria sua ita fuerit vestitus, nunquam adeò humani generis fuisset negligens, vt inter ditissimos homines, pauperes perinde subsidio destitutos reliquisset, atque inter Christianos modò vsu venire comperimus. Quocirca in hoc diuites bonis affluere prouidit (nisi id in perniciem possidentium quandoque permittat) non vt superfluerent, sed certe vt in pauperes & egentes, quod redũdaret, effluerent. Neque id ita absque altissimo consilio disposuit, sed vt humanum genus arctiori necessitudine ac veluti charitatis nodo connecteret, videlicet vt veluti corporis membra essent: quæ ideò se suapte natura tam charè diligunt, vt alterum alterius vicaria opera sustineantur. Atque adeò cognoscerent eundem esse & diuitum & pauperum dominum atque patrem. Quando quidem diuites, pauperum dispensatores instituisset. Veluti in rebus natura constantibus, ob hoc Deus & natura cœlestibus lationibus terram subiectam esse voluit, vt virtus eius inde ab illis dispensaretur. Vnde theologi hoc in testimoniũ vnius Dei potissimum afferunt argumentum, quòd orbis partes vniuersæ adeo se amabilissimo amicitię complexu inuicem continent, vt nisi ab eodem essent principio, tam se charè nunquam diligerent. Quocirca Ioanni Apostolo, summo secundum Christum dilectionis magistro, certo certiùs est, quòd qui habet substantiam huius mundi, & videt fratrem suum necesse habere, neutiquam esse potest in charitate. ¶ Vnde Sanct. Thom. sapienter quidem colligit, non solùm, vt extreme egentibus eleemosyna fiat, in præcepto esse, quod Ambrosius (vt est in decretis dist. 86) admonet dicens. Pasce fame morientem: si non pauisti occidisti: verumetiam addit doctor sanctus, quòd homines ex his quæ pro suo cuiusq; statu abundantius habent, tenentur eleemosynas facere. Collectio est manifesta. Si enim proximos secundum Euangelium, vti nos ipsos diligere tenemur, & qui habens substantiam huius mundi vidensq; fratrem suum necesse habere, testãte apostolo, fratrem non diligit (quia non est in charitate) huiusmodi homo legis reus est: atque adeò mortaliter delinquit: cum hoc solo peccato amittatur charitas. Neque potest quis eo colore tergiuersari, quòd Ioannes loquatur quando frater est in extrema necessitate. Etenim si hanc tantùm necessitatem insinuaret, non adiecisset, si quis habens substantiam huius mundi. Nam huiusmodi necessitati extremæ is etiam qui non habet substantiã, id est bonorum abũdantiam, tenetur quo potest modo succurrere. Diuites ergo homines extra extremam necessitatem sub præcepto nonnunquam ad eleemosynas tenentur.

2. 2. q. 32. art. 5.

¶ Id quod diuino præterea testimonio corroboratur: quòd est apud Luc. Vbi dum Christus quosdam increpasset, quòd nullum ferrent virtutis fructum, ac proinde tanquam sterilis arbor essent succidendi & in ignem mittendi, percontantibus eorum nonnullis qua se maxima ratione aduersus hoc periculum cõmunirent, respondet, quòd qui habet duas tunicas det vnam nõ habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Ecce nulla hic mentio extremæ necessitatis fit. Sed quo se quisque à gehẽna ignis afferat (quo tamen nemo, nisi propter peccatum mortale præcipitabitur) vt bona sua cum pauperibus communicet, iubetur. Neque magna copia diuitiarum requiritur. At, qui habet (inquit) duas tunicas, det vnam non habenti. Sane quod ad vitam abundat, vna tunica est: qui verò ampliùs habet, impartiri egentibus iubetur. Theologi scholastici ne diuites vehementer perterrefacere videantur, multa comminiscuntur, antequam sub peccato mortali homines ad eleemosynas obligent. Nempe quod habeant superfluum: quòd pauperes grauiter indigeant: aliaq; huiusmodi. Id quod neque ego modo constrictiùs & (quod aiunt) scrupulosius definire intendo. Quia neque rem scholasticè disputo. At vbi sanctos patres attentus lego, existimo, quòd neque in pauperibus tam grauem necessitatem neque in diuitibus tantam super statum redundantiam desiderabant, vt sub peccato mortali eleemosynas exigerent. Imò vix fortè credebant esse hominem, si pauper ipse non esset, qui nõ aliquid haberet, quod erogare teneretur. Cui enim non superfluunt mille, centũ fortè supersunt: quòd si non centum, saltem decem. In summa quis est qui non possit aliquam citra detrimentum domus suæ opem ferre pauperibus? Vnde Ambro. super Luc. quod est in can. in singulis. dist. 86. Misericordiæ (inquit) communis est vsus: & ideo commune præceptum est omnibus. Non miles excipitur: non agricola vel Vrbanus. Diues & pauper omnes in communi admonentur, vt conferant non habenti: misericordia enim plenitudo virtutũ est: & ideo omnibus est præposita perfectæ forma virtutis. Hactenus Ambr. Atqui quas nos miserorum penurias, & quibus affliguntur, calamitates, leues æstimamus, non possum nõ vehemẽter timere, futurũ esse, vt in die iudicij eas fuisse

Luc. 3.

Dist. 86. in singulis.

fuisse constet, quibus succurrere tenebantur. Hic certè idioma illud sanctorum patrum dimanauit, quo auaritiam ac tenacitatem diuitum in pauperes nihil minus, quàm furtum, & rapinam appellant. Verba Hieronymi sunt Distin. 42. can. hospitalem. in cano. hospitalem. 42. distin. Aliena rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur. Et Ambro. super Luc. inter exponẽdum parabolã illam diuitis, qui cogitans apud se quomodo fructus non erogaret, sed congregaret, subitò animam dedit, acerbiora adhuc Distin 47. can. sicut hi. adijcit verba. Quæ sunt in cano. sicut hi. d. 47. vbi postulans cum diuite, cur apud se retineat quod in pauperes erogare deberet, responsum auari diuitis hoc introducit. Quid iniustum est, si cùm aliena non inuadam, propria diligẽtius seruo? cui hæc verba remittit. O impudẽs dictu: quid propria dicis? quæ ex quibus recõditis in hunc mundum detulisti? proprium nemo dicat, quod est cõmune: quod plusquam sufficeret sumptui, etiam violenter obtentum est. Nunquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? vt tu quidem esses affluens & abundans: alijs verò deesset & egerent: an idcirco magis: quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre: & alium per virtutem patientiæ coronare? Prudenter equidem, atque (vt illi erant) sanctißimè considerabant Deum in commune bona hæc humano generi cõtulisse. Quæ proinde eo sunt postmodum iure gentium distributa, vt tamen in necessitate, omnium esset cunctis communis vsus. Ecquid mirum est si sancti ad hunc modum fuerint loquuti, cùm si Chrys. con. 2. de Laza. Chrysostomo concione de Lazaro secunda: fides adhibenda est, verbum illud Esaiæ. 3. diui- Esa. 3. no ore probatum, Rapina pauperis est in domibus vestris. de eleemosynis pauperum quæ apud diuites retinentur, fuerit interpretandũ. Adeò vt quæ illic Esaias diuitum ornamenta, nempe lunulas, torques, monilia, armillas, & mitras, cæteraque id genus, quæ improperando commemorat, non nisi de his, quæ pauperibus surripiũt, diuitibus superfluant. At verò quod super hæc omnia, non me tantum, sed Augustinum de hac re vehementius commouerit, duo hæc sunt. Primum sententia illa do- Augu. super Matth. minica. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Ecquid enim aliud hoc est, quàm non potestis simul diuitiarum cupiditati obsequi: & misericordiarum erga pauperes eam habere curam, quam vobis Dominus maximam habere præcepit? Alterum verò est de quo in eiusdem loci interpretatione sanctißimus ille ac sapiẽtißimus pater magnoperè admiratur. Sanè quòd cùm sint tam multa peccata, crimina, & flagitia, de quibus homines sunt in æternum condemnandi, nullius tamen mentio in Euangelio fiat, quod sit in die Domini in causam æternæ damnationis objiciẽdum, quàm esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: nudus fui, & non cooperuistis me, hospes denique, & non me suscepistis. Hæc August. Res ergo, nisi nos auaritia excæcatos teneret, nisi aspides essemus ad eloquia diuina obsurdescentes, manifestißima est, multò latiùs patere eleemosynarum præceptum, multosque alios casus comprehendere, quã sibi homines falsò persuaserint. Aliàs quo modo in vniuersum omnes in illa die neglectæ misericordiæ sententia complicaret? At quia nec locus est hìc, neque subinde animus rem hanc ad vnguem exigere, hæc satis sint: si modò extremum hoc verbum adiecerim. Faciamus Deum, omnium tam diuitum quàm pauperum patrem esse: cui, veluti patrifamilias, curæ est omnibus cõsulere ac prouidere. Necessariò colligitur, aut Deum parum fuisse prouidum, qui inopes & mendicos præsidio destitutos reliquerit, aut diuites perfidiæ & inhumanitatis redarguendos esse, quòd cùm eorum fidei Deus pauperes commiserit, potestatiq; permiserit, bona, quæ in sua fide posita sunt, sibi vendicant, deposita negant, fidem non seruant.

De mendicorum paupertate examinandum. Cap. IX.



IS ceu fundamentis instructi & informati ad primum articulum, qui de pauperum examine est, possum' iam demũ descendere. Quod quanuis ex lege sit, quanto id rigore fieri expediat, id quidẽ est in deliberatione positũ. Duo in pauperibus examinãda huiusmodi ar- Duo pauperũ examina. ticuli designant. Primum eorum paupertas & inopia: sint ne veri, an ficti pauperes. Deinde mores & vita. Primũ in articulo tertio, alterũ in quarto insinuatur. Quod ad primũ attinet membrũ, nihil aliud quã æquitas & operæpretium est fictos simulatosq; mendicos de medio pauperũ tollere. Id quod in prima conclusione abũdè cõmõstratũ est. At verò primũ om- Considera- nium cõsideratione hic dignũ est, quòd aliud est tio. 1. misericordes esse hoĩes in pauperes, aliud verò iustos esse aduersus prauos & iniquos. Misericordiã deus vniuersis hoĩbus præcepit, malefactorũ aũt vindictã paucis iustitiæ ministris cõ- misit. Qui teste Apost. hac de causa gladiũ por- Rom. 13. tant, vt vindices sint in iram eis qui malè agũt.

¶Ob

¶Ob idq; animaduertendum est, an satis forte esset, vt qui alijs mortalium ordinibus præfecti sunt, qui iustitiam administrent, mores emendent, peccata vlciscantur, vagabundos etiam exquirant, puniant ac profligare curẽt. Aut forte quòd senatores, & rectores vrbium singulis hebdomadibus, aut mensibus conuentum mendicorum facerent: & quos validos esse conuincerent, pœna plecterent. Atque vel operi laborique addicerent, aut ex vrbe relegarent. Nam plures prætores executores aduersus pauperes, quàm aduersus diuites creare: quorum nullum aliud negotium sit, quàm pauperes explorare, in ius vocare, discutere, & exigere, nõ tam ex misericordia in veros pauperes, quàm ex odio esse totius ordinis pauperum iudicare quispiam forte posset. Id vel maximè, quòd prætores, diuitum crimina non tanta solertia scrutantur: sed satis officio suo faciunt, si qui fuerint ad se delati, lege correxerint. Non ergo vigilantiori indagatione opus
Considera-tio. 2. est aduersus pauperes. ¶Mox considerare oportet, quod miserum hoc, abiectumque & imbecille genus hominum, non est, vt suas possint causas defendere. Nam vt paulò antè ex
Ecclef 9. Ecclesi. citauimus, diues iniustè egit, & fremet: pauper autem læsus tacebit. & Ecclesiastes. Sapientia (inquit) pauperis contempta est: & verba eius non sunt audita. Vnde diues vbi de crimine aliquo, aut debito postulatur, aut iudicio, aut armis, aut alio se quouis modo tuetur: mẽdicus verò, etiam si per calumniam accusetur, nullo se valet clypeo protegere: sed perpeti se iniuriam necesse est. Adde, quòd si diuiti partem bonorum iniuria ademeris, partem retinet vnde viuat: si verò calamitosum mendicum, ne mendicet prohibeas, miserum enecas. Hac enim de causa tam multis in locis Deus se patrem orphanorum, viduarum, & pauperum profitetur. Hanc ob rem ecclesiæ patres tantam prælatis pauperum curam iniungunt: cuius testimonia citare immensus esset labor. Nempe quòd pauperi à potente nulla esse potest defensio. Deinde cũ genus istud miserorũ inuidijs sit & æmulationibus frequẽtissimum, vix, dum de paupertate alicuius inquiritur, verum testimonium inuenias. Sed alij alijs calumniantur: qua vnusquisque fraude sa
Præpositi pauperum. tagit, vt quod alijs aufertur, sibi accrescat. Quibus de causis si qui huiusmodi inquisitionibus & examini delegantur, homines esse magnopere oportet, non cuiusque, sed præcipui ordinis, & existimationis, ad leuitatẽ misericordiæ propensi magis, q̃ ad rigorem iustitię, qui pauperibus suffragentur citiùs, quàm refragentur.

Nam si officiales executores de plebe instituãtur, qui paupertatem, fortè, quam in alijs requirũt, intus ipsi sub pallio tegunt, facilè possunt iustitiam pretio vendere, vt eos penitus validos esse accusent, qui conferre eis nihil valuerint. ¶Est præterea in hac re non præter Considera-tio. 3.
eundum, quòd vt sit quisque legitimus pauper, non est necessarium esse infirmum. Sat enim est, si sit ætate prouectus, aut debilis, aut quouis alio impedimento teneatur, ne tantos possit subire labores, vt sibi & suis congruenter sufficiat. Id quod in lege illa de mendicantibus validis prouidenter scribitur. Cuius titulus non est, de mendicantibus sanis, sed, de mẽdicantibus validis. Non ergo qui homo sanus est, continuò à mendicatione prohibetur: sed qui est validus. Neque id silentio præterit lex illa, quam appellant ordinamenti. Ait enim quòd si sint homines qui de facie manifestè possint iudicari esse validi, operi & labori addicantur. Ergo vbi facies & vultus eos nõ prodit, non aliam discussionem, aut perscrutationem requirit lex. ¶Vnde hoc alta mente re- Documentum.
ponendum est documentum, quod re dubia pro pauperibus potiùs in fauorem paupertatis, quàm aduersus eos pronuntiãdum est. Nã multò esset minus malum & incommodum, viginti malos & vagabundos permittere, ne quatuor legitimi pauperes inter eos excluderentur, quàm quatuor iure quod habent mendicandi excludere, vt viginti validi expellantur. Hac enim etiam ratione Zelum nimium seruorum Zizania festinantiũ euellere sapienter repressit paterfamilias, vt est apud Matth. ne forte colligentes Zizania, era dicarẽt simul Matth. 13.
cum eis & triticum.

¶Huc etiam pertinet, quòd sunt permulti qui Considera-tio. 4.
quælibet opera & labores quandoque ferre possint, non tamen iugiter, aut frequenter. Est enim qui potest dies aliquot in mense, aut in hebdomada in opere durare: nõ tamen per totum mensem, aut hebdomadã. Et est qui dimidiatum diem laborare potest, non tamen integrum elaborare. Et esset perquàm molestissimum, si quoties miserum hominem vires deficerent, opus haberet diputatos adire. Ad hæc. Sunt præterea qui etiam si validi sint, ius nihilominus habẽt mendicandi. Sanè qui opera non inueniunt, aut patronos qui se conducant. Quos in propria patria non inueniunt, quocunque quæsitum exire possunt. Vnde quæcunq; profectò regni ciuitas tenetur tã incolas, q̃ aduenas, aut alere, aut mẽdicare pmittere, quandiu non eis opera assignauerit, aut patronos quibus suas possent operas locare.

Hoc

Hoc enim ad regni gubernationem spectat, vt qui in vna ciuitate viuere non possunt, humaniter suscipiantur in alia. Quam ob rem mercenarij illi in Euangelio de ociositate reprehẽsi legitimè compurgati sunt, dicentes, quia nemo nos conduxit. ¶ Ad hæc sunt & nonnulli bono sanguine nati, qui nec artẽ didicere mechanicam, nec sunt fortè negotiationi apti, neque tenentur quidem ad vilia se seruitia summittere. Sed ius habent pauperum stipem à quocunque recipere: ac perinde ampliorem, quàm alij inferioris classis. ¶ Atque hæc quidem secundum rigorem iuris concedimus. Nã si de hac re priscos illos patres, quos Deus velut Ecclesiæ fundamentum subiecit, consulamus, longè aliter loquendum esset de hoc pauperum examine. Validissimum nanque argumentum quo ista pauperũm inquisitio corroboratur, inde sumitur, quòd sint non pauci, qui in fraudem & perniciem reipublicæ multas cõminiscuntur artes, quibus se infirmos, læsos, truncos, & mancos fingunt, & simulant. Quo nõ potest in republica maior esse dolus. His ego verò qui hoc tam magno argumento vtuntur, respondere nunquam audebo, ad magnum illum pauperum patronum Chrysostomum, inquam, remitto. Cuius verba homilia. 37. ad populum (præter alia complura quæ in hanc sententiam alijs in locis identidem confert) omnes oro atque obsecro, vt neminem (prolixa quidem, aurea tamen) audire pigeat. Postquam enim cum diuitibus vehementer postulauerat, vt vestibus, quas rodit tinea, & vermis absumit, nudos contegant, responsum diuitum in medium infert, dicentium. Simulat pauper tremorem & infirmitatem. Attende maxime Princeps, quemadmodũ etiam tum tempore Chrysostomi has diuites eleemosynarum excusationes prætexebant, hæc in pauperes maledicta iactabant. Sed accipe quibus Chrysostom⁹ verbis in eos qui ista proferrẽt, inuehitur. Non times (inquit) ne fulmẽ ab hoc verbo cœlitus accensum in te feratur. Disrumpor enim ab indignatione, parcite. Tu quidẽ ventre tumens & pinguis, & ad profundam potum producens vesperam, & mollibus calescens stragulis, non te dignum dare pœnas censes? cùm tam iniquè Dei muneribus vtaris (neque enim vt inebriemur est vinum: nec vt crapulemur, esca fuit facta: nec vt ventrem disrumpamus, cib⁹) pauperem verò miserum, nihilo meliùs mortuo dispositum exquisitas exigis rationes? Nec Christi times tribunal illud horrendum & terribile. Nam & si simulat, ex necessitate simulat, & egestate, propter sæuitiam & inhumanitatem tuam, quæ talibus personis supplicantibus ad misericordiam nõ flectitur. Quis enim tam miser & ærumnosus, vt nulla premente necessitate, pro solo pane velit ita deturpari & plangere, talemq; pœnã sustinere? Igitur illius simulatio fertur inhumanitatis tuæ præco. Quoniam enim supplicans & deprecans, & miserabilia fundens verba, gemens & lachrymans, totum circumiens diem, neque necessarium inueniebat alimentum, forte ad hanc artem excogitauit, nõ sibi tantum, quantum tibi dedecoris & accusationis inferẽtem. Nam ille quidem misericordiam inuenire dignus est, quòd in tantam deuenit necessitatem: nos autem innumeris digni supplicijs, ꝗ pauperes talia pati cogimus. Si nanque de facili flecteremus, nunquàm ille talia subire maluisset. Et quid dico nuditatem & tremorem? Hoc enim horribilius dicam, quod & liberos immaturam agentes ætatem quidam excæcare sunt coacti, vt nostram penetrarent insensa tam duritiam. Postquam enim videntes, nudiq; circumeuntes, nec ab ætate, nec ab erumna crudeles flectere potuerunt, his tot malis aliam grauiorem adiecere tragœdiam, vt famẽ soluerent, leuius esse putantes hoc communi lumine priuari, & splendore omnibus concesso carere, quàm cum fame continuam habere pugnam, & miserrimam mortem sustinere. Quoniam enim paupertatis misereri non didicistis, sed gaudetis calamitatibus, vestram implent improbam libidinem, & sibi & vobis gehennæ flammam acriorem accendentes. Hæc Chrysost. plurimaq; alia huius emphasis verba, non minus Christianè quam eleganter fulminat aduersus eos, qui de crudelitate reprehẽdentes pauperes, quòd in proprias personas contra naturam peccent, propria corpora vitiando, non ad se reuertuntur: vt animaduertant, suam ipsorum immanitatem & feritatẽ, qui miserorum precibus nõ flectuntur, in causa esse, vt tragicas illas artes in se exerceant. Nam re vera si diuites cõgruenter pauperibus subuenirent, nunquàm illi diuitiarũ causa nuditates illas & cicatrices perferrẽt. At miseram stipem non ante extorquere valent, quàm illas comminiscantur tragœdias. Hisce splendidissime Domine nõ id contendo, vt vagabũdi & sycophantæ non corrigantur, sed vt quemadmodum alij cuiuslibet ordinis, aut conditionis corrigantur. Sunt enim & inter opifices, & inter religiosos, & inter causidicos & scribas, & inter clericos & inter magnates, etiam & prælatos, qui suo quisque ordine & gradu fragiles sunt, criminosi, flagitiosi, atque adeò

Considera-tio. 5.

Chrysost.

pane

pane quo vescũt Indigni. Aduersus quos tñ nõ tã multi pscrutatores & executores intẽdunt. Cribro.n.purganda sunt crimina, nõ in cernículo setaceo. Canon est.6. quæstio.1. quòd si omnia in hoc seculo vindicata essent, locum diuina non haberent. ¶ Absit vt cuiq; mortalium ordini notam ego aliquã inurere velim, aut quẽpiam traducere. Quod autem patet & manifestum est, id in genere citra iniuriã proferre possum. Quot ergo sunt in republica, aut opifices, aut ministri publici, qui per fraudem multò plura surripiunt, quàm validorum vniuersa turba mendicãtium: atq; ea quidem lautè & splendidè dispendunt. Et possunt homines horum fraudes & rapinas æquo animo tolerare. Quòd autem simulatus pauper exiguũ & miserrimum obolum aut dipondium, non alia sycophantia, quàm nuditatem, tremorem famẽ & infirmitatẽ circunferens surripiat, id nulla ratione adduci possunt, vt ferant: sed luce eos priuandos esse proclamant. Ecquis vnquam fuit hominum, qui propter fallacẽ pseudo pauperum turbam aliquid substantiæ detrimentum fuerit expertus? Mitto eos qui cõtractibus ac negotiationibus minùs licitis in rem suam aliena conuertunt. Sunt enim fortè non in paruo numero, quorũ vel vnus multò ampliorem substãtiam iniquo mammona confecit, quàm validi mendicantes vniuersi totius regni. Et hi quidẽ quia diuites validi sunt, sustinentur: alios verò quia sunt mendicantes validi, neutiquam pati possumus. Cùm tamẽ apud Christianos valere nihilo minus deberet horum miseria & inopia, quã illorum opes & potentia, vt saltem inter illos, his etiam parceremus. ¶ Adde quòd quanuis sint aliqui ociosi ac perditi homines, qui propter inertiam & socordiam in paupertatẽ venerint, & alij fortè qui se pauperes simulant, sunt nihilominus perquàm multi, quos diuites verè pauperes effecerunt. Venatio nãque leonis (vt in Ecclesiastico legimus) onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes. Quocirca non adeò res esset incongrua, si horum iniurias, illorum tolerantia cõpensaremus. Nescio an pauperũ miseratio longiùs me quàm constitueram aduersus diuites inuexerit. At nihil nisi quod vel in sacro eloquio scriptum est, aut ore omniũ versatur, dixisse me arbitror. ¶ Neque silenter dissimulare possum, quòd cũ officiũ aliquod publicũ, aut (quod deterius est) beneficium cõfertur, nulla prorsus de personæ dignitate & meritis ratio habeatur: quam tamen Christus beneficiorũ institutor maximã haberi voluit. Et tamẽ vt mendico panem sit integrũ postu-

Considera-tio.6.

Considera-tio.7.

Ecclesia.13.

lare, tãta opus sit inquisitione & probatione. ¶ Postremũ omnium vereor, vt neque diligẽtia hæc ratioq; examinandi exigendiq; validos pauperes intentum omnino finem exequatur. Hunc (inquam) nẽ latrones & perperi fiant homines in republica. Nam qui vrbe excedunt, non rectà ad patrium solũ reuertũtur: sed per villas & pagos oberrant: vt qui minutatim per simulatam mendicationem mitiùs furabantur, ampliora furta & latrocinia exerceant. Neq; verò possunt omnes patibuli pœnas dare. Quin verò quemadmodum in alijs vitiorum generibus minora mala, quibus maiora euitentur, permittũtur (dicente Augustino, quòd si meretrices tollas, omnia adulterijs replebuntur) ita fortè quanuis ex mendicãtibus validis nonnulli procreentur latrones: atque adeò sit in eos certa ratiõe & modo animaduertendum, est in rem etiam fortè & bonum publicum, si nonnihil de rigore in hac parte remittatur. Ne per extremum qui validi sunt mendicantes, validissimi latrones fiant.

De Vita pauperum expendenda.
CAP. X.



Lterũ quod in pauperibus exigitur antequam sit eis mẽdicare licitum, ad vitã eorũ pertinet & mores. Sanè vtrùm sint concubinarij, aliave contagione infecti, sint ne præterea statis temporibus confessi, aliaq; id genus obseruẽt, quæ de Christianis hoĩbus requirũtur. Et quantum ad hãc attinet curã, nemo esse potest qui zelũ non probet. Nullus eñ est mortaliũ ordo, cui fraternã nõ debeamus correptionem. At verò sancti patres, quotquot de eleemosyna scripserunt, nusquã cũ misericordia, quæ pauperibus debetur, tantã iustitiã voluerũt esse cõiunctã. Etenĩ eleemosyna (quod nomen græcum est) idẽ pollet quod misericordia. Materia verò & obiectum, quòd huic misericordiæ corporali subijcitur: nihil aliud est quã miseria & inopia pauperis: cuius subinde officiũ est, pascere esurientẽ, nudũ vestire, & hospitẽ tecto donare. Et ideo, vt hanc pauperibus misericordiã exhibeam⁹, nihil aliud in paupere sancti explorãt, quàm ꝙ inopes sint & mendici. Misericordia verò spiritualis seorsum posita est in correptione fratris. Atq; adeò iustitia malefactores cohibendi (vt paulò ante dicebamus) ad alios iustitiæ ministros spectat. Aliud enim est misericordem esse, aliud verò malefactoris vindicem. ¶ Audi precor Christianissime Princeps quid de hac re Chrysostomus senserit, cùm alibi sæpe, tum maximè concione secunda de mendi-

Misericordia.

Chrysosto. Homil. 17. ad popu.

co Lazaro. Nam & sua etiam ætate istas ex-
actiones, & correctiones fraternas diuites mo
liebantur in pauperes, quibus suam auaritiam
excusarēt. Aduersus quos hæc exaggerat ver-
ba, tantò certè meliora, quātò longiora. Abra
ham (inquit) sciens non excutiebat quales es-
sent prætereuntes, nec vnde venirent, quemad
modū nos nunc facimus, sed sine delectu præ
tereuntes excipiebat omnes. Nā eum qui præ
stat humanitatem nō oportet exposcere vitæ
rationē, sed inopiæ mederi, necessitatiq; sup-
peditare. Vnicum habet patrocinium pauper,
quòd eget, quodq́ue in necessitate constitutus
est, ne quid ab illo postules ampliùs. Sed etiā
si fuerit omniū improbissimus & eguerit ne-
cessario victu, sedemus illius famē. Ita & Chri-
stus præcepit. Estote, inquit, similes patri ve-
stro qui est in cælis, qui solem suum oriri fa-
cit super bonos & malos, & pluit super iustos
& iniustos. Portus est in necessitate constitu-
torum homo misericors. Portus autē omnes
qui in naufragium inciderint, excipit liberat-
que, siue mali fuerint siue boni. Deniq; quicū-
que fuerint qui periclitantur, in sinus ille suos
excipit. Tu proinde si videris hominē qui in
egestatis naufragiū inciderit, ne iudica, ne vitæ
gesta examina, sed medere miseriæ. Quid ipse
tibi negotium accersis? liberauit te. Deus om-
ni tali solicitudine & curiositate. Quàm multa
pleriq; fuerant dicturi, quanq; difficiles erant
futuri, si Deus præcepisset, vt prius accuratè
vitā factaq; singulorum disquireremus, ac tū
demum cōferremus eleemosynam? Nunc hac
omni curiositate nos liberauit. Cur ergo curas
superuacaneas nobis accersimus? Aliud est iu-
dex, aliud eleemosynæ largitor. Ideò vocatur
eleemosyna, quod eam & indignis damus.
Galat. 6. Vnde & Paulus dixit. Quod bonū est facite
erga omnes, sed maximè erga domesticos fi-
dei. Quòd si indignos curiosè discutiamus dis-
quiramusq;, ne digni quidem facilè in nos in-
cident. Quod si indignis quoq; præstiterimus
beneficium, nimirum & digni, quiq; omnium
illorum malitiam virtute pensent, venient in
manus nostras: sicut euenit beato Abrahę, cui
minimè curioso quales essent qui pręteribant,
contigit tandem vt & angelos exciperet ho-
Iob nepos Abrahæ. Iob. 23. spitio. Hunc igitur & nos imitemur, simulq́ue
cum hoc nepotem illius Iob: quandoquidem
& hic progenitoris sui magnanimitatem sum
ma cū diligentia est imitatus. Eoq; dicebat, o-
stium meum iugiter patebat cuiuis aduenięti.
Non sic huic patebat, vt alteri esset occlusum,
sed indifferenter apertum erat omnibus. Hoc
exēplū & nos imitemur, nihil exquirētes vltra

quā oportet. Nā ad hoc vt pauper dignus ha-
beatur eleemosyna, satis est egestas. Quòd si
quis cū hac cōmendatione nos adierit, ne quid
ampliùs curiosè scrutemur: nec enim moribus
demus, sed homini, nec illius ob virtutem nos
eius misereat, sed ob calamitatem, quo nimi-
rum & ipsi copiosam à domino misericordiā
nobis conciliemus, ipsiq; digni simus in quos
ille conferat suam benignitatem. Nam si cum
conseruis nostris ceperimus exquirere dignita
tem moroseq́ue vestigare, idem & deus factu
rus est in nobis, dumque studemus à cōseruis
resposcere vitæ causas, ipsi superni numinis be
nignitatem amittemus. In quo ēm inquit iudi-
cio iudicaueritis, iudicabimini. Hactenus Chry
sost. ¶ Quòd si diuus hic de hoc fortè in suspi-
cionem vocatur quod misericordia (vt sanctis
simus ille erat) flāmatus plus nimio pauperi-
bus indulgeret. Cuius pro inde scripta, nō ali-
ter quā pretiosa vestis genus pauperum hono
ris titulis splendescit. Ambrosiū appellemus, Ambros.
si ei fortè astipuletur. Sanè qui lib. Nabuthū. c.
8. vbi loquens de modo faciendæ eleemosynę,
sic ait. Non requiras in pauperibus quis vnus-
quisq; mereatur. Misericordia non de meritis
iudicare consueuit, sed necessitatibus subueni-
re, iuuare pauperem, non examinare iustitiā.
Scriptum est enim, Beatus qui intelligit super
egenum & pauperem. Vbi nulla fit boni &
mali discrepantia. Sed arbitror Augusti. testi- August.
moniū de hac re desiderari: sanè cuius ingeniū
est res pressius controuersando disserere. Sub
ijciam ergo & grauissimi patris testimonium,
quod est in enarratione psalmi. 102. super ver
sum. Faciens misericordias dominus. Vbi edo
cet Deum non facere misericordiā nisi ijs qui
& ipsi sunt misericordes, iuxta verbū domini.
Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā Matth. 5.
consequentur. Quæ autem mensura sit miseri
cordiæ subdit, vt ne quasi (inquiens) in amicū
sit, & non sit in inimicū: quia dictum est. Dili-
gite inimicos vestros: bene facite his qui vos
oderunt. & Prouerb. 25. Si esurierit inimicus Prouerb. 25.
tuus, ciba illum. Inimici autē, si bonorum ma
ximè sunt inimici, boni esse non possunt. Si er
go misericordia erga inimicos est, non est mi-
sericordiæ officium inter bonum malumq; di
scernere. Sicuti misericos deus super bonos &
malos oriri facit solem suū. Atque adeò pater
misericordiarum Christus nullum misericor-
diæ modum ponit: sed omni (inquit) petēti te
tribue. Obijcit tamen August. documentum
illud Ecclesiast. 12. quod prima facie cum hac
sentētia pugnare videtur: vbi legimus. Si bene
feceris, scito cui feceris. Bene fac iusto & inue-
nies

nies tribulationem: quoniã altißimus adio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. Tu ergo da misericordi, & ne suscipias peccatorem: da bono, & non receperis peccatorem: benefac humili, & nõ dederis impio. Vide quã ta cõgeminet accumuletq; verba sapiens ille, vt non nisi erga iustos simus benefici. Quæ tamen Augusti. facilè diluit. Nam contraria esse non possunt euãgelio. Vtrunq; enim (inquit) complex: &, nõ suscipias peccatorem, &, omni penitent da, & si quãdo peccator est qui repetit, non des tanquam peccatori: sed tanquã inopi. Si intẽdas inopiam miseriamq; pauperis leuare: non fouere peccatũ. Hactenus August. Igitur quod sapiens in ecclesiastico admonitos nos esse contendit, hoc dũtaxat est, vt quã do pauper de eleemosynarum abundantia ansam & potestatem peccandi nactus reprobus fit: neque aliud ei collata beneficia, quàm vitiorum semina sunt & fomenta, tunc correptionis gratia subtrahẽda sunt huiusmodi pauperi. Id quod ad Vincentium Donatistam scribit August. & habetur in canone. non omnis. 5. q. 5. Vtilius enim, inquit esurienti panis tolli tur, si de cibo securus iustitiam negligat, quàm esurienti panis frangatur, vt iustitiæ seductus acquiescat. Et id quidem intelligito quando est cõpertißimum eleemosynas in damnum pauperis vergere. Aliàs scrutatores nos esse pauperũ non licet. Quin verò alterũ eius institutum obseruandum nobis est: quod in lib. de quinq; hæresibus extat. Vbi post commendationẽ hospitalitatis Abrahæ & Loth: qui quo scunque sine discrimine hospitio suscipientes, angelos meriti sunt habere hospites, subijcit. Discite Christiani sine discretione hospites suscipere, ne fortè cui domum clauseritis, cui humanitatem negaueritis, ipse sit Deus. Quod & in reliquis pietatis officijs eadem est ratione seruandum. ¶ Ergo quod ex istis tam multis tamq; manifestis sanctorum testimonijs colligitur (vt omnia sub vno aspectu ponamus) sic habet. Officium misericordiæ non est inter bonos & malos discretionem facere: id enim iustitiæ partibus & ministris reseruatur. Misericordia verò in hoc posita est, vniuersis, inq, hominum miserijs sine vlla discrepantia præsto esse, & succursum ire. Quocirca procemio illi, quod in capite huiusmodi articulorum, Christianè quidẽ religiosè, ac sapienter super scribit, quo Christi seruatoris nostri erga nos immensus amor, benignitas, & clementia meritò commẽdatur, quo sanctißime commonemur, vt quæ nobis ille eximia charitatis officia præstitit, ei nosipsi in eius pauperibus rependamus, illi inquam exordio animaduertẽdum est, an congruenter satis ac decorè subijciatur, vt qui vagabundi pseudoq; pauperes fuerint, vrbe eliminentur, mendicis si aduenæ sunt, nihil aliud quàm transitus concedatur, in colarum mendicorum vita & mores diligẽter expendãtur, qui hæc solerter exequentur, officiales & prætores sunto. An verò aptiùs sub illo procemio subscriberetur, vt quotquot Christo nomina dedimus, & fidem obstrinximus, promiscuè in omnes sine discerniculo clemẽtes essemus & benigni. Nam hoc Abrahã, quo se Christ⁹ patre dignatur faciebat. Ita eius electe mosynarius Tobias filium instituebat: dicens Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enĩ fiet, vt nec à te auertatur facies dñi. De hoc seru⁹ eius Iob gloriatur, ꝙ nemini vnquã pauperum quod volebat negauerit. Portui sancti eius cõparant misericordẽ, qui naufragos omnes sine discrimine excipit & liberat. Id ipsum magister ipse prædicat, vbi ait. Omni petenti te tribue. Hac ratione Christus quãdo ingentem illam multitudinẽ in eremo pauit, nullos vagabundos excepit, nullũ inter bonos & malos fecit diuortiũ. Hoc misericordiæ nomen designat, vt indignis beneficiũ exhibeam⁹: nam quod dignis confertur, iustitia est. Inde Deus misericors est, quòd solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Hoc iustitiæ pharisæorum nostrã Christus præstare voluit, vt non tantũ amicos, sicuti illi, sed etiam inimicos diligeremus. In hoc demum ineffabilem eius in nos misericordiam cõmendat Apostolus, quòd cũ adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est. Re vera qui has pauperum constitutiones cõminiscuntur, sanctam habere possunt intẽtionem, iusti esse possunt (nisi in hoc sint fortè nimiũ iusti, ꝙ prætorum officium in malefactores vsurpant) synceram tamen fuisq; numeris absolutam misericordiã minimè se exhibere credant. Quippe quæ inter dignos & indignos non discernit. Est equidẽ in ordine charitatis positũ vt (vbi reliqua paria sint) probos, reprobis: de terioribusq;, meliores in conferendis eleemosynis anteponamus: sed tamen neq; misericordis hominis est tam anxiè merita perscrutari, neq; esse equidẽ potest, non solũ peccatoribus nihil dare, verumetiã, phibere ne ab alijs petãt, qui forsan quod tu negas, concederent. Verbum nimirum illud forsan Christi apud Matthæũ edocti. In quãcũq; domum intrauentis, dicite: pax huic domui & siquidem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam: si aũt non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.

Marginalia: Can. nõ omnis. 5. q. 5. — Aug. de quinque hæres. — Epilogus. — Tob. 4. — Iob. 31. — Luc. 6. — Ioan. 6. — Misericordia. — Matthæ. 6. — Roma. 5. — Matthæ. 10.

Pari enim modo in eleemosynarum ratione, tã etsi pauper non sit fortè recipere meritus, con ferentem nihilominus præmium manet apud Deum. ¶ At quod ad æquitatem & iustitiam articuli quarti attinet, de rigore illo cogendi pauperes ad confessionem, fateri me mallem ignorantiam meam, quàm omnino consentire. Enimuerò vt sunt pauperes ad necessarium hoc sacramentũ instruendi & admonendi, ita in has miseros angustias conijcere nõ est operæpretium, vt nisi confiteantur, nullatenus sit eis licitum mendicare. ¶ Primùm confessionis sacramentũ sub pœna capitis edicere, præterquã q effet lex intolerabilis, odium profectò in sanctissimum sacramentũ concitaret: mendicos autem mendicitate interdicere, pœna capitis est: vtpote quibus nullum aliud est vitæ præsidiũ: non ergo licet eos sub hac pœna ad confessionem compellere. Hoc cum diutius expostulare cupio, de hoc eos, nisi ægrè ferãt, cõuenio. Si esset eis confessio hac lege promulgata, vt post pascha nemini panem sumere, nisi prius confesso vnquam liceret, seu fame potiùs pereundũ, an reclamarent. Cogitare aliud non valeo. Cur ergo eam legem pauperi præscribunt? ¶ Sunt (aiunt) inter illos, qui integrũ decennium non cõfitentur. Sunt itidem & inter diuites huiusmodi complures: qui nõ tam acerbè ad confessionem perstringuntur. At diuites aliena non petunt: ego vero pauperibus bona mea elargiri nolo, nisi confessis. Hic punctum rei huius occultum: in hac semper isti salebra hærent: hic eorum attentionem desidero. Vt enim interim disputare prætermittam, an egenus & pauper, quãtum tu, tantum ipse iuris habeat ad bona tua (nam sancti patres sunt qui ita censent: nos verò id astruere veremur) hoc saltem in confesso est, euidentiusque ac certius, quã vt ab aliquo possit inficias iri. Nempe quòd æquum ius est cuiq; pauperi in quauis necessitate, etiam citra grauem, petendi eleemosynã, ac est illud quod quisque habet in propria bona. Quin etiã fortè amplius: cùm in maiori sit necessitate. Quo fit vt nemo cuiuscunq; sit authoritatis possit hoc iure pauperes priuare, nisi propter eã culpã, de qua posset diuites etiã bonis proprijs mulctare. Quin verò dicere auderem, propter quam posset diuites, vt fame perirent, condemnare. Nam qui iure postulandi pauperẽ excludit, ad extremã eum adigit famẽ. Si ergo iustissimus quisque nemini victum, nisi probato viro & confesso (veluti sacrosanctum sacramentum eucharistiæ) ministrare cogitat, non continuò ius facultatẽq; misero adimat, quò minus circunire possit, si quem fortè legibus misericordiæ meliùs instructum inueniat, qui panẽ porrigat.

Confessio.

¶ Ad hæc (quod omniũ plurimum cauẽdum est) si pauperes (indoctũ vulgus) tã acriter ad confessionem coerceantur, dubitas ne optime Princeps, quin vsu venire possit, vt falsò fictẽque multi cõfiteantur, sacramentũ ne fame extrangulentur, contaminantes? Re vera quando sancta synodus sacramentũ cõfessionis (quod in iure diuino erat) quotãnis edixit, præuidebant sancti patres, si maiores pœnas cumulassent, pauciores fortè fore qui præceptum trãsgrederentur, nihilominus tamen veriti ne timore grauissimæ pœnæ sacrilegus aliquis esset in sacramentũ fictè confitendo, satis duxerunt transgressorem ingressu ecclesiæ & ecclesiastica sepultura interdicere. Quæ quidẽ quãuis Christianis pro acerbiori pœna, quã extrema fames habenda esset, tamẽ non tam homines deterret, quàm pœna tẽporalis, vt eius metu fictè quis confiteatur. Vnde illa vna ex sexdecim qualitatibus & conditionibus quæ sacramento confessionis circunstare debet, nempe q sit libera, intelligere nequeo, quomodo stare simul possit cum tanto rigore cogendi homines ad confessionem. ¶ Quartum ergo quod ad correptionem pauperum pertinet, sanctissimè inter hos articulos institutũ est (si id mõ diligenter executioni mandetur) primum, vt pauperum paruuli patrũ cura emancipati patronis deputentur, aut artibus & opificijs addicantur. Pauperes deinde nõnunquam, vt cõciones publicas audiant, compellantur: vbi religionem & virtutẽ doceri possint, admonerique & exhortari. Quibus optimũ esset viros aliquos probatę vitę præficere, qui eorũ curã & rationem haberent. Id quod planè esset corporalibus spiritualẽ etiam misericordiã adhibere. Exemplo dei, qui quorum corporalẽ vitam prouidenter sustentat, spiritualem quoq; legibus, consilijs, & exemplis, instituit, admonet, ad bonumque & honestum inducit.

Correptio pauperum.

¶ Hoc præterea hic apprimè admonere necessarium arbitror de ratione perquirẽdæ explorandæq; vitę pauperũ: eorũ vel maximè, q publicè nõ sunt mendicitatẽ professi. Quibus, vt video, eleemosynæ quã plurimo vendũtur: tãtum abest, vt gratis fiant. Nam primum cũ Hispani, quibus honor, quã vita, pluris est, extremã malint perpeti famẽ, quã de mendicitate traduci, nulla tamen in pauperibus conscribendis habetur ratio secreti. Sed nobiles quib⁹ negotium datũ est, longo famulitio comitati publicè pauperes disquirunt. Quorum profectò multi mallẽt eleemosynis carere, q̃ tãti emere.

Secreta crimina non prodantur.

Est enim

Est enim sicubi vnquã genti ũ, in Hispania pręcipuè obseruãdus modus ille euangelicus eleemosynarũ, vt nesciat sinistra quid faciat dextera. Id quod Ambro. Nicolaus, Chrysosto. & alij sancti patres obseruantissimè faciebant.

¶ At quod peius multò est, ne dicã magis iniurium, anteq̃ miserrimæ eleemosynæ impendãtur, occulta nõnunquã crimina præter iuris ordinẽ exquirũtur. In relectione, quã de ratione tegendi & detegendi secretũ ædidimus, pro viribus nostra tractauimus, nullũ ius esse perquirẽdi perscrutandiq; crimina, nisi quæ aut fama proclamat, aut indicia vtcunq; produnt. Neq; semper diuitũ peccata, his etiam præeuntibus, & proclamantibus, vestigantur. Et tamen pauperum maiori multò cura ac diligentia secreta peccata detegũtur, quàm miseriæ subleuentur. Miseranda gentis conditio est, si vt obolũ tandem suscipiant, tantum subire habent periculum famæ. Cũ tamen in hac re meditatione opus esset, quòd calamitosi homines ærumnis & miserijs afflicti sæpissime leuandi animi gratia peccata admittunt, quibus diuites ex delicijs & fortunarum affluentia multò maiora cõmittunt. Quòd si meditatio hęc nõ satis est, vt miseris pauperibus venia concedatur, quasnam ex his erratorũ pœnas acerbiores in hoc seculo exigamus, quàm suis ipsi calamitatibus & rebus aduersis & afflictis luunt. Honoribus exclusi, deliciarũ expertes, nudi, sine lecto, sine ne tecto, perpetuum bellum cum gelu, cũ ęstu, cum fame denique sustinentes: quod est omniũ atrocissimũ. Nam melius est occisis gladio (ait [Threno.4.] ille propheta) quã interfectis fame. Orbi denique rebus omnibus, quæ homines faciunt in hac vita fœlices. Atq; adeò penè mundo extorres, vitam agunt, morte nihilo magis expetendam. ¶ Adde quòd quã plurimè pauperes (quod in hominibus est inhumanissimum) ab egestate & mendicitate in huiusmodi crimina præcipitantur. Et idcirco ambabus rationibus sunt in pauperes crudeles auari diuites: & quod præ auaritia & tenacitate admittendis culpis causam dederunt: & quod de admissis rursus occasionem accipiunt, vt auaritiã tenacissimi nutriant. Cũ tamen profectò emendãdis pauperum perditis moribus salubriùs prospectũ esset, meliusque, vt resipiscerent, consultum, si collatis beneficijs subsidijsq; temporalibus, eorum animos leniremus, polliceremur, & reduceremus in viam. Nam cũ eis alimenta subtrahimus, tunc veluti desperatis, & ab omni spe derelictis vitia recrudescunt. ¶ Hæc non dixerim vt erratis faueamus: sed primùm, ne antequã opem miseris feramus & misericordiã impartiamur, tam iusti esse in pauperes velimus, vt etiam efficiamur iniurij. Deinde ne tanta cura & solertia in vagabundis extinguendis, repellendis aduenis, incolis deniq; de vita & moribus exquirendis, eò tandem euadat, vt eleemosynarum cumulus decrescat. Illud enim iterũ atq; iterum admonere nunquã me pigere poterit, q̃ si his perscrutationibus rariores aut minores fiũt eleemosynæ, multò melius pro bono diuitum fuisset, vt nunquã in mentem venirent. Nam etsi multò fierent ampliores, nunquã ad iustum pertingerent. Est enim eleemosyna Christianis in vsus frequẽtissimos necessaria. [Eleemosynę fructus.] Si enim inuadẽtem vitiorum flammam restinguere cupis, sicut ignem ardẽtem (ait Sapiẽs) extiguit aqua, sic eleemosyna resistit peccatis. [Eccles.3.] Et si admissa iam peccata redimere concupiscis, audi Danielẽ prophetam. Peccata tua [Daniel.4.] eleemosynis redime: & iniquitates tuas misericordijs pauperũ. Quòd si minimas etiã peccatorum reliquias eluere prorsus exoptas, quid iubeat Christus, ausculta. Date eleemosynam, [Luc.11.] & ecce omnia munda sunt vobis. Si mundus iam factus itinerarium huius vitæ cibum atq; penus omne præparare est animus, sapiẽs rursus ait in ecclesiastico, [Eccles.17.] quòd eleemosyna viri quasi sacculus est cũ ipso: & gratiam hominis quasi pupillã conseruabit. Si thesauros tuos à tinea & ærugine & prædonibus seruare, pauperũ fidei cõmitte. Nam de eleemosynis Christus loquebatur, quando aiebat. Nolite [Math.6.] thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiũt & furãtur. Thesaurizate autẽ vobis thesauros in cęlo: vbi neq; tinea neq; ęrugo demolitur, neq; fures effodiũt & furãtur. Atqui diuitib' huius seculi, quibus (difficultatis explicandæ gratia) [Matth.19.] impossibile ait esse intrare in regnum cælorũ vti camelum per foramen acus, hoc vnum remedium reliquit, si facerent sibi amicos de mãmona iniquitatis, [Luc.16.] qui eos reciperent in æterna tabernacula. Quam obrem Paulus Timotheũ [1.Timot.6.] instruit, vt diuitibus huius seculi præcipiat facilè tribuere. Nam qui diuites fieri volunt, incidunt (inquit) in tentationem & in laqueum diaboli. Quid plura? Si non solùm in æterna tabernacula recipi, sed gloriæ illius æternę auidissimus inter principes illic & perfectissimos esse (vt deberemus omnes) affectas, nullam tibi aliam Christus monstrauit viam, nisi vt vẽditis omnibus quę habes, & in vsus pauperum distributum, eum ipse sequaris. Et hæc satis superque de inquisitionibus, discussionibus, & perscrutationibus, quæ in pauperes primo, tertio, & quarto articulis annotatur, dicta sint.

sint. Nam secundum & quintum in priori parte deliberationis huius expediuimus.

De ratione ostiatim postulandi. Cap. X I.



O tandem instituti nostri peruentum est, vbi eum articulū, in quem ex his, qui circunferuntur propensius incumbitur, pertractemus. Qui est, vtrum æquum bonumque sit: & (vt Paulinis verbis vtamur) expediens atque ædificans, pauperes ianuis Christianorum arcere, & hospitalibus alere, quàm permittere, vt suas ipsi ærumnas & calamitates Christianis oculis coram obijciant. Id quod re vera (ni fallor) non tam est extra controuersiam, quàm authores horum articulorum existimant. ¶ Atqui vt summum Ius ab æquitate & misericordia discernamus, prima huius articuli fuerit conclusio. Princeps penes quem potestas est reipublicæ, ius authoritatemque habet prohibendi mendicos, ne postulent ostiatim: dummodo victum eis vestitumque ac reliqua pro suo statu necessaria alia via & ratione congruenter prouideat. At non aliàs neque alio modo. Neq; est qui huic possit conclusioni probabiliter reclamare. Sane quę sit euidentior, quàm, vt multis testibus indigeat. Princeps nanq;, cum (vt est. 2. Ethic. apud Aristo.) in hoc naturali lege atque diuina reipublicæ præfectus sit, vt bonos faciat ciues, eatenus quicquā potest edicto præcipere, quatenus opus virtutis est: eaque subinde inhibere, quæ vitia sunt & peccata. At egenis quādiu egent, nullum peccatum est stipem ostiatim quærere: quā primum autem necessaria illis suppetunt, non possunt, citra culpam, prætextu paupertatis aliena petere. Quando ergo illis princeps, aut respublica necessaria ministrauerit, inhibere potest ne ostiatim postulent: aliter verò minimè. ¶ Neque id solū certò crediderim, vt ea sit authoritas in principe: verùm si cōmodè hoc fieri posset, vt abundè respublica pauperibus prouideret ne ostiatim oppida circumire cogerentur, hac equidem ratione & veritas euāgelica, & Christi charitas, cuius nos vnius capitis membra sumus, splēdidiùs multò in Christiana republica colluceret. Nam quomodo legē qua proximos, vt seipsos diligere iubentur, more illi precor exhibeant, inter quos alij bonorum sunt omnium copijs redundantes ac superfluentes, alij verò per extremum in summa egestate & mendicitate cōstituti Philosophi cuiusdam ex naturalibus celebratur sententia. Qua, cùm ditissimus homo pauperrimi se alterius amicissimum prædicaret, respondisse fertur, inter ditissimum hominem & mendicum non esse credibile vllam amicitiam intercedere. Id quod diuinus noster Apostolus, cuius paulò antè memini, illis verbis expressit, quibus ait. Si quis habens substātiam huius mundi &c. Hanc equidem amicitię legem multò antequam in euangelio, in mentibus mortalium Deus inscripserat. Quā nimirum solenni illo prouerbio expressit gentilitas. Amicorū omnia sunt cōmunia: & amicus alter ergo. Cuius authorem sunt qui Pythagoram faciant. Vnde Socrates colligebat proborum hominum omnia esse, vtpote quod sint cuncta deorum: quibus sunt viri boni amici. Hanc ipsam legem Apostoli diuinorum interpretes, legisq; euangelicæ (quæ naturaliū omnium cōsummatio est) promulgatores (Hierosolymis saltem & circumadiacenti prouinciæ Iudææ) veluti baptismatis primitijs, prædicauerunt, atq; persuaserūt vt in actis eorum est, videlicet vt quotquot Christo in baptismate dedissent nomina, bona sua vendentes, ante pedes Apostolorum pretia proijcerent. Quæ illi singulis, prout vnicuiquē opus erat, distribuebant. Quamobrem (inquit historia) non erat egens quisquam inter illos. Adeò sub id tēporis (quantulum fuit cunque) sancta fuit atque solennis obseruantia hæc, vt neotericus quidā Christianus Ananias nomine: qui cōscia vxore pretij quo substantiam vendidit celauit, ita fuit acerbè de hac auaritia à Petro reprehensus, vt præ terrore exanimatus corruerit. Atq; adeò instituti huius exēplo cœnobia postmodū religiosorū constructa sunt. Quibus in cōmuni viuentes, charitatem illam Christianorū vtcunq; referunt. Atqui vt in actis eisdem apostolorum habetur, negocio huic ministrandi mensis viduarum & orphanorum, aliorumq; in genus pauperum prælati sunt septem illi viri probatæ, vitæ: quorum fuit Stephanus Primicerius. Hæc in testimonium huius dixerim, quòd si abundè prouideri posset pauperibus, ita vt certa lege in tuto haberent necessaria, nihil aliud quàm charitas esset Christiana.

¶ Secundam nihilominus conclusionem superiori subijcio. Non est possibile, rebus vt nunc habentibus ita prouideri pauperibus, vt lege in vniuersum, ne ostiatim mendicent, inhiberi possint. Possibile id dixerim, quod & theologi morale vocant, & Aristot. primo de cælo illud censet, quod bene fieri potest. Ad persuadendam hanc conclusionem duo triave fundamenta sternere opus est. Primum est. Modus atque terminus eleemosynarum non est præcepto, aut lege præscriptus. Quod est dicere.

Marginal notes: Conclus. 1. — Aristot. 2. Ethico. — Amicorum omnia sunt cōmunia. — Actu. 4. — Cōclusio. 2. — Primū fundamentum.

re. Neque taxatum est quotam bonorum partem hominis teneantur in eleemosynas elargiri: vt puta decimam, aut vigesimam. Neque diffinitus est numerus pauperum, quos certi homines, aut respublica alere teneretur. Neq; præscriptum est quibus necessitatibus debeamus opitulari. Sed solùm admoniti sumus, pauperes nos semper habituros. Et vehementissimè à Christo seruatore nostro & pollicitationibus allecti sumus, & cominationibus perterriti, vt proximos sicut nos ipsos diligentes, neminem necesse habere pre facultate nostra sinamus.

Fundamentum. 2. ¶ Secundum id sit fundamentum, cuius supra meminimus, videlicet, quod præter dotes hospitalium, & siqui sunt alij prouentus, aut thesauri pauperibus decreti, qui sint velut eorum propria bona, non possunt homines lege obligari ad eleemosynas præter eã quæ est in euangelio: sed (vt vsus modò habet) integrum liberumq; est cuicunq;, quam voluerit eleemosynam subcribere. Adijcio, homines esse, etiam in Christianismo, tenacissimos: qui nulla, quãtumuis magna, improbitate ad eleemosynas flecti possunt. Quin verò rarissimi sunt, qui, & pro sua facultate, & pro miserorum inopia iuxta veritatem euangelicam eleemosynas faciant.

Fundamentum. 3. ¶ Tertium subiecerim fundamentũ quod apprime vellem eos considerare, quotquot mendicos occludere moliũtur. Nempe quòd quicunq; iure postulãdi mẽdicos priuauerit, aut quo priuentur, in causa fuerit, debitor proinde fit eorum leuandæ miseriç ac necessitatibus subueniendi: eis saltem, quibus moraliter (vt aiunt) loquendo, verisimile est potuisse illos postulando prouidere. Vt si faciamus exẽpli gratia centum, aut mille in vrbe legitimos pauperes esse, quorum necessitatibus ꝓuideri satis minoris nequit quã ducentis aureis: quos verisimile est, si ostiatim mendicare permitterentur, posse eos conficere. Intelligo sic tunc fundamentum hoc, quòd quanuis nemo tunc postulare permissis ex iustitia teneretur, sed esset misericordia subuenire, tamẽ postulare prohibitis tenetur respublica, aut ille qui postulare prohibuit, ex iustitia ad totos bis centum ducatos. Res certè est cõpertissima. Nam illi tunc habent ius petendi, & quicunq; hominem iure suo pellit, tenet de dãno, secundum illud. Qui causam dãni dat, dãnum dedisse videtur. ¶ His ceu fundamentis subiectis, probat conclusio secunda. Antequã mendici lege postulare interdicantur, necessarium est ita omnibus eorum necessitatibus ꝓuidere (iuxta tenorẽ tertij fundamenti) vt de iustitia illis necessaria debeantur: non autẽ ꝓuidentia hæc moraliter (quod aiunt) est possibilis: non ergo eos fas est, ne postulent, vetare. Quòd autem non sit possibile, vt inclusis illis ad iustum prouideatur, certè primũ ac secundum fundamentum satis ostendũt. Nam si neque pauperes, neq; ea quibus indigent sub certo vllo numero, aut modo cõprehendũtur (cũ. tam indigenæ quã aduenæ, vt præfati sumus, ius habeant postulandi) & ciues cogi ad eleemosynas non possunt, quomodo respublica debitum (cuius mendicationẽ prohibendo rea facta est) soluere quæso poterit? ¶ Id præsertim, ꝙ inter pauperũ necessitates non tantum est victus, sed vestitus, lectus, & (si pauper familiam habet) penus reliquum, & supellectilis domus. Et quãdo mendicare permitteretur citra extremã aut fortẽ grauẽ necessitatẽ, nullus teneret misericordiã impartiri. Cũ verò prohibeantur, id quod erat misericordia, iustitia factum est. Nã qui iure suo vt paulò antè dicebã pauperẽ expoliat, debitor oium efficitur, quæ posset pauper mẽdicando acquirere & cõficere. ¶ Secunda ratio est, ꝙ de mensa seu portiones illæ quæ inclusis pauperibus distribuũtur, intelligere nequeo qua ratione & mẽsura fieri possint cõmodè. Nã sunt inter pauperes, quorum vni pro cõplexione sua, & calore stomachi non sufficiunt triũ aliorũ portiones: quod si æquales omnibus sportulæ distribuãtur, necesse est illum perpetuã cũ fame pugnã habere. Qui tamẽ ius habebat postulãdi quoadusque extinguere posset famẽ. Quis enim fuerit qui vel mancipij famẽ pane saltẽ nõ expleuerit, qui nõ merito suo inhumanitatis & feritatis redargueretur? ¶ Ratio tertia quãuis in hac deliberatione primum non habeat locum, nec tamen est in postremo. Ratio. 3. Post quam ratio huiusmodi eleemosynarum in vsu esse cœpit, experientia compertũ est, ꝙ ratę portiones & sportulæ quæ pauperibus distribuũtur, vix suppetunt, vt homo qui modo stomacho nõ sit languẽti panis habeat saturitatẽ: aut fortè si holera aut legumina, vel demus si fortè in hebdomadã frustulũ carniũ emere possit. Atqui nõ ne satis est, si hoc inter diuites pauperesq; differat, ꝙ diuites habeant vnde altilibꝰ pretiosis ali, lasciuireq; possint: pauperes verò minimè nisi iniquissimã insuper conditionẽ miserandis adiecerimus, quibus libertatem etiam auferamus, ne possint vnquã animũ rebus aduersis afflictum cibis recreare, quos humano generi deus & natura indulsit? Pauper inquã quãuis quotidiano victu, parco quidem viliq; vtatur, hac saltem libertate recreatur, quòd potest aliquando in domum incidere, vbi beni-

gnus homo ad mensam sedet: qui scutellã for-
tè porrigat, fructus, vinum, aut id genus delica
tum aliquid: quod solet sæpe mãcipiis indulge
ri. Taceo frequentißima cõuiuia sordidißimè
splendida: quorum reliquæ postquã familiam
expleuere, mancipiis exponuntur, aut fortè ꝓ
ijciuntur canibus. Cur precor huiusmodi do-
mus pauperibus nõ pandantur? Nã si quibus-
dam grãmaticis fides est, inde verbum, pando,
notionẽ traxit, ꝙ etiã in gẽtilitate, quib9 Chri-
stus eleemosynas nunquã prædicauerat, per-
actis conuiuiis portę aperiebant, vt egenis pa-
nis daretur. Aut quia Cereris templum aper-
tum semper egenis patebat, quibus panis da-
batur. ¶ Ad hæc iudicium pauperum, quo de
eorum agitur vita, ad paucorũ potentiã redi-
gere, non est sanè adeò tutum. Nam vt sint isti
duo aut tres qui negotio pauperũ deputãtur
& præferuntur, homines probi, optimęq; exi
stimationis, possunt alii contingere, qui aliqua
fortè de causa odio habent pauperẽ, aut falso
testimonio decepti (quæ vt supra dicebamus,
frequentißima sunt in vicinia pauperũ) pro-
nunciat, pauperẽ non habere legitimã causam
mendicandi, quid ille tunc miser faciet? Quo-
circa in illis constitutionibus Hipri in Flãdria
hoc certè bene cautũ est, vt possint mẽdici in
auribus cuiuscunq; procerũ ciuitatis miserias
suas & calamitates exponere, ne qui à paucis
condemnati sunt, omni remedio destituantur.
¶ Sed & hoc præterea plenè ex his articulis ca
pere non possum. Admittunt posse aduenã &
peregrinũ verum pauperẽ aduentare, quẽ sal-
tem in triduum hospitio donant. Audi maxi-
me Princeps quantũ ei negotiũ facessunt an-
tequã frustum panis accipiat. Fac vrbem in-
trare infirmum, aut claudũ, aut de itinere lan-
guentem, opus tamen habet percõtari, vbi nã
prælatus pauperũ cõmoretur, domũ vicatim
oberrãdo q̃ritare. Vt aũt inuenerit, forsan non
est domi, aut dormit, expectare oportet. Tum
aũt vbi hominis copia facta fuerit, respondere
oportet vnde veniat, & quò vadat. Et tãdẽ ni-
hil aliud quã symbolũ accipit: & tunc ad quæ
storem seu ærarium, penes quẽ reconditur pe
cunia, redire oportet. Et ita integrum diem ab
sumere, antequam famem miser sedare & lassi-
tudinem ponere liceat. Ita audio in aliquibus
ciuitatibus sancitum esse: nescio an alibi melius
fuerit peregrinis consultum. Deberet enim Xe
nodochium (quod est hospitũ domus) exposi
tum esse peregrinis. Imò deberent esse in por-
tis ciuitatis, qui eos rectà in hospitiũ perduce-
Conclusio rent. ¶ Colligere ergo mihi videor, quod quẽ-
admodum ca. 4. dicebam, fermè nõ esse possi-

bile talibus legibus abundè prouidere incolis
pauperibus, vt nulla necessitas, atq; adeò neq;
ius vllum eis reliquum sit ex patria aliò men-
dicatum exire, ita neque possibile videtur tali-
bus eis legibus congruenter satis prospicere
& succurrere, vt nullum eis ius amplius relin-
quatur ostiatim mendicandi. ¶ Tametsi hic
nihil aliud fortè, quã quod ex lege est, enũcia-
rem, si assererem, quod potest pauper mendi-
cando aliquantulum pecuniæ conficere, qua
posset statũm suo ordine & gradu mutare. De Mutare statum.
hoc enim miseri insimulantur, acerrimeq; re-
prehenduntur, quòd aurum vestibus insutum
celant. Mitto, quod alij iustum sacculum ære
alieno complent. Mitto ꝙ sint qui ære alieno
splendidè viuunt: pauperes vero geniũ (vt ait
ille) fraudantes ac demenso suo cõparcentes,
pane fortè & holeribus sustentãtur, vt possint
pecuniam aliquam reseruare: si fortè in aliquã
infirmitatem, aut maiorem calamitatẽ incide
rint. Cui ego causam aliam adiungere audeo.
Nempe ꝙ queadmodum licitis alijs artibus &
cõtractibus ius est cuicunq; statum & ordinẽ
in melius mutare, ita pauper posset ex eleemo
synis, tantillum pecuniæ cumulum cõgerere,
quo aut se honestiùs induat & exornet, vt pos
sit alicui ingenuo & nobili seruire, aut quo va-
leat ferramenta suæ artis & officinam appara
re: aut fortè mercimonium aliquod tenue, aut
negociationem extruere, vnde viuat. Quo ta-
men iure excluduntur inclusi. ¶ Præterquam,
quòd neq; hospitalia vbiq; vniuersis recipien-
dis pauperibus abundant, neque possunt non
multo maiori ociositate & acidia cõfici clausi,
quàm si mendicatum exire dimitterentur.
¶ At rationibus huiusmodi tantisper intermis
sis, ad clauum reuertamur, quem in hac re ma-
numittere nunquam decet. Hoc inquam po-
tißimum animaduertere est operæpretium,
vtrùm hac ratione eleemosynarum cumulus
augeatur, an verò decrescat. Et quando nullũ
aliud esset, aut argumentum, aut testimoniũ,
ꝙ necessarium sit decrescere & diminui, quàm
quod authores huius institutionis in publico
confitentur, res manifestè comprobatur. Hoc
enim cum primis institutionem hanc cõmen
dant, sibiq; persuadent, ꝙ hac ratione (aiunt)
multo minori opus est eleemosynarum co-
pia. Id profectò quod experientia ipsa aper-
tè docet. Audio enim ex alijs ciuitatibus, in
hac verò oculis conspicio, & ore ipsorum, qui
hoc pauperum negotium gerunt, ad me sæpe
delatum est, quòd totus eleemosynarum as-
sis vix triens, aut quadrans illius est, qui
ante huiusmodi statuta esse consueuerat.
Hoc

Hoc veruntamen ipso Achille, quem ab eis pugnare isti putant, qui rem aliter considerant conuincuntur, vt hanc eleemosynarum rationem repellant. Etenim si legitimi pauperes plures forte non essent, ueq; eorum ærumnæ & necessitates, maiores, quàm eleemosynarū æs, quod hac ratione conflatur, fateor homines quantuncunq; diuites amplius non teneri. At cùm veri pauperes fictis & simulatis depulsis, eorumq; inopiæ & calamitates multò sint maiores quàm quibus stips ipsa eleemosynarum quæ hac ratione conficitur sufficiat: atque adeo diuites (illi maximè si qui sunt auari & tenaces) ad ampliores eleemosynas lege Euangelica compellantur, in damno potius diuitum ponendum est, quòd validi mendicantes, qui fraude & improbitate eleemosynas extorquebant, expellantur, nisi quantum illis adimitur, integrum in legitimos pauperes conferatur. ¶ Quod autem necessarium sit eleemosynas hac ratiõe rariores fieri & extenuari, præter experientiam, rationes quoque in cõmperto sunt. Primùm quòd mendici peo se postulent, aut pro mendicis alij, tantum differt, quã maximè differre potest. Diuites enim quanta sint cũq; misericordia, honoris gratia, pro pauperibus postulantes, quia prandium domi apparatũ habent, satis se officio fecisse putant, si eleemosynas petant: & duos aut tres vicos circumeant, an verò petentes obtineant, non tanti faciunt. Mendicus verò miserrimus, cui sola mendicatione prandium agitur, non satis habet petere, sed improbissimè efflagitare, quoadusq; etiam ex durissimo corde obolũ exprimat. Nec satis habet vna hora discurrere, dũ totus ei dies, ad cõparandũ victũ opus fuerit. Putas ne Princeps clemẽtissime nõ hac etiam de causa (prçterquã qđ discipulos orare docebat) Christum pauperum prouidentissimus similitudinem illam euãgelicam introduxit, vbi homo ille amicũ suũ media nocte adiuit, qui tres ei panes accõmodaret. Et amicus qui ostium clauserat & cum pueris lecto iacebat, ægrè & molestè ferebat surgere, vt amico morẽ gereret. Nihilominus ait magister noster, quòd ille ostiũ pulsando perseuerans efficere potuit, vt amicus, si nõ propter amicitiam, saltẽ propter petentis improbitatẽ è lecto surgens officium exhiberet. Re vera si alius ab subleuandã necessitatem alienã petitum iret panem, nõ tam improbe institisset, vt misericordiã consequeretur. ¶ Mox secunda huius ratio est, quemadmodum in malis & turpibus euitandis, ita & in bonis & officijs vsu accidere solet. Nã materiæ obiectiq; præsentia, aut virtutis, aut vitij prægrandẽ hebet energiam mouendi alliciendiq; ad opus. Quam ob rem magni supra modum refert, vtrum diues homo, lauus, nitida facie, veste splendida, te adeat misericordiã petitum, an pauperẽ videas, facie pallidũ, veste sordida, vulnera forte circunferentẽ, supplicẽ per Christi matrẽ, perq; eius vulnera obsecrantẽ. Nemo sanè est q nõ longo vsu fuerit expert⁹, q sępissime cum domo exiens nullã in animo haberet eleemosynã facere pauperis, tamẽ conspectu in meliorẽ fuerit mentẽ mutatus. Vnde & inter oratoris pręcepta, sunt qui cõmoneãt, vt si fieri cõmode posit, ille qui iniuriam perpessus est, oculis iudicis obijciatur: qui vulnera ostentans, eius animũ cõmouere posit. Fateor nõnullas esse horũ pauperũ fraudes: sed præterquàm quòd multo sunt plures veræ in firmitates & calamitates, si vlla vnquã fra⁹ pietatis nomẽ meretur, hæ sunt, quæ piæ fraudes meritò censentur. Hinc inter alias, bona causa colligitur cur episcopi præsentia suæ esset ecclesię vtilis & necessaria. Nã qui de auditu cõmouetur vt eleemosynas aliquas pauperibus suis mittat, proprijs oculis ærumnas pauperũ resq; aduersas intuitus, longè plures supereeogare cõuinceretur. ¶ Quantũ valeat vt ipse q indiget subsidiũ exposcat, profectò in religiosis mendicantiũ, qui (vt antea dicebã) imaginẽ gerunt illius cõmunis vitæ nascentis ecclesiæ, exempli gratia cõmõsteari potest. Vbi enim conuentus mendicitate viuunt, vnus tantũ religiosus; qui negotium demãdatur, abũdẽ colligit (& quidem iustè & religiosè) penus omne quod pro frugalitate vel tenuitate religiosorum abundat. Sanè quia sui ipse conuentus rem procurat. Quòd si decem diligentissimis ac pientissimis cura hæc delegaretur, vix possent, vel panem abũdẽ comparare, qui cõuẽtui sufficeret. Quocirca religiosi mendicantes mendicantibus pauperibus suppetias ire tenemur. ¶ Auget pręterea huius argumenti vires Hispanorum conditio & ingenium. Sunt enĩ inter mortales, qui facilius multò prece & supplicum miseria flectuntur, quàm legẽ coerceãtur. Et ideo ex qua ciuitate mendici precibus & obsecrationibus centum mendicare possent, vix, si ciues ad perpetuas eleemosynas conscribantur, quadraginta in album referuntur. Nam perinde ac si tributa essent, formidant in eleemosynas nomia dare. Si id quod in alijs locis vsu accidere potest, ex hac ciuitate conijcere licet, quæ (vt citra notam alius cuiusq; dixerim) est in pauperes benignissima, dimidio & eo multo minores eleemosynæ in albo pauperum consignatæ sunt, quàm de vna ciuitate, vbi

Marginal notes: 2. Ratio. — Religiosi mendici. — Hispanorũ ingenium.

te, vbi amplissimæ aliàs fiebant, vel suspicari vllus poterat. Atqui de illa cōscripta summa ante tres menses bona pars subducta est. Quarta verò iam nunc restat, nescio. ¶ Ob idq; vt viā iam hinc qua ad obiectiones respondeam cōmunire incipiam, quòd in alijs regionibus, vbi homines populares magis sunt, atq; ciuiles, & qui lege in bonum commune faciliùs continentur: quòd illic (inquàm) de hac eleemosynarum ratione constitutum fuerit, nemo adeò potest exemplum Hispanis ad imitandū proponere. Quod autem pecuniæ in arculis ærarijs, quæ in templis exponuntur, congeritur, suppudet dicere quàm sit exigum, omnique æstimatione minus. Illi enim ipsi qui occurrētibus mendicis libenter liberaliterq; misericordiam effundebant, cùm obuios pauperes non habent, non solùm mittere eleemosynas ad arculas obliuiscuntur, sed quando templum ingrediuntur, quod petenti viuo pauperi porrigerent, muto lapidi aut ligno non ita animantur conferre. Qua da re adeò fide diuitijs sunt æraria illa, vt nullum eis minus nomen, quàm gazophylacij cōueniat. ¶ Ad hæc illi qui albo eleemosynarum ascribūtur solùm sunt patres familias. Dum verò mendici discurrūt, si non dat maritus, erogat fortè vxor: quæ est in pauperes propensior. Si non pater, confert tamen filius. Quod si forsan non tribuit herus, famulus largitur. ¶ Atqui (quod præcipui momenti est in hac re argumentum) eleemosynæ non tantùm ex pecunia fieri sunt solitæ: sed ex omni supellectili domus. Reperias enim qui in largienda pecunia sunt parcissimi, boni tamen consulunt, si coniux panem porrigat, aut mensæ reliquias, obsoletam vestem, subuculam linteam, protritum calceum, lignorumq; fasciculum, quæ omnia profectò si cumulo eleemosynarum eximas (vt est hac ratione necessarium) nescio an dimidium excipias.

Arculæ ærariæ.

Eleemosyna ex omni supellectili.

¶ Sed præter decrementum atq; detrimētum eleemosynarum, quæ institutum hoc arcendi pauperes manifestè cōsequuntur, alia via rem aggredi possumus. Misericordiæ ratio non in hoc tantum posita est, vt miseris opem & auxilium quisq; ferat: sed in hoc præterea, quinimò in hoc primū, vt animus intus calamitatis pauperis misertus, compatiatur misero, & quādo ad opus facultas nō suppetit, affectus hic in meritis ponitur apud Deum. Id quod in Christo cōtemplari possumus, Qui antequàm turbæ illius in eremo, extinctæ famæ, lassitudinē recrearet, legimus apud Matth. & Marc. quòd misertus est turbæ, quæ triduo sustinebat illum. Ex quo diuino affectu opus foras processit. Qui ergo pauperes oculis Christianorū eripiunt, pingue (quod aiunt) iactis, optimum inquam, quod est in virtute hac præstantissima misericordiæ tollunt. Nam veluti fortes & strenui homines esse non possunt, nisi qui conspectu armatorum hostium sæpe fuerint irritati, ita neq; misericordes, nisi qui ærumnas calamitatesq; & res aduersas & afflictas pauperum coràm viderint, & contrectauerint. Quā ob rem, vt sunt quibus pauperū aspectus nauseam mouet, & clamor aures obtundit, sunt nihilominus alij (quibus in hac parte mos potiùs gerēdus esset) qui conspectis ærumnis pauperum, cor ad misericordiam emolliunt, & quas de sanguinis nobilitate deq; honoribus & fortunis cristas erigūt, ea tūc ratione summittūt, quòd homines sui generis vident tam dissimili sorte & fortuna abiectos: quibus & in hac vita similes ipsi paresq; esse poterant, & in illa æterna felicitate longe inferiores esse poterunt. At in præcipuis solennitatibus & in sancta potissimū hebdomada, quis ambigat cōspectu pauperum & clamore, Christianorum animos ad cōmiserationem valde cōmoueri? ad sensumq; passionis Christi percipiendū excitari? Videre profectò videbar anno proximè elapso sub tristes homines, dicētes pœnosam hebdomadam perinde sine pauperum clamore obmutescere, ac si festum esset sine musica celebratum.

Misericordiæ ratio.

¶ Et (quod non est in postremis habendum) quanti rogo interest maxime Princeps quomodo iuuentus in ipsa statim prima educatione ad misericordiā erudiatur: illius imitatione sanctissimi Iob, qui has omniū virtutum radices subiecit, quòd ab infantia secū creuit miseratio. Aut quomodo potest puer hac sanctissima virtute imbui, qui non sensu calamitates viderit vel audierit? Hi qui modò pauperū miserias oculis cōspexere, misericordes esse & clementes in pauperes possunt. Sed fac instituta hæc integrū sæculum durare, vt qui modò nascuntur, nunquàm in limine domus mēdicos videant, neq; inclusos visitēt. Quo nā pectore huiusmodi homines in pauperes esse possunt? ¶ Sed neq; hac tātùm de causa religio, est pauperibus in præsentia auxilia & subsidia ministrare: sed certè in honorē & obsequiū Christi. Vnde super illud Pauli Ti. 5. vbi nos ad misericordiæ opera instruens exhortatur, vt sanctorum pedes lauemus, tribulationem patiētibus subministremus adnotat Homilia. 14. Chrysosto. quòd opera misericordiæ præcipuo studio, & tota animi voluntate, summaq; alacritate ac deuotione (tanquàm reuera ipsi Christo)

Iob. 5.

Tim. 5.

Chryso. Hom. 14.

sto) pauperibus debemus in suis proprijs personis exhibere. Neq; enim (inquit) officia in pauperes debemus seruis, aut ancillis imperare: sed per nos ipsi debemus pauperibus impēdere. Verbum illud Christi auscultātes. Si ego laui pedes vestros dominus & magister (ac si dixisset, nec cuiquā humile officium permisi) & vos debetis alter alterius lauare pedes. Et addit Chrysost. quòd quādo quis fuerit summa dignitate cōstitutus, ac præcipui generis gloria fulgeat, nō tantum pauperes superat, quantum discipulos Christus. Quādo autē pauperi ministras, Christo ministras. Nam qui suscepe-
Ioan. 13. rit (inquit) vnum paruulū in nomine meo, me suscipit. Et quādiu fecistis vni de istis minimis, mihi fecistis. Hactenus Chryso. Vnde metuē-
Math. 18. dum nobis esset, nequando se Christus postrema die apud nos mendicum degisse confitebitur, improperio nobis obijciat, ꝙ pauperes à
Math. 25. nostro nos prospectu abiecerimus. Vnde vix legimus, non solum sanctos fuisse prælatos ecclesiæ, verùm neq; sanctos fuisse illustrissimos homines, de quibus nō sit memoriæ proditum ꝙ per seipsi pauperibus cibos ministrauerint: imò & vulnera proprijs manibus cōtrectauerint. Vt alios interim omittā Cæsaris filios, au-
Flacilla augusta. gustam referā. Flacilla illa augusta Theodosij coniux sanctissima de hoc cū primis. lib. 7. tripartitæ historiæ honoribus cumulat, quòd cū esset in regni fastigijs, maximam sub purpura claudorū atq; debiliū curam habebat. Non seruis, nō alijs ministris vtens, sed per seipsa agēs, & ad earum habitacula veniēs, vnicuiq; quod opus haberet, præbebat. Sic etiā per Ecclesiarū Xenodochia discurrēs, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorū tergens, ius gustans, offerens coclearia, panē frangens, cibosq; ministrans, calices abluens, & alia cūcta faciēs, quæ seruis & ancillis mos est solēniter operari. Erat enī illi Christianorū antiquitati ppetuò in auribus verbum illud extremæ diei, qua se Christus nudū & hospitē fuisse affirmauit, & inter nos esuriē & sitim perpessum, vt perinde pauperes, ac si Christus singuli essent, susciperent, obsequijs colerent, eorumq; conspectu oblectarent. ¶ Hæc in gratiam eorum percensuimus, qui animo sunt in pauperes clemētis, quorum perinde absentiam non possunt nō ægrè ferre. Sed & propter eos inhumanos homines, qui præ auaritia saxea pectora erga pauperes habentes, aures eorum precibus obturauerūt, commodum est etiam eorum conspectui mēdicos obijcere. Audio nanque quosdam (Christianos quidem ac pios homines) ad causas huius instituti occludendi pauperes hanc etiam adhibere, quòd si ex gentibus quispiam & paganis homines inter nos videret in extrema egestate mendicare, crudelitatis nos & immanitatis redargueret, essetq; illi lex nostra improperio. At verò si abditos recon ditosq; & exire prohibitos esse conspiceret, neque tamē à nobis lautiùs alitos, ac sumptuosiùs tractatos, quàm hac eleemosynarū ratione esse possunt, fortasse peius apud eum audiremus. Sed aliorsum propero. Fieri nequit aliter, quominus in republica, etiam Christianorum, homines sint inclementes & in pauperes crudi: versentur ergo in eorum præsentia mendici, qui si nō eos ad misericordiam vincere potuerint, iniustitiæ saltem in die iudicij reuincant. Nunquid nō hoc Christus edocet in diuite illo epulone, qui induebatur purpura & bysso, & epu- Luc. 16.
labatur quotie splendidè? Neque enim de hoc tantum in inferno cruciabatur, quod eleemosynam, seu diuiti mendico non impenderat, sed quòd cùm Lazarus ad ianuam eius iaceret, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebāt de mensa diuitis, neutiquam diuitem pauperis miserebat. Vide quanta cōgerit & exaggerat Christus, quibus pudorē & ignominiā illius diuitis augeat: sanè ꝙ canes, quibus micas diues porrigebat, clementiores erāt in pauperem lingentes vlcera, quàm diues ipse. Mēdicis ergo ad ianuas crudelium diuitum iacentibus Christus testibus opus habet in die iudicij, in confusionem & improperium eorum. ¶ Con- Prælatorum ianuæ.
tra verò ad ianuas prælatorū, ac magnatū, qui benigni sunt & misericordes in pauperes, quā sit pulcherrima pauperū coronaq qui refecti & recreati benedictionibus suos benefactores cōplent, precationibus apud Deum cōmendāt. Fuerint inter eos fortè perditi homines: erunt verūtamē nōnulli iusti, qui nos possint iuxta verbū domini, in æterna recipere tabernacula. ¶ Si in regibus & gloriosis imperatoribus exēplum adhuc Christi perseuerat, vt semel in anno pauperum pedes lauent mensisque ministrent, cur non erit laudabile & honorificum quotidie pauperes ad ianuas principum, aliorumq; procerū pauperum epulari? Reuera si sancti illi patres, & Ecclesiæ monarchæ, Greg. inquam Amb. & Aug. audirent mēdicis Christi domus principū & episcoporum non patere, non intus pransum recipi, nihil aliud reputauissent, nihilo secius eos condemnassent, quàm si paternis domib⁹ filios audirēt interdictos. De Greg. legimus, nūquam sine pauperibus & pe- Grego.
regrinis ad mensam sedere, domum eius mendicis esse frequentissimam. Qui perinde tā fuit de pauperib⁹ bene meritus, vt angeli sub habi-

tu pau-

tu pauperum eleemosynis sæpe ab eo fuerint donati, & inter conuiuas pauperes ad mẽsam eius consederint. Sed vt pontifici summo regem quoq; & sanguine & sanctitate clarissimum apponamus: Gallorum inquam regem
Ludou. rex. Ludouicum inter duos suo iure & merito relatum Blanchæ reginæ Hispanorũ regibus genitæ filius, adduci nullo modo possum, vt credam, q̃ hæc ille mendicantiũ claustra aut iussisset vnquã, aut certè ꝓbasset. Legitur enĩ à matre sanctissima ita fuisse educatũ, vt plurib' ducẽtis pauperibus, qui in domo regia quotidie abũde reficiebãtur, in dieb' solẽnibus antequã ipse comederet manu ꝓpria fercula ministraret: atq; singulis sabbatis eorũ pedes proprijs manibus ablueret, detergeret, & oscularetur: quos deinde aucta eleemosyna donabat.

¶ Quare excogitare nequeo, quomodo institutũ hoc, quo pauperes mẽdicare vetãtur (vt eius authores prætẽdunt) de antiquitate cõmẽdari possit. Imò verò hoc inter præcipua argumẽto cõcutitur, quod, perinde atq; illud de reij-
Nouum. ciendis peregrinis, nouũ cõmentum est: neque gẽtibus, neq; priscis Christianis vnquã cognitum. Quod si in legibus misericordiæ positum esset, patres iam diu ecclesiæ scriptũ nobis dedissent. Hoc autẽ inter respondendum ad eas causas & rationes, quibus eius authores sententiam corroborant, congruentiùs tractabitur.

Quo rationes & causæ prohibendi pauperes mendicare, perpenduntur.

CAP. XII.

Primum fundamentum, quo authores clausuræ huius mendicantium sententiam stabilire contendunt, est
Deut. 15. verbum illud diuinum Deut. 15. omnino indigens & mendicus non erit inter vos: vt benedicat tibi Dominus in terra quam daturus est tibi in possessionem. Argumentum est quod S. Tho. 2. 2. q. 97. artic. 5. diluit, dicens, quòd illo præcepto legis nullus prohibetur mendicare: sed prohibetur diuitibus, ne tam tenaces sint, vt propter hoc aliqui egestatem mẽdicare cogantur. Quod quidem respõsum est mente reponendum ad intelligenda quęcunq; alia, aut Ecclesiæ statuta, aut sanctorũ decreta, quæ de hac re loquantur. Nusquã enim gentium pauperibus facta est cohibitio, ne mendicent: sed diuitibus præceptũ est, ne sua crudelitate pauperes mẽdicare cogant. Adde quòd notio hu-
Mendicus. ius nominis, Mendicus, non eos præcise cõprehendit (vt nonnulli existimant) qui ostiatim obambulant: sed quicunq; propriè dicitur mẽdicus, qui adeò indiget, vt stipe & eleemosyna quotidiana viuat, tametsi domi eam recipiat. Pauper enim est qui propriũ habet vnde ęgrè & miserè viuat: mendicus autẽ qui nihil proprium habet, sed ex alieno viuit. Mendicare siquidẽ nõ solũ est petere, sed recipere ea quæ vltro offeruntur. Hoc licèt non adeò explicatè insinuet preter S. Tho. loco mõ citato Chrysostomus, aut quicũq; ille fuit autor imperfecti, super illud Matth. cap. 5. Beati pauperes spiritu. Græcè enim inquit non habetur, pauperes, sed mendici. Verbo ergo illo non solùm cõmonebatur populus vt nõ essent postulantes mendici, sed neq; essent qui domibus inclusi, quotidianis eleemosynis & sportulis indigerẽt. Quales modò hisce articulis instituuntur. Quare isti nõ putent illud se præceptum hac ratione abunde complere. Neq; verò illud preceptum erat, vt sub mortali (vt verba iacent) obligaret. Sed erat exhortatio ad charitatem, quę in quocunq; populo bene instituto florere deberet. Quam ob rem post exhortationem illam eodem capite subiũgitur, quòd pauperes nihilominus semper essent inter eos futuri. Quemadmodum in Euangelio, quantiscunq; nos Christus verbis misericordiã erudiuit, & ad eleemosynas animauit, quo nostrã nobis tamen pectoris duritiem prænũciaret, pauperes (inquit) semper habebitis vobiscum. ¶ Asciscitur præ-
terea in exẽplum instituti huius, quòd similes Argum. collectas instituit fieri apud Macedoniam & Galatiam. Quarum meminit & in epistola ad
Roma. & in prima ad Corinth. At verò colle- Roma. 15.
ctæ illæ, vt S. Thom. vtrobiq; interpretatur, 1. Cor. 16.
alia longè ratione factæ sunt. Neq; verba Pauli interprete opus habent: adeò res est per seipsa perspicua. Non enĩ collectiones illæ eleemosynarum fiebant in subsidium & suffragiũ pauperum eiusdem, in qua fiebant, ciuitatis. Sed historia fuit: vt legitur in actis Apostolo-
rum cap. 11. quòd Hierosolymam & circun- Act. 11.
iacẽtem Iudęam fames validissima peruaserat: & ideo missi sunt Paulus & Barnabas in Macedoniam & Achaiam, cùm ad prædicandum, tum etiam ad auxilia petenda pro Christianis qui erãt Hierosolymis & Iudææ: ijs presertim, qui predicationi & cultui diuino operã dabãt.
Et hoc est quod Paulus adumbrat ad Gal. 2. di- Gal. 2.
cens. Iacobus Cephas & Ioannes manus dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem: tantùm vt pauperum memores essemus: quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. Quas quidem collectas Macedones & Galatæ per ipsos Apostolos miserunt Hierosolymam. Id quod attesta-
tur Apostolus. Roma. 15. dicens. Hinc igitur Rom. 15.
profi-

proficiscor in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collectionem aliquam facere in pauperes sanctos qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis vt debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorū participes sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Ecce quomodo collectæ potissimùm erant in subsidium sanctorum qui discipuli erant Euangelij. Instar deinceps Macedoniæ persuadet Corinthijs scribens. De collectis autem quæ fiunt in sanctos (eos, scilicet, qui sunt Hierosymis) sicut ordinaui in Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite. Modum autem subdit Paulus, vt per vnā sabbati (scilicet per diem dominicam) vnusquisque vestrum apud se ponat, recondens quod ei bene placuerit, vt non cùm venero (scilicet ad importandum Hierosolymam) tunc collectę fiant. Non ergo eleemosynæ illæ, quo inhiberentur pauperes mendicare colligebantur. Id tamen aliud agēs non tacitus prætereo, quòd in huius loci interpretatione adnotat Chrysost, homilia. 43. nempe quòd huius instar deberet Christianus quicunque arculam domi, eo loco vbi orare solitus est, pauperibus dicare, in quam, perinde atque sacerdos sacrificium oblaturus manus prius lauat, ante orationem eleemosynam immitteret, vt sic mundus ad orationem accederet. Nam scriptum est. Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.

1.Cor.16.

Chrysost.

3.Argum. ¶ Tertium quod in confirmationē huius prætexitur est, quod in primitiua Ecclesia non erant mendici ostiatim postulantes. Hoc autem in latissimum nos campum dicendi transmittit. Vbi multa sunt reputatione digna. Primùm omnium (vt iam modò dicebam) nihil neque in actis Ecclesiæ, neq; apud quempiam sanctorum patrum legitur, vnde coniectari possimus, libertatem aliquam pauperibus fuisse ademptam exeundi mendicatum quocunq; libuisset. Secundò quòd tempore Christi saluatoris nostri fuerint pauperes mendicantes, ambigere nemo potest: cùm quòd turbam illam pauperum, claudorum, cæcorum alijsque morbis & languoribus laborantium, quam frequentissimam curauit: coniectura est ex his plurimùm fuisse mendicis, qui vicatim obambulant: tum, quòd illud consilium Christi Lucæ decimaquart. Cùm facis prandium aut cœnam noli vocare amicos tuos, &c. neque vicinos diuites: sed voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, planè de mendicantibus intelligendum videtur. Quod ne quis cauilletur, illos in claustris tunc degere, videat quid statim sequitur in parabola illius hominis qui fecit cœnam magnam. Qui cùm inuitati venire recusarent, exite (inquit seruis) in plateas & vicos ciuitatis, neque id solùm, sed in vias & sepes: & pauperes & debiles cæcos claudos introducite huc. Solent enim mendici in huiusmodi locis ciuitatis, & in biuijs via rum sedere. Neque tempore tunc solùm Christi erant mendici: sed Augustinus tum alibi sæpe, tum etiam sermone in secunda dominica aduentus testimonio est. Vbi Christianos largiores prædicans eleemosynas debere, subdit, quòd in sanctis solennitatibus secundum vires nostras abundantiùs erogemus, pauperes ante omnia frequentiùs ad conuiuium reuocemus. Loquitur profectò de mendicantibus: qui consueuerant in domos diuitum epulatum admitti. Adeò erat mendicitas sæculo illo vsu & more celebris, vt Sanctus Thomas. 2.2. quæstio. 187. etiam teste multi Christiani religionis & humilitatis causa, venditis possessionibus & in pauperes distributis, ad illum se summiserint abiectissimum ordinem, vt legitur de diuo Alexio patricio Romano, & de Arsenio in vitis patrum. Et Hieronymus ad Oceanum de hoc etiam commendat Fabiolam, quòd optabat, diuitijs in pauperes effusis, stipe ipsa pauperum viuere. Neque profectò qui illud iam modò institutum vitæ susciperet adeò esset exprobrandus, vt aliqui existimant. Sed tamen eo tantùm huius reminiscor, vt ostendam fuisse semper in Ecclesia postulantes mendicos. At non opus est in re non dubia vti testibus non necessarijs. Omniū enim historiæ, quibus sanctorum patrum gesta memoriæ prodita sunt, attestantur semper in Ecclesia fuisse mendicos. Neque mendicantium religiones aliunde nomen hoc sibi cum re ipsa vendicarunt.

Luc.14.

August.

Hieronym.

¶ Tertiam hic tamen considerationem adiecerim, quòd in primordio Ecclesiæ: nempe vsque ad tempora Gregorij & eo amplius, alia erat longeque diuersa religio, alia Christianorum erga pauperes pectora, alia instituta, alij denique in subsidium pauperum decreti prouentus, quàm iam modo sunt, vt possent pauperes postulandi molestia releuari. Affertur ab huiusmodi articulorū authoribus id quod in vita Clementis Papæ legitur: nempe quòd singularum inopes regionum nominatim scriptos habebat: & quos baptismi sanctificatione mundauerat, non sinebat fieri mendicitati subiectos. Similia ferme possunt verba ex gestis Syluestri, Gregorij, Martini, omniumdenique patrum illius temporis citare. At quomodo illi pauperes mendicare non sinerent, hoc

Cōsideratio.3.

Clemens.

hoc animaduertant. Non eñ eos lege vetabāt. prohibebant, arcebant, obſtruebant, ſed quomodo nō ſinebant? Nominatim pauperes ſcriptos habebant, quibus ſportulas copioſè mittebant, ne vlla illis mēdicandi neceſsitas reſtaret. Hac ſanctiſsima ratione ius illis mēdicādi auferebant. Niſi iura huc accerſendo vniuerſa moleſtus eſſem, quā id copioſè patefacere poſſem. Sed qui titulū interim de religioſis domibus: & in decretalibus & in clemētinis cōſulta uerit, planè intelliget, quāta prælatis cura pauperum fuerit iniuncta, quàm anxiè & ſolicitè ſacerdotes illi, vt veri patres, filiorum pauperū res procurabāt, adminiſtrabāt, proprijsq́; ſumptib⁹ fouebāt. ¶ Sed præter peculiares cuiuſq; eleemoſynas, ſtudium erat hoſpitalia diuerſi generis vbicunq; locorū erigere, vt eſt in. C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus. quod & in iure canonico. 23. queſt. 8. cap. tributū. refertur. Erāt eñ Xenodochia, ideſt, hoſpitum pauperū domus. Orphanotrophia. Quad eſt orphanorū receptacula Ptochotrophia, vbi inopes & mēdici alebantur. Brephotrophia, puta ædes, quibus infantes nutriebāt. Gerontocomia, ſcilicet vbi ſenes & debiles ſuſtentabantur. Adeò tunc recentis ſanguinis Chriſti virore Eccleſia rigata benignitate & clementia in pauperes reflorebat, vt nulla potiùs alia ratione animos hominum cōciliaret, cōtraheretq́; ad fidem Chriſti.

Diuerſa Hoſpitalium genera.

Vnde vt li. 6. Eccleſiaſticę hiſtoriæ ſcriptū eſt, Iulianus ille apoſtata, qui Eccleſiæ apertū bellum indixit, hoc paganos ſummoperè exhortabaẽ, vt Xenodochia & pauperū hoſpitia extruerent, dotarent, ditarentq́;, vt hac clemētia Chriſtianis excellentes, paganos in Chriſtianiſmum properātes poſſent in paganiſmo retinere. ¶ Sed quid demū exēplo illius Eccleſiæ pauperibus opitulari cōtendimus, ne poſtulare indigeāt? Quarta tunc pars omniū fructuū & redituum Eccleſiæ decreta erat & deſtinata alēdis pauperib⁹: vt eſt in decreto Gelaſij can. quatuor. 12. q. 2. & in decreto Simplicij. can. de reditibus. & in cōcilio Toletano can. ſancimus. ibidem. Et tamen quantuncunq; tūc erat optimè pauperibus ſuccurſum, nuſquā legimus interdictū eis fuiſſe poſtulare. Qua ergo ratione in hoc modò ſæculo, quando dari nobis optamus charitatē illius gentis, prælatos illius ætatis, ſanctiones illius Eccleſię, prouentus deniq; annuos pauperibus cōſtitutos, qua (inquam) ratione adduci poſſumus, mendicos hac facultate libertateq; poſtulandi cohibere? ¶ Colonienſes, ad quorum prouincialem cōuentum (quia nec papæ authoritate pollet, nec quicquā præter iura communia de hac re propriè ſanciuit) nihil reſpondeo, aut Hiprenſes, aut Germani vlli neutiquam Hiſpanis in hac re exēplo eſſe poſſunt. Nā pręterquā, qđ (vt antea dicebam⁹) multò ſunt magis politici, ęraria publica habēt ampliſsima, vnde iuſta ſubſidia pauperibus decernunt. vt in Colonienſibus atq; Hiprenſibus ſtatutis habetur. Id quod de Venetis, Genuenſibus, multisq́; Italis fama eſt. Nos autē, ſola mendicata pecunia, neſcio quo poſſumus modo auxilia mendicis ſufficere, vt eos iure mendicare cohibeamus: quantuncunque ſint eleemoſynarum leges cōſultiſsimę. ¶ Et, quod omnium hìc ego plurimùm animo reputo, qui legum huiuſmodi atq; ordinationum legitimi ſunt latores, promulgatores, & exequutores, nō equidē ſæculares, ſed Eccleſiæ prælati ſunt, & ſacerdotes. Vbi nam rogo paginæ ſacræ quove fortè ſacrorum canonū ſæculares huic pauperū muneri patroni deſignantur: aut vbi non Eccleſię ſacerdotes & epiſcopi huic negotio, veluti pauperū patres, deſtinētur? Quid ita: quia ſacerdotes voluit Chriſtus (vt eius ait diſcipulus Paulus) ab ſeculari ſolicitudine vacare. Nā qui ſine vxore (inquit) eſt, ſolicitus eſt quæ dñi ſunt, quomō placeat Deo. Qui aūt cū vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mūdi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt. Quorſum hęc? Certè vt cōniueam, negotium hoc & pauperū curam diu non poſſe in manibus ſæcularium, quanta ſintcunq́; probitate & prudentia præditi, perdurare. Non ita Deus & Eccleſia inſtitutum eſſe duxit. Sed ſtructuræ huius, quia ſpiritualis eſt, epiſcopi architecti eſſent, oporteret, populi munus eſt vt materiam ſyluamq́; ſubminiſtret. Quoniā ſeculares vxores duxerunt, familiā habent, curis alijs negotiationibusq́; & ſolicitudinibus complicantur. Vix ſe ab illis extricare poſſunt, vt huiuſmodi miſecordiæ officijs liberè vacare poſsint. Niſi ex pauperum eleemoſynis ſtipendia miniſtris ſtatuantur, raros inuenias qui in officio perſeuerent. Atq; ita vſu contingere videmus, vt bona eleemoſynarum parte, quæ miniſtris obuenit, defraudentur pauperes. Sed ais prælati nō perinde atq; prædeceſſores, curam pauperum gerunt. Fateor equidem: ſed ſperare non poſſum vt ſeculares, epiſcoporum vices fungentes, reſarciant damna, ſatis (inquam) negotio faciant, vt pauperes in clauſtris perpetuò poſsint ſuſtineri. Qui modò negotium ſuſceperunt, quia proceres ſunt & præcipui homines, Chriſtianiſsimè inſtituti, rem poterunt in tempus continuare: cùm tamen deinceps alij atque alij, in hac ſint prouincia ſucceſſuri: prolabi ſubinde ac ſenſim cadere neceſſarium eſt.

Lib. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. c. 19.

¶ At


Peroratio. ¶ At verò, quo iam ad portum applicas, vela contraham, id quod in vniuersis, quę homines tentantes adoriuntur, maximum habet pondus, experientiā (inquam) in testimonium appello. Triēnium ferme iam hæc eleemosyna rum ratio vsu & more seruatur. Quis nam inde in effectu fructus prouenerit, hoc tu prouidentisśime Princeps fac certò scias. De hoc (quia non in iure, sed quod aiunt in facto positum est) nullam mihi volo haberi fidem. Tametsi quod ego hic & audiēdo & videndo experior, ac proinde de alijs locis conijcio, multū huic negotio refragatur. Sed tu hoc, vt es oculatisśimus, da operam, vt fraude procul intelligas. Primum an in turbis validorum mendicātium quæ vrbibus magnę, depulsæ sunt, aliqui forsan legitimi pauperes promiscuè excesserint. Alterum quando nullum vicatim obambulantem mendicum conspicimus, vtrùm numerus pauperum in antiquis hospitalibus succreuerit, an verò aucta fuerint alia, quibus illi qui discurrebant recepti fuerint. Mox an sint Christiani homines qui querimonias spargāt, quòd non sint iam mendici qui ad eleemosynas extorquendas vim inferant. Nam in hac etiam re solitum erat regnum cælorum vim pati. Deinde an eleemosynæ, quæ exactis vagabundis ademptæ sunt, incolis postulareque verecundantibus (is qui præcipuus in hac re habendus fuerat finis) integræ obueniant. An verò forsan nihilo illi, aut fortè paululo melius habeant: sed eleemosynarum summa quæ esse consueuerat, fuerit extenuata. Quod si rem prosperè succedere cognoueris. Nempe si eleemosynas nihilo minores, sed maiores multò fieri, si incolarum pauperum miserias, ærumnas, & calamitates, quibus grauiter comprimuntur, auctis eleemosynis subleuari, curam adhibe, tuamq; Principis authoritatem interpone, vt horum institutorum ratio procedat. Tunc verò quò Principis animum propendere conspexerimus, inclinabimus omnes. Illi parti applaudemus, suffragabimur, fauebimus. Id vniuersi tutabimur, prædicabimus, adiutabimus. Sin verò rem deteriorari senseris, tunc satis fuerit, si studia illa & instituta eleemosynas conscribendi in auxilium & subsidiū pauperum incolarum, qui egestatem domi sustinent, retineamus, commendemus, &, vt prosperentur, summa ope nitamur. Nam illa Deo esse non possunt nisi probatisśima & acceptisśima. Cæteris verò mendicis ius relinquatur postulādi. Nam quòd aliquis verè pauper publicas, quòd mendicauerit, pœnas luat, absit vt in Christianorum regno sub Christianisśimo Principe audiamus. Illius enim prodigiosæ statuæ, cuius Daniel mysteriū interpretatus est, licèt caput aureum esset, & pectus argenteum, pedes verò abiectisśimi (nempe partim ferrei, partim fictiles) tandem comminutis pedibus, corpus subinde ipsum ex pretiosis metallis corruit. Quid si ordo hic abiectisśimus pauperum eleemosynarum meritis sublimiores reipublicæ ordines sustentat. Quo de medio sublato, totum periclitętur corpus. At vereor, ne te iam prolixæ orationis tædere incipiat. Nam nescio quò impetus me longiùs quàm instituteram, surripuerit. Tametsi quando nihil aliud qualequale obsequium hoc meū præstiterit, sunt tamen hic nonnulla, quæ te legisse non pœnitebit ad præstantisśimam hanc præclarisśimamque misericordiæ virtutem comparandam. Etenim qui in tantam regnorū spē diuino numine & misericordia hac luce donatus es, quanta neminem secundum patrem, aut fortè perquàm rarisśimos, vnquā natura produxit, quibus nam alijs quàm misericordiæ potes officijs amplisśima beneficia rependere? Nam & si velut in throno Dei, ita & in principis solio ambas consedere deceat, iustitiam & misericordiam: hæc tamen, perinde, atque in Deo, maiori in rege splendore fulget. Sed vtraque, faxit Deus, efficias, vt qualem te inter mortales meritò tenere gaudemus, tali etiam esse loco inter diuos perpetuò videntes gratulemur. Deut. 2.

Vale.

SALMANTICÆ,

Apud Ioannem Mariam à Terranoua.

M. D. LXVI.




IHS
SVB TIMORE SANCTISSIMI NOMINIS TVI LABORAMVS




LEGATORIA DI LIBRI

